L60

R-7657



A

DILVCIDARIVM

# AVGVSTINI NIPHI

## Sueſſani Philoſophi ſolertiſsimi

METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM,
in Ariſtotelis Decem & quatuor Libros Metaphyſicorum,

*EX ARIST. ET AVERROIS, GRAECORVM'QVE AC LATInorum archanis, ac interpretatione perquàm doctè, diligentiſsimeq́; ab auctore abſolutum, & nunc maxima diligentia recognitum:*

HIS DEMVM OMNIBVS, PRO STVDIOSIS, AD QVAE'QVE ſcitu digna inuenienda, Index diſputationum nuper additus eſt:

QVORVM DILIGENS CASTIGATIO LEGENTI PATEBIT.




VENETIIS,
*Apud Hieronymum Scotum.*
MDLIX.

L60

R-7657



A

DILVCIDARIVM

# AVGVSTINI NIPHI

## Sueſſani Philoſophi ſolertiſsimi

METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM,
in Ariſtotelis Decem & quatuor Libros Metaphyſicorum,

*EX ARIST. ET AVERROIS, GRAECORVM'QVE AC LATI-norum archanis, ac interpretatione perquàm doctè, diligentiſſimeq; ab auctore abſolutum, & nunc maxima diligentia recognitum:*

HIS DEMVM OMNIBVS, PRO STVDIOSIS, AD QVAE'QVE ſcitu digna inuenienda, Index diſputationum nuper additus eſt:

QVORVM DILIGENS CASTIGATIO LEGENTI PATEBIT.




VENETIIS,
*Apud Hieronymum Scotum.*
MDLIX.

R-7657






# AVGVSTINI NIPHI SVESSANI

## METAPHYSICARVM DISPVTATIONVM,

dilucidarium ſuper Primum Librum Metaphyſicorum

AD EXCELLENTISSIMVM ATQVE MAGNANIMVM *Comitem Seueritanum Andream Carapham literarum communem protectorem.*

## PRAEFATIO.

ROBERTVS Secundus Sanſeuerinus Andrea Carapha Comes magnanime Salernitanus Princeps, qui pro incredibili erga literarum ſtudia propenſione magno cũ literatorũ dolore ac iactura, nuper è vita diſceſsit. Alta quadam mente conceperat Salerni egregiam conſtituere Achademiam, Salernitanumq́; gymnaſium olim celeberrimum, nõ modo in antiquam reſtituere nobilitatem, ſed elegantiores, melioresq́; litteras, tum Græcas, tum Latinas introducere. Quam ad rẽ magnanimo ſane Principe dignam, Aldum Manutium Romanum, bonarum literarum reparatorem, Venetijs aduocare decreuerat. Itaq; cũ philoſophiæ ſtudia in primis ſtabilire curaret, me inter priuatos lares, ob turbationes horum miſerorum temporum, in patria philoſophãtem, ad id munus miro cũ deſiderio arceſsiuit. Cumq́; legendi munus exequerer, & hæc noſtra eius animum : mirum immodum oblectarent, iuſsit etiam vt omnes Ariſt. libros dilucidarem, & medius fidius non iniuria, nam qui ante nos expoſitores ſcripſerunt. non vna exponendi ratione profecti ſunt. Alij namq; cauillis omni ex parte immerſi illos cauilloſe atq; ſophyſticæ interpretantur. Alij varijs opinionibus addicti, præcepta illa Ariſto. diuina pœnitus varie commentantur, quod non ſine admiratione eſt, in vno omnium auctore clariſsimo tot differentias adinuenire, qua ex re decreuimus & oẽs Ariſt. libros, & ea cuncta, quæ confuſe noſtris in cõmentationibus diximus, nunc dilucidare. Librum ergo omnium curioſiſſimum communiſsimum, præ cæterisq́; fertiliſsimum, Metaphyſices, videlicet, enucleare dilucidareq́; ſtatuimus. Erit enim Ariſtotelis libri, & eorum quæ in naturalibus ſcripſimus, ſummum quoddam dilucidariũ. Verum illud ſilentio tranſeundum non puto quàm plures ante nos claruiſſe viros, qui ſummo ſtudio Metaphyſicis incubuere diſputationibus, Græcorum tamen & Arabum legimus neminem, qui hac in ſcientia diſputatiue inceſſerit niſi Auerroem, qui aduerſus Algazelẽ: Metaphyſicas edidit diſputationes. Alexãder.n. Aphrodiſieus bonum egit expoſitorem, Auic. more boni paraphraſtici. Auer. autem contra Algazelem & diſputatiue hac in ſcientia proceſsit, & vt peripateticis ſatisfaceret, etiam more Commentatoris. At latinorum omne genus ſcriptorum euoluimus, exponendi quidem munus noſter Thomas Aquinas præcipue abſoluit. diſputandi vero quod ad mentem Peripateticorum feciſſe credidit Ioannes Gandauenſis. Alber. cognomento Magnus partim paraphraſtice : partim diſputatiue fertur, cæteri quoq; recentiores Metaphyſici, quorumq́; princeps nũc eſt Ioannes Scotus, arbitrati ſunt hoc diſputandi genus acutius attigiſſe: pro bonorum peripateticorum dilucidatione Metaphyſicas diſputationes compoſuimus, in quibus ijs occurremus omnibus qui à peripateticorum mente deuiarunt, mentem ipſorum veram dilucidando, vnde hic nos dilucidatores ſumus dilucidatoresq́; volumus appellari. Librum quoque noſtrum dilucidarium quatenus in omnibus quæſitis opinionem peripateticorum dilucidamus necnon & multa quæ in phyſicis commentationibus minus lucide ſcripſimus. Verum cum ingenijs humanis ſit tanta inueniendi veri cura & ardor vt perſæpe huius deſiderij cauſa nullis parcamus auctoribus, nec ipſis etiam præceptoribus quibus maxime debemus, non potui ipſe etiam veritatis amore calamum temperare quin ꝙ ſentirem eodem modo ſcriberem, & nonnullos carperem, qui carpendi iure viderentur. In quibus quidem ſunt pleriq; quorũ auctoritas ſuperioribus ſeculis permagna fuit, & adhuc viget etiam pœne in vniuerſa Europa, quorum ab opinione diſſentire nefas pleriq; putant. Hanc igitur ob cauſam operis huius æditionem ante ſupremum vitæ diem minime facere deſtinauerã, ſed cum tu vir clariſsime ac ſapientiſsime Andrea, virtute & auctoritate apud omnes noſtro in regno valeas, cuius voluntati non parere, non minus nefarium quàm inciuile arbitramur. Tuis cogor iuſsis præter animi inſtitutum has lucubrationes in lucẽ ædere, nõ ignarus nouis certaminibus materiam præbituras, à quibus in poſterum pro dignitate parta abſtinere & ętas & mẽs potioribus ſanctioribusq́; intenta ſtudijs monebat. Mouit inſuper me elucubrationes haſce tibi dicare Andrea diſertiſsime, nam cum nõ minus philoſophorum fautor quam militum magiſter ſis. maximus, non iniuria diſputationes haſce tibi dicauimus, vt enim in militaribus certaminibus tu vnus iudex exiſtis, ſic in literarijs rixis fecimus te defenſorem, vt ſi qua recte dixerimus contra oblatratores, defenſionis clauam aſſumas. præterea quis ſanæ mentis homo audeat ſapienti præſtantiq́; viro quidpiam adnegare? nam quemadmodum reliquum hominum genus vi & minis ad parẽdum compellitur, ſic noſtræ manſuetiores muſæ nutu ſolo principum, virorum ad imperata vertuntur, ac vi quadam arcana tanquam à magnete, ferrum ad obſequia trahuntur, idq́; eo ſit vehementius quo præſtantiore

tiore à cauſa proficiſcitur, nam cum ſublimes animi tui virtutes conſidero, ambigo quã cui anteponã, ciuilium ne rerum prudentiam reiq; publicæ circunſpectam adminiſtrationem? an rei militaris cognitionem ſcientiamq́; mirabilem, quarum in vtraq; te primas adeptũ eſſe partes, ac magna cum gloria tenere conſtans fama eſt, ꝙ nos etiam proprijs oculis obſeruauimus, dum bellum apud Lyrim aduerſus gallos gerebatur: vbi prudentia tua ac fortitudine cunctis victoria fuit in propatulo, quapropter in te idem quod in Cyri laudem dictũ fuit merito dici poteſt, fœlix nimirum haberi potes: ampliſsime Andrea: cuius virtutibus iuncta eſt fortuna comes non ab re igitur fortuna te diu fœlici in gremio fouit, quippe cum ſapientes & fortunæ cedere, & fortunã amplecti venientem, eamq́; prudentiſsime cuſtodire nouerint qualem te noſtris temporibus difficillimis, ac turbulentiſsimis cognouimus vt non minus publicis bonis ac regiæ dignitati cõmodo conſuluiſſe quã tibi videare. Quamobrem cum literatorum tu literarum conſultiſsimus patrociniũ ſuſceperis, adeo vt non omnino res publica literaria deſtituta eſſe putetur, & ad hanc æditionem pro communi ſtudioſorum (vt ipſe dicis) vtilitate me vel inuitum compellas tã laborioſum ancepsq́; duellum ineamus. Attamẽ tuis auſpicijs, tuaq́; ſublimi fretus auctoritate, adeo audacter arma hæc edere video, ac ſi Vulcani, aut Mineruæ eſſem clypeo protectus certior ex quo vis hoſte victoriã reportaturus.

*Octo ex intentione Auerr. in pœmio Phyſicorum prælibanda ſunt. De intentione.*

Ante igitur quam ad diſputationes deueniamus: abſoluenda ſunt ea octo, quæ boni expoſitores in commentationum principijs præmittere aſſueuerunt, & primo de intentione. Igitur ſeparatum à materia, atque motu bifarium eſt apud peripateticos alterum quidem ꝙ ſecundum eſſe & rationem materiam excludit, veluti primus intellectus, & cæteræ mentes. Primus enim intellectus cæteræq́; mentes pro tanto excludunt materiam atq; motum, quia ſi cõtingeret illas à priori definire, nec materiam nec motum circumcernerent.

*Separatũ à materia bifariam.*

Alterum vero quòd per non incluſionem materiam excludit, ceu ens, vnum, bonum, actus, & potentia, atq; id genus. Hæc enim (quia communia ſunt materialibus & mobilibus, etiam immaterialibus & immobilibus) per non incluſionem materiæ & motus ſeparata dicuntur. Colligitur autem iſtud bifarium ſeparatum ab Ariſto. 6. Metaph. vbi ita inquit. (Si igitur nulla ſit alia ſubſtantia præter eas quæ natura conſtãt, naturalis ſane facultas prima ſciẽtiarum erit: ſin uero ſubſtantia ſit in ratione rerum quædam immobilis hæc erit profecto prior, philoſophiaq́; prima & vniuerſalis hoc pacto.) Hæc Ariſto. qua in conſequentia indicat duplex genus ſeparationis, alterum per eſſentiam, alterum per communitatem & indifferentiam, quod quidem eſt pro tanto, quia genus ſeparatum per eſſentiam eſt: non enim eſſe poteſt ens indifferens materiali & immateriali, niſi immateriale eſſet. Totum enim genus entis eſſet ad materiale contractum, niſi ſeparatum genus per eſſentiam eſſet. Hinc perſpicuum eſt, quæ nam ſit intentio, cum enim vtrunq; genus ſeparatum per ſe dicatur & Metaph. de genere ſit ſeparato: vt tradit Ariſto. eodem in. 6. lib. dicens. (At prima circa ſeparabilia ac immobilia ſane verſatur) Retulit namque verbum ſeparabilia ad genus ſeparatum per non incluſionem, verbum vero immobilia à genus ſeparatum per eſſentiam.

*Ariſt. 6. Met. te. c. 3.*

*Ariſt. 6. Meta. Te. c. 2.*

*Excuſatio.*

Verum quia quæſtio de intentione libri eſt quæſtio de materia & ſubiecto libri, rem hanc diligentius tranſmittimus ad diſputationem de ſubiecto. Hæc de intentione. Et de fructu Metaph. agamus.

*De fructu: Põnes de fructu Metaphy.*

Priſci itaq; philoſophi Metaph. inter ſcientias non enumerauerunt, qua ratione ipſam nullum fructũ ad ſciendum præbere aſſeuerauerunt. Verum non eodem modo, nam alij illam nihilipenſerunt: quatenus nõ cognouerunt res vltra Phyſicas. Vt omnes ante Socratem, quales fuere Thales mileſius: Hyppon vulgaris philoſophus, Hyparcus Metapontinus, Anaximenes, Diogenes, Heraclitus Epheſius: Empedocles agrigentinus, Anaxagoras Clazomenius, Heſiodus, Parmeni Meliſſus, Leucippus, & eius collega Democritus, & cæteri: quos Ariſtoteles in lib. Meta. primo enumerat. Alij illã contempſerunt: propter exercitium in Mathematicis, quatenus Mathematica rerum principia putauerunt, & ſubſtantias naturalium corporum non vltra ſpeculantes, veluti Alcmeon crotoniates, & Pythagoras. Alij videntes Metaphyſicam nihil conferre ad vitam, ipſam pœnitus ſpreuerunt, vt Socrates, qui circa moralia intentus vniuerſam deſpexit naturam, & Plato in Gorgia. Obijciunt autem his Ariſt. per hoc: quia omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & magis maiorem ſcientiam, maxime autem maximam, talis vero eſt Metaph. igitur omnes deſiderant ſcire Metaph. nihil autẽ naturaliter expetitum eſt impoſsibile, vel inutile. igitur Metaph. eſt vtilis. Sed quo nam modo ſit vtilis diſputemus.

*Qualiter ſit vtilis. Pō Alexan.*

Alexander itaque Aphrodiſius abſolute dixit Metaphyſicam eſſe vtilẽ quatenus ipſa eſt fructus omnium ſcientiarum: & animæ beatitudo. Vtitur autem Alexander ratione, quia Metaphyſica eſt Deus ſaltem obiectiue. In abſtractis enim idem eſt ſcientia & ſcibile. vt Ariſto. auctor eſt. igitur Metaphyſica eſt beatitudo. tenet conſequentia, eſt enim Deus ipſe animæ beatitudo. Amplius non poteſt eſſe hominis beatitudo, niſi in ſcire: vt. 10. Ethic. cap. 10. accipitur, & vltima beatitudo in vltimo ſcire: Tale eſt ſcire Metaphyſicum.

*Põ Egi. & Ioã.*

Egidius noſter quem Ioannes ſectatur cum Alexandro concedit Metaphyſicam eſſe hominis beatitudinem, ſed non ſimpliciter, ſolum autem ex puris naturalibus acquiſitam, vt multis verbis probat, & huius rationem aſsignat, quia vera beatitudo eſt poſt mortem, quam non aſſerit eſſe Metaphyſicam, at hæc Metaphyſica eſt in vita.

*Confutatio.*

Sed pace huius viri dixerim hæc poſitio non videtur peripatetica. Primo, quia peripatetici aliam vitã dubitant licet nos certam habeamus nec de fœlicitate illius vitæ Ariſtot. aliquid tradit. Secundo conceſſa alia vita ſecundum peripateticos vt eſt rei veritas, beatitudo animæ tunc nõne eſt ſpeculatio Dei? nam licet non ſit per ſyllogiſmum, eſt tamen per eſſentiam Dei, omnis autem ſpeculatio, aut eſt naturalis, aut ſupernaturalis, aut Mathematica. Cum igitur illa nec ſit naturalis, nec Mathematica, igitur Metaphyſica.

*Põ Auic. 1. Meta. ca. 3.*

Auicenna autẽ ait ſcientiam omnem eſſe animæ perfectionem & propterea diſtinguit de vtili, quia aliquid eſſe poteſt vtile vtilitate abſolute hoc eſt vtilitate generis, & ſic Metaphyſica eſt vtilis animæ, veluti omnes ſcientiæ, quatenus perficit animam, & præparat ad fœlicitatem, vt cæteræ ſcientiæ. Vel vtilitate propria hoc eſt vtilitate ſpeciei, quod adhuc ſubdiuidit, quatenus aliquid eſſe poteſt vtile vtilitate ſpeciei ſeruiliter, vel regaliter, vt diſtinguit Ariſtot. primo politicæ. Seruiliter quidem omnes ſciẽtiæ ſunt Metaphyſicæ vtiles. Regaliter vero Metaphyſica



Metaphyſica eſt vtilis omnibus, quatenus omnes reſoluuntur in ipſam. Et breuiter ſecundum Auic. oportet, dicere, ꝙ Metaphyſica aut comparatur animæ, aut comparatur alijs ſcientijs, ſi animæ, ſic eſt vtilis animæ: quatenus præparat illam ad beatitudinem ſi autem cõparatur alijs ſcientijs: ſic eſt vtilis regali vtilitate, quo modo dominus ſeruo, & regno rex vtilis dicitur. Hæc Auic.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio truditur in errorem Egidij & Ioannis, qui fortaſſe Clypeo Auicennæ (ita vt diximus) opinabantur, quia cum Metaphyſica præparet animam ad beatitudinem, quæratur, quæ nam ſit beatitudo, aut igitur ſpeculatio quædam, vel actus virtutis, & certum eſt ꝙ vltima beatitudo ab Ariſtotele & omnibus ponitur ſpeculatio quædam. Omnis autem ſpeculatio aut eſt Mathematica, aut Metaphy. aut Phyſica, & arguatur vt prius. Dicendum igitur ſecundum Peripateticos, vt ſecundum Auer. 3. de anima, & ſecundum Alexan. & Themiſtium ibidem, ꝙ duplex eſt Meta. vt recte theologi dixerunt, altera quidem abſtractiua, quæ ex puris naturalibus acquiritur exq́; ſyllogiſmis: & hanc tradit Ariſto. quàm dixit eſſe de bifario ſeparato, altera vero intuitiua, quæ eſt Dei & ſubſtantiarum ſeparatarum eſſentialis intuitus: quo mentes Deum intuentur, & ſeſe: non tamẽ eodem modo Peripatetici, & Catholici ſentiunt.

*Põ propria. Cõm. 36.*

*Peripatetici et Theologi differunt.*

Peripatetici enim aſſerũt Metaphyſicam intuitiuam acquiri in ſtatu copulationis intellectus agentis cũ intellectu poſsibili, poſt adeptionem perfectam omnium ſcientiarum rerum naturalium. Catholici vero talem Meta. acquiri dicunt in patria poſt merita, & raro in via, niſi raptim: vt de Paulo legitur. Iſta igitur duplex Meta. eſt tam de intẽtione Peripateticorum, quàm de intentione Catholicorum, quia ſiue ponatur alia vita, ſiue non, oportet omnino illam ponere. Tunc dicerem, ꝙ ſi loquimur: de Meta. intuitiua, ſic recte Alexã. dixit ipſam eſſe omnium ſcientiarum fructum, atq; animæ beatitudinem: quia ſumendo ſic Metaphyſicam, ipſa eſt Deus ipſe menteſq́; ſeparatæ, quibus anima copulatur poſt adeptionem omnium ſcientiarum naturalium, vt ſtulti peripatetici crediderunt. Si vero loquimur de Metaph. abſtractiua, quæ ex puris naturalibus accipitur, ſic recte Auic. potuit dicere, nam hæc eſt vtilis vtilitate generis quatenus confert animæ, & præparat illam ad beatitudinem atq; Metaphy. intuitiuam vt cæteræ ſcientiæ. Confert etiam omnibus alijs ſcientijs etiam vtilitate ſpeciei, quatenus regit illas, atq; illarum principia reſoluit vſq; ad vltima. Hæc de fructu.

*De ordine põ Auic.*

Et de ordine dicendum. Triplex (vt dictum eſt) inuenitur ſcientia, alia quæ pœnitus immerſa materiæ cõſiderat: vt Phyſica, alia quæ omnino abiuncta à materia contemplatur, vt Metaph. alia quæ medio modo ſeparata obſeruat, vt Mathematica. Omnes igitur concedunt Metaphy. eſſe vltimam, vt Auicen. in primo ſuæ Meta. cap. 3. & Auer. 6. Metaph. com. 3. & 7. Metaph. com. 39. quoniam duplex eſt ordo ad nos, & ad naturam Meta. eſt vltima ad nos. Prima vero quo ad naturã. Eſt enim poſt Phyſicam, vt Auic[illegible]ia ea quæ ſumuntur hic probant in naturali p[illegible]ia, vt ꝙ generatio ſit, & alteratio & id genus. Po[illegible]hematicam vero, quia non poſſumus peruenire ad ſcĩam motorum, niſi poſt ſcĩam orbium, ad ſcĩam vero orbiũ nõ deuenimus, niſi poſt ſcĩam Aſtrologiæ, quæ haberi non poteſt, niſi poſt ſcĩam geometriæ & arithmeticæ. cæteræ vero ſcĩæ & artes cũ Metaph. non habent ordinẽ. Hæc Auic. Sed pace tanti viri dixerim hic eſt error quantum ad rationem, primo quia quæ accepta & probata ſunt in naturali philoſophia non ſumuntur hic vt principia: ſic enim hæc ſcientia ſubalternaretur illi. Secundo quia ſi Mathematica eſt prior, quia ſine origine orbium non cognoſci poſſunt motores, etiam Metaphyſica eſſet prima, quia ſine agnitione motorum non poſſunt cognoſci orbes.

*Poſitio Iuniorum.*

Iuniores Metaphy. ſentiunt hanc eſſe vltimam, quia eſt difficillimorum, ordo enim addiſcendi debet eſſe à facilioribus.

*Confutatio.*

Sed nec hæc ratio valet primo quia Ariſt. in textu ait hanc eſſe certiſsimam, quia eſt certiſsimorum, præterea ens & res prima impreſsione imprimuntur in anima, vt dicit Auicen. Amplius prima principia, vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & id genus ſunt communia omnibus ſcientijs & non niſi per habitum Metaphyſicæ. Igitur videtur Metaphyſica prima.

*Propria ſol.*

Mihi itaque videtur Metaphyſicam eſſe poſt Mathematicam, quia pro maiori parte ea, quæ tractantur in Metaphyſica ſunt difficiliora ijs, quæ tractantur in Mathematicis, vt ſaltem quo ad eam partem: quæ eſt de ſubſtantia & accidente, actu & potentia, & de ſubſtantijs ſeparatis, & id genus. Poſt phyſicam vero, & propter hanc cauſam, & etiã quia ſubiectum eſſe huius ſciẽtiæ præſupponitur demõſtratum à naturali, vt aſſerit Auer. tam enim ens ſeparatum per eſſentiam eſſe, quàm ens ſeparatum per indifferentiam. probatur in naturali, vt in lib. d. d. indicauimus. Aut poteſt dici ꝙ hæc ſcientia ſumit ſuum ſubiectum ſuppoſitis naturalibus & Mathematicis, quia niſi eſſent illa & ſubſtantiæ ſeparatæ, non eſſet ens ſeparatum per indifferentiam ad omnia. Hæc de ordine.

*De diuiſione & 1. dubitatio.*

Et de diuiſione agamus. Vbi debes ſcire totam hanc ſcientiam ab Ariſtot. eſſe traditam in vno lib. qui diuiſus eſt in. 14. Nam in. 11. libr. agit de abſtractis per indifferentiam, in tribus alijs de abſtractis per eſſentiam. Sed tunc occurres propter quid phyſica fuit tradita per libros genere differentes, veluti vna eius pars per libros de cœlo: alia per libros de generatione, aliæ vero per alios, & Metaph. non niſi per vnum lib. in genere?

*2. dubitatio.*

Secundo propter quid in naturali philoſophia fuit poſitus vnus liber, qui eſt de principijs generalibus & de communibus ad omnes libros, & non ſic in Metaphyſica? Hæc enim dubitationes profecto ſunt non leues.

*Solutio primæ.*

Dici poteſt quòd ideo hæc ſcientia non eſt tradita per libros genere differentes, quia non eſt niſi de bifario genere, vtpote de abſtracto per eſſentiã, & de abſtracto per indĩam: quorũ vnũ ſupponit alterũ immediate. Et ideo fuit tradita per libros differentes in ſpẽ, & nõ in genere.

*Solutio ſecũdæ.*

Ad ſcd̃am per idem dicerem. res enim naturales differunt ſecundum vniuerſale & particulare, at res Metaphyſicæ differunt ſecundum modum abſtractionis, quatenus aliquæ ſunt per eſſentiam abſtractæ, aliquæ per indifferentiam, & omnes ſunt vnius generis conſiderationis, quatenus vna illarum immediate dependet ab alia in ratione cognoſcendi vt dictum fuit. Quare nos iuſta diuiſionem Ariſto. noſtrum dilucidarium diuidemus in libros. 14. & quemlibet librum in diſputationes, diſputationem vero omnem in quinque capita: Primum eſt caput dubitationum. Secundum eſt caput tituli. Tertium caput poſitionum eorum, qui non peripateticæ opinantur. Quartum caput dilucidationis opinionis peripateticæ. Quintum eſt caput ſolutionum omnium rationum & omnium dubitationum. Hæc de diuiſione.

*De proportiõe.* De proportione autem patet. Eſt enim proportio Metaphyſicæ ad ſcientiam ſpeculatiuam, ea quæ eſt ſpeciei ad genus vt dicitur. 6. Metaphyſi. *De doctrina.* De doctrinandi modo etiam patet. nam Ariſto. vtitur nunc demonſtratione ſigni, nunc demonſtratione cauſæ, vt in proceſſu diſputabimus. Reſtat vt dicamus de inſcriptione libri, itaque inſcribitur liber τῶν μετὰ τὰ φυσικά, hoc eſt *De inſcriptione libri.* lib. eorum quæ ſunt ſuper naturalia. Verum ſuper naturale. Vno modo id dicitur: quod eſt vltra captũ humanum, vltraque rõnem coniunctam ſenſibus quale eſt miraculum, vt inquit Valerius maximus, & hoc pacto non dicitur lib. ſupernaturalium, quia ſit de miraculis. Alio mõ ſupernaturale. i. quod eſt ſecundum eſſe & rõnem abſolutum à motu atq; materia & hoc pacto lib. iſte dicitur eſſe rerum ſuper naturalium, ſiue potius rerum *Quid theologia* poſt naturalium. Inſcribitur etiam ab Ariſt. theologia, quatenus eſt ſermo de Deo. nõ tñ eo modo: quo theologia, credita, nam illa eſt de Deo quantum ad quædam credita. Hæc vero de Deo eſt, quod ad quæ*Quid ſophia.*dam de illo per rõnem naturalem demõſtrata. Dicitur etiam ſophia ſiue ſapientia quia ſapientia differt à prudentia, vt dicitur. 6. Ethico. & Ptholemæus in prooemio apoteleſmatum tangit quatenus pertractat de rerum euentis per cauſas altiſsimas: prudentia per cauſas humanas, qua ratione etiam aſtronomia ſapientia ſolet dici: quia per cœleſtes cauſas de rebus docet prędi*Aſtronomia ē ſapientia 1. philoſophia.*cere. Ea vero pars, quas quis de rebus prædicit per humanas coniũcturas, prudentia dicitur. Appellatur nonnunquam prima philoſophia, quatenus inter omnes philoſophias ipſa optinet principatum, vt Ariſto. indicat in tex. vel rõne habita ad moralem, quæ dicitur philoſophia, hæc aũt dicitur prima philoſophia, q̃m eſt de primo fine, illa philoſophia, quæ de fine eſt hu*De auctoribus*mano. Hæc de inſcriptione. Et de auctoribus tranſigamus. Et licet de inuentione huius ſcientiæ fuerit non parua ambiguitas apud antiquos, nã alij illam tribuerũt ægyptijs ſacerdotibus vt videtur Ariſt. in tex. Alij gręcis vt Laercius auctor eſt. Quicqd ſit de inuẽtione ipſa, omne huius ſcientiæ principes fecerunt Plat. & Ariſto. verum non eodem modo. Alij nãq; Plat. palmã hu*De cõparatiõe. Pla. & Ariſt.*ius rei dedicarunt. Alij Ariſto. Beſſarion Nicenus multis auctoritatibus Plato. enititur Ariſto. præponere, vt *Quæ Beſſarion de Platone.* auctoritate Quintiliani, Plinij, Apullei, Ciceronis, & Auguſtini; atq; Demoſthenis. Cice. n. & Augu. ſine dubio Plat. Ariſto. præpoſuerunt, cæteri adeo Platonem extollunt: vt non reſtet locus laudandi Ariſto. Mouetur etiam coniecturis. Primo quia veteres Plat. diuinũ *Plato diuinus, Ariſto cur Dæmonium appellatus.* Ariſto. dæmonium appellauerunt. Illum diuinum: quia acutiſsime res diuinas pertractauit. nunc dæmonium, ꝙ res ſublunares, in quibus dæmones degunt, diligenter diſputauit. qua ratione ſit palma huius ſcientiæ Platoni ſit danda. Secundo quia Platonis fuit auditor, & rationi conſentaneum eſt vt præceptor ſemper ſit diſcipulo præponendus. Tertia quia per annos viginti Ariſto. Platonem audierat è cuius auditorio tum exierat cum annos agebat fere quadraginta, vixit poſtea annis fere. 24. & ita cum ipſe Platonem audiuiſſet per tot annos & per tot paucos ſuperuixiſſet, nõ eſt rationi conſonum vt præceptorem ſuperaſſet in tam breui tempore. His & alijs multis verbis Beſſarion Platonem in Metaphyſicis atq; diuinis ſcientijs ſine dubio Ariſto. præponit. Ego vero nõ ſum tanti vt poſsim inter hos diiudicare. *Propria ſententia.* Illud tamen à Beſſarione vellem audire ſi Plato in diuinis præponendus eſt Ariſtoteli: nunquid ſit præponendus quo ad ea, quæ Plato dicit lumine naturali hoc eſt ratione coniuncta ſenſibus, an lumine ſupernaturali vtpote vel per credita, vel per reuelationem, non eſt præponendus quo ad ea quæ ipſe didicit per lumen ſupernaturale, quia non nemini me legiſſe Platoni fuiſſe aliquod tale reuelatum. Si vero præponitur quo ad ea quæ tradidit ratione naturali, friuolum eſt, puto enim Ariſtot. in hoc fuiſſe ſummum, vt recte Thomas noſter ait, reliqua vero quæ Plato addit: non fuerunt naturali ratione tradita, Præterea nec Beſſarion negabit ſoli Ariſtoteli fuiſſe conceſſum artem docendi, tradendiq́; omnes diſciplinas. Multi enim extitere viri in Mathematicis, naturalibusq́;, rebus, cæteriſúe facultatibus peritiſsimi, nemo tamen tam ordinate, tam doctè proceſsit, ob quod apud veteres diuulgatum eſt Platonem philoſophiam diuirginaſſe, Ariſt. vero illam feciſſe meretricem. nam Plato primus fuit, qui cœpit eam doctrinaliter tradére: Ariſtoteles vero perfecit illã. Quæ vero mouerunt Beſſarionem, friuola ſunt. Nam vt aduerſarius eius, in quem librum edidit, ait: Cicero laudauit Ariſtotelem: quem laudare debuit, excepit vero Platonem: quem amabat. De diuo Auguſtino, cuius auctoritas eſt magna fertur eum Platonicum fuiſſe, cum Platonis opiniones recreauerit, quæ in iuuenta didicerat; vt Thomas in his q̃ ſcripſit ĩ libris ſnĩarum, lib. videlicet, ſecundo diſtinctione. 13. Amplius in ſummis, veluti in ſecunda ſecundæ quæſtione. 23. Rurſus in his quæſtionibus, quas de veritate ędidit qõne, videlicet. 21. Prętere a Hiero. præponit Ariſt. Platoni in omni ſcientia appellans ipſum omnium ſapientum principem, prodigium, grandeq́; miraculum in tota natura, cui pene videtur infuſum quicquid naturaliter eſt capax humanũ genus. Auctoritates cæterorum non ſunt comparatiuę, propterea nihil ad nos. Præterea Plinius capitulo de leone multa tribuit Ariſtoteli, quæ nullibi Platoni tribuiſſe videtur. Quintilianus etiam alibi appellat Ariſtotelem omnium artium principem. Cicero quoq; ipſe in lib. Topicorum quem vltimo ſcripſit, confitetur Ariſtotelem vtriuſque partis fuiſſe principem. Qua ratione dicamus Ariſtotelem eſſe cui iura Metaphyſici cõpetunt, quiq; inter philoſophos tã naturales quã Metaphyſicos principatum optinet. Coniecturę vero nullæ ſunt, prima quidem: quia licet fuerit auditor Plato. auctoritas Plat. fuit maior, doctrina tamen Ariſtotelis potuit eſſe excellẽtior. Secunda etiã nulla eſt: quia licet per tot annos audiuit, potuit in paucis Platonem ſuperare. Tertia friuola eſt, quia Ariſtoteles etiã dicitur diuus vt in epitaphio eius legitur, quod eſt, videlicet, φοιβίδοσ ἦν μητρὸσ καὶ νικομάχου γενετῆροσ τῶν ἀσκληπιαδῶν δῖοσ Ἀριστοτέλησ.



# AVGVSTINI NIPHI SVESSANI DISPVTATIONES IN PRIMVM LIBRVM METAPHYSICORVM.

1 *Num ens inquantum ens ſit ſubiectum in Metaphyſica.*
2 *Num & in quæ primò ens diuidatur.*
3 *Num immediatius rei competat quantitas perfectionis, ſiue finitas, an vnitas.*
4 *Num omnes homines natura ſcire deſiderent.*
5 *Num omnium ſenſuum viſum potiſſime amemus.*
6 *Num prudentia ſit in brutis animalibus.*
7 *Num Ariſt. ſcientia ex experimentis generetur.*
8 *Num actus & generationes ſint circa ſingulare.*
9 *Num primum obiectum ſenſus ſit ſub ratione qua vniuerſale, an ſingulare.*
10 *Num Metaphyſicus conſideret quiditates omnium rerum in particulari.*
11 *Num magis vniuerſalia ſint cognitu difficiliora minus vniuerſalibus.*
12 *Num Metaphyſica ſit ſcientia practica, vel ſpeculatiua.*
13 *Num ſcientia ſpeculatiua ſit omnibus practicis nobilior, & honorabilior.*

## DISPVTATIO PRIMA DE SVBIECTO

In Quatuor Quæſtiones diuiſa.

1 *Num ens inquantum ens ſit ſubiectum in Metaphyſica.*
2 *Num ens ſit vniuocum ſubſtantiæ, & accidenti.*
3 *Num ens habeat cauſas, & principia.*
4 *Num ens habeat veras & proprias paſsiones de ipſo demonſtrabiles.*

OLENT quærere vtrum ens ſimpliciter ſumptum ſit primum Metaphyſicæ ſubiectum. Et arguunt ꝙ non. Primo quia vnius ſcientiæ & realis, ſubiectum debet eſſe vnum & reale: at Metaphyſica eſt vna ſcientia & realis, ens vero nõ eſt vnum & reale, igitur ens ſimpliciter ſumptum non eſt primum Metaphyſicæ ſubiectum. Probatur maior quo ad primam partem, quia per vnum habitum contingit vti vno actu, veluti per vnum habitum muſicæ vna pulſatione vti contingit: vt dicitur primo Ethic. at actus vnus eſt circa vnum ſubiectum ſiue obiectum, veluti pulſatio circa vnum pulſabile, igitur vnus habitus erit circa vnum ſubiectum ſiue obiectum: modo ſcientia habitus, igitur vnius ſcĩæ eſt vnum ſubiectũ, & hoc modo patet prima pars maioris. Scd̃a etiã declaratur, quia non maioris entitatis eſt effectus q̃ cã, & menſuratum quã menſura, ſed ſubiectũ ſiue obiectũ cauſat ſcĩam & illã menſurat. 5. huius, igiť ſcĩæ realis ſubm debet eſſe reale, & ſic patet tota maior, videlicet, ꝙ, vnius ſcĩę & realis ſubm ſit vnũ & reale. minor ẽt probať quo ad ambas partes. Prima. n. patet, ꝙ videlicet, Metaphyſica ſit vna ſcĩa & realis, nã eſt vnus habitus ſpẽ, & in p̃dicamẽto qualitatis. Secunda vero ꝙ videlicet ens non ſit vnum reale, declarať quia his quæ ſe totis diſtinguũtur nihil vnum reale cõę eſſe põt, hæc. n. eſt per ſe nota & ex oppoſito prædicati infertur oppoſitum ſubiecti, vt dř in lib. de interprætatione, at ſuba & accñs, Deus & cæteræ res ſeſe totis diſtinguunť, aliter Deus ipſe non eſſet ſumme ſimplex, quia ſi non ſeſe toto diſtingueret à rebus cęteris, diſtingueret in parte ſic & in parte non, & ita per aliquid à rebus differret, & per aliqd cõueniret, igitur eſſet compoſitus ex eo quo differret, & ex eo quo conueniret, & per conſequens nõ eſſet ſumme ſimplex, põt ẽt hæc eadem pars probari, q̃a decẽ prædicamenta ſunt prĩo diuerſa, vt diceť in quinto huius, mõ nihil vnum reale põt eſſe cõe his, quæ primo diuerſa ſunt alř nõ eſſent primo diuerſa, & ſic patet totá minor & ita ens ſimpliciter ſumptũ nõ eſt ſubm primũ meta. Secũdo hæc ſcĩa nec differt ab alijs ſciẽtiis propter ens ſimpliciter ſumptum, nec denominať ab illo: igitur ens ſimplř ſumptum non eſt hic ſubm. añs patet, quia licet plures ſint conditiones requiſitę ad rõnem ſubti, præcipue ſunt, vt diſtinguat ſcĩam ab aliis, & illam denominet. conſequentia vero conſtat, primo, quia ens ſimplř ſumptũ non diſtinguit, diſtinguiť. n. meta. à mathema. & à naturali per hoc: quia meta. conſiderat ĩmobile & ſeparabile, vt dř ſexto huius, denominatur etiã ibidem, theologia, quia eſt de diuinis, igiť ens ſimplř ſumptum non eſt hic ſubiectũ. Tertio beatitudo conſiſtit in ſpeculatione meta. vt colligitur. 10. Ethic. & nõ niſi in ſpeculatione ſubiecti, quia notitia ſubiecti, virtute & p̃tãte cõtinet notitiã oĩum eorũ, quæ in ſcientia tractantur. Sed in ſpeculatione entis ſimplř conſiſtere non poteſt. igitur ens ſimpliciter non eſt ſubiectum. minor patet, quia ſicut ens eſt ĩperfectiſsimũ, ita eius notitia, eſt igitur totus ſyllogiſmus beatitudo eſt ſpeculatio ſubiecti metaphyſicę: beatitudo nõ eſt ſpeculatio entis ſimpliciter ſumpti: igiť in tertia figura ens ſimpliciter ſumptum non eſt metaphyſi. ſubiectum. Maior patet, quia debet eſſe ſpeculatio eius, quod virtute & p̃tãte continet omnia in ſcientia, quale eſt ſubiectum. Minor probatur, quia ſpeculatio entis ſimpliciter eſt imperfectiſſima, & ſic patet ſyllogiſmus. Quarto ſi ens ſimpliciter ſumptum eſſet meta. ſubiectum, omnes alię metaphy. ſubalternarenť. et conſequentia patet, quia ſubiecta cæterarum eſſent ſub ſubiecto meta. igitur ſubalternatio quædam ibi videtur. conſequens deſtruitur per hoc, quia Ariſto. diſtinguit ſcientias ſpeculatiuas in tres, & certum eſt, quia non numerat ſubalternas. quia multo plures eſſent: igitur numerat pœnitus aduerſas: & ſic nec phyſi. nec mathema. metaphy. ſubalternantur. Quinto de ſubiecto oportet præcognoſcere quid eſt, vt dicitur. 1. Poſte. at entis non põt præcognoſci quid eſt, quia vel non habet, vt ſi eſt æquiuocum vt Porph. inquit: vel ſi eſt vniuocum nõ habet genus nec dřiam, quibus colligitur quid entis, igitur ens ſimpliciter ſumptum non põt eſſe hic ſubiectum. Sexto ſubiectum ſcientiæ debet habere paſsiones de ipſo demonſtrabiles, vt traditur. 1. Poſter. at ens paſsiones habere non poteſt. Tum quia paſsio differt eſſentialiter ab eo cuius eſt, quia eſt alterius prædicamẽti à ſubto, at ens nõ differt ab aliquo, eſt. n. de eſſentia cuiuſlibet. Tum ſecundo quia paſsio prædicatur per ſe de ſubiecto, & ſubiectũ de paſsione non niſi per accidens, atque denominatiue, quia prædicationes per ſe non conuertuntur, at ens de omnibus non niſi in quid prædicatur, igitur non habet paſsiones, & ſic non poteſt eſſe ſubm. Septimo ſubiectum debet habere principia ſiue partes. at ens nõ habet principiũ. primo quia principium

eſt prius eo cuius eſt nõ ente nihil eſt prius. ſecũdo q̃a ſi ens ſimpl'r hr̃et principiũ, tunc oẽs ens hr̃et principiũ veluti ſi iuſtitia eſt bonũ ſimpl'r: oẽ bonũ erit iuſtitia, igitur ens non põt habere principiũ, & ita nec eſſe põt ſubiectũ. Octauo ſubſtãtia eſt ſubiectum, igiť nõ eſt ens, quia vnius ſciæ nõ poſſunt eſſe duo ſubiecto. ans probať, tum ex quarto huius, tum ex octauo. Nono arguit: Io. ſi ens ſimpl'r eſſet metaphyſicæ ſubiectũ, tũc ens eſſet ſubiectũ inq̃tum ens, & ſi ens eſſet ſubiectum inq̃tum ens, tũc oẽ ens, q̃a qd' cõpetit alicui ſm̃ ꝙ ipſum, cõpetit oĩ. Decimo arguit ꝑſtabiliſſimæ ſciæ debet eſſe ꝑſtabiliſſimũ ſubiectũ, tale eſt Deus & nõ ens, igitur ens nõ eſt hic ſubiectũ. Vndecimo arguũt alij, qualibet parte ſubiecti ipſum ſubiectũ debet eſſe prius ſaltẽ ſm̃ rõnem, at ens nec ratione nec re eſt prius deo, immo idea vnitatis, quæ eſt deus, eſt ante ens, vt dicit Pla. igiť ens non eſt ſubiectum hic. Duodecimo Ariſt. ſeptimo huius inquit qua ꝑp nobis primum & maxime ſolum vt eſt dicere de ſic ente, ſ. de ſubſtantia ſpeculandum eſt: igiť ſubã eſt hic ſubiectũ. Tertiodecimo ſi ens ſimpl'r eſſet hic ſubiectũ: tũc oẽs partes entis eſſent hic conſiderandæ, eſt. n. vna & eadẽ ſcia generis & partiũ illius gñis, & ſi ſic cæteræ ſuperflueréť. Quartodecimo quod continet non ſcibilia, non vř ſubiectum alicuius ſciæ, ſed ens continet non ſcibilia, vt caſualia & fortuita: entia per accñs, falſa, ſingularia, & id genus: igiť ens non eſt hic ſubiectũ. Quintodecimo quod eſt ſubiectũ in alia ſcia non vř ſubiectũ in hac: ſed ens eſt ſubiectũ in oĩbus alijs, quia in qualibet alia ſcia, aut ſubiectũ eſt ens: aut non ens & patet ꝙ non eſt ſubiectũ nõ ens, igitur in qualibet alia eſt ſubiectũ ens: & ſic nõ poteſt eſſe hic ſubiectum: Pro oppoſita parte ſunt Albertus, Thomas, Auicẽna, & oẽs fere expoſitores, Ariſt. etiã prope principium quarti meta. ait eſſe ſciam, quæ ſpeculatur ens quatenus ens & quæ illi inſunt per ſe, vbi Auer. ait Ariſt. ibi velle ſtabilire ſubiectum. Hæc de primo.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Cõm. 1.* PRIMO Animaduerſione dignum eſt in omni reduplicatione eſſe tria, videlicet, duo extrema, quæ coniunguntur, vel quorum vnũ alteri hæret, & medium, ſi ue cauſa per ſe illius coniunctionis, ſiue inhærentiæ. *Qualis eſt reduplicatio.* Verbi cauſa in hac propoſitione, homo eſt animal inquantum ſenſitiuum, extrema quidem ſunt homo & animal: cauſa vero qua aĩal homini cõpetit ẽ ſenſitiuũ. Ex quibus ſequitur ſemper reduplicationẽ ſe tenere ex parte prædicati, quia ſemp notat cauſam per ſe inhærentiæ prædicati ad ſubiectũ: per ens igitur ſimpl'r, intelligendũ eſt rõnem per ſe & cauſam, qua ens dicatur ſubiectũ, & ita erit ſenſus: vtrum ens ſit ſubiectũ quatenus ens, ita vt eſſe ſubiectũ cõpetat enti ob nihil aliud, niſi propter entitatẽ. *Quod reduplicatio ſe teneat ex parte prædicati.* Secũdo aĩaduerſione dignũ ens eſſe ſubiectũ phy. & ſimiliter mathe. & meta. ſed cauſa per ſe quare eſſe ſubiectũ phy. cõpetat enti erit mobilitas, quia ens eſt ſubiectũ phyſi. inquãtum mobile, mathematicæ vero inquantum quãtum: at ipſius metaph. ſubiectũ eſt quatenus ens, hoc eſt nec quatenus quantum nec quatenus mobile, nec quatenus tale vel tale: ſed quatenus ens, igitur verbum illud inquantum ens aſſerit cauſam per ſe eſſendi ſubiectũ, & ita erit ſenſus, vtrum ens ſit ſubiectum meta. quatenus entitas ipſa eſt cauſa eſſendi ſubiectũ, & nulla alia. *De rõne formali & materiali.* Et hoc iuniores me ta. alijs verbis dicunt: aiunt. n. in ſcia eſſe aliquid vt materiam, ſiue rõnem materialem, aliquid vt formã ſiue rationem formalẽ: aliquid ex vtriſq;. Propterea poteſt *Qui iuniores.*

eſſe triplex quæſtio vtrum ens ſit materia huius ſciæ, & entitas ſit forma ſiue ratio formalis, & ens inquantum ens ſit totum ſubiectum includens rõnem formalem & materialẽ. Tertio aĩaduerſione dignum verbum illud primũ apud peripateticos ſumi interdũ pro immediate. *Quot modis primum.* veluti dicendo corpus eſt coloratum nõ primo: ſed ſuperficies eſt primo colorata: vt dr̃. 5. meta. interdũ pro perfecto in genere, quo modo dr̃ Deus eſt primum ens. Interdum pro vli, vt diciť. 1. poſte. & eſt illud quod competit alicui, oĩ ſoli, & ſemper, veluti riſibile homini, q̃m adæquate oĩs homo eſt riſibilis, & ita eſt ſenſus, *Cõm. 3.* vtrum ens ſit ſubiectum primũ hoc eſt adæquatũ ita vt oẽ ens conſideretur in metaph. & oẽ conſideratũ in meta. ſit ens. Quarto aĩaduerſione dignum eſſe apud peripateticos hæc, ſubiectũ quod Græci Hypocimenõ appellant, conceſſum ꝙ Syncechorecos dicunt, prædicatum quod Categorumenon appellant, & quæſitum quod vocant Zetumenon. Subiectũ quidem eſſe aiunt id ſolũ, de quo prædicatũ dicitur, vel cui forma ineſt, quia vt declarat Ariſt. in prædicamẽtis, quædã prædicata dicuntur de ſubiecto & non inſunt ſubiecto, veluti homo de Socrate: nõ tamen ineſt Socrati: quædã dicuntur & inſunt, vt album & dulce, quæ de corpore dicuntur, & corpori inſunt: quædam aũt entia inſunt & non dicuntur, vt particularia accidẽtia: veluti hæc albedo & illa dulcedo, inſunt. n. corpori, de nullo tamen corpore dicunť, quia tunc non eſſent ſingularia. quædam entia nec dicuntur de aliquo, nec inſunt alicui, vt Socrates & Pla. *Vnde rõ ſubſe* Ex ijs ſequitur non dici ſubiectũ apud peripateticos, niſi vel reſpectu prædicati, qd' de ipſo dicitur: vel reſpectu accidẽtis aut formæ, quæ ſibi ineſt, vt corpus reſpectu accidentium, & materia reſpectu formarum. Hæc colliguntur à Boetio & Simplicio in prædicamentis, textu illo. Eorum quæ ſunt alia de ſubiecto & reliqua. *Quid prædica.* Per idem patet, quidnam ſit prædicatũ. nã prædicatũ eſt quod dr̃ de ſubiecto ſiue inſit ſubiecto, ſiue nõ inſit, dr̃. n. ꝑdicatum de ſubiecto, dato ꝙ illi nõ inſit, vt homo de Socrate: dato ꝙ Socrati non inſit, dr̃ etiam de ſubiecto, etiã quandoq; & ineſſe poteſt vt album de corpore. *Quid conceſſum.* Cõceſſum vero apud peripateticos, i. quod toti ſciæ præſupponitur, & apud Philoponũ primo poſteriorum duplex eſt, videlicet, dignitas, & ſubiectum demonſtrationis, dignitas. n. conceditur, quia vera, ſubiectũ aũt, quia eſt. *Quid quæſitũ.* At quæſitũ eſt multiplex, vel quod inhæret conceſſo ſiue ſubiecto, vt accidens per ſe, veluti riſibile homini, vel qd' quæritur de ſubiecto, ſiue inſit illi, ſiue nõ, vt aĩal de hoĩe per mediũ quod eſt ſenſitiuum. Hæc diligentius dicta ſunt in lib. poſteriorum, nunc vero ſat ſit ſic leuiter pertranſiſſe. *Qualis quæſtio de ſubiecto.* Vltimo aĩaduerſione dignũ eſt quæſtionẽ de ſubiecto non eſſe diuulgatam apud Græcos. Græci. n. Iuniores vt Simplicius & Philoponus, & alij diſputarunt de intentione libri, nec memini me legiſſe aliquem illorum, qui de ſubiecto libri vnq̃ quæſierit ſed primi, qui genus huius quęſiti adinuenerunt, fuerunt Arabes, vt Auicenna, & Auerroes è quibus migrauit ad latinos. Hęc igiť quæſtio vel non eſt peripatetica, vel non eſt modo peripatetico: hæc de titulo diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE DISPVTATIONE hac multæ extitere poſitiones, Alpharabius in quodam codicillo de diuiſione ſcientiarum opinatus eſt ſubiectum huius ſcientię eſſe Deũ ipſum pro hac põne eſſe poſſunt rationes. *Põ Alpharabij, quod Deus ſit ſubiectum.* Prima idem eſt ſubiectum meta. dianœticę ſiue abſtractiuæ, & intui-



& intuitiuæ, ſed ſubiectũ meta. intuitiuæ eſt Deus ipſe. igitur idẽ Deus eſt ſubiectũ meta. dianœticæ, ſiue abſtractiue. Secundo ſubiectũ eſt illud quod principaliter conſideratur in ſcientia, & ad quod oĩa attribuũtur. ſed eiuſmodi eſt Deus. Tertio Ariſt. 6. huius ait meta. eſſe de ſeparabilibus & immobilibus, ſed Deus eſt maxime ſeparatus, & maxime immobilis, igitur Deus eſt meta. ſubiectum. *Obiectiones Auicen.* Obijcit autem Auicenna per hoc, quia nulla ſcia probat ſuum ſubiectum eſſe, at Deum eſſe probatur in hac ſcia, vt per multa verba diſcurrit, igitur Deus non eſt huius ſcientiæ ſubiectum. Secũdo arguit Egidius quia partes ſubiecti meta. ſunt decẽ prædicamenta, ſed hæc nõ ſunt partes Dei, igitur Deus nõ eſt hic ſubiectũ. Tertio arguit idem illa quæ demonſtrantur de ſubiecto iſtius ſcientiæ ſunt actus & potentia, idẽ & diuerſum, cauſa & cauſatum, & id genus, ſed hæc Deo nõ cõpetunt, igitur Deus non eſt hic ſubiectum. Quarto arguitur principiũ ſubiecti & ſciæ non eſt ſubiectum ſciẽtiæ: ſed Deus eſt principium ſubiecti & ſciẽtiæ metaphyſicæ. vt colligitur. 12. meta. igitur non eſt hic ſubiectum. *Cõ. 1. & 5. & 6.* Quinto ea quæ hic conſiderantur, non conſiderantur ſub ratione deitatis: igiť deus non eſt hic ſubiectum. tenet cõſequentia per hoc, quia omnia, quæ conſideranť in ſcia, conſiderantur ꝑ rõne ſubiecti illius. *Secũda poſitio Auemp. ꝙ cauſa prima inq̃ tum prima.* Auẽp. Hiſpa. viſus eſt velle ſubiectum huius eſſe cauſam quatenus eſt cauſa prima. Et pro hac poſitione arguitur primo, quia dicitur in textu hanc ſcientiam conſiderare de cauſis primis & altiſſimis, ad quas ſtat vltima reſolutio, modo hoc non videť, niſi cauſa prima ſit hic ſubiectũ. Secundo de cauſis primis hic conſideratur, & non vt per illas demonſtremus, igitur vt ſubiecta huius ſciæ. *Obiectio Alberti.* Obijcit autem huic poſitioni Albertus, quia ad ſubiectum vt ad cõe prædicatum omnia reducuntur, at non oĩa reducũtur in primas cauſas vt in primũ prædicatũ, igitur primæ cauſæ non ſunt ſubiectũ. *Põ attributa Auerro. Quod ſubſtantiæ ſeparatæ.* Auerroes aũt velle videť ſubiectum eſſe genus ſubſtantiarum ſeparatarum, hoc eſt ens ſeparatum per eſſentiam. Et rñdet ad rationem ipſius Auicennæ, maiorem, videlicet, ꝙ nulla ſcientia probat ſuũ ſubiectum eſſe, & negat minorem, videlicet, ꝙ metaphyſicus probet Deum eſſe, & genus ſeparatorum eſſe, immo ait Deum eſſe & genus ſeparatorũ eſſe nõ probari niſi à naturali philoſopho, & cum arguit Aui. naturalis philoſophia non conſiderat niſi de his, quæ motui & tranſmutationi ſubijciuntur. Reſpõdet Auer. 12. meta. ꝙ mobile eſt commune ad id ꝙ põt ſubijci motui & ad id quod poteſt agere motum, modo Deus & id genus, licet nõ ſubijciatur motui, agere poteſt ipſum & hoc pacto non transfugiunt hæc talia rationẽ phyſici. *Rõ Auerro.* Pro Auer. arguitur primo quia Ariſto. 6. huius ponens differentiam inter tres ſcientias ait metaphyſicã conſiderare de ſeparabili & immobili, igitur genus ſubſtantiarum ſeparatarum eſt hic ſubiectum. Secundo arguitur ſi non ſint aliæ ſubſtantiæ niſi materiales, phyſica eſſet prima philoſophia, at quia ſunt ſubſtãtiæ immateriales, ideo infert metaphyſicã eſſe primã. quæ conſequentia nulla eſſet, niſi ſubiectum metaphyſicæ eſſet genus ſubſtantiarum ſeparatarum. *Obiectiones cõtra Auerroẽ.* Obijciunt autem Auer. in tribus. Primo probando ꝙ ſcientia põt probare ſuum ſubiectum eſſe ſaltem à poſteriori, primo ſic: oĩs ſcientia ſaltem vti poteſt demonſtratione, quia igitur poteſt probare ſuum ſubiectum eſſe, antecedens videlicet, ꝙ oĩs ſcientia vti poſſit demonſtratione quia patet quia per cauſam demonſtrari poteſt

effectus: & per effectum cauſa. conſequentia vero deducitur, quia habet omnia requiſita, habet. n. demonſtrabile & eſt ſubiectum ipſum, habet aliquã cõditionem, ſine qua non ſubiectum eſſe poteſt & vti poteſt demonſtratione quia: igitur patet conſequentia. Secundo idem inductione patet vt in libro Elenchorum demonſtratur ſyllogiſmum ſophyſticum eſſe per ſimile in rebus. Priſcianus demonſtrat orationẽ eſſe per hoc ꝙ ita ſeſe habẽt dictiones ad orationem, ſicut literę ad dictionem. Secundo principaliter arguunt probando metaphy. probare poſſe Deum eſſe. Primo oĩs proprietas conſiderata in effectu, quam impoſsibile eſt ſibi ineſſe, niſi talis cauſa ſit, concludit talem cauſam eſſe, ſaltem demonſtratione quia. Sed tam proprietas conſiderata in naturali, vt motus æternus, q̃ in metaphy. vt dependentia non põt ineſſe effectui videlicet illa cœlo hæc rebus productis, niſi prima cã ſit: igitur per vtranq; poteſt fieri demonſtratio, & ſic in vtraque ſcientia fieri poteſt demonſtratio. Secundo fortius ꝙ illud poſſit magis meta. quia meta. conſiderat conditiones effectus quæ ducunt in excellentiorem cognitionẽ cauſæ primæ, igitur meta. magis poteſt illud facere antecedens patet: q̃a meta. conſiderat gñales proprietates entis, vt dependentiam, & contingentiam & id genus. Phyſica conſiderat motum, modo excellentius eſt eſſe primum ens, primum independens, quod metaphy. probat, q̃ eſſe primum mouens: quod probat Phyſi. Tertio ſi ſic, tunc phy. eſſet prior meta. quia phy. probaret primum notiſſimum in meta. puta Deum eſſe. Quarto tunc meta. ſubalternaretur phyſi. quia prima propoſitio in meta. vt hæc Deus eſt, eſſet concluſio in phyſi. & ita ſaltem quo ad hanc phyſi. ſubalternaret ſibi meta. Tertio principaliter probant genus ſubarum ſeparatarum non poſſe eſſe ſubiectum, primo quia Deo & intelligentiis nihil eſt commune vniuocum aliter eſſent definibilia, igitur non põt eſſe vna ſcia de Deo & intelligẽtiis, quibus patet põnem Auer. eſſe impoſſem.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

HAEC diſputatio poteſt dilucidari ſecundum vſum communiter loquentium, & ſecundum peripateticos. Quantum ad primũ debes ſcire ꝙ materia ſubiectum & ratio materialis idem eſt ſm̃ communiter loquentes, rõ vero formalis & ſubiectũ formale idem etiam. *De rõne formali et mãli nota.* Modo ratio formalis triplex eſt. Alia definitiua ſiue quidditatiua ſiue deſcriptiua, & hæc eſt aut rei definitio, aut rei deſcriptio: aut rei conceptus quidditatiuus, aut præcipua rei definibilis pars qua via animal rõnale eſt ratio formalis hominis vel rationale ipſum. hæc autem eſt quæ cum re cuius eſt ratio formalis conuerti debet, & breuiter ratio formalis definitiua in habentibus definitionem eſt definitio, in non habentibus eſt conceptus formalis: cum re conuertibilis quidditatiuus. Alia eſt ratio formalis obiectiua, & hæc eſt omne quidditatiuum communius eo cuius eſt ratio formalis. *Rõ materialis. Ratio formalis triplex.* vt tam animal, quam ſenſibile ratio formalis obiectiua eſt hominis, quia rationes ſunt formales, quibus homo intellectui obiicitur, & hoc pacto ratio formalis debet eſſe communior eo cuius eſt ratio formalis. & iuxta hunc modum nihil eſt ratio obiectiua ſui, quia nihil eſt ſeipſo communius niſi forte in ſimpliciter ſimplicibus vbi idem eſt obiectum cognitum & ratio formalis cognoſcendi. Alia denique eſt ratio formalis contractiua, quæ contrahit rationem materialẽ ad certum genus ſcientiæ, vel ad certum genus prædicamenti

camēti vel ad certam ſpeciem, & ſic rationale eſt ratio formalis animalis, quia illud contrahit ad hoīem. hæc ratio formalis eſt ſemper in minus eo cuius eſt, & ꝑp hác rōnem dr̃ rō formalis ſubiectatiua, quatenus cōtrahēdo aliquod cōe, illud ſubiectat, ſiue efficit ſubiectū ad certum genus ſcibile. Simili ratione ratio materialis triplex eſt. Alia definibilis, quæ reſpondet rationi formali definitiuæ, quæq; per rationem formalem definitiuam deſcribitur, & hæc debet omnibus in arte conſideratis competere. Alia eſt ratio materialis obiectibilis, quæ rationi formali obiectiuæ reſpondet, & quia per obiectiuam rōnem intelligitur. Alia eſt rō materialis cōtrahibilis, quia per rōnem contractiuam vel ſubiectatiuam contrahitur.

*Vtraque ratio duplex.*

Secundo debes ſcire ꝙ tam rō materialis quouis modo ſumpta, quā rō formalis poteſt eſſe aut prima, aut ſecunda. dr̃ prima rō formalis quæ in ſua rōne eſt primo talis, vt ſi contrahibilis, primo cōtrahibilis, ſi definibilis, primo definibilis, ſi obiectibilis, primo ēt obiectibilis, ſic etiam rō formalis duplex eſt, prima: & ſecūda, vt de ratione materiali diximus.

*De ſubiecto naturalis philoſophiæ.*

Iuxta has diſtinctiones in li. phy. conceſsimus ens eſſe primā rationem materialem contrahibilem philoſophię naturalis: ens vero mobile ſiue ens naturale, ſiue huic æquiualens, primam rōnem materialem definibilem. Corpus aūt mobile aut corpus naturale, aut huic æquiualēs primam rōnem obiectibilem. Ens quidem prima eſt ratio materialis contrahibilis, quia naturalis & oīs ſcientia eſt de ente, quia nulla eſt de non ente, & nullum eſt contrahibilius ipſo ente, ens mobile vero eſt prima rō definibilis, quia in naturali philoſophia communiſsimum & primum definibile. Corpus mobile deniq; prima ratio materialis obiectibilis, quia nihil poſt ens mobile immediatius eſt ſub rōne entis mobilis intelligibile. Secundo iuxta has diſtinctiones etiam conceſsimus primam rationem formalem contrahentem eſſe mobile vel naturale quia ipſum ens per tale ad genus phyſicum primo contrahitur. Hanc eandem diximus eſſe primam rōnem formalem quidditatiuam, quia per hác ens mobile primo quidditatiue intelligitur. Hanc etiam primam obiectiuam, quia per hanc corpus naturale vel mobile primo nobis obijcitur.

*Dilucidatio cōmunis poſitionis.*

Ex his facile dilucidatur pō cōis. Nam ipſum ens eſt ratio materialis contrahibilis & definibilis, ſuba vero prima rō materialis obiectibilis. Q. ens ipſum ſit prima rō materialis contrahibilis, patet, quia nihil eſt contrahibilius ente. Q. ſit prima ratio materialis definibilis probo, quia ſi eſſet definibile ipſum eſſet primū, & nihil ipſo prius in hac ſciētia. Q. deniq; ſuba ſit prima rō materialis obiectibilis, perſpicuum eſt quia nihil ſub ente eſt immediatius intelligibile ipſa ſuba. Entitas vero eſt prima ratio formalis contrahens, definiens, & obiectiua, contrahens quidem, quia ens per mobile ad genus phyſicum, per quantum, ad Mathematicum contrahitur, per ipſam rōnem entis, ad Meta. Definitiua vero, quia ens nō eſt definibile, ſed ſolū ſub rōne entis intelligibile, igitur entitas eſt rō formalis quidditatiua entis. Eſt deniq; prima ratio formalis obiectiua, quia eſt prima ratio ſub qua ſubſtantia primo intelligitur.

*Quid ſubiectū totum.*

Ex his patet totum ſubiectum Metaphyſicę eſſe ens inquantum ens, hoc. n. cōtinet & rationē formalē & materialē dupliciter, vt dictū eſt definitiuam & obiectiuam, ſubſtantia eſt primū ſubiectum ſiue prima ratio materialis obiectibilis, quia immediatius ſubſtantia ſub ente eſt nihil, hæc de communi opinione. Nunc dicamus ſecundum Græcos, &

*Dilucidatio ſecūdum græcos. 1. ſuppoſitio.*

ſuppono primo in omni ſcientia eſſe dabile vnum primum & communiſsimū genus: ꝙ oībus conſideratis ꝑ ſe in ſcīa competat. Probatur quia cum ſcīa multa ſubiecta in eadem ſcientia conſideret, de quibus ſingulatim paſsiones demonſtrat, niſi oībus illis ſubiectis daretur cōe genus, ſcientia non eſſet vna.

*2. ſuppoſitio.*

Secundo ſuppono ꝙ in oī ſcientia inter multa ſubiecta quæ conſiderat, & de quibus affectiones demonſtrat, ſit dabile vnum ſubiectum primo & immediate cōtentum ſub illo primo & communiſsimo genere. probatur, quia cum oīa ſubiecta quæ conſiderat ſcīa, & de quibus accidentia demōſtrat, non æqualiter illo genere primo participent, illud dicetur primū oīum, ꝙ illo genere primo & immediate participabit.

*3 ſuppoſitio.*

Tertio ſuppono in oī ſcientia eſſe dabile primas paſsiones, primas partes definitiuas: & primas ſpecies illius contenti immediate ſub primo genere, nō aūt generis. Q. quidem non generis, patet, quia genus illud eſt cōiſsimū & tanquā rō prima oīum conſiderabilium, igitur primi & immediate contenti ſub illo primo genere cōiſsimo. Hæc tria indicat Ariſt. vt Philoponus dicit. 1. Poſte. cū inquit, ꝙ ſcīa eſt vnius generis ſubiecti ſpēs, partes, & paſsiones conſiderans, quia conſiderat ſcīa primū genus, quod eſt primum genus primi ſubiecti, cuius ſubiecti primi partes definitionis, & ſpēs, & paſsiones conſiderat. His ſuppoſitis, Dico primo ꝙ cōmuniſsimum genus huius ſciæ eſt ens, probatur, quia de omnibus prædicatur, de quibus vt de ſubiectis paſsiones, & definitiones conſiderat hæc ſcientia. Dico ſecundo ꝙ ens eſt huius ſcientiæ cōiſsimum prædicatum, probatur, qm̄ eſt cōiſsimum genus, & non communiſsima ſpecies, igitur communiſsimum prædicatum. Tertio dico ꝙ ens non poteſt eſſe primum ſubiectū in hac ſcientia, probatur quia non reſpectu ſcientiæ Metaphy. quia nec vt formæ, nec vt prædicato illi ipſum ens ſubijcitur, nec reſpectu omnium ſubiectorum particularium, ſiue ſpecifice hic conſideratorum, quia ad illa eſt primum genus, & primum prędicatum. ridiculum enim eſt aliquod dici primum ſubiectum, & eſſe commune ſubiectum reſpectu eorum: de quibus per ſe prædicatur. Cum enim non ſit illorum ſubiectum, non poteſt eſſe illorum primum ſubiectum. Miror enim eos, qui dicunt aliquod eſſe primum ſubiectum, quia prædicatur de omnibus, immo per hoc qd̄ de omnibus prædicatur, non ſubiectum, ſed prædicatum primum eſt ſecundum rationem ſubiecti & prædicati. nec dici poteſt in hac ſcientia ipſum eſſe communiſsimum ſubiectum reſpectu paſsionum, quoniā ens non habet paſsiones, vt dicemus. Secundo quia reſpectu paſsionum non commune, ſed proprium ſubiectum eſt. non enim ad illa communiter ſeſe habet, nec poteſt ipſum ens eſſe communiſsimum ſubiectum, quia ad ſpecies entis eſt commune & ad paſsiones ſubiectum, & ſic ſubiectum communiſsimum, quia non valet, eſt, ad ſpecies communiſsimum, & ad paſsiones ſubiectum. igitur ſubiectum communiſsimum. Præterea omne reſpectu paſsionum conſideratum eſt ſpecies, & non genus, generis enim paſsiones non ſunt, niſi quatenus eſt ſpecies. Sic igitur patet ens non eſſe in hac ſcientia communiſsimum ſubiectum. Quarta concluſio eſt quòd ens eſſe poteſt Metaphyſicæ communiſsimum obiectum, ſiue communiſsima & prima ratio obiectiua: probatur, quia obiectum dicitur tam reſpectu potentiæ quàm reſpectu habitus, at in ſcientia hac nihil eſt communius ente, igitur eſt prima



eſt prima rō obiectiua, per quàm vnumquodq; hic cōſideratum pōt intellectui vel Metaphyſicæ obijci. Eſt igitur ens primū genus & primū prædicatū oīum eorum ſubiectorum, de quibus definitiones & paſsiones hęc ſciētia conſiderat. Eſt & primum obiectum ſiue prima ratio obiectiua Metaphyſicæ facultatis: quatenus eſt prima principaliſq; rō obijciendi illi, & per quā oīa hic conſiderata illi objiciuntur, hæc de communiſsimo. Vlterius dico ꝙ in hac ſcientia primum ſubiectū eſt de ſubſtantia, probatur quia nihil eſt enti immediatius ſubſtantia. Præterea ſubſtantiæ partes & paſsiones, & ſpecies conſiderantur hic primo, & per attributionē ad illam cætera conſiderantur. Igitur primum ſubiectū Metaphyſicæ eſt ſubſtantia, quæ ſub ipſo ente immediate & primo continetur.

*Excerptum.*

Ex hoc ſequitur ſubſtātiam eſſe primam rōnem materialem obiectibilem ēt apud græcos, ꝓbo, quia eſt id ꝙ primo & immediate per ipſum ens intelligitur, quod eſt primum obiectum, vt dictū eſt. Per idē pōt deduci ꝙ ſit prima rō materialis definibilis, quia hæc hic definitur, & nihil illa prius, igitur prima rō definibilis. Multa alia colligi pñt, quæ hic intelligenti omitto. Sed occurres nunquid de rōne generis & communiſsimi prędicati, vel obiecti ſit habere paſſiones & definitionem. An ſolo ex dictis patet: nihil. n. eſt definibile, niſi quod habet rōnē ſpeciei, & nihil paſſiones habere pōt, niſi inquantum habet definitionem, at de rōne cōiſsimi generis prædicati, vel obiecti nō eſt habere definitionem, & per cōſequens, nec paſsiones. Aliquod tamen gratia materiæ & per accidens habere poteſt, vt in lib. phy. diximus. Sed ſolū de ratione communiſsimi eſt vt omnium ſpālium ſubiectorū de quibus paſsiones ars conſiderat, & definitiones, ſit primū prædicatum, primum genus, vt dictum eſt. De ratione vero primi ſubiecti eſt omnia illa habere, vt Ariſt. indicat hoc eſt definitionem & paſsionem, non autem ſpecies, vt dictum eſt.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD RATIONES itaq; pro opinione Alpharabij. Ad primam dici pōt, idem eſſe ſubiectum vtriuſq; Metaphy. primū primitate perfectionis, non aūr, vt Deus ipſe. Ad duas alias rōnes dic ꝙ concludunt Deum eſſe ſubiectum primum primitate perfectionis. Ad rōnes vero contra Alpharabium, ad primam dicemus poſtea in pōne Auerrois ad ſecundam, tertiam, & quintam dic ꝙ concludunt Deum non eſſe ſubiectum primum primitate vniuerſalitatis. ad quartam dci poteſt ꝙ principium ſubiecti & ſciæ nō eſt ſubiectum primum primitate vītatis, cum quo tū ſtat. ꝙ ſit primum primitate perfectionis. Dictum. n. eſt in lib. phyſi. idem poſſe eſſe partem ſubtiuam alicuius ſubiecti, & principium eiuſdem. Verbi cauſa, materia eſt pars ſubiectiua entis mobilis, & principiū illius, quatenus eſt cauſa corporū vt mobilia entia ſunt. De hoc melius in ſolutionibus ad principales. Pō Auēpaces in idem venit cum poſitione Alpharabij, idem eſt. n. Deus: & prima cauſa, & propterea eodem modo defenditur.

*De pōe Auer.*

Circa poſitionē Auer. eſſent duæ qōnes diſputādæ, vt ſi ſubiectū pōt demōſtrari eſſe in ſciētia ſaltē demōſtratione ſigni, & ſi genus ſubſtantiarū ſeparatarū eſſe, poſsit demr̃ari, q̄ qa in li. phy. ſunt diſputatę, & diſputant in 12. hui9, nūc raptim ꝓbo pro Auerroe ꝙ nulla ſcientia probat ſuum ſubiectū eſſe.

*Quod nulla ſcīa probat ſuū ſubiectum eſſe.*

Primo præcognitum quia eſt in aliqua ſcientia, non eſt quæſitū in illa, ſed oē ſubiectū eſt præcognitū in ea ſcīa, cuius eſt ſubiectū, vt dr̃. 1. poſte. ait enim Ariſto. de ſubiecto eſſe pręcognoſcendū, quia eſt, & qd noīs. Secundo ſi ſubiectū eſſe demonſtrat in ſcīa, vel ꝑ eius ſpeciem, vel ꝑ eius principiū, vel ꝑ eius conditionē, ſiue proprietatē: nō ꝑ eius proprietatē, non. n. demōſtraretur ſubiectū eſſe, niſi ſuppoſita illa proprietate ineſſe. Sed non pōt ſupponi ꝓprietatē ineſſe, niſi ſubm ſit, igitꝰ petitio principij. nec per eius principiū, quia tunc demōſtratio eſſet ꝑp quid: qd̄ eſt cōtra eos, nec per eius ſpēm, quia non demonſtrareť ſubm eſſe, niſi ſuppoſito ſpēm eſſe, nō pōt ſupponi ſpēm eſſe, niſi ſuppoſito genus eſſe, nō. n. pōt ſupponi poſterius eſſe, niſi ſuppoſito priori quo ad eſſe. igitꝰ per nihil pōt demōſtrari. Tertio hæc concluſio de vero adiacēte corpus mobile eſt, vel ſubiectū quod vis eſt, nō pōt probari niſi ſyllogiſmo hypothetico primo priorū: ſed per ſyllm hypotheticū nihil ignoti probatur: vt Ariſt. illic docet, quare in nullo genere demonſtrationis ſubiectū etiam poteſt demonſtrari. Ex ijs dicendum eſt ſecundum veros peripateticos ſubiectū eſſe ſumi in ſcīa, cuius eſt, vt præcognitū, aut ꝑ ſenſum, aut ab alia ſcīa.

*Solutio peripatetica. Ad rōnes Anto. Andreæ.*

Tūc ad rōnes contra hoc. Ad primam concederet Auerroes oēm ſcīam poſſe vti demonſtratione quia, nō tamē reſpectu ſubiecti, quod eſt præcognitum quia eſt, & qn̄ dicitur, ꝙ habet oīa requiſita, negatur, qa licet vti poſsit demonſtratione quia, reſpectu aliorū, non dr̃ tamen ſubiectū eſſe vnum de quæſitis, nec cōditio illa eſt notior ſubiecto: vt diximus. Ad inductionē patet ſolutio, demonſtratio illa non eſt quia, nec propter quid, ſed ſolū ſyllogiſmus dialecticus, qui forte petit principium niſi recurras ad ſenſum vel altiorem ſcīam, hæc de primo.

*Quod meta. nō poſsit probare genus ſeparatorum eſſe.*

Secundo probo ꝙ metaphyſica non poſsit probare ens ſeparatum per eſſentiam eſſe, quod Auerroes intelligit ꝑ genus ſubſtantiarum ſeparatarū. & ſuppono ꝙ licet ens ſeparatū per eſſentiam, & ens ſeparatum per participationē ſint diuerſa, tñ ſunt permixta, qm̄ eſſe non pōt ens ſeparatū per indifferētiam niſi ſit ens ſeparatum ꝑ eſſentiā, vt diximus in ꝓœmio. Intulit enim Ariſt. 6. huius ꝙ ſi nullum aliud eſſet ens præter ſeparata per eſſentiā, vtiq; phyſica eſſet prima philoſophia. quam conſequētiam deducit. Auer. primo huius, *Cōm. 19.* quia vbi non ponuntur immaterialia ꝑ eſſentiam, oīa erunt concepta cū materia, & ita idem erit ens ſimpliciter & ens materiale, quare cum tollitur ens immateriale, nihil remanebit cōe materiali & īmateriali. Tūc arguo, ſi ens immateriale eſſe, poteſt demonſtrari: aut illud medium quo probaretur eſſet naturale vel metaphyſicum: nō meta. quia vel abſtractum ꝑ eſſentiam, & ſic petitio vel per indifferentiam, & idē quod prius, quia hoc modo ens abſtractū ſupponit ens abſtractū per eſſentiam, de hac rōne multa diximus in. 1. phy. circa cōmentum vltimum. *Cōm. 27.* Secundo nulla ſcīa probat ſuū ſubiectum eſſe nec ſpecies ſubiecti eſſe, vt ſumunt. 2. de aīa, nec principale ſubiectum eſſe, qm̄ eſſe ſubiecti primi non eſt niſi eſſe ſpērum, & propterea ſi ſpēs eſſe ꝓbari pōt, etiam ſubiectū eſſe probari poterit.

*Ad rōnes Anto. Andreæ.*

Tunc ad rationes contra hoc. Ad primam dico ꝙ ſi illa ꝓprietas erit metaphyſica, tunc ſyllogiſmus erit dialecticus, & petit principium, quia ęque ignotum eſt an illa conditio ſit ens ſeparatum, ſicut eſt de re demonſtrata. Per idem ad ſecūdum, nam ſi arguas per mediū quod eſt dependentia, ſi debeat eſſe metaphyſicum tūc debet eſſe quid abſtractum, ſaltem per indifferentiam, tale autem eſſe non poteſt niſi ſuppoſito ente abſtracto per eſſentiam: vt dictum eſt. Et ſic eſt petitio principij.

pij. Ad tertium dico, ꝙ tunc eſſet prior, quando phyſica probaret illud à priori, nõ autem, qñ probat à poſteriori. Per idem ad quartum. Illa.n.concluſio probata eſt à poſteriori. Ad rõnem contra tertium patet ſol'o. Illis.n.eſſe poteſt aliquod cõe analogũ, quod ſatis eſt, hæc pro Auer. Nunc ad rõnes factas in principio queſtionis eſt reſpondendũ. Sed quia ſol'ones rõnum expoſcunt difficultates propterea antequam ponãtur.

*Q̃ de vniuocatione entis. Vide Reuerẽd. Caietanum in cõmentarijs de ente & eſſentia.*

Quæritur primo vtrum hoc nomen ens dicat vnum conceptum proprium alium à conceptu Dei & rei productæ, ſiue alium à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis. Et licet hæc quæſtio diligentius in.4.li.diſputabit̃, vbi eſt proprius locus, tamen propter pertractationẽ aliquorum oportet aliquid dicere de illa nũc. Ad hãc difficultatem rñdent quidam & dicunt duo: Primum eſt ꝙ hoc nomẽ ens, dicit nobis conceptũ vnũ proprium & alium à conceptu ſubſtantiæ & accidentis, ſiue Dei, & rei productæ. Secũdum eſt ꝙ talis cõceptus cõis ſubſtantiæ & accidenti, Deo & rei productæ eſt realiter vnus. Ex quibus inferunt ꝙ conceptus entis eſt vniuocus ſubſtantiæ & accidenti Deo & oĩbus alijs: quia id vniuocũ appellant ꝙ eſt aliud & vnũ realiter: & quia cõceptus entis eſt alijs & vnus realiter: idcirco eſt vniuocus. Sed quia hæc ſunt obſcure dicta, & quaſi noua peripateticis, ideo pro declaratione horũ primo debes ſcire apud hos inueniri hos terminos, videlicet, rẽ, naturã, realitatẽ, ſiue formalitatẽ, & conceptum. res apud eos.i.quod ex eſſe & eſſentia cõſtat. & ꝓpterea res nõ eſt niſi id quod eſt indiuiduũ, vel indiuiduis cõueniẽs. Nã vero ex realitate ſiue formalitate, & realitate proſiciſcitur, vt ſpẽs quæ ex genere & dña, quæ ſunt realitates ſiue formalitates conficiuntur: realitas aũt vel formalitas eſt entitas generis, vel dñæ. Cõceptus aũt ſumi põt ex parte nña pro cõceptione, ſiue rõne cõcipiendi: quia rõne ſpẽs intellectilis conceptus diceret̃, & põt ſumi ex parte rei: & ſic eſt ipſum obiectũ conceptibile, quod vel mouet vel terminat actu intellectũ vel poteſtate, & hoc modo ſumitur in quæſtione & in concluſionibus.

*Excerptum Primum.*

Ex his apparet aliquod nomen poſſe dicere conceptũ: & non realitatem vel formalitatẽ, vt hoc nomen ens apud iſtos. Dicit.n.cõceptũ, quia obiectũ aptum mouere vel terminare intellectũ, non aũt realitatem vel formalitatẽ, quia nihil gñis vel dñæ.

*Secundum.*

Secũdo patet aliquod nomẽ dicere realitatem vel formalitatẽ, & non naturã, vt nomẽ ſubſtantiæ:

*Tertium. Dilucidatio poſitionis.*

aliquod etiã nomen dicere naturã, & non rem, vt nomẽ hõ. Quibus omnibus perſpicuæ ſunt oẽs concluſiones. Prima quidem, quia volũt hoc nomẽ ens dicere vnũ conceptũ alium, & proprium à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis, non autem vnam formalitatem vel realitatem, nec vnã naturam nec vnam rẽ. Secũda vero, quia volunt ꝙ vnitas huius conceptus ſit præter operationem intellectus, & propterea ille conceptus eſt vnus realiter. Pro hac poſitione arguunt multipliciter. Primo vnus & idem conceptus nõ põt alicui certus eſſe & ſimul dubius de eodem, eſt.n.contradictio, quod aliquis cõceptus ſit certus & dubius ſimul de eodem. Sed conceptus entis eſt certus de aliquo & dubius de alijs, igitur eſt alius ab illis de quibus eſt dubius. minor patet, quia antiqui erãt certi de lumine quod ſit ens, dubitarunt autem vtrum ſit ſubſtantia vel accidens. Similiter alij cognouerunt animam eſſe ens, & tamen dubitarunt vtrum eſſet ſubſtantia vel accidens. Hanc rationem Auicẽ. tetigit primæ ſuæ meta, ca.6. quã illi de hac põne poſtea ſumpſerunt. Secundo principaliter arguunt ſubſtantia & accidens in ente conueniunt, & differunt inter ſe: igitur ens dicit cõceptũ alium & tertium à conceptu ſubſtantiæ & accidentis tenet cõſequentia, quia impoſ'e eſt aliqua conuenire & differre in eodem. Tertio ens prædicatur de ſubſtantia & accidẽte, vel igitur ſecundũ alium conceptum, vel ſecundum eundẽ. ſi ſm eundem, tunc erit prædicatio eiuſdem de ſeipſo, igitur ſecũdum aliũ. qui eſſe nõ põt niſi ſit vnus, aliter tot eſſent cõia, quot inferiora. Quarto aut cõceptus entis eſt idem penitus cũ conceptibus ſubſtantiæ & accidentis, vel alius nõ idem quia vel idem alteri tm̃, vel vtriq;. ſi idem alteri tãtum non poterit de altero prædicari. ſi vero vtriq;, igitur illi erunt idem inter ſe, igitur oportet conceptum entis eſſe alium ab illis. Quinto cõceptus entis eſt naturaliter prior conceptibus Dei & rei productæ & ſubſtãtiæ & accidentis, igitur alius ab illis. antecedẽs patet quia à ſubſtantia ad ens non conuertitur eſſendi conſequentia. Sexto nõ põt idem conceptus eſſe ſimpliciter ſimplex, hoc eſt penitus irreſolubilis & nõ ſimpl'r ſimplex, hoc eſt reſolubilis. Sed conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex, quia irreſolubilis: & cõceptus ſubſtãtiæ & cuiuſuis inferioris eſt reſolubilis, igitur conceptus entis eſt alius. Præterea pro hac poſitione arguunt iuniores peripatetici. Septimo ſic, illud ꝙ habet vnum modũ eſſendi, ſiue vnum apparens in ſubſtantia & accñte eſt vnius rationis ſiue conceptus in ſubſtãtia & accñte, qa vna ratio ab vno ſumitur modo eſſendi, ſed ens habet vnum modũ eſſendi in ſubſtantia & accidente, vtpote eſſe formaliter, quia ſubſtãtia eſt ens per ſe formaliter, accidens etiam ens per ſe formaliter, veluti quantitas & qualitas. Quãuis enim accidens ſit per ſubſtantiam ſubiectiuæ. eſt tamen ſeipſo formal'r. non.n.ſubſtantia eſt formale principiũ quo accidens ſit tale, igit̃ ens eſt vnius rationis ad ſubſtantiã & accidens. Octauo hęc propõ eſt vera ſubſtãtia ẽ prius & nobilius ens ipſo accñte: aut igit̃ ens ibi ſumit̃ pro ſuƀa vel ꝓ accñte. aut pro intẽtione, ſiue cõceptu tertio, nõ ꝓ ſuƀa, quia tũc eſſet ſenſus ſubſtãtia eſt prior & nobilior ſubſtãtia q̃ ſit accñs, ꝙ eſt ridiculũ: nec pro accñte, quia tunc eſſet ſenſus ſubſtantia eſt prius & nobilius accñs quam ſit accidens, igitur pro intẽtione ſiue conceptu tertio. Nono ens prædicat̃ de ſubſtantia & accidente, vel igitur ꝑ rationem ſubſtãtiæ, vel per rationem accidentis vel ꝑ rationem tertiã, vel ꝑ nullã: nõ diceret̃ ipſum prædicari ꝑ nullã rõnem, vt per ſe ꝑſpicuũ eſt: igit̃ ꝑ aliquam & nõ ꝑ rõnem ſubſtantiæ: quia nõ p̃dicaret̃ de accñte, nec ꝑ rõnem accñtis, quia non de ſubſtãtia, igit̃ per rõnem tertiã. Decimo, tota entiũ multitudo põt concipi vno conceptu, igit̃ ens de oĩbus p̃dicat̃ ꝑ vnũ conceptũ. añs patet, quia poſſum formare hãc propoſitionẽ, videlicet, tota multitudo entium eſt extra nihil, vel igit̃ vno cõceptu hãc cõcipio, vel pluribus, nõ pluribus, quia tũ infinitis conceptibus illã cõciperẽ, igitur vno, & ita habet̃ propoſitũ. Plures alias rõnes & ſubtiles adducemus in.4.li. vbi eſt ꝓprius locus, huius q̃õnis nõ aũt hic hæ ſufficiũt. Qd' vero talis cõceptus ſit vnus realiter hoc eſt p̃ter oꝑationẽ intell's: probãt primo, quia p̃dicat̃ de aliquibus inquit p̃dicatione dicẽte hoc eſt hoc. Scd̃o, qa eſt obiectũ potẽtię: qd' naturaliter p̃cedit illã. Tertio: qa ſuƀa & accñs circũſcripto intell'u hñt aliq̃ conuenientiã, & maiorem q̃ ens & nihil. Quarto, quia intell's vera intellectione ĩtelligit ens eſſe cõe ſubſtãtiæ & accñti, igit̃ ita eſt in re. Quinto tũc vñi-

tas



tas entis eſſet figmentum: quia ſibi nihil in re conueniret. Multæ aliæ rõnes fieri poſſunt pro hac parte, ſed hæ nunc ſufficiant.

*Confutatio.*

Sed cũ reuerentia horum virorum ſemper loquẽdo, hæc poſitio nec quo ad modũ dicendi, ne quo ad poſitionẽ ipſam eſt peripathetica. quo ad modũ dicendi quidem quia ab Ariſt. nunq̃ accepimus vniuocum & æquiuocum dici ab vnitate conceptus vel multiplicitate. Ariſ.n.in prædicamẽtis æquiuoca definiẽs inquit ęquiuoca dicunt̃, quorum ſolum nomen cõe eſt, ſm nomẽ vero ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa, Vniuoca vero ita definit dicẽs vniuoca dicuntur,

*Simplicius Boetius.*

quorum nomen cõe eſt, & ſecundum nomẽ ratio ſubſtantiæ eadem, vbi Simpli. per rõnem definitionem, & non conceptum exponit. Boetius etiam per rationem: quæ græce eſt logos, etiam definitionem ſubſtantialẽ intelligit. Ait.n.æquiuoca & vniuoca ĩ nullo alio diſcrepare niſi ꝙ æquiuoca definitione diſiuncta ſunt. Vniuoca ipſo quoq; termino cõiunguntur, ecce q̃uo tam Simpl. quam Boetius ſemper vniuocũ ab vnitate rõnis æquiuocum à multiplicitate dijudicant, nec vnquam vidi aliquẽ bonũ Ariſt. interpretem, qui vniuocum velit eſſe ab vnitate conceptus, qui non ſit definitio, nec æquiuocũ à multiplicitate illius. Præterea differẽtia inter conceptũ: realitatem: ſiue formalitatẽ, naturam, & rem, nõ videt̃ peripathetica & nullus illã expreſsit. Amplius non videt̃ ſapide dictũ, vt aliquod nomẽ poſsit realitatẽ ſignãre, & non rẽ, quia realitas deducit̃ à re, velut bonitas à bono. Similiter non eſt peripatheticum vt nomẽ aliquod poſsit formalitatẽ dicere, non autem formam, quia formalitas deſcẽdit à forma, vt materialitas à materia. Inſuper non eſt certum vt natura dicatur ea tm̃ quæ ex realitate & realitate componit̃, quia Ariſt. definit naturam per hoc ꝙ eſt principiũ motus & quietis, quã ait dici de materia, & de forma. Sic igit̃ quo ad modum dicendi hæc põ non eſt peripatheticæ dicta.

*Quod falſa. Rõ Simplicij.*

Quantum vero ad põnem ipſam, ꝙ non ſit peripathetica rõnibus peripatheticorum arguitur. Et primo argumẽto Simplicij. 2. de aĩa tex. illo (dicimus igitur vnũ quoddã) & reliqua hoc modo, nullum vniuocum dr̃ magis, vel prius, vel ꝓprius in vno quã in alio, veluti color nõ dr̃ magis in albo q̃ in nigro, nec prius nec proprius, ſed ens magis proprie & veræ ens in ſubſtantia q̃ in cæteris prædicamentis dicitur, & bonum magis propriæ in diuina cauſa q̃ in cauſatis, igit̃ ens nõ eſt vniuocũ. hæc eſt ratio Simplicij.

*Rõ Auer.*

Secundo arguit Auerroes in lib. d. d. diſputatione. 7. in ſolutione vltimi dubij ſic. Illud in quo vnum per ſe & eſſentialiter antecedit aliud, non põt eſſe illis vniuocum dico per ſe eſſentialiter, quia Socrates pater antecedit Platonem filium in humanitate, quia tamẽ hæc præceſsio eſt per accidens, ideo homo poteſt eſſe vniuocus ambobus: igitur quãdo aliquid antecedit per ſe & eſſentialiter in A, non põt cum illo vniuoce conuenire, & ſic patet maior. ſed prima cauſa antecedit per ſe in ente oĩa alia entia, igitur non poteſt in ente vniuoce cum illis conuenire. Tertio ibidem ita arguit. Id ꝙ per eſſentiam capit aliquid non poteſt in illo vniuoce conuenire cum ijs, quæ id capiant per participationẽ, hæc eſt per ſe nota: quia ideo Socrates in humanitate poteſt vniuoce conuenire Plato, quia tam Socrates, q̃ Plato per eſſentiam capiunt humanitatem, igitur per conuerſionem per contrapõnem, quod no capit aliquid ꝑ eſſentiã, nõ põt vniuoce cõuenire in illo, cũ eo qd' capit illud ꝑ eſſentiam, ſed Deus capit ens ꝑ eſſentiã. Solũ.n.primũ ens eſt ens per eſſentiam, & cætera capiunt ens per participationem. Omne.n.citra primum ens eſt ens per participationem, igitur non poſſunt in ente vniuoce conuenire.

*Prima rõ Egi.*

Quarto arguit Egidius nullum vniuocum ſaluatur in vno ſimpliciter, & in alijs ſm quid. Sed ens in Deo & ſubſtantia ſaluatur ſimpliciter, eſt.n.Deus ſimpliciter ens, ẽt ſuƀa ſimpliciter ens in aliis, vt in accñtibus ſaluatur ſm quid, eſt.n.accidens ens ſm quid, ſil'r oẽ ens citra primum eſt ens ſm quid igitur ens non eſt vniuocum. hæc ratio non multum differt ab illa Auer. Quinto etiam arguit Egidius: nihil poteſt vniuocari alteri per aliquid, quod non eſt in eo, ſed in alio. Sed accidens eſt ens entitate quæ eſt in ſubſtantia, igitur non poteſt accidens vniuocari ſubſtantiæ in entitate.

*Rõ Ioannis.*

Sexto arguit Ioannes nullum prædicatum vniuocum prædicatur de modo eſſendi, à quo ſumitur eius vnitas: aĩal enim non prædicatur de ipſo ſentire, à quo ſumit̃ vnitas conceptus aĩalis. ſed ens prædicatur de modo eſſendi, à quo ſumitur eius vnitas, vtpote de eſſe formaliter: quod ponunt modum eſſendi: quia talis modus eſſendi vel eſt ens, vel non ens: ſi non ens, tunc ridiculũ erit ꝙ ratio intelligendi ens ſumitur à non ente, ſin autem ſit ens, tunc ens prædicabitur de modo eſſendi, à quo acciperetur conceptus entis, quod eſt omnino impoſsibile.

*Solutio.*

Forte dicerent ꝙ iſte modus eſſendi eſt ens identice, & non formaliter, nec quidditatiue, quia apud eos ens non prædicatur de omnibus quidditatiue. qm̃ non de modis intrinſecis, nec dñis vltimis, nec de paſſionibus entis.

*Confutatio.*

Sed hæc rñſio non valet: quia licet ens non prædicetur vniuoce de oĩbus, prædicatum tñ eſt vniuocum oĩbus, refert.n.apud eos eſſe vniuoce prædicatum, & vniuocum prędicatum. albũ.n.de niue & cygno vniuocum prædicatum eſt, qa de illis ſm idem nomen, & eandem rationem prædicatur, non aũt vniuoce prædicatur, quia non per ſe & formal'r, nec quidditatiue. ad rem, iſti volunt ens eſſe vniuocũ prædicatum oĩbus, non aũt vniuoce prędicari de oĩbus: & ita argm̃ ſtabit, qa licet ens non p̃dicetur de illo mõ eſſendi vniuoce, erit prædicatum de illo vniuocum, & ita ſequitur aliquod prædicatum eſſe vniuocum de modo eſſendi, à quo eius rõ ſumitur, qd' erat impoſ'e. Vltimo iunior quidã contra hos arguebat ſic. Ariſt. 1. Ethi. cõtra Plat. arguit, ſi daret̃ idea boni: vel illa eſſet ſuƀa, vel quãtitas vel aliquod aliorum generum, ſi nullũ illorũ eſt, nõ igitur dat̃ idea boni, arguit modo. ſi ens eſſet vnũ & prius decem prædicamentis: dicam Ariſtote. ideam illã eſſe entis, & nullius decem prædicamentorum: quare vel rõ Ariſto. nulla eſt, vel poſitio illa non peripatetica.

*Põ propria.*

Vr̃ igitur mihi per hæc argumenta, & non tm̃ per hæc argumenta, quantum per authores, qui his argumentis mouebantur dicere, ens eſſe analogũ: non.n.eſt vniuocum quia nullam vnam rõnem dicit, ſm quam de ſuƀa & accid-te prædicari poſſet. nec æquiuocum pœnitus, qa aliquis ordo inuenitur inter ſubſtantiã & accidens, inter primam cauſam, & cætera entia, quatenus ſubſtantia eſt talis & ens per eſſentiam: accñs vero tale & ens per participationem. Reſtat igitur ipſum nomen ens eſſe analogum.

*Excerptum.*

Ex iis ſequitur ꝙ hoc nomen ens non ſignificat vnum conceptum cõem Deo & cæteris rebus, vel ſubſtãtiæ & accidenti, ſed primo ſignificat ſubſtantiã & accñs: vt Auer. ait. 1o. meta. tñ ordine quodã:

*Cõm. 8.*

vtpote ſubſtantiam per ſe, accñs vero per attributionẽ ad ſubſtantiã: quatenus entitatẽ qua ipſum eſt, in ſubſtãtia habet. Multa poſſunt dici hic, quæ in lib. 4. dicentur.

*Suppõnes pro ſolutione.* tur. Pro ſolutione tamen ad rationes primo dicemus vno modo, ſecundo aliter, & pro primo debes ſcire ꝙ licet præter operationẽ intellectus nihil ſit præter ſubſtantiam & accidens, tamen mediante operatione, qua intellectꝰ ſubſtantiam concipit & accidens, relinquitur in ipſa aĩa, quædam cõceptio quæ nec ſubſtantiam diſtinctè, nec accidens repræſentat, ſed illa diſiunctim, atq; confuſæ, vel magis ad aures logicorum iſte terminus ens in mẽte, ſignificat mihi ſubſtantiã & accñs tam præſentia & futura & poſsibilia, quã præterita & imaginaria. In propoſitione aũt ſumptus ſupponit diſiunctiuæ pro præſentibus, verificaṫ vero pro vno tantũ, hæc aũt nõ tñ de iſto termino ens fatentur logici; ſed de oĩ termino cõi deducto impedimento ſigni: quæ res licet non videatur peripathetica ſm verba, tñ ſm rem ad idem venit. Et iuxta hunc modum tunc ad rationes *Sol. rõnum.* eorum. Ad primam rñdet Ioannes & ſapide conceden do, ꝙ ex natura rei non poſsit idem conceptus eſſe certus & dubius, & propterea dicit ꝙ quicũq; concipit aliquam rationem entis, neceſſario illam concipit, aut ſub conceptu Dei vel rei productæ, ſubſtantiæ vel accidentis: & dicit ꝙ dubitatio non accidit philoſophis de lumine ex parte rei vel cõceptus: ſed ex ignorãtia quid nominis, propterea quia ignorabant quid importetur noĩe ſubſtantiæ aut accidentis, & ad formam, negatur minor, & conceditur maior, & ad probõnem minoris patet ſolutio, ꝙ diſputantes de lumine nõ ex parte rei dubitabant de ipſo ſi eſt ſubſtantia vel accidẽs, ſed ꝑ ignorantiam quid noĩs. Præterea poteſt dici ſecundum logicos intellectum eſſe certũ de ente, & tamẽ de ente intellectus non eſt certus, & ita diſputantes de lumine ſunt certi de ente, qui de ente non ſunt certi: ſed potius de bracha vt putãt. Ad ſcđam dici põt ꝙ ſubſtantia & accidens in ente conueniunt, non quidem in cõceptu entis ex parte rei cõi, ſed in illo diſiuncto, quod repræſentatur per cõceptionẽ entis. Differũt aũt proprijs & diſtinctis conceptibus. Vel more logicorũ dici põt ꝙ ſubſtantia & accñs conueniunt in ente, quatenus iſte terminus ens prædicatur cõiter de quolibet illorũ: differunt aũt proprijs conceptibus, quatenus vnuſquiſq; terminus illorũ prædicatur de vnoquoq; illorum non cõiter. Ad tertiã dici põt ꝙ ens prædicatur ſm conceptum cõem ꝑ diſiunctionem modi concipiẽdi, nõ per communitatem rei conceptæ. Vel more logicorum dici põt ꝙ ille terminus ens prædicatur de ſubſtantia verificatur per conceptũ ſubſtantiæ, ſignatiuę ſiue ſuppoſitiuæ ſm cõceptũ diſiunctũ, qa in propoſitione ſupponit determinatæ: & propterea eſt terminus cõis. Ad quartam dici poteſt ꝙ conceptus entis, qui diſtinctè ſignificaṫ per ens: nihil aliud eſt q̃ conceptus ſubſtantiæ vel accidentis, qui vero diſiunctiuæ accipitur, eſt alius, ab illis diſtinctæ ſumptis, & ſic non valet ratio. Vel more logicorum dico ꝙ iſta in propoſitione, ſubſtantia eſt ens, iſtæ terminus ens ſignãt ſubſtantiam & accidẽs præſentia & futura, ſupponit pro præſentibus verificatur pro conceptu ſubſtantiæ, & ita ſignificatiuæ cõceptus entis eſt ſubſtantia vel accidens quæ ſunt, & quæ poſſunt eſſe. Suppoſitiuæ eſt ſubſtantia & accidẽs quæ ſunt. Verificatiuæ eſt ſubſtantia tm̃, nec ſequitur ꝙ ſit prædicatio eiuſdem de ſe, quia ille terminus ens ſignificat aliud à ſubſtantia. Ad quintam dici poteſt ꝙ cõceptus entis, qui eſt ſubſtantiæ vel accidentis diſiũctiuæ ſumptus eſt prior conceptu ſubſtantiæ, nõ aũt ſi ſumatur diſtinctæ. Vel more logicorũ dici põt ꝙ conceptus entis nõ eſt prior nec poſterior, quia nullus eſt, ſed iſta prædicatio ſubſtantia eſt ens, eſt prædicatio ſuperioris de inferiore, qa iſte terminus ens ſignificat ſubſtantiam & aliud. Ad ſextam dico ꝙ cõceptus entis diſiunctus eſt ſimpliciter ſimplex, conceptus vero entis diſtinctus eſt ſimplex. Vel more logicorum põt dici ꝙ cõceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex, i. ſignatum entis ſignificatur per terminũ cõiſsimum: & cõceptus ſubſtantiæ non eſt ſimpliciter ſimplex, quia ſignificaṫ per terminũ non cõiſsimum. Ad ſeptimam dico ꝙ minor eſt falſa, quia eſſe formaliter eſt aliud in ſubſtantia, & aliud in accidente, nec ab illis poteſt abſtrahi vnus modus cõis. Præterea accidens eſt ens formaliter ꝑꝑ ſubſtantiam, & principiũ formale & effectiuum accidentis eſt in ſubſtantia, vt dicit Egid. Ad octauam dicũt ꝙ ſubſtantia eſt nobilius ens ipſo accidente, non in tertio conceptu, ſed quia ſubſtantia eſt ſubſtantia à ſe, accidens vero eſt accidens dependenter ad ſubſtantiam. Vel dici poteſt more logicorum ꝙ ſubſtantia eſt nobilius ens ipſo accidẽte, quatenus iſte terminus ens prædicatur nobiliori modo de ſubſtantia, quam de accidente, prædicatur autem nobiliori modo, quia ſubſtantia eſt nobilius ſubiectũ ſiue ſignificatum. Ad nonam patuit ſolutio ꝑ ea quæ dicta ſunt ad tertiam. Ad decimam rñdet Ioan. & ſapide ꝙ dicendo tota multitudo entium eſt extra nihil: nõ eſt vna propoſitio ſed plures, quia ens eſt extra nihil quatenus ſubſtantia eſt extra nihil: & accñs eſt extra nihil. Et ſic conceditur ꝙ iſta propoſitio nõ vno cõceptu ſimplici concipitur, ſed vno conceptu compoſito, & ſm analogiam ad vnum. Ad rõnes aũt quæ probant conceptum entis eſſe vnũ realiter: ad primam dic ꝙ ens ꝑdicatur prædicatione dicente, hoc eſt hoc de ſubẽ, & ita dicit vnũ conceptum reale, ſed non alium à conceptu ſubſtãtiæ vel accidentis: & ꝑpea eſt prædicatio ſuperioris de inferiore: quatenus iſte terminus ens ſignificat cõiter ambo. Ad ſecundum dico ꝙ ens eſt obiectum potentiæ, ſed præter operationem intellectus non eſt vnum: quatenus vero intellectus cooperatur, reditur vnum & ad vnitatem potentiæ, ſufficit vnitas obiecti: quæ eſt vel poteſt eſſe, vnde ante actum intellectus oẽm obiectũ eſt multiplicatum, at poſt actũ, ſiue rectũ, ſiue comparatiuum, efficitur cõe & vnum. Ad tertiã dico, ꝙ ſubſtantia & accidens circũſcripta operatione intellectus non habent maiorem nec minorẽ conuenientiã actualem, ſed potẽtialẽ: quatenus intelľus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus, vt dicit Auer. Nam ante actum oẽm intelľs, vl̃e eſt in ſingularibus & non vnũ: poſt vero actum, ſiue rectum, ſiue reflexum, ſiue comparatiuũ vl̃e fit actu cõe. Ad quartam dico, ꝙ intellectus non intelligit aliquod commune: ꝗ iſte terminus vel hoc nomen ens cõiter prædicatur de vtroq;. Ad quintam dico, ꝙ non eſt figmentum, quia illi correſpondent res aptæ concipi ſub vnitate. Animaduerſione dignũ nonnullos, vt Egi. eſt dixiſſe hoc nomẽ ens nihil aliud dicere ſimpliciter niſi conceptum Dei, vel ſubſtantiæ, con ceptus vero cæterorũ vt accidentium non dicere, niſi ſecundum quid, & in obliquo. Et propterea apud hos *Alia pō de ipſo ente quã eſt Egidij et Simp.* hæc eſt vera, ſubſtantia eſt ens, Hæc autem falſa, accidens ſiue albedo eſt ens, non. n. conceditur niſi quatenus eſt entis. Vt. n. hæc eſt falſa, paries eſt albedo: ſed hæc vera paries eſt albedinis, vel albus, ſic hæc eſt falſa, albedo eſt ens: ſed entis, vel entale, quatenus entitas accidentis eſt formaliter illa ſubſtantiæ, quod ſi concedatur



cedatur illa, albedo eſt ens, non conceditur tanquam propria ſed de cõi vſu loquendi: quia accidens non eſt ens niſi entitate quæ formaliter eſt ſubſtantia, denominatiue accidentis. Quæ poſitio forte à Parmenide intelligebatur: vt exponit Plato. in li. Parmenidis: & vt refert Simpli. in lib. Phyſico. Non enim voluit dicere omnia eſſe vnum & immobile formaliter: ſed ens eſſe vnũ per ſe vt Deum, qui per ſe eſt: & ſolus eſt: de alijs vero non dici ſimpliciter: ſed ſecundum quid & denominatiuæ: quatenus cætera nõ ſunt entia ſimpliciter: ſed entis. Ex quibus patet hoc nomen ens non eſſe pœnitus vniuocum, quia non vnum conceptum cõem dicit, nec pœnitus æquiuocum: quia non immediate cõceptus plures, ſed dr̃ analogũ, pro quanto ſignificat vnũ per ſe, reliqua per accñs, & attributione. Hæc eſt intentio Simplicij in. 2. lib. de aĩa, & vr̃ oĩum peripateticorum antiquorũ. *Poſitio Plato.* Plato vero opinatus eſt vnũ eſſe analogum, & non dici niſi principal̃r de Deo, de cæteris vero ſm quid, & attributione ad Deum, ens vero eſſe vniuocũ, quia vniuoce dr̃ de cauſatis. Opinatur. n. vnum eſſe ante ens, quatenus Deus eſt ante ens cauſatũ: & hoc, quia eſſe tribuit cauſatis duntaxat: vnitatem vero cauſæ primo, cæteris aũt attributione ad cãm. Et iuxta põnẽ Egidij & Simplicij de facili pñt ſolui rõnes eorũ, qui ſunt alterius opinionis. Ad primam iã ſatisfactũ eſt per ſolõnem Ioan. quæ quia eſt bona, non quærimus aliud. Sed ad ſcđam dico ꝙ conceptus primæ cauſæ, & cõceptus cauſati nõ conueniunt in ente. Sil̃r nec conceptus ſubę & accñtis, quia ſola ſuba eſt ens, & accñs non eſt ens, ſed entis vel ad ens, aut entale quid, & ſi cõceditur illa, accñs eſt ens, impropria eſt. Ad tertiam patet ſolutio, ens. n. non prædicatur niſi de ſuba per conceptũ ſubę, non aũt eſt prædicatio æqualis de æquali, quia ſaltem ſm quid prædicatur de accñte. Et ſi diceret, ens ꝑdicatur de accñte, vel conceptu ſubæ, vel conceptu accñtis, vel conceptu tertio patet ſolutio, quia ens non prædicatur de accñte prædicatione ſimpl̃r, ſed prædicatione ſm quid, & hoc pacto conceptu ſubæ prædicatur, vel conceptu, qui eſt in ſuba, aut ad ſubam. Per idem ad quartam, ens. n. non eſt ſimpl̃r idẽ niſi ſubæ, accñti vero idem attributione ad ſubam. Ad quintam dico, ꝙ conceptus entis non eſt prior conceptu ſubæ, quia hæc valet, ſubſtantia eſt, igitur ens eſt, & contra ens eſt, igitur ſubſtãtia eſt, licet nõ ſit prædicatio æqualis oĩno, quia ſaltem ens prædicatur de accñte ſm quid. Ad vltimam dici põt conceptum entis eſſe ſimpl̃r ſimplicem, pro quanto cõceptus ſubſtantiæ, vel Dei nullum habet priorem conceptum, in quem reſoluatur, quia conceptu ſubſtantiæ vel Dei nullus eſt, prior, ꝙ ſi ens de ipſo accñte prædicatur: nõ per conceptum aliũ ab vtroq; prædicatur, ſed per cõceptũ ſubſtantiæ de ſubſtantia & per conceptum accñtis de accñte attributione ad conceptum ſubſtantię. Ex his patet quatenus rõnes probantes conceptum entis eſſe realiter vnum, vno modo probant, alio mõ non. Probant enim cõceptũ entis eſſe ſimpl̃r eſſe real̃r vnũ, quia eſt Dei, vel ſubſtantię, non aũt probant illud eſſe realiter vnũ, quia cõe vtriſq;. Hæc de prima difficultate, vt de vniuocatione *Opinio eorum qui ſequuntur expoſitorem.* entis, de qua diligentius in lib. 4. Sectatores expoſitoris aliter conſueuerũt dicere, noluerunt. n. huic noĩ ens in voce vel in ſcripto corrñdere in mente conceptũ entis obiectiuum, qui præter oẽm actum intelľs tam rectum quam collatiuũ, non eſt actu aliquid præter ſubſtantiã & accñs. Per actum aũt rectum, vel collatiuũ eſt cõis, & vniuocus ſubſtantiæ & accñti, primæ cauſæ & cauſatis. Et in hoc differt ab illis quorum eſt opinio dicta, quia illi præter oẽm actũ intellectus ponunt conceptũ entis aliũ à ſubſtantia & accidente, cui præter oẽm actum intelľs correſpondet quædam vnitas minima, quę dicitur vniuocationis tranſcendentis: ſm tñ expoſitorem ante oẽm actũ nullus eſt entis conceptus præter ſubſtantiã & accñs, nec vnitas aliqua ſibi conueniens. Et iuxta hãc opinionem parua eſt differentia Thomę ab illis: & propterea facile illorũ rõnes delentur. Tu vero conſidera oĩa hęc. Nã in. 4. huius dilucidarij libro repetetur diſputatio hæc, & ibi clarius & diligentius res dilucidabitur.

SECVNDA dubiũ eſt, vtrum ens inquantũ ens habeat principia & cauſas. Vr̃ ꝙ non, quia nullum vl̃e habet principia & cauſas, eſt. n. cauſatio, actus, & oĩs actus & operatio, eſt ſingularium primo huius. Sed ens inquantum ens eſt vl̃e, igitur non habet principia. *Secũda quæſtio vtrum ens habeat cauſas, et principia.* Secundo ſi ens inquantum ens habet principia, tunc oẽ ens, & ſic Deus & ſubſtantiæ ſeparatæ haberent principia. Tertio ſi ens habet principia, igitur aliquid eſſet ante ens, hoc aũt eſt falſum quia ens eſt maxime primũ & cõiſsimum. Quarto ſi haberet principium, vel illud eſſet ens, vel non ens, non eſt dicendum, ꝙ ſit ens, quia tunc idem eſſet principium, & principiatum, Si nihil, ꝑ nihilo relinquatur. In cõtrarium eſt Ariſt. qui ait, ꝙ ſcia conſiderat ſubiectũ, principia & paſsiones, vt patet in. 1. poſte. At ens inquantum ens eſt ſubiectum. Præterea & in. 4. huius dilucidarij libro idem dicit. Et Auer. 12. Metaph. cõ. 1. Debes ſcire ꝙ per principia & cauſas entis poſſumus intelligere vel principia cõplexa, quæ ſunt *Quot modis principia.* principia inherentiæ paſsionũ entis ad ipſa entia, quæq; dicuntur principia demonſtratiuæ, & principia cognoſcendi vel principia incõplexa, quæ ſunt cauſæ eſſendi, & eſſe, ſiue entitatis, quæ dicũtur principia eſſendi. Nã ipſum ens põt cõſiderari quo ad eius eſſentiam, & quo ad eius ſcibilitatem. Propterea videntur alia principia eſſentię, & ſcibilitatis, vt patet. 1. phy. cõ. 11. Secũdo debes ſcire, ꝙ licet verbum inquantum, ſemper à peripateticis ſumatur reduplicatiuæ, tñ hæc reduplicatio põt *Quot modis inquantum.* eſſe ex parte rei & per ſe, & ſic infert vl̃em, quia ſi hõ eſt aĩal inquantum ſenſitiuus, per ſe & ex parte rei, oẽ ſenſitiuũ erit aĩal. Vel eſſe põt ex parte noſtri modi intelligendi, quod iuniores appellant ſpecificatiuæ, & ſic non infert vl̃e, vt ſi hõ vt intelligibile ſit ſpecies, non ſequitur de omni intelligibile eſſe ſpeciẽ, quia intelligibile eſt modus intelligendi, quo intelligimus hoĩem eſſe ſpeciẽ. Tertio debes ſcire quòd cauſa poteſt ſumi *Cauſa quot modis.* pro eo, quod cauſat, & pro ratione cauſæ ſeu cauſandi. Similiter cauſatum poteſt ſumi pro eo, quod cauſatur, & pro ratione cauſati: ſeu qua cauſatur. Dicitur. n. Niphus & Callias cauſa agens Iacobi vel Domicij, at hõ ſiue humanitas eſt rõ agendi. Quarto debes ſcire ꝙ rõ *Ratio cauſandi quæ.* cauſandi eſt duplex, vniuoca vt humanitas in patre eſt ratio cauſandi filium in humanitate, & æquiuoca velut aliqua intelligentiarum eſt ratio, qua pater cauſat filiũ in humanitate, non quidem vniuoca ſed æquiuoca. Tunc dico, ꝙ ſumendo cauſatum pro eo quod cau- *1. Concluſio.* ſatur ſic ens cõe inquantum ens non habet per ſe cauſam vel principium ſiue ſumatur principium pro complexo, ſiue pro incomplexo, ſiue pro eo quod cauſat, ſiue pro rõne cauſandi. Hoc patet: quia ſic ſumendo ens, eſt vl̃e, & vt vl̃e à nullo cauſatur, quia cauſatio eſt actus ſingularis, poteſt tamen per accñs hr̃e, rõne contentorum. Si vero ſumatur cauſatum pro rõne, qua aliquid *2. Concluſio.* cauſatur, & cauſæ pro principijs incomplexis, ſic ens inquantum

inquantum ens habet cauſas, vt verbum, inquantũ, ſumitur ex parte noſtri modi intelligendi, & non per ſe ex parte rei. Declaratur quia contenta ſub ente poſſunt conſiderari, vt mobilia, & vt entia, quatenus mobilia habent cauſas ſpectantes ad phyſicum, quatenus ratio cauſati eſt ens, ſpectat ad Metaphyſicum, igitur entia hic conſiderata habent cauſas, & nõ niſi rõne entis, igiť ens inquantũ ens habet cauſas, ſumendo verbũ inquantũ ex parte noſtra, & ipſum ens pro rõne, qua aliqua dicuntur habere cauſas.

*3. Concluſio.* Tertio dico, ꝙ ſi ſumatur ens ꝓ rõne cauſati, & principia pro cõplexis, ſic ens inquãtũ ens habet cauſas vt verbum inquantũ, tenetur per ſe ex parte rei: quia ſic oẽ cõtentũ ſub ente habet eiuſmodi cauſas: quia oẽ tale habet aliqua: vt proprietates de ipſo demonſtrabiles per aliqua vt principia.

*Dubi. de cauſis entis.* Sed dubitaret fortaſſe acutiſsimus iunior: quæ nam ſint iſtæ cauſæ? & licet de hmõi re in. 4. huius dilucidarij libro diligentius diſputabimus.

*Solutio* Tamen dicam nunc: ꝙ accipiendo cauſas pro principijs ipſis complexis: veluti pauloante declarauimus & poſtea dicemus: ſunt præmiſſæ. quibus demonſtrantur proprie paſsiones de contẽtis ſub ente: ſiue illæ præmiſſæ ſint cauſæ eſſendi: ſiue demonſtrãdi tm̃. Sumendo vero cauſas pro principijs incomplexis: dico ꝙ cauſę pro his quæ cauſant ſunt res cauſantes ſub ente contentæ: vt homo hoĩem: & equus equum: & leo leonem cauſant; pro rationibus cauſandi: cauſæ æquiuocæ: ſunt intelligentiæ: & oẽs ſubſtantiæ ſeparatæ: quæ ſunt rationes: quibus agens efficit ens aliquod ſub diuerſis gradibus. Verbi gratia intelligentia lunæ eſt rõ cauſandi æquiuoca per quam homo hoĩem efficit aĩal. Intelligentia Mercurij eſt ratio: per quam hõ efficit hominẽ corpus intelligẽtia Veneris: eſt rõ: ꝑ quã hõ efficit hoĩem ſubſtantiam: & ſic gradatim vſq; ad Deũ qui eſt ratio: qua homo efficit hoĩem ens. Rationes vero cauſandi vniuoce ſunt tot: quot ſunt prædicata in ente effectu. v. g. humanitas in patre: eſt cauſa ſiue ratio cauſandi vniuoca humanitatis in filio: & ſicut humanitas in filio eſt ratio: qua filius efficitur humanus: & ſic de animalitate: & corporeitate: & id genus.

*Excerptum.* Ex his ſequitur: ꝙ ſi cauſæ ſumuntur pro principijs demonſtratiuis: ſic omne ens habet cãs: quia ſaltem principia: per quæ pñt demonſtrari paſsiones entis. Si vero pro principijs eſſendi, ſic non oẽ ens habet cauſas: quia non Deus & principia entis: ſed quædam hñt cãs, quæ ſunt cauſę eorum ſub ratione entis ſimpľr, & non entis mobilis, vel ſub ratione ſpecifica alicuius talis.

*Sol. quæſtionis facilior.* Aut facilius ad qõnẽ dici põt & logicæ, ꝙ hæc propoſitio ens habet principia inquantum ens, eſt vna reduplicatiua: vbi verbũ inquantum, reduplicat ipſum ens: modo reduplicatio põt eſſe rei ſiue conſequentiæ aut põt eſſe rationis ſiue modi intelligendi, & poteſt eſſe cauſæ. Si reduplicatur res, ſic eſt ſenſus, ens habet principia, & ens eſt ens, & ſi aliquid eſt ens, illud habet principia, igitur ens habet principia inquantum ens.

*De reduplica.* Si reduplicatio ſit cauſæ, tunc eſt ſenſus, ꝙ cauſa quare ens habet principium eſt ens. Si vero reduplicatio ſit rationis ſiue modi intelligendi: & eſt ſenſus ꝙ ens habet principia ſub ratione, qua ens, & non ſub ratione, qua mobile, vel quantum. Tunc dico, ꝙ ſi illud verbum inquantum, eſt reduplicatio conſequentiæ, ſiue rei, ſic falſa eſt illa, ens inquantum ens hẽt principia, quia tũc ſi aliquod eſt ens, illud haberet principium, & ita prima principia, ſiue demonſtratiua, ſiue quęuis haberent principiũ, quia illa ſunt entia, & tũc nõ eſſet deueniendum ad prima principia in ordine ſcibilium vel in ordine rerum. Si autem illud verbũ inquantum, eſt reduplicatio cauſæ, etiam illa eſt falſa: quia eſſet ſenſus cauſa quare ens habet principium, eſt ipſum ens, quod eſt falſum, non. n. eſſe ens eſt cauſa hñdi principiũ, quia tunc prima principia haberent principia, quia ſunt ens. At ſi reduplicatio ſit rationis, ſiue modi intelligendi: ſic illa eſt vera ens inquãtum ens habet principia, quia eſt ſenſus, ꝙ ens habet principium ſub modo quo ipſum ens nec intelľr mobile, nec quãtum, ſed ſub modo quo intelľr ens. Et ſic non ſequitur, ſi aliquod eſt ens, illud habet principium: ſed ſolũ quod aliquod ens habet principium, quod eſt cauſa illius, nõ ſub ratione mobilis, nec quanti, ſed ſub rõne entis. Et hoc eſt verũ, quia ſubſtantiæ ſeparatæ & Deus entia efficiunt, non quatenus intelliguntur mobilia, vel quanta, ſed quatenus intelliguntur entia, etiam prima principia demonſtratiua ſunt entis, nõ quatenus intelľr mobile vel quãtum, ſed quatenus intelligitur ſcibile.

*Solutio rõnum* Et iuxta hanc põnem ad rationes reſpondetur. Ad primam, concedo ꝙ nullum vľe habet cauſam, nec entis inquãtum ens accipitur vt vľe eſt cauſa, ſed quatenus intelľr præciſe ſine rationibus ſpãlibus. Ad ſecundam patet ſolutio per determinata, illud. n. ſequeretur, qñ verbum illud inquantum, teneretur reduplicatiuæ reduplicatione rei.

Ad tertium dico ꝙ ens habet principium, & nego ꝙ ſequatur ens eſſe ante ens, ſed bene ſequitur ens eſſe ente prius, nam ens cã, eſt ente cauſato prius, non autem eſt tale ens cauſa prius ente, vel ante ens, vt logici ſentiunt. Vel dic ꝙ verum eſt ens eſſe ante ens, quia ens cã, eſt ante ens cauſatum, & hoc ſi verbum illud ante, vim non habet diſtribuendi. Ad quartũ dic, ꝙ illud principium eſt ens, & qñ dr̃ principiũ rei non eſt res, igitur principium entis non eſt ens. Dico ꝙ principiũ rei, hoc eſt oĩum rerum, non eſt res, ſed principium cuiuſdã rei ſic, & cuiuſdã non, bene eſt res, & ſic dico de principio entis, ſi. n. illud eſſet oĩum entium principium, tũc non eſſet ens, ſed quia eſt quorundam ſic, & aliorũ non, iõ principium entis eſt ens.

*Dubũ ſi aliqd ſit ens, quod nõ hẽt principiũ.* Sed occurres nunquid ſit aliquod ens non hñs principium, vr̃ ꝙ ſic, quia primum principium è quo fluunt cõĩſsimæ entis paſsiones, eſt ens, quia eſt cauſa, & ens diuiditur in cãm, & cauſatũ, & tñ non habet principia, quia tunc non eſſet primum. In contrarium arguitur. Illud primum principium eſt contentum ſub ente, & oẽ contentum ſub ente habet principia, per quæ ſaltem cões entis paſsiones demonſtrari pñt de ipſo, vt per quæ de ipſo demonſtrari poteſt vnitas, bonitas, & id genus, igitur illud habet principium.

*Solutio.* Hæc dubitatio non eſt leuis. Dici poteſt, ꝙ qñ vnũ & idem eſt principiũ ſubiecti, & ſpẽs ſubiecti, vno modo habet principium: & alio modo nõ. Habet quidem. n. principium quatenus ſpẽs primi ſubiecti, caret principio, quatenus primum oĩum paſsionum principium, & ſic in propoſito a. quod eſt primum principium, quo demonſtrabiles ſunt primæ paſsiones de quolibet ente, ſub rõne qua eſt ſpẽs entis, de ipſo poteſt per rationem entis demonſtrari ꝙ ſit vnum, & bonum, & id genus, ſi ratione qua eſt principium ſimpľr primum, vt ſic non põt demonſtrari aliqua paſsio, & vt ſic caret principio, nec eſt obſcenum idem eſſe ſeipſo notius vno modo, & ignotius alio modo, vt a ea ratione, qua principium eſt notiſsimum, ea vero ratione, qua eſt vna entis ſpẽs, eſt ignotum.

*Secunda dubũ.* Secũdo occurres, quia Deus eſt vľis cauſa eſſentiæ ſubiecti, quod eſt ens, igitur oĩum contentorum ſub ente, & cum ipſe contineatur ſub ente etiã erit cauſa ſuijpſius.



*Solutio.* Dici poteſt ꝙ aliud eſt principium eſſendi ſubti, & aliud cognoſcẽdi, vt diciť. 1. phy. prĩcipia eſſendi ſubiecti phyſi. ſunt materia & forma, & id genus, cognoſcendi vero ſunt ea, quibus primæ paſsiones de ente mobili demonſtrantur. Dicerẽ tunc ꝙ ſubm habet duplicia principia, eſſendi, & hæc non debent eſſe ſubiecti, & omnium contentorum ſub ſubiecto. Nõ. n. materia & foꝛa ſunt principia eſſendi ſubiecti & oĩum contentorum, quia tunc eſſent cauſæ ipſarummet. Habet ẽt principia cognoſcẽdi, & hæc debet eſſe ſubti & oĩum contentorum ſub, ſubto, quia iſta ſunt principia cõia oĩum & cõĩum paſsionum. Ad formam dico, ꝙ Deus non eſt vniuerſalis cã entis & oĩum cõtentorũ ſub ente, ſed entis cauſabilis, & oĩum contentorũ ſub ente cauſabili.

*Solutio. 3. facilior oĩbus ad principale.* Ex iis põt ad qõnem principalem dici, ꝙ loquendo de principiis cognoſcendi ſubm, ſic ens inq̃tum ens habet principia, ſiue reduplicatio ſit rei ſiue cãæ, ſiue rõnis. Si vero loquimur de principiis eſſendi ſubti, ſic illa ẜm reduplicationem rei, vel cãæ eſt falſa ens, inquantũ ens habet principia, ſed bene ẜm reduplicationẽ modi intelligendi, quia ſubæ ſeparatæ ſunt cãæ entis nõ ſub mõ intelligendi mobile vel q̃tum, ſed ens. Aĩaduerte iunior, ꝙ ꝑ principia cognoſcẽdi in meta. intelligimus ꝓ̃miſſas primas per q̃s primę paſsiones ſunt demonſtrabiles de ente & de quolibet contento ſub ente, quæcũq; ſint illæ ꝓ̃miſſæ, vt verbi cã pro modo ſint. A. & B. Principia vero eſſendi ſunt Deus & ſubſtãtiæ ſeparatę. Hæc de ſecunda dubitatione.

*Tertia dubitatio de paſsionibus entis.* TErtio principaľr quæritur, vtrũ ens vt ens hẽat veras & proprias paſsiones de ipſo demr̃abiles, videť ꝙ ſic, quia ens inq̃tũ ens eſt ſubm. 1. meta. & cuiuſlibet ſubti primi ſunt paſsiones, vt dr̃. 1. Poſte. Secũdo ens inq̃tum ens habet prĩcipia & cognoſcẽdi. & eſſendi, vt pauloãte determinatum eſt, ſed prĩcipia cognitionis ſunt propõnes, quibus demõſtrantur primæ paſsiones, igiť oportet vt hẽat primas paſsiones. In oppoſitum eſt rõ, quia illæ paſsiones deberẽt eſſe aliquo modo alię ab ente, & nihil eſt ens, quod ſit aliquo modo aliud ab ente, igitur eiuſmodi paſsiones nõ ſunt dabiles.

*Poſitio. 1.* In iſta dubitatione rñdet quidam, ꝙ ens inq̃tum ens habet veras & ꝓprias paſsiones. Amplius & de ente inquantũ ens demr̃abiles, & de quolibet contento ſub ente per rõnem entis. Primũ probant verbis Ariſto. in prin. 4. huius, qui ita inquit. Eſt aũt ſcĩa quædam q̃ ſpeculatur ens inquantum ens, & ea q̃ huic inſunt ꝑ ſe,

*Commen. 1.* vbi Auer. dicit ꝙ prima pars huius. 4. eſt in finiendo ſubm huius artis & accñtia & cãs eius. Pręterea Ariſ. in eodẽ. 4. ita inq̃t, qđ quidẽ igiť vnius ſcĩæ eſt ens inquãtum ens ſpeculari, & quæ huic inſunt inquantum ens, perſpicuum eſt

*Commen. 6.* vbi Auer. ita ait, manifeſtum eſt igiť ex iſtis rebus prædictis ꝙ vna ſcĩa eſt iſta: q̃ debet cõſiderare de ente ẜm qđ eſt ens: & de accñtibus eius. Præterea ibidẽ ait ita eſſe q̃dam propria enti inq̃tũ ens veluti numero par vel ĩpar:

*Commen. 5.* vbi Auer. ait ens ẜm quod ens eſt hr̃e ꝓpria accñtia q̃ per ſe ſibi inſunt.

*Cap. 2.* Præterea Auic. 1. ſuæ meta. ait ꝙ propria accñtia: quæ metaphy. cõſiderat: nõ ſunt ꝓpria alicuius ꝓ̃dicamẽti: nec pñt accidere alicui: niſi ei qđ eſt ens inq̃tum ens.

*Cap. 2.* Pręterea Mag. Alber. in 4. ſuæ meta. tractatu illius lib. primo ĩquit: ens eſt ſubm hñs accñtia multa q̃ accidũt ei per ſe: quæ licet realẽ nõ hẽant dr̃iam: hñt tñ dr̃iam in mõ. Pręterea expoſitor. 4. meta. ĩ expõne primi tex. idem manifeſtiſsimæ profiteť & ibidẽ etiã in expõnibus tex. quos diximus. Præterea huius poſitionis eſt Ioã. Gãda. & plures peripatetici iuniores.

*Rões ꝙ ens habeat paſsiones.* Pro hac põne hi viri arguũt primo, quia ſubiectũ primũ habere primas paſsiones eſt perfectionis in quauis ſimpľr ſcĩa, igitur non eſt negandum in hac præſtantiſsima. Scđo, ea cognitio, quæ habetur de primo ſubiecto & ijs quæ illi per ſe inſunt eſt ſcĩa, & eſt per demonſtrationẽ. Oĩs autẽ demõſtratio demõſtrat paſsionẽ de ſubto: igiť primũ huius ſcĩę ſubiectũ habet paſsiones. Tertio: vnũ, verũ, bonum aliquid, & res ꝓ̃dicantur de ente cõuerſim, igitur ſunt propria ꝑ definitionem proprij poſitam. 1. topico. Quarto quæcunque ita ſeſe hñt, ꝙ illorũ vnũ ineſt per ſe primo modo ijs, quæ ſub eo continentur: alia vero non ita per ſe, neceſſario illa alia ſunt vel accñtia per accñs illi ſuperiori, vel accidentia per ſe, ſed ens & vnũ, & cætera id genus ita ſeſe habent, ꝙ ens cõpetit per ſe primo modo omnibus cõtentis ſub eo, & vnũ & id genus non ita per ſe, igitur vel vnum & id genus ſunt accidentia entis, vel per ſe accidentia. Quinto ens eſt ſubiectũ ſcibile in meta. igitur vel ſcĩa demõſtratiua, qua videlicet, ſcitur aliquid de ipſo, vel ſcĩa definitiua, qua cognoſcitur ipſum quid ſit ans patet, quia nõ ſcibile nõ eſt ſubiectũ in aliqua ſcĩa: modo ens eſt ſubiectũ in metaphy. quæ eſt ſcĩa ſcĩarum. conſequentia. patet. 1. Poſte. quia oĩs ſcĩa quæ de aliquo ſcibili habetur eſt aut definitiua aut demonſtratiua, aut etiã Themiſt. ait, ſed ſcĩa entis non eſt definitiua, quia ipſum ens definiri nõ poteſt: non. n. habet genus & dr̃iam: igitur eius ſcĩa eſt demonſtratiua ſed ſcientia demonſtratiua eſt, qua ſcitur paſsio de ſubiecto: igitur ens habet paſsiones de ipſo ſcibiles. Quod quidẽ igitur ens habeat veras & proprias paſsiones per hæc deduci poteſt.

*Quod ſint de ente demõſtrabiles.* Per hæc eadem facile deduci poteſt ꝙ eiuſmodi paſsiones, quæ ſunt entis, demonſtrabiles ſit de ipſo ente, tum quia metaphy. eſt ſcĩa, quæ habetur de ſubiecto ſuo, tum quia eſt ſcĩa ꝓpter quid, tum vel maxime, quia quod eſt ꝑfectionis in ſciẽtia ſimpľr non eſt negandũ in hac: & ita tales paſſiones eſſe de ente ipſo demonſtrabiles per hæc patet. Sed circa hanc determinationem occurrunt difficultates.

*Difficultates. Prima difficultas.* Prima, quo nam modo iſtæ paſsiones ab ipſo ente diſtinguuntur? quia oportet dicere illas diſtingui ab ente eſſentialiter. igitur ſunt nihil. Secũdo ipſum ens, nõ prædicabitur de quolibet in quid, quia non de proprijs paſsionibus. Nam ſi de proprijs paſsionibus prædicabitur in quid, deducentur idem eſſe paſsionem ſui. Omnis enim paſsio, quæ eſt alicuius, eſt etiam illius de quo illud prædicatur in quid. Breuiter ad hanc difficultatẽ de modo quo tales paſsiones ab ipſo ente diſtinguãtur, non omnes eodem modo loquũtur.

*Solutio prima.* Aliqui quidẽ concedunt paſsiones entis diſtingui tripliciter ab ipſo ente formaliter ex natura rei, & eſſentialiter non tamẽ realiter, diſtinguuntur quidem ex natura rei, quia ea, ipſi aſſerunt diſtingui ex nã rei, quæ pñt eſſe fundamẽta cõtradictionis, & q̃a ſubm & paſsio poſſunt eſſe fundamẽta cõtradictionis: iõ diſtinguunť ex nã rei, nec diſtingui ex natura rei eſt diſtĩgui diſtõne naturarũ rerũ, ſed mõ quo ipſa ex parte rerũ naturarũ ſunt apta præter opus intellˀs fundare cõtradictoria. formaľr vero diſtinguunť quia cõceptibilitate, nã alia conceptibilitate ſubm: alia eius paſsio apta eſt concipi, & per idẽ diſtinguũtut eſſentialiter ſiue quidditatiuę, quatenus alterũ non eſt de cõceptibilitate alterius, nec prædicatur in quid de alio: non tñ realitate diſtinguunť, quia ſunt vna res: qñ in quocunq; eſt & exiſtit vnum eſt & exiſtit alterum.

*Excerptum.* Ex iis ſequitur dari medium inter ens formaliter, & nihil

cat tres, vt Metaph. Phy. & Mathe. Adhuc ſyllogiſmi: qui fiunt in hac philoſophiæ parte aut ſunt dialectici, aut ſophiſtici aut demonſtratiui. Nullus.n. græcus adinuenit aliam ſyllogiſmorum ſpẽm, nõ ſunt ſophiſtici: nec dialectici: vt oẽs concedunt: igitur demonſtrationes: ſed demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientificus: & vt exponit Thẽm.is eſt: qui ſcientiam facit: igitur demonſtrationes huius philoſophiæ partis ſunt ſcientificæ: & ſic hæc eſt ſcientia: & ſic hæc poſitio friuola eſt: & non digna philoſopho. Et cauſa errandi forte fuit: qa Ariſt. appellat hanc philoſophiæ partem ſapientiam: & non aduertũt: ꝙ ſapientia dicitur: vel quæ per cauſas altiores prædicit futura: quo modo Aſtrono. dicitur ſapientia: vel quæ effectus demonſtrat per cauſas ſuperiores vt Metaph. & ſic hæc philoſophię pars dicitur ſcientia, & ſapientia: quatenus.n. demonſtrat dicitur ſcĩa, quatenus vero per cauſas altiores procedit dr̃ ſapientia.

*Quare hæc dicitur ſcĩa & ſapientia.*

*Põ aliorum iuniorum & Petri Mantuani.*

Alij diſtinguunt de paſſionibus, & dicunt ꝙ paſſiones quædam ſunt vno noĩe noĩabiles. Aliæ diſiuncto noĩe nominabiles, vt par vel impar reſpectu numeri. Dicunt ꝙ ens nõ habet proprias paſſiones ſimplices vno noĩe nominabiles, ſed compoſitas ſub diſiunctione dictas: veluti ſunt actus vel potentia: neceſſarium vel contingens, cauſa vel cauſatum: & cætera id genus. Et hoc mõ ſaluant verba Ariſt. & Metaph. eſſe ſciam.

*Confutatio.*

Sed nec hæc poſitio eſt peripatetica, quia nihil per plura noĩa nuncupatur: niſi ad circũloquendum vnum conceptum ſimplicem illius, igitur oĩs talis paſſio eſt vna ſimplex in re, licet pluribus noĩbus dicta, & ita hęc põ redit ad primã põnem: vt recte aliqui conuincunt. Reſtat igitur dicere veram poſitionem peripateticorum de hmõi qõne: vbi debes ſcire ꝙ ꝓpria paſſio põt ſumi duplr̃: vno mõ pro omni prædicato per ſe ſecũdo mõ, ſiue prædicetur primo & vlr̃ ſiue nõ: & hoc mõ dicimus riſibile eſſe paſſionem aĩalis, quia ineſt illi per ſe ſecundo modo, licet non primo nec vniuerſaliter. Alio modo ſumitur paſſio propria pro prædicato per ſe ſecũdo modo quod prædicatur vniuerſaliter & primo: & ſic riſibile diceretur propria paſſio hoĩs, quia illi competit per ſe, & primo, & vniuerſaliter.

*Concluſ. pro ſolu. prima.*

Tunc dico primo ꝙ vnum, res, bonũ, verum, & aliquid, & hmõi non ſunt paſſiones entis, nec primo, nec ſecundo modo.

*Secunda.*

Secundo dico, ꝙ hæc ſunt multiuoca cum noĩe entis, veluti veſtis & indumẽtum, gladius & cultellus.

*Tertia.*

Tertio dico, ꝙ ens non habet proprias paſſiones per ſe primo ſibi cõpetentes.

*Quarta.*

Quarto dico, ꝙ habet paſſiones per ſe non primo.

*Decla. 1.*

Primum declaratum eſt, primo quia nõ poteſt ſaluari diſtinctio aliquo mõ inter ens & illa, nec ſm̃ rem, nec ſm̃ rõnem, nec aliquo quouis mõ, vt patuit. Secundo quia ſi illa eſſent paſſiones entis: oporteret illas ineſſe enti ſm̃ ordinem. non.n. pñt plura cõpetere alicui æque primo mõ, inter illa non põt ordo aliquis conſtitui. Tertio quia vna eſſet medium ad demõſtrandum aliam, hoc aũt eſt impoſſibile vt declarauimus, igitur illa non pñt eſſe paſſiones.

*Decla. ſecũda.*

Secundum declaratur ẽt, quia ſunt conuertibilia cum ente, & non ſunt illius definitiones, nec vltimæ dr̃iæ, nec propria, igitur multiuoca. Secundo quia nihil addit vna illarum enti, quin ſit ens & ita per nihil põt vna earum diſtingui ab ente, & eodem mõ nihil addit vna illarum alteri, quin illud cõtineatur ſub illa cui addit, igitur quælibet quo ad ſignificatũ eſt cuilibet eadẽ: & ſic cum ſignificato conuenerint, & noĩe differãt: illa ſex multiuoca erunt veluti veſtis, & tunica.

*Decla tertiæ.*

Tertium patet, quia ſi aliquæ eſſent paſſiones primæ de ente, eſſent illæ quinque, at illæ non ſunt. Præterea demonſtratũ eſt illas per nihil diſtingui poſſe ab ente, & ẽt per alias rõnes, igitur ens non habet paſſiones ſecundo modo.

*Decl. quartæ.*

Quartum declaratur, quia ea quæ continentur ſub ente, hñt paſſiones per ſe primas, vt ſubſtantiæ prima paſſio eſt per ſe exiſtere, & accñtis paſſio eſt alteri ineſſe. Amplius ſubſtantiæ abſtractæ paſſio eſt æternitas, vel immobilitas, ſed oẽs paſſiones, quæ ſunt primo inferiorum, ſunt per ſe non primo ſuperioris, igitur ens habet paſſiones primo modo, vtpote oẽs illas, quæ ſunt paſſiones primæ contentorum ſub eo: quæ ſibi per ſe cõpetunt, non tñ vlr̃ & primo.

*Occurſus dubitatiui.*

Sed occurres primo. vtrum ſint alia: quæ cum noĩe ens ſunt multiuoca. Secundo qa Ariſt. laborat in probando ens & vnum dicere eandem naturam: in. 4. huius, & in. 11. & vbiq;. Modo ſi vnũ eſt multiuocum enti, ad quid tantus labor? Tertio eadem qõ vertitur de his paſſionibus, quo nam modo ab ente ipſo differant, veluti de illis qnq; emergebat.

*Sol. primæ.*

Ad primã dici põt ꝙ multo plura ſunt tranſcendentia quàm ſex quia licet à peripateticis non memini me legiſſe niſi tria videlicet, bonũ ens, & vnũ: ab Auic. vero ens & rem, multo plura inueniũtur à iunioribus Metaph. Nec memini me legiſſe ab Ariſt. ens & vnum eſſe dicta tranſcẽdentia, hæc.n. nuncupatio eſt noua, ab Ariſt.n. illa duo eſſe cõiſſimo oĩbus, & dicere eandem naturam. Sed qa iuniores id volunt eſſe dicendum tranſcendens, ꝙ non clauditur genere aliquo prædicamẽtali, hic reperiũtur multo plura quam ſex, genus.n. ſubſtantiarum ſeparatarum erit tranſcendens iuxta hos, actus & potentia; neceſſarium & contingens, cauſa & cauſatum, & id genus. Amplius reperiuntur & alia cum illis ſex multiuoca, veluti multiuocum, ipſi vero eſt intelligibile, aut cõſiderabile, ipſi bono, multiuocum eſt perfectũ, ipſi vni multiuocum eſt indiuiſum, ipſi alicui, multiuocum eſt diuiſum & alia id genus. Omnia aũt hæc ſunt enti multiuoca, quia nihil ſignificat aliquod nomen iſtorum, qđ non ſignificetur ab ente, igitur vnum eſt oĩum illorum ſignificatum, & per conſequens oĩa ſunt multiuoca noĩ ens.

*Sol ſecundæ.*

Ad ſecundam dico, ꝙ Ariſt. pro tanto laborauit ꝓbare ens & vnum dicere vnam eandemq; naturam & eſſe oĩbus cõiſſima, quia Plato arbitratus eſt vnum eſſe ante ens, & cõius & prius ente ipſo; eo quia vnum dicitur de primo principio, & de prima materia, ens vero non niſi de decem prædicamentis. Laborauit igitur ad rem illam, non quia voluerit vnum eſſe paſſionem entis, ſed propter opinionem Platonis.

*Sol. tertiæ.*

Ad tertiam dico, ꝙ ens diſtinguitur ab illis paſſionibus, quemadmodũ aĩal ab hoĩe, homo.n. eſt aĩal, & quicquid eſt hõ eſt aĩal, & nihil addit hõ aĩali, quin illud ſit aĩal, differt aũt quia aĩal conuenit hoĩ & æquo & alijs pluribus, quibus non competit hõ. Sic in propoſito immobilitas, quę eſt paſſio ſubſtantiæ ſeparatæ differt ab ente, per hoc, quia ens competit illi & alijs, at illa non niſi ſubſtantiæ ſeparatæ, Et propterea hæc differunt rõne, ſimiliter dici põt de alijs, at hæc diſtinctio non potuit eſſe de ente & vno, qa nihil addit vnum, quin illud ſit ens, & nihil dicit ens, qđ non ſit vnum.

*Solutio rõnum probantiũ ens habere paſſiones.*

Tunc ad rõnes alterius opinionis, qbus probabant, ens inquantum ens, hr̃e proprias paſſiones, & etiam ad rõnes noſtras, quas addimus.

*Ad primam.*

Ad primam dici põt primo ſm̃ græcos ꝙ ens inquantũ eſt ens, non eſt primũ ſubiectũ huius, ſed ſub̃a, & ꝓpea non oportet hr̃e paſſiones, ens.n. inquantũ ens eſt primũ prædicatũ oĩum eorũ, quę hic cõſiderantur. Vel ſm̃ Arabes cõcedo ꝙ ens inquantũ ens eſt hic ſub̃m primum primitate vniuerſalitatis,



vlĩtatis, & qñ dicitur, igitur oportet habere paſſiones, concedo paſſiones nõ primas & vlẽs, ſed ſufficit ꝙ habeat paſſiones per ſe rõne inferiorũ.

*Replica.*

Et ſi dices ꝓp qd ſcĩæ ſpãles, habẽt ſub̃ta, quorũ proprias & primas paſſiones conſiderãt, non ſic ſcientiæ cõiſſimæ. vt meta. & dialecticus.

*Solutio.*

Dici põt hoc eſſe, quia ſubiecta ſcĩarũ ſpecialium habent determinata ſubiecta determinati & conſtituti generis, quæ ſubiecta habent quædam determinata & propria principia, ex quib⁹ pñt paſſiones per ſe primæ fluere, ſcĩæ cões hñt ſubiecta tranſcendentia, q̃ nulla determinata & conſtituta principia hñt, è quibus poſſint propriæ paſſiones fluere. Etiam quia ſubiecta illa ſic cõiſſima de oĩbus ſunt prædicata in qd, & ſm̃ formã, nec pñt ad aliqd cõparari in rõne ſubiecti, ſed ſolũ ĩ rõne prędicati, & in quid.

*Ad ſecundam.*

Ad ſcđam dico: ꝙ ens inq̃tum ens habet principia eſſendi tm̃: mõ quo expoſuimus, non aũt principia cognoſcendi.

*Prima ſolutio.*

Et qñ dicitur ꝙ hoc eſt à me determinatũ: dico ꝙ loquutus ſum ſm̃ eos: qui tenent ens habere veras primaſq; paſſiones. Vel dici põt ꝙ ens habet principia cognoſcendi: quatenus habet paſſiones: & quia habet paſſiones per ſe nõ primo: etiam ipſa principia cognoſcendi habet per ſe non primo.

*Ad rõnes alias Solutio authoritatis.*

Ad rationes alias dico & primo ad auctoritates: ꝙ ens habet veras & proprias paſſiones nõ primo. Ariſt.n. dicit ꝙ meta. eſt ſcĩa quędam quæ ſpeculatur ens inquantum ens: & quæ huic inſunt per ſe, ſed non dicit primo: & ita concedo ens inquãtum ens habere paſſiones per ſe: & non primo, per idẽ ad alias. Omnes.n. concludunt ꝙ entis vt ens ſunt paſſiones à meta. conſiderabiles: ſed nõ dicunt ꝙ illæ paſſiones ſint per ſe & primo entis. Ad Auicen. & alios doctores, dico ꝙ ſunt alterius partis: nos vero negamus ipſos.

*Ad primam rationem.*

Ad rõnes. Ad primam dico ſubiectũ habere paſſiones per ſe & primas: non eſt de perfectione ſcĩę vt ſcientia, ſed de ꝑfectione ſcĩæ ſpãlis: quia illa ẽ ſubiecti determinati generis, ſed de ꝑfectione ſcĩæ vt ſcĩa eſt habere paſſiones per ſe: vel per ſe primo: & hoc nõ negatur ab hac ſcientia præſtantiſſima. Ad ſecundam dico, ꝙ de primo ſubiecto, eſt primum primitate vlĩtatis non habet̃ ſcientia demonſtratiua per ſe primo: ſed bene per ſe non primo: qualiter de figura habetur ſcĩa per ſe non primo ꝙ habeat tres ſed propter triãgulum vt dr̃ primo Poſt. De ſubiecto aũt primo primitate immediationis habetur ſcientia demonſtratiua per ſe & primo. Ad tertiam noſtram rationem dico, ꝙ illa quinque non prędicantur per ſe de ente: quemadmodum nec tunica de veſte: ſed illa eſt enuntiatio eiuſdem de ſeipſo. Ad quartam negatur minor, quia & ens & illa quinque eadem perſeitate inſunt oĩbus cõtentis ſub ente & in hoc, vt mihi videtur, non rectæ dicunt, qui volunt vnum quod cum ente conuertitur, prædicari de entibus denominatiue, Immo ſm̃ peripateticos vnum prædicatur per ſe de oĩbus quemadmodum & ens, quia dicit vnam & eandem nãm cum ente, ꝙ ſi vnum prædicatur denominatiuæ de ente aliquo, non eſt illud vnũ ꝙ cũ ente conuertitur: ſed ꝙ diſtinguitur contra multitudinem. Ad vltimum dico, ꝙ ens nõ eſt ſubiectum ſcibile, niſi per ſe non primo, eſt tñ in tota ſcientia per ſe notũ, quia prima impreſſione imprimit̃ in aĩa, vt dicit Auic. Ex hoc ſequitur ꝙ ens ſcitur imꝑfectæ, quia per ſe nõ primo: cognoſcit̃ aũt perfectiſſimæ, quia eſt primũ cognitũ.

*Ad rõnes q ſunt de ente demonſtrabiles.*

Ad rõnes probantes illas paſſiones eſſe de ente demr̃abiles. Ad primã dico, ꝙ meta. eſt ſcĩa, quæ habetur de ſubiecto ſuo primo primitate intentionis, & primitate ĩmediationis. De ſubiecto vero primo primitate vlĩtatis hr̃ per ſe non primo. Per idẽ ad ſcđm. Eſt.n. ſcĩa ꝓp quid nõ de ſubiecto prĩo primitate vlĩtatis, niſi per ſe nõ primo: ſed de ſubiecto primo primitate ĩmediationis, & intentionis. Ad tertium patuit ſol̃o.

*Excerpta.*

Ex his apparet ꝙ ens non hẽt paſſiones, quæ ſibi cõpetunt per ſe & primo, ſed hẽt paſſiones per ſe non primo, Secundo apparet paſſiones entis non eſſe illa quinque. Illa.n. ſunt multiuoca noĩ ens. Animaduerte tñ ꝙ poſt deciſionẽ huius qõnis de paſſionibus entis. Fuerunt mihi motę dubõnes non leues: primo, quia Auer. in. 4. meta. cõm. 3. expreſſæ fatet̃ ens & vnum dicere eandem nãm. Sed ſm̃ modũ & rõnem diuerſam. Et hoc idem in tex. Ariſt. expreſſæ dicit. Præterea. 10. meta. cõ. 8. expreſſe dicit ꝙ ens & vnum dicũt eandẽ nãm, nõ tñ eadẽ rõne. Tertio hæc eſt nugatoria enuntiatio ens eſt ens, vel dicere ens & ens, & non dicere ens eſt vnum, vel ens & vnum, igitur vnum, non eſt ſynonomum enti. Quarto Ariſt. 6. meta. & Auer. ẽt. cõ. 8. ponunt differentiam inter bonum & verũ, quia bonum eſſe in rebus, verum in intellectu eſſe aſſerunt. Quinto dum aliquis intellectus concipit ens inquantũ ens, non concipit vnum inquantum vnum, quia ſtat illum intellectum concipere ens vt ens, non concipiẽdo indiuiſionem, quam dicit formaliter ipſum vnum: igitur ſtat ipſum non concipere ipſum vnum inquantum vnum, & ita vnum & ens diſtinctis conceptibilitatibus ſunt conceptibilia. Et ita diſtinguũtur formaliter vel rõne ſaltem.

*Solutio.*

Pro ſolutione debes ſcire vt dixi eis ꝙ Auer. vr̃ varius, nam. 1. Ethic. cap. 7. ait bonũ eſſe enti ſynonomum. Amplius. 10. meta. cõm. 5. in fine dicit vnum eſſe ſynonomum enti. Idem etiam aſſerit in libro. d. d. diſputatione quinta, in ſolutione dubij tertij. Amplius Ariſt. 4. meta. tex. cõm. tertij ait. Idem.n. eſt vnus homo, & homo, & ens homo, & nõ diuerſum aliquid oñdit ſm̃ dictionem repetitam homo, & ens homo, & vnus homo, & ſubdit. palam itaq; ꝙ nõ ſeparant̃ nec in generatione, nec in corruptione, Similiter aũt & in vno, quare palam, quia additio in his idem oſtẽdit, & nihil aliud vnum præter ens. Ecce quomodo Ariſt. expreſſæ vult hæc eſſe re & rõne eadem, quia nihil addit vnum, qđ non ſit ens, & ita ꝑ nihil diſtinguitur ab ente, & ita videntur ſynonoma. Rurſus in eodem. 4. tex. cõm. 5. inquit, qm̃ igitur vnius inquantũ eſt vnum, & entis inq̃tum eſt ens, eædem per ſe paſſiones ſunt. ſed non vt numerus, aut linea, aut ignis, palam, quia eiuſdem ſcientiæ eſt cognoſcere & quid nam ſunt, & accidentia ipſius. Ecce ꝙ eaſdem paſſiones vult eſſe entis inquãtum ens, & vnius inq̃tum vnum, & ita amborum ſm̃ eandem rõnem formalẽ, & ꝑ conſequẽs vnũ non eſt paſſio entis, ſed ſynonomum enti.

*Synonoma duplicia ſunt.*

Multæ poſſunt eſſe authoritates hincinde, quas omitto breuitatis cauſa, & hac ratione diſtinguo de ſynonomis ſiue multiuocis, quod quædam ſunt ſynonoma ſm̃ veritatem, quædam ſm̃ veritatem & de conſueto modo loquendi, ea ſunt ſynonoma ſm̃ veritatem, quæ idem ſignificãt materialiter & formaliter, & hoc pacto ens & vnum ſunt ſynonoma, quia (vt auctoritates cogũt) qcquid dicit ens dicit vnũ & quo ad materiale, & quo ad formale. Ea vero ſunt ſynonoma ſm̃ veritatẽ, & de cõſueto mõ loquendi, quæ ſignãt idẽ formalr̃ & materialiter, & quicquid ſignãt vnũ de cõſueto mõ loquẽdi ſignãt aliud, vt tunica & veſtis. & hoc pacto ens & vnũ non ſunt ſynonoma, quia de conſueto modo loquẽdi

 eſt,

eſt, ꝙ vnum ſignificat indiuiſionem quàm de conſueto modo loquendi ens non ſignificat, licet ſm veritatem quicquid formaliter & materialiter ſignificat vnum, ſignificat ens. Et ita patet ſolutio ad contradictionem.

*Auer. quõ non ſit ſibi contrarius.*

Vbi, n. dr̃ ꝙ ens & vnum dicunt eandem naturã & non ſub eadem rõne, intelligitur de conſueto modo ſignificandi, vbi dr̃ ꝙ ſunt ſynonoma intelligitur ſm veritatem, quia quicquid formal'r & materialiter dicit ens, ẽt dicit vnum. Sil'i ratione intelligendum eſt de alijs paſſionibus, vt de bono, & vero, de ente & re. Ad quintũ dico retorquendo argm̃ contra eos, quia ſi alia conceptione concipitur ens, & alia vnum, tũc ſtat ens eſſe notum alicui, cui non erit notum ipſum vnũ, & ita vnum non eſt paſsio per ſe primo nota de ente ipſo. Præterea Auic. in. 2. ſuæ Meta. cap. 1. ait, ꝙ ens & res prima impreſsione imprimuntur in aĩa, igitur eadem conceptione, ens & res concipiuntur. Et eodem modo Auic. voluit intelligere de alijs, & ita pro me & ipſis dico ꝙ ens vna & eadem impreſsione ſiue conceptione concipitur vt ens, & vt vnum, vt res &c. Et ita concedo ꝙ eadẽ conceptione, qua ens vt ens concipitur, ẽt indiuiſio cõcipitur, quia oẽs illæ rõnes concipiendi ſunt vna formaliter vtpote ens, & ſic vnum, & ens nec formaliter, nec materialiter diſtinguuntur, licet noĩa illa de conſueto modo loquendi in ſignificando differant. Tu vero lege librum. d. d. & quæ ibi diximus, nam licet videantur his contraria, tñ bene intellecta ad hæc reducũtur.

*Solutio rõnum diſputationis.*
*Sol. quorundã.*
*Ad primam.*

Hæc de queſtione hac dicta ſint ſatis. His diſputatis, reſtat nunc ſoluere rationes factas in. 1. cap. diſputationis. Ad primám rñdent quidam, & concedunt Meta. eſſe vnam ſcĩam, & realem, vt rationes cogunt, & ꝙ ſubiectum, vtpote ens eſt vnum & reale, quia vniuocum primæ cauſæ, & cauſatis, ſubſtantiæ & accñti, & ad rationem qua probatur non eſſe vnum & reale, breuiter reſpondent ꝙ prima cauſa & cauſatum ſunt ſe totis diſtincta, non quidẽ in conceptu reali, ſed in realitate ſubiectiua, quæ nihil aliud eſt quàm conceptus entis realis, & ſuus modus, & ſic poſſunt eſſe ſe totis diſtincta ſubiectiuæ, & conuenire in aliquo obiectiuæ.

*Decla. ſo.*

Sed quia adhuc videtur Deus compoſitus, nam habet aliquid quo conuenit cum cauſato, vt conceptum realem, & quo differt vt modum intrinſecum.

*Ex qbus Deus cõſtituitur apđ eos.*

Propterea notant Deũ, habere aliquem conceptum realem, quo cõuenit cum cauſato, & modum intrinſecum, quo diſtinguitur ab ipſo cauſato, & tamen non eſt compoſitus. Et huius rei declaratio eſt, quia conceptus eſt duplex, quidam eſt perfectus, & adæquatus rei, vtpote illæ quo concipitur res, cum ſuo modo intrinſeco, vt conceptus quo conciperetur albedo vt quatuor, quidam imperfectus & inadæquatus rei vtpote ille quo conciperetur realitas ſine ſuo modo intrinſeco veluti conceptus quo conciperetur albedo ſine intenſione vt quatuor. Ad propoſitum dicunt Deum habere conceptum realem, quo cum cauſato conuenit vt conceptum entis, & aliquid quo differt vt modum intrinſecum, ſed quia nec conceptus quo conuenit, eſt perfectus, nec conceptus quo differt, Non enim poteſt conceptus entis eſſe perfectus ſine ſuo modo, nec modus ſine conceptu: propterea nõ eſt compoſitio in Deo, compoſitio enim eſt ex conceptu perfecto, & conceptu perfecto, non autẽ ex conceptu imperfecto & modo intrinſeco. Hæc illi.

*Confutatio.*

Et licet hæc non ſint peripateticæ dicta. Nam nullus peripateticorum vnquam hæc (vt mihi videtur) dixit, quia tamen temporibus noſtris ſunt famoſa, ideo arguamus contra hæc pro poſſe.

*Prima ratio.*

Primo, ſi conceptus entis eſt imperfectus, aut ita imperfectus, quo nihil imperfectius excogitari poteſt, aut ita imperfectus vt aliquid illo poſsit imperfectius excogitari, ſi id quo nihil imperfectius excogitari poteſt, igitur eſt infinitæ imperfectus, tenet argm̃, quia ſicut id quo nihil perfectius excogitari põt, eſt infinite perfectum, ita id quo nihil imperfectius excogitari poteſt, erit infinitæ imperfectum. Vltra conceptus entis eſt infinitæ imperfectus, igitur ſuus modus intrinſecus erit infinita imperfectio, ſed hæc eſt ante finitatem, qua contrahitur ad cauſatum, & ante infinitatem, qua contrahitur ad Deum, igitur dabitur aliquis modus prior primis modis entis. Si autem eo põt excogitari imperfectius, ipſum ens non erit ſimpliciter ſimplex, nec ſimpliciter primũ. Secundo ſi conceptus entis eſt imperfectus: aut quia imꝑfectæ repñtat id ẽ quo abſtrahitur, aut quia eſt de conceptibili imperfecto: nõ eſt imperfectus, quia imperfectæ repñtat id ẽ quo abſtrahitur: quia repñtat ens & non minus nec magis: igitur perfectæ repñtat: nec quia abſtrahitur ab imperfecto conceptibili, quia tunc ſolus conceptus Dei eſſet perfectus, quia ſolum Deus eſt perfectum conceptibile. Tertio ad principale aut Deus capit ens per eſſentiã, aut per participationem. ſi per eſſentiam, igitur omne aliud citra Deum, quod à Deo dependet capiet per participationem. Hæc conſequentia eſt Ariſto. 2. Meta. & Auer. cõ. 4. & 12. huius cõ. 51. vbi ait Auer. ꝙ quia calor per eſſentiam capitur ab igne, ideo ignis eſt calidus per eſſentiam, & cætera citra ignẽ quæ ſunt calida propter ignem ſunt calida per participationem. Si vero dicatur ꝙ Deus capit ens per participationem: igitur cõpoſitus ex participante & participato. Omne enim ens per participationem eſt compoſitum apud peripateticos: vt qm̃ album eſt per participationem tale, ideo cõponitur ex corpore & albedine. Hæc ratio eſt efficax ſm ipſos peripateticos. Quarto quæro, propter quid ablatione modi intrinſeci à conceptu entis ille conceptus dicitur imperfectus: & non ablatione drĩæ vltimæ cõceptus generis dicitur imperfectus? Aut hoc eſt, quia cointellectione modi conceptus entis contrahitur ad conceptum perfectum, vtpote ad conceptum Dei, vel quia ablatione modi ens non eſt perfectæ intelligibile. Non eſt dicendũ id eſſe quia cointellectione modi contrahitur ad conceptum perfectũ, quia ẽt cointellectione differentiæ vltimæ contrahitur genus ad conceptũ ſpeciei perfectum. Non eſt autem dicendum id eſſe, quia ens ablatione modi non eſt perfectæ intelligibile, quoniam diſtinctiſsimæ cognitum, & à natura nobis impreſſum prima conceptione perfectiſsimæ intell'r: tale eſt ipſum ens. Conceptus, n. entis prima impreſsione imprimitur in anima: vt dicit Auic. & diſtinctiſsimæ cognoſcitur, quia conceptus ſimpliciter ſimplex apud doctrinam eorum non poteſt niſi diſtinctæ cognoſci, igitur ens eſt perfectiſsimæ intelligibile ſine ſuo modo.

Quinto conceptus ex quo componitur primum principium per ſe notiſsimum: eſt perfectiſsimæ intelligibilis: ſed ex conceptu entis ſine ſuo modo fit primũ principium ſimpliciter notiſsimum, igitur eſt conceptus perfectus. Sexto ens ab omnibus concipitur, ens infinitum non ab omnibus, quia peripatetici negant ens infinitum, igitur perfectiorem conceptum dicit ens ſine modo, quam cum modo. Septimo conceptus ex quo intellectus componit vel diuidit enuntiationem perfectam: perfectus eſt & perfecta ſimplici intelligentia con-



tĩa concipitur. Hæc patet, quia duplex eſt operatio aĩę, ſimpliciũ intelligentia, & compoſitio vel diuiſio. Hęc non põt eſſe perfecta niſi ex ſimplicibus perfectæ intellectis, ſed ex conceptu entis ſine ſuis modis intell'ſ componit & diuidit perfectæ: igitur conceptus entis ſine ſuis modis eſt perfectus. Octauo aut conceptus entis eſt ĩperfectus, quia qñ aliqđ ſub ente cõtentum concipitur ſub rõne entis imperfectæ concipitur: aut quia ens cõiter ſumptum, cuius eſt conceptus: imperfectæ concipitur: nõ primo modo, quia ſic conceptus gñis eſſet imperfectus: quia cõtentum ſub gñe qñ concipitur ſub rõne gñis ſine differẽtia, imꝑfectę concipitur. Si ſecundo mõ, tunc ens inquãtum ens imperfectæ conciperetur: qđ eſt falſum quia à quocũq; concipitur diſtinctiſsimę concipitur: & non ĩperfectę, vel cõfuſæ.

Nono Deus per eos conſtituitur ex conceptu entis & ſuo modo: vtpote infinitate, aut igiť Deus eſt vnus per hoc ꝙ conſtituentia tranſeunt in oĩmodam identitatem: aut in oĩmodam vnionem. ſi in oĩmodam identitatem: tunc ens & modus eius idem eſſent realiter & formaliter: & oĩ modo, cuius oppoſitum dicunt. Si oĩmodam vnionem: igitur alterum conſtituentiũ erit actus, alterum potentia ſm doctrinã peripateticorum: & ita Deus erit ex actu & potentia. Hæc ſunt per ſe nota peripateticis. Decimo intelligatur per poſ'e vel impoſsibile. Deum eſſe vnũ per hoc ꝙ conſtituentia trãſeunt in oĩmodam identitatem: vt nos peripatetici ponimus, vel iſtæ erit Deo qui ponitur ab eis: minus ſimplex, vel eadẽ ſimplicitate ſimplex, vel ſimplicior, non eſt minus ſimplex: qm̃ nihil eſt poſitum in ipſo, quod compõnem faciat, nec eadem ſimplicitate ſimplex, qa ea quorum non eſt eadem rõ eſſendi ſimplicia, non ſunt eadẽ ſimplicitate ſimplicia, at horũ nõ eſt eadem rõ eſſendi ſimplicia, nam Deus qui modo ſic ponitur ſimplex, eſt ſimplex per idẽtitatem oĩmodã cõſtituentium, & per hoc quia non componitur ex realitate & realitate, at Deus, qui apud hos ponitur ſimplex, eſt ſolum ſimplex, quia non componitur ex realitate & realitate, igitur Deus quia nobis ponitur, & Deus qui ponitur ab eis non ſunt eadem ſimplicitate ſimplices, & Deus qui ponitur à nobis nõ eſt minus ſimplex: igitur Deus qui ponitur à nobis eſt ſimplicior Deo qui ponitur ab eis. Et ita Deus, qui poniť ab eis non eſt ſummæ ſimplex, quia eſt aliquid intelligibile Simp. Hæc rõ eſt non leuis, & multum conſonat auribus bonorũ peripate.

*Authoritas Ariſto.*

Et ꝙ hæc ſit mens Ariſtot. apparet in vltimis verbis. 8. metaphy. qui poſtquam aſsignauit cauſam vnitatis in his, quæ materiam habent, inquit, quæ aũt expertia materiæ ſunt, ea propriæ vnum quid ſunt, & propriæ ens quid vniuerſa. Ecce ꝙ nullam aliã cauſam ſimplicitatis aſsignat & vnitatis, niſi qa ſunt propriæ entia ſeipſis, & non per hoc, quia nõ conſtituňť ex realitate & realitate.

*Solutio ꝓpria.*

His ita confutatis, ad rationem dico ꝙ metaphy. eſt vna ſcientia & realis modo quo ſubiectum ſuum eſt tale, at ens inquantũ ens eſt vnum reale per attributionẽ ad vnũ, vtpote ad Deum, & hoc pacto ſcientia hęc eſt vna attributione. Et quãdo dicitur quòd metaph. eſt vna ſpecie, dico ꝙ comparatione ad ſubiectũ, in quo eſt, ipſa eſt vna ſpecies, quia vnus habitus ſpecie, rõne vero habita ad ſubiectũ de quo eſt, ipſa eſt vna attributione ad vnũ.

*Ad ſecundam.*

Ad ſcđam principalem dici põt conſequentur ad dicta noſtra, ꝙ hæc ſcĩa diſtinguitur à ſcĩa per ſuƀm primum primitate vl'itatis, & per ſubiectũ primũ primitate ĩmediationis, & per ſubiectũ primum primitate intẽtionis, & ita cõcedo ꝙ hæc ſcĩa differt à naturali & à mathematica ꝑ hoc quia hæc cõſiderat ſubſtãtias ſeparatas. Sed hæc diſtinctio erit à ſubiecto primo primitate intentionis. Sil'r dici poteſt de denominatione, vt patet per oĩa.

*Ad tertiam*

Ad tertiam dici poteſt, ꝙ beatitudo cõſiſtit in ſpeculatione meta. non quo ad ſubiectũ primum primitate vniuerſalitatis, ſed quo ad ſubiectum primum primitate intentionis.

*An vniuerſalius ſit perfectius.*
*Põ quorundã.*

Addũt quidam, ꝙ quanto aliquid eſt vniuerſalius & cõmunius, tanto eſt perfectius permiſsiue, nõ aũt poſitiue, & ideo ens eſt perfectiſsimum permiſſiue, quanto aũt aliquid eſt minus cõe, tanto eſt perfectius poſitiue.

*Confutatio.*

Sed cõtra, ens eſt infinitæ perfectionis ꝑmiſsiue, quia põt ꝑmiſceri cũ infinitæ ꝑfecto: igiť indiuiduũ eſt infinitæ perfectũ poſitiue. Deducitur, quia q̇ta ꝑfectione ens eſt ꝑmiſsiuæ ꝑfectũ, tãta indiuiduũ poſitiue ꝑfectũ. Secundo maximũ qđ põt virtus ꝑfectior, eſt poſitius ꝑfectiu e maximo, qđ põt virtus imperfectior, ſed ens eſt maximum qđ poteſt Deus, quia quicquid põt eſt ens, & nihil põt qđ non ſit ens, maximum vero qđ põt Pla. eſt hoc ens, igitur ens eſt abſolute & poſitiue perfectius hoc ente, & ſic hoc quod dicunt, ambiguum eſt. Vtrum vero vl'ius ſit perfectius minus vl'i, al's tractabiť, nunc vero ſufficit mouiſſe.

*Ad quartam.*

Ad quartam dico, ꝙ ad ſubalternationem tres requiruntur conditiones. Prima ꝙ ſubiectũ contineatur ſub ſubiecto. Secũda vt ſubiectũ infernæ ſcĩæ addat drĩam accidentalẽ ſubiecto ſupernæ. Tertia vt per ſe principia infernæ ꝓbenť à priori à ſcĩa ſuperna, licet ſcĩæ inferiores haberent primã conditionẽ, nõ tñ al's. Primo quia nulla ſcĩa addere põt enti aliqd accidẽtale, nihil. n. enti eſt accñtale. Secũdo qa principia aliarũ non demoſtranť à priori in metaph. Ad quintã ſoluunt quidã ꝙ ens eſt vniuocũ, & ꝙ habet quid, non quidẽ quid ſumptũ pro definitione, ſed quid ſumptũ pro eſſentia. Secđ hęc ſol'o eſt falſa, qa ſi ens hr̃et quid pro eſſentia, igiť hr̃et ꝓprie quid, nam propriæ quid ſumiť ab eſſentia, ideo dici p̃t oẽ ſuƀm hr̃e quid rei, qñ eſt ſubiectum ꝑ ſe demr̃onis, quale nõ eſt ens, id aũt quod eſt ſuƀm primũ in ſcĩa primitate vl'itatis habet quid noĩs, & hoc mõ hẽt ens. Nã licet non ſit ignotũ ens, eſt ignotum quid ſignãt hoc nomen ens, non. n. apud oẽs gentes eſt idem nomẽ. Ad ſextãm, ſeptimã, & octauã patet ſolutio ex his, quæ dicta ſunt. Ad nonã dici põt triplicẽ eſſe reduplicationẽ, aut rei ſiue conſequentiæ, rõnis ſiue cauſæ, & modi intelligendi. Tunc dico ꝙ ens inquantũ ens eſt ſubiectũ, vt verbum inquãtum, nõ rẽ nõ cauſam rei reduplicat: ſed modũ intelligendi, quẽ Iuniores appellant rationẽ formalem ſubiectandi: & quia verbum illud non reduplicat rem, nec cauſam rei, ideo non valet inferre vniuerſalem. Ex reduplicatione enim vel cauſæ licet inferre vniuerſalem, non aũt ex reduplicatione modi intelligendi.

*Ad. 10.*

Ad decimam dico, ꝙ ſufficit vt illius ſit præſtabiliſsimum ſubiectũ principale.

*Ad. 11.*

Ad vndecimã dico, ꝙ qualibet parte ſubiecti debet ſubiectum eſſe prius, quãdo illa pars non eſt ſimul principiũ & pars.

*Ad. 12.*

Ad duodecimam dico, ꝙ non concludit plus niſi ꝙ ſubſtantia eſt primum ſubiectum primitate immediationis.

*Ad. 13.*

Ad tertiamdecimã dico, ꝙ omnes partes entis hic conſiderari poſſunt ſub rõne entis: in alijs ſcientijs aũt conſiderant ſub ratione entis: vel mobilis, vel quãti: & ſic nõ ſuperfluũt.

*Ad. 14.*

Ad quartãdecimã dico, ꝙ ens continet non ſcibilia per accidẽs, vel dici põt ꝙ cõtinet illa non quatenus nõ ſcibilia, ſed quatenus ſcibilia.

*Ad 15.* Ad quintamdecimam dico, ꝙ ens eſt ſubiectum in aliis ſcientiis, & ens eſt ſubiectum hic: ſed rationes ſubiectandi ſunt diuerſæ. Hæc de diſputatione, quæ fit de ſubiecto: vbi me excuſatum volo, ſi prolixe loquutus ſum: nam ea quæ quidam interpoſuerunt me detinuerunt.

# DISPVTATIO SECVNDA

## DE DIVISIONE ENTIS.

*Num Ens, & in quæ Primo diuidatur.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

VIDETVR ꝙ entis nulla ſit diuiſio, primo diuidentia ſunt extra rationem diuiſi: ſed extra ens nihil eſt igitur ens non poteſt diuidi. Secundo ſi ens diuiderẽ aliqua prima diuiſione, ens eſſet vnum, & ſi eſſet vnum, non diuideretur per vnum & multa. Tertio ſi ens diuideretur, ſint prima entis diuidentia, A, & B, vel igitur, A, B, diuidũt ens inquantum ens: vel inquantum hoc, vel illud ens: non inquantum hoc vel illud ens: quia ſic nõ eſſet cõis omnibus, ſi inquantum ens igitur omne ens diuideretur per, A, B, diuidentia. Quarto ſi ens diuideretur tunc ens haberet differẽtias probatur, quia differentia eſt qua differunt inter ſe ſingula, vt dicit Porphyrius, ꝙ aũt ens non habeat differẽtias, patet tertio huius: igitur ens non diuiditur. In contrarium ſunt peripatetici. vt Ariſto. in 6. metaphy. & Auerro. ibidem com. 4. vbi diuidunt ens per ens per ſe & ens per accidens: & ens per ſe in decem prædicamenta.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid ens & quot modis.* ENS quod Græci ον dicunt, quandoq; ſumitur vt ſe extendit ad priuationes, & hoc pacto non intelligitur in diſputatione: quandoque vt ſe extendit ad ens reale & intentionale, & nec ſic ſumitur. Præterea idẽ

*Ens rationis ſiue intentionale & ens reale idem eſt.* eſt ens reale & intentionale. Vt enim aptum intelligi dicitur ens reale, vt actu intellectum eſt ens intentionale, & intentionale poteſt eſſe intentione prima, vt cum intelligitur directa & abſoluta intellectione. & intẽtione ſecunda: vt cũ intelligitur comparatiua intellectione: veluti vt ſubiectum reſpectu prædicati, aut prædicatum reſpectu ſubiecti aut vt ſuperius vel inferius, & id genus, quia igitur hæc duo idem ſunt, non oportet intelligere in diſputatione niſi de ente reali. Nam licet

*Commen 2.* multifariam ſumatur ens, vt patet. 4. metaphy. hic non accipitur, niſi pro ente reali. Nunc quid per diuiſionem

*Quid diuiſio & quot modis.* quæ à peripateticis διαιρεσισ appellatur, intelligendum ſit exponamus & primo dicamus, vt auctor eſt Boet. in lib. de diuiſionibus, diuiſionem ipſam multifariam dici. Alia nanque eſt generis in ſpecies. Alia totius in partes. Alia vocis ſiue nominis in ſignificationes. Alia ſubiecti in accidentia. Alia accidentis in ſubiecta. Vltima accidentis in accidentia. Hic eſt completus numerus diuiſionum: quem pariter peripatetici. vt Andro. in proprio de hac re libro & Porphy. in commentationibus, quas ſcripſit in Platonis lib. quam inſcribiẽ Sophiſtes, & etiam Platonici vt Plotinus in eodẽ lib. approbant. Nec vnquam aliquis peripateticorum poſuit aliquam diuiſionis ſpeciem, quæ ſub aliqua iſtarum nõ contineretur.

*Dubitatio, Solutio* Sed dices nonne ſpecies diuiditur in indiuidua? Dici põt diuiſionem ſpeciei in indiuidua eſſe per accidens, & ſic continetẽ quaſi in diuiſione ſubiecti ad accñtia. Præterea hæc non eſt ſcientifica nec doctrinalis, propterea non eſt diuiſio de qua nunc loquimur.

*Secunda dubĩ Solutio.* Præterea dices nonne eſt diuiſio vniuoci in vniuocata? Dici põt apud peripateticos nihil eſſe vniuocum, quod non ſit genus vel ſpẽs, & propterea vltra genus nihil eſt niſi vox cõis ſiue nomẽ ẽm peripateticos, & platonicos. Hæc de diuiſione.

*Quot modis prima diuiſio.* Nunc quot modis alicuius prima dicatur diuiſio, vbi animaduerſione dignũ, tot modis dici primã diuiſionẽ, quot modis aliquid dicitur primum: at primum vti diximus in prima diſputatione trifariam apud peripateticos dicitur: vel primum primitate vl̃itatis, ſiue adæquationis, & hoc pacto prima diuiſo erit, quæ æquatur diuiſo, vtpote quãdo nihil ſub diuiſo continetur quin ſub aliquo diuidentium collocetur, & econtra nihil ſub aliquo diuidentiũ, quin ſub diuiſo. Alio modo dicitur primum primitate immediationis, & ſic ea diuiſio dicetur prima hoc modo, quæ fit per diuidentia ipſi diuiſo immediatiora. Tertio modo primum dicitur primitate principalitatis. Et iuxta hoc ea dicitur diuiſio prima, quæ fit ꝑ diuidẽtia principaliora, & præſtabiliora. Hæc de titulo diſputationis.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ expoſitoris Cõm. 14.* DE diſputatione præſenti ſunt qui dicunt ipſum ens prima ſui diuiſione diuidi in decem prædicamenta: cui poſitioni expoſitor Tho. 5. huius videtur conſentire in expoſitione textus vbi ait, & propter hoc ea in quæ diuiditur ens primo: dicuntur eſſe prædicamenta, quia diſtinguuntur ſecundum diuerſum modũ prædicandi. Hæc expoſitor.

*Cõm. 8.* Huic etiam videtur & Auer. aſſentire 10. meta. vbi vult ens & vnum ſignificare decẽ prædicamenta ſine medio, ſed immediata entis ſignificatio eſt illius immediata diuiſio, igitur ens per decem diuiditur prædicamẽta primo. Sed hãc põnem confutant primo ꝑ verba Ariſt. 5. meta. qui diuidit ens primo in per ſe & per accidens, & ſubdiuidens ens per ſe inquit: per ſe vero dicũtur eſſe quæcunq; ſignãt figuras prædicationis, igitur diuiſio entis in. 10. prædicamenta

*Cõm. 4.* non eſt prima. Idem quoq;. 6. huius aſſerit: vbi Auer. inquit iã declaratũ eſt ꝙ ens ſimpliciter prima diuiſione diuiditur in ens per accidens & per ſe: & ens per ſe in decẽ prædicamẽta, hoc idem cõm. 1. igitur hæc diuiſio non fuit prima. Secundo hæc diuiſio non eſt vl̃is: tum quia prima cauſa in nullo mẽbro horũ contineri põt, tum quia materia & forma non ſunt prædicamento: igitur hæc non eſt diuiſio vl̃is entis.

*Secũda poſitio.* Alij primã entis diuiſionem faciunt in ens per ſe & ens per accidens: vt Ariſto. & Auer. locis dictis aperte profitentur.

*Confutatio.* Hæc videtur vl̃is cum nihil per ens ſignificetur, quin aut per ſe aut per accidens non appelletur. Sed hoc ſtare nõ poteſt, quia diuiſio quæ eſt eorum, quæ ſumuntur ab eſſe prior eſt diuiſione eorum, quæ ſumuntur à prædicatione. At diuiſio entis in per ſe & per accidens eſt eorũ, quæ ſumuntur à prædicatione cum ſit diuiſio eorum quæ prędicantur: diuiſio vero in ſubſtantiã & acccidẽs eſt eorum, quæ ſumũtur ab eſſe, vt expoſitor inquit. 5. meta. igitur diuiſio entis in per ſe & per accidens nõ eſt

*Tex. c. 23.* prima. Præterea adhuc dubium eſt ſub quonã horum Deus contineatur. Deus. n. non eſt ens per ſe, quia non prædicatur per ſe, nec per accidens, quia nec per accidens. Amplius nec materia cõtinetur in aliquo eorum, quia nec per ſe, nec per accidens prædicatur.

*Poſitio tertia.* Alij dixerunt ens prima ſui diuiſione diuidi per actum & potentiam, & ens actu ſubdiuidunt per decem prædicamenta.

*Cõm. 6. Confutatio. Cõm. 1.* Huic poſitioni Auer. primo de anima & Ariſ. 3. phy. tex. c. 3. aſſentire videntur. Sed hæc non videtur peripatetica, nã Auer. 7. meta. ait ꝙ prima diuiſio entis eſt in ſubſtantiam & accidens. ſecunda eſt in potẽtiã & actũ. Amplius quæ relatiue opponuntur, non videntur primo



mo diuidere ens. Sed potentia & actus opponuntur relatiue, vt dicit Auer. 9. huius cõm. 11. Rurſus quæ opponuntur, vt priuatio & habitus non primo diuidũt ens: ſed potentia & actus opponuntur modo priuationis & habitus: vt in eodẽ nono dicit cõm. 3. igiẽ prima diuiſio non eſt in illa.

*Poſitio. 4. Antonii Andreæ. Bonetus.* Alij vt iuniores quidam primam entis diuiſionem per finitum & infinitum faciunt, ſumentes finitũ & infinitum ſecundum virtutem, & nõ ẽm molem, & ens finitum in decem prædicamenta ſubdiuidunt, quam diuiſionem ſectari videntur: qui ens prima ſui diuiſione diuidunt per limitatum & illimitatũ: nam licet velint differre à primis, nõ poſſunt, cum limitatio non ſit niſi ad gradum virtutis, & illimitatio ſimiliter, & ſic limitatum idem eſt quod finitum, illimitatũ

*Confutatio.* vero idem quod infinitum. Refellere ſolent hanc diuiſionem, primo, quia non eſt vl̃is, propter reſolutiones quas catholici diuinis tribuunt, quæ nec finitæ, nec infinitæ eſſe poſſunt: vt deducunt. Secundo, quia vt quidditas eſt modo prior, ita diuiſio per quidditates erit prior diuiſione per modos. Tertio hæc diuiſio non videtur peripathetica quia non eſt notũ in doctrina peripateticorum, ſi ſit reperibile ens infinitum, vt diſputauimus in codicillo de infinitate primi. Ad has diuiſiones reducitur illa diuiſio quæ eſt entis per perfectũ & imperfectum, quippe cũ perfectum ſit cui nihil deeſt: & ſic eſt illimitatũ, & infinitũ, imperfectum aũt cui deeſt aliquid, qua ratione erit finitum & limitatũ. Amplius & cæteræ id genus: vt per creatorem & creaturã, ſiue per creatũ & increatum. Præterea diuiſio per cauſam & cauſatum, per à ſe & ab alio, atq; per reſpectiuũ & abſolutũ, per idem & diuerſum, æquale & inęquale dependens, & independens neceſſarium & contingẽs, non põt eſſe primę, quia diuidentia ſunt relatiuæ oppoſita, aut cõditiones qualitatiuæ, quę ſupponũt quidditates. Simili rõne diuiſio quæ eſt per compoſitũ & ſimplex ſenſibile & inſenſibile, abſtractum & materiale eſſe non poteſt prima, cum vel ſit per relationes aut per conditiones qualitatiuas additas quidditatibus.

*4. põ Scoti in quolibet. q. 5.* Alij primã entis diuiſionem per quantum & non quantum & quantum per finitum & infinitum & finitũ per ſubſtantiam & accidens conſtituunt, & ſumunt quantum prout denominatur quantitate perfectionis, non autem quãtitate molis. Quod prima diuiſio ſit ꝑ quantum & non quãtum primo probant, quia nihil eſt ens, quod non contineatur ſub mẽbro aliquo iſtius: nã relationes diuinæ ſunt nota quantæ. Secundo perfectio ſiue quantitas virtutis competit entibus ſub ipſo ente conſtitutis ineſſe quidditatiuo: igitur ante oĩa alia & ꝑ conſequens ens immediatius per illa diuidetur. Quod autem quantitas virtutis competat contentis ſub ente in eſſe quidditatiuo. Multifariã deducunt primo, quia æquinitas ẽm ſe conſiderata eſt perfectior lapideitate. Secundo quia formæ ſunt ſicut numeri. vt diciẽ. 8. meta. & nõ niſi propter perfectionem. Tertio quia genus diuiditur diuiſione eſſentiali per differentias non æque perfectas. Quarto quia modus intrinſecus non formaliter nec realiter diſtinguitur ab eo cuius eſt: igiẽ quantitas virtutis competit in eſſe quidditatiuo omnibus entibus, qa eſt modus intrinſecus. Ex his argui poteſt quantum perfectionis competit entibus ineſſe quidditatiuo, igitur etiam non quantum, & vltra igitur immediata diuiſio entis eſt per quantum & non quantum, quia illa eſt immediata entis diuiſio, cuius diuidentia ſunt contentis ſub ente immediatiora. Hæc enim eſt vis omnis, & potentia rationum eorum.

*Obiectiones.* Contra hanc põnem ſolet obijci primo entibus prius competit vnitas quam perfectionalis quantitas, igitur immediata diuiſio non eſt per quantum & non quantum, ãns declaratur, quia ens diſtinguitur ex natura rei à finitate ẽm iſtos: igitur in illo priori eſt indiuiſum in ſe & diuiſum à quolibet alio, igitur eſt vnum. Secundo homo inquantum ens eſt vnum, & non eſt finitum ſiue quantum: igitur prior eſt vnitas quam ipſa quantitas. Tertio de ratione infiniti eſt aggregare oẽs perfectiones in vnum, igitur vnum antecedit ipſum infinitum. Ex his concludunt primam entis diuiſionem non poſſe eſſe per quãtum & non quantum, & maxime apud peripateticos

*Quinta poſitio* qui rõnes illas diuinas non perceperunt. Propter hęc alij crediderunt primam & immediatam entis diuiſionem eſſe per vnum & multa. Et hanc aſſerunt eſſe opinionem expoſitoris, qui in proœmio Metaphy. inquit hanc ſcientiam eſſe maxime intellectualem quæ maxime circa principia vniuerſalia verſatur, quæ quidẽ ſunt ens, & ea quæ conſequuntur ens, vt vnum & multa. Ecce qũo videtur velle primam entis diuiſionem per vnũ & multa.

*Confutatio.* Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, vnde ait Auer. 7. huius in proœmio ꝙ prima diuiſio eſt entis, in ſubſtantiã & accidens. Secunda eſt in potentiã & actũ. Tertia eſt in vnum & multa. Amplius expoſitor in. 10. huius ait ꝙ intellectus primo intelligit ens, ſecundo nõ ens, tertio diuiſionem, quarto vnum, quinto multitudinem: igitur diuiſio entis per diuiſum & indiuiſum erit immediator quam per vnum & multa. Præterea Auic. in principio ſuæ Meta. aſſerit rem eſſe ante vnum: quia vnum dicit negationem res affirmationem: igitur diuiſio per vnum & multa non eſt prima. Contra etiam hãc poſitionem faciunt rationes proximæ opinionis.

*Sexta poſitio.* Alij ob hæc finxerũt ens prima ſui diuiſione diuidi ꝑ quidditatem & modum ſiue per quid & quale quæ eadem ſunt apud eos. omne. n. ens vel eſt quid vel quale, quid ſubdiuidunt per creatum & increatum, & creatũ quid per decem prædicamenta tandem modum vel quale, diuidunt per quantum & non quantum, & quantũ per infinitum & finitum, finitũ vero in decem modos prædicamentorum correſpondentes decem quidditatibus illorum.

*Perſuaſiones. Prima.* Perſuadent hanc põnem primo, quia ad quid & quale ſtat vltimata reſolutio cuiuſq; entis. Igitur prima diuiſio entis eſt per quid & quale. antecedens patet, qa oĩs conceptus reſolubilis reſoluitur in determinabile, quod eſt quid: & determinans quod eſt quale.

*Secunda.* Scd̃o in conceptibus quidditatiuis ſtat vltimata reſol͛o ad primum quid, quod eſt ens, igitur in conceptibus qualitatiuis vltima reſolutio debet ſtare ad vnum modum illi primo quid correſpondentem, igitur prima diuiſio erit per quid & quale.

*Tertia.* Vltimo primo conceptui quidditatiuo reali correſpondet conceptus primus qualitatiuus realis primo determinans. Primo enim quid correſpondet primum quale, ſed eſt dare primum quid, igitur primum quale, & ita prima diuiſio erit per quid & quale.

*Confutatio.* Sed pace horum dixerim hæc poſitio nec eſt peripatetica, nec vera, non peripatetica quia Ariſtot. & Auer. & alij expoſitores & ſi pluries ens ipſum diuiſerint, nunquam in hæc diuidentia diuiſerunt.

*Prima ratio.* Nec vera, primo, quia nullum diuiſum conuertitur cum vno membro ſuæ primæ diuiſionis, ſed ens & quid conuertuntur, veluti ens & aliquid, idem enim eſt quid & aliquid apud Græcos grammaticos, appellant enim quid & aliquid τιτσινοσ & ẽt apud latinos: ſed ipſum aliqd conuertitur cum

cum ente igitur & quid. *Secunda.* Secundo primum quid apud iſtos eſt cõceptus vltimus entis realis, ſed nihil diuidi põt in ſemetipſum, igĩ ens nõ põt diuidi in qd & quale. *Tertia.* Tertio nullũ diuiſum æqualiter prędicatur de vno diuiſionis mẽbro per ſe formaliter & de alio per accñs, ſiue denominatiuæ. Sed ens prædicatur per ſe & formaliter de quidditate & de modo nõ niſi denoĩatiuæ apud eos, igĩ ens nõ põt per hæc æqualiter diuidi. *Quarta.* Quarto nullum ens reale diuiditur per ſe per entia intentionalia: ſed ens hic diuiſum eſt ens naturæ apud eos, quid & modus ſunt entia intentionalia. Vnde apud logicos dicendo aĩal eſt quid ille terminus aĩal, ſupponit materialiter ſiue ſimplr, quia ille terminus qd eſt terminus ſecundæ intẽtionis. Similiter de modo dici põt. *Quinta.* Quinto in oĩ diuiſione alicuius vniuoci ſm Boetium & oẽs metaphyſicos oportet cõſiderare ipſum quod diuidiĩ ea in quæ diuiditur, & ea per quæ diuiditur veluti in diuiſione animalis diuiſum eſt ipſum aĩal cõmune, ea in quę diuidiĩ ſunt homo & brutũ, ea ꝑ quę ad hæc deſcendit, ſunt rõnale & irrationale. Sed in diuiſione entis naturæ, quæ eſt vniuoci, nõ ſunt ea in quę, & ꝑ quę, & quod diuiditur ſi eſſet per quid et modum, vt omnes ſciunt, quia nihil cõe vniuocũ eſt quidditatibus & modis, nec ſunt inferiora ad quæ deſcendit illud commune, ſed ſolũ per quę diuiditur, igĩ hæc diuiſio nulla eſt.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Prima ſuppõ.* PRO veritatis igitur determinatione accipiendum primo ꝙ ſecus eſt quando diuiditur vniuocũ aliquod vt genus, quod dicit certã & definitã naturam, & ſecus quando diuiditur nomẽ in ſigñones. Nam in diuiſione rei vniuoce oportet cõſiderare rem, quæ diuidiĩ, drĩas quibus diuiditur & res inferiores in quas per drĩas deſcendit, at in diuiſione nominis ſufficit cõſiderare ſignificata, in quæ diuiditur, cauſa eſt quia nomẽ nõ deſcendit in ſignificata per drĩas aliquas, ſed ſolum quia ad illa ſignificãda eſt inſtitutũ. *Secunda.* Secundo accipiendum eſt diuiſionẽ nominis, non eſſe propriæ diuiſionem dicendam, ſed potius enumerationẽ ſignificatorũ. *Boetius.* Dicit hoc doctiſsimus Boetius in prædicamẽtis textu (Eorũ quidẽ quæ ſm nullã cõplonem) & inquit, nec vltra decem vllo modo aliquod genus excogitari põt recte. Quare huiuſmodi fecit numerationẽ, ſed non diuiſionem. diuiſio nãq; fere eſt generis in ſpẽs prædicamentorum vero (qm̃ genus non hñt) diuiſio eſſe nõ poteſt: ſed potius enumeratio eſt. Hæc Boetius. Ex his plane patet diuiſionem nominis non eſſe dicendã diuiſionẽ ſed enumerationem ſignificatorum. *Tertia.* Tertio accipimus ꝙ ſicut põt dari prima diuiſio, videlicet, tripliciter vniuerſalitatis primitate, immediationis, & principalitatis; Ita trifariam dici poteſt enumeratio ſignificationũ, videlicet primitate vniuerſalitatis, principalitatis, & immediationis. *Quarta.* Quarto accipimus immediatam enumerationẽ eſſe quæ nomini in ſigñando eſt immediatior, eſt autem immediatior in ſigñando ipſi nomini qñ per nomẽ ſm famoſiorem modum ſignificandi eius membra ſignificanĩ. Verbi cauſa, homo famoſius & immediatius ſigñat ſortẽ & Platonẽ: conſequenter aĩal, corpus & ſubſtantiam, & oĩa conſequentia illos. *Poſitio Platonicorum.* Ex his ſequitur ꝙ aliter Platonici, & aliter Peripatetici cogunĩ dicere de entis diuiſione. Platonici .n. qui ponũt ipſum ens vniuocũ decẽ prædicamẽtis, coguntur dicere ipſum ens, quod eſt poſt vnum, vtputa ens cauſabile eſſe qđ diuidiĩ: ea aũt in quæ diuidiĩ volunt eſſe ſubãm & accñs, ea ꝑ quæ diuidiĩ volunt eſſe modos ſubæ & accidentis, vtputa per ſe eſſe, & alteri inhærere. Ipſum vero deum & materiam ponunĩ extra ens & ſub vno contineri. *Poſitio Peripateticorum.* Peripatetici vero, quia ens ponunt æquiuocum ſiue analogum: eius non diuiſionẽ cogunĩ ponere, ſed ſignificatorum enumerationem (vt dictũ eſt) bimẽbrẽ. Et tunc iuxta poſitionẽ hãc prima diuiſio ſiue enumeratio bimembris primitate principalitatis erit: vt dicit Simplicius in primam cauſam & primum cauſatum. Hæc .n. diuiſio prima eſt quia mẽbra ſunt præſtabiliora oĩbus his, quæ ſignificari pñt per nomẽ ens, diuiſio vero primitate æquationis nõ erit vna tm̃, ſed oẽs quæ æquant nomen ens, & oẽ ſigñatum eius. Vt per vnũ & multa, per cauſam & cauſatũ, per actũ & potẽtiam, per abſolutum & reſpectiuum & cæteris id genus. Oẽs .n. hæ diuiſiones ſunt primæ primitate æquationis, qm̃ nihil per nomẽ ens põt ſigñari, quod nõ contineatur ſub aliquo mẽbro iſtarũ, & nihil contineri põt ſub aliquo mẽbro iſtarũ quin ſigñari poſsit ꝑ ens. prima vero diuiſio primitate immediationis erit per ſubſtantiam & accñs, hæc .n. diuiſio erit prima primitate ęquationis veluti cæteræ. Nam omne quod per ens ſigñatur, eſt aut ſubſtantia, aut accidẽs: erit etiam prima primitate immediationis, quia ſubſtantia & accidẽs immediatius ſignificantur per nomen ens. Et hoc ait Ariſt. in principio. 7. inquit .n. (totiens autem ente dicto, palam horũ primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat, deinceps cætera, vt bonum honeſtum, & id genus) vbi Auer. in proœmio. 7. aperte ait primã diuiſionẽ entis eſſe in ſubſtãtiam & accidens. ſecundam in actum & potentiã: tertiã in vnũ & multa. Præterea ea primo ſignificãtur per nomen, quæ primo intelliguntur, at vt Ariſt. auctor eſt in eodẽ. 7. primũ cognitione, nã, & tpe eſt ſubſtãtia. igitur primo per ens ſignificatur & cõſequenter accñs. Hãc poſitionem ſentit Albertus in principio. 7. huius, hanc quoque & Algaçel. in. 1. ſuæ meta. hãc & Simplic. in. 2. de aĩa, & videtur omnium peripateticorum. *Solutio dubij.* Sed quia hæc non diuiſio entis eſt, quia apud peripateticos ens non eſt vniuocum. ſed (vt dixi) quædã bimẽbris enumeratio, ideo nõ oportuit conſiderare rem, quæ diuiditur, ſed ſolum nomen, nec ea per quæ diuiditur, quia nomen non deſcendit ad ſignificata per differentias: ſed tm̃ conſideranda ſunt ea quæ immediate nomen ens ſigñat, cuiuſmodi ſunt ſubſtantia & accidens, & vlterius ſubſtantia ꝑ materiam & formam & cõpoſitum ex his, qđ eſt gñaliſsimum diuiditur, cõpoſitum autẽ quod eſt corpus, per animatum & inanimatũ vera diuiſione diuiditur: forma per ſeparatã & mareialẽ, & accñs per nouẽ genera diuiditur. Hæc peripatetici. *Qualis diuiſio prima entis.* Ex his apparet ꝙ prima diuiſio entis nec per modos, nec ꝑ drĩas eſſe poteſt, nec ꝑ ea quæ ſignificatis eius immediatius inſunt. Patet per hæc quæ diximus, quia nõ eſt vniuoci: ſed vocis bimẽbris quædam enumeratio, ad quam nõ per drĩas, nec ꝑ modos, nec per aliqua intima cõtentis ſub ente deſcendit. Et propterea licet aliqua ſint immediatiora his quæ per ens ſignificantur: non propterea erunt prima entis diuidentia. Hæc ſunt, quæ peripatetici ſentiunt.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

NVNC ad rationes aduerſantium, & primo ad eas quæ primam entis diuiſionem faciunt eſſe per quantũ & non quantum. Ad primam dico, ꝙ ſi aliquid arguit illa ratio, ſolum probat illam diuiſionem eſſe enumerationem primam primitate æquationis. Ad ſecundam dico, ꝙ vbi quantitas virtutis immediatius competeret



ſignificatis per ens, non propterea ſequitur primam entis diuiſionem eſſe per quantum & non quantum, qm̃ ens non deſcendit per differentias, nec per modos, nec per intimiora his, quæ ſignificantur per ipſum, vt dictũ eſt, & ideo oĩs eorũ labor fuit vanus, & ſic ceſſant oẽs obiectiones. Per idem ad rõnes pro quinta poſitione, dato enim ꝙ vnum eſt ſignificatum per ens immediatius, nõ propterea diuiſio entis erit per vnum & multa, quoniam ens nec per differentias, nec per modos, nec ꝑ intima deſcendit, vt dictum eſt, & ſic ceſſant oẽs rõnes. Ad rationes pro ſexta poſitione poteſt dici ꝙ reſolutio vltima non eſt vltra conceptus generis ſm Boetium & oẽs peripateticos. Vltra .n. decem rerum genera nõ inuenitur, niſi nomen, & non res, & ſic tolluntur oẽs rõnes illorum. Ex his apparet oẽs dictas poſitiones emerſiſſe ex malo intellectu nominis ens. Qui enim ipſum ponunt vniuocum cogũtur diſputare hæc. Nos aũt peripatetici qui ipſum ponimus Analogum, hæc omnia paruifacimus. Tunc ad rationes primi capituli patet ſolutio. *Comparatio inter ſcotiſtas & Thomi. nonnullos.* Oẽs .n. probant ens non diuidi diuiſione vera & proprie dicta: cum quo tñ ſtat, illius eſſe quandam bimembrem enumerationem. Ex his ſequitur ꝙ rectius quidam in qõne hac procedunt, quam nõnulli thomiſtæ. Illi .n. ponunt ens eſſe vniuocum nomen, & dicere vnum conceptum realem, & ſic conſequenter ad opinionem eorum bene dicunt, ipſum ens deſcendere ad inferiora ſua per differentias modales quaſdam quæcunq; ſint illæ. Thomiſtæ vero dicunt ens eſſe nomen æquiuocum, ſiue Analogum, atq; ſibi nihil reale cõe reſpondere & ita coguntur dicere ipſum nomen deſcendere immediate ad ſua prima ſignificata, & non per differentias modales, vel eſſentiales vel intima quædam, nomen .n. non deſcendit ad ſua ſignificata per intermedias differentias. Et tamen volunt ens vera & prima diuiſione diuidi, per vnum & multa ipſumq; deſcendere ad omnia inferiora ſua per vnum, & multa, & ſic nec loquuntur conſequenter ad eorum opinionem, nec ſequuntur eorum principem Thomam, qui (vt diximus) à peripateticis non diſſentit, Quare tam & ſi illi deuiant à principijs, non errant in concluſionibus, quæ ſequuntur illis conceſsis, & ita minus male ſentiunt. Hæc de diuiſione entis ſufficiant.

# DISPVTATIO TERTIA.

## De ordine Perfectionalis Quantitatis, & Vnitatis.

*Num rebus prius conueniat & immediatius quantitas perfectionalis, vel eius vnitas.*

CAPVT DVBITATIONVM SECVNDVM.

QVod vnitas inſit rei cuius eſt immediatius. Primo arguitur, quia eſt ſynonomum enti, igitur æque primo cuiq; rei competit vnitas & entitas. Secundo quod competit rei circunſcripto à re omni modo intrinſeco, competit illi immediatius, ſed circunſcripto ab albedine omni perfectione graduali, adhuc eſt vna ſpecie, igitur vnitas eſt, immediatior quouis modo. Tertio eadẽ eſt ratio hoĩs & vnius hoĩs entis & vnius entis, vt diciĩ. 4. huius, igĩ nihil enti eſt immediatius vnitate. Quarto, modi ſunt poſteriores eo cuius ſunt modi, ſed finitũ & infinitũ, ſiue quantũ & nõ quantũ ſunt modi entis & vnius, eſt .n. aliquod vnũ finitum, aliqđ infinitum; igitur iſti modi ꝓſupponunt vnitatem. Ad oppoſitum argui ſolet primo, quia modus eſt plus q̃ prædicatum per ſe ſecundi modi, at vnitas non prædicatur niſi per ſe ſecundo modo, igitur vnicuiq; rei modus eſt immediatior, antecedens patet, quia modus nec eſt prædicatum primi modi, nec prædicatum ſecundi modi, ſed prædicatur de re cuius eſt plus quam in ſecundo & minus quam in primo modo. Secunda pars etiam patet, quia vnitas eſt paſsio rei.

CAPVT TITVLI PRIMVM.

PRO declaratione tituli animaduertendum primo aliquid eſſe immediatius alicui, aut ſm ſitũ aut ſm idẽtitatem, aut ſm rõnem, dicitur collum capiti immediatius pectore ſm ſitum & hoc pacto non loquimur: dicitur pars remotior à ratione totius atq; ab ipſo toto, qa diſtinguitur à toto ſm rem; eſt tñ toti immediatior ſm rationem, quia eſt de ratione illius, nec ſic loquimur. Non enim quærimus, quid minus à re diſtinguitur, an eius vnitas. an eius perfectionalis quantitas? quærimus igitur de immediatione ſm rationem, vt vtrum vnitas ſit ratione rei, cuius eſt immediatior, vel eius quantitas perfectionalis? Secundo animaduertendum, ꝙ quantitas cuiuſq; rei perfectionalis eſt proprius gradus perfectionis eius, quo diſtat in tanta intercapedine à primo ſiue ſummo ente, & à non gradu perfectionis, quantitati hoc pacto ſumptæ volunt opponi non quantũ, qđ appellatur negatione propter noĩs carentiam, competit tñ ſolum apud eos relonibus diuinis, vt nunc ſupponatur, nam alij volunt etiã illas eſſe aliquantas. Tertio animaduertendũ vnitatem vno modo poſſe ſumi prout eſt enti ſynonomum, non differens ab illo niſi pœnes conſuetũ modũ loquendi, & hoc pacto eſt æquale enti. ſic enim multitudo eſt vna, vt multitudo ouiũ eſt vna propria vnitate, qua differt à multitudine alia æquorũ, dicimus enim vnam multitudinem, & duas & tres. Alio mdo ſumitur vnum vt opponitur multitudini, quam vnaquæque res dr̃ indiſtincta in ſe, & diuiſa ab alio, & non multa, hoc eſt vt eſt paſsio ſpecialis contra multitudinem diuiſa, & ac vnitate nõ diceremus multitudinem eſſe vnam, quia nullum oppoſitum prædicatur de oppoſito. Tertio ſumitur pro principio numeri prędicamentalis. Eſt igitur ſenſus diſputationis, vtrum ſignata quauis re, vt albedine vnitas illius ſit ſibi ſm rõnẽ immediatior eiuſdẽ rei propria quantitate? Vel ſic vtrũ intelligendo rem quo ad oĩa ea quæ ſibi competunt, intellectus per prius illam intelligat, vt eſt vna, quã vt eſt aliquanta perfectione, vel econtra? Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio prima.* DE diſputatione tenent quidam ꝙ in primo ſigno naturæ, rei primo competunt prædicata per ſe primi modi, In ſecundo ſigno naturæ competunt prædicata modalia. In tertio competunt prædicata ſecundi modi. Ex his ſequitur ꝙ quantitas perfectionis, rei immediatior eſt vnitate, quia vnitas eſt prædicatũ ſecundi modi: quantitas perfectionis eſt in ſecundo ſigno naturæ competens rei cuius eſt. Verbi cauſa albedini in primo ſigno naturæ competunt color & diſgregatiuum viſus, quæ ſunt prædicata per ſe primo modo. In ſecundo ſigno cõpetũt intẽſum et remiſſum ſiue q̃titas gradualis. In tertio cõpetunt prædicata ſecũdi modi quęcũq; ſint illa, & quia vnitas eſt prædicatũ ſecũdi modi, ideo ineſt rei poſt gradum perfectionis. *Argumenta.* Pro hac poſitione ſolet argui rõnibus, quas in præcedenti diſputatione induximus. Primo quia quantitas virtutis competit rei ineſſe quidditatiuo eius, & vnitas non: primum probant pluribus rationibus; primo quia equinitas ſm ſe conſiderata eſt perfectior lapideitate. Secundo quia formæ ſiue quidditates

quidditates ſunt ſicut numeri, vt dicitur octauo metap,
& non niſi quia ſunt inæqualiter perfectæ. Tertio quia
genus diuiditur diuiſione eſſentiali per dr̄ias nō æque
perfectas. Quarto quia modus nec realiter, nec forma-
liter diſtinguitur ab eo cuius eſt, igitur quantitas virtu
tis cōpetit quidditatiuæ oībus rebus, cui ſit modus in-
trinſecus. Secundum vero ꝙ vnitas nō cōpetat per ſe
primo, probat auctoritate Auic. 5. ſuæ meta. dicentis ꝙ
æquinitas eſt tātum æquinitas nec vna, nec plures, ſed
tantum ipſa, itaque vnitas, & multitudo non ſibi com-
petunt vt æquinitas eſt. Secundo principaliter argui ſo-
let, quia vnitas comparata multitudini ſupponit perfe-
ctionem in ente, quia comparata multitudini eſt perfe
ctior illa, & maxime quia ſm̄ catholicos vnitas eſt per
fectio ſimpliciter, non autem multitudo. Tertio inter
quidditates circūſcriptis omnibus prædicatis ſecundi
modi eſt ordo eſſentialis, & nō cauſalitatis, igitur perfe
ctionis. Ex his concludunt quantitatem perfectionalē
*Obiectiones.* immediatius rei ineſſe quam vnitatem. Sed contra hāc
pōnem ſolet inſtari. Primo quia ſi quantitas perfectio
nalis competit rei ineſſe quidditatiuo, tunc prædicaref
per ſe primo modo, & ita vel vt genus, vel vt dr̄ia, quod
non concedunt. Secundo modus intrinſecus non eſt
de ratione formali rei cuius eſt apud eos, qa adueniēs,
rei non variat eius rationem formalē (vt ipſi definiūt)
igitur non competit rei ſecundum eſſe quidditatiuum.
Tertio quidditas nec includitur formaliter in modo,
nec modus formaliter in quidditate ſecundum eos, igi
tur modus nō includitur ineſſe quidditatiuo rei. Quar
to contrahibile eſt extra formalem rationem contra-
hentis, quidditas eſt contrahibilis & modus eius con-
trahens, igitur diſtinguuntur formaliter, & ſic modus
non competit rei ineſſe quidditatiuo. Hæc omnia ab
ipſis cōceduntur vt principia. Vlterius argui ſolent ens
diſtinguitur ex natura rei à finitate ſecundum iſtos, igi
tur in illo priori eſt indiuiſum in ſe & diuiſum à quoli-
bet alio, & ita vnum. Amplius homo inquantum ens
eſt vnum, & vt ſic nō eſt finitū vel quantū, igitur prior
*Secunda pō.* eſt vnitas quam eius quantitas. Ex his tenent ꝙ ipſa
vnitas eſt quiq; rei immediatior ipſa eius quātitate pſe
ctionali. Et iuxta hos dicendum eſt intellectum prius
in primo ſigno naturæ intelligere rem, quo ad prædica
ta primi modi. In ſecundo vero ſigno intelligere rem.
vt vna eſt. In tertio quo ad ipſos modos, & demū quo
ad prædicata per ſe ſecundi modi.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De præſenti diſputatione nihil fere habemus à peri
pateticis. Eſt enim quæſtio hæc nouiſsima, & valde fri-
uola, & quælibet pars quæſtionis ſi teneatur. non facit
nec calidum, nec frigidum, tn̄ quia ab Ariſt. habemus
vbiq; eſſe eandē de vno & ente conſiderationem, aſſe-
rit. n. eaſdē eſſe entis & vnius dr̄ias, & ſpēs aſſerit eaſ-
dem eſſe & paſsiones, dicit ꝙ qui vnū non intelligit:
nihil intelligit. vt quaſi velit nihil poſſe intelligi vt ens
quin vt vnū intelligatur. Et frequenter talia de ente &
vno intelliges ab Ariſto. in. 4. huius dilucidarij libro &
alibi. Præterea & in. 1. phyſi. aſſumens primum entis di
uiſionē in prima eius ſignificata ſubam, videlicet, & ac-
cidens, ſtatim pro principio maxime proprio cōtra Par
menidem & Meliſſum quodlibet illorū ꝑ vnū & mul-
ta diuidit, dicēs atq; vt à principio oīum accōmodatiſsi
me nr̄a proficiſcatur oratio, cum ipſum ens multiplici-
ter dicatur, Quo nam mō dicunt vnum oīa eſſe vtrum
vt ſubſtantia oīa, an vt quātitatem an qualitatem, ecce
hæc eſt prima diuiſio noīs ens in ſignata, & ſtatim diui
dens quodlibet ſignificatorū per intimam oīum diui-
ſionē, inquit & rurſus vtrum ſubſtātiam quidē vnā vel
hoīem vnū, & reliqua. Hęc Ariſt. Propterea dicerem
vnitatē ſiue ſumptā primo mō vt cum ente eſt ſynono
ma, ſiue vt opponitur multitudini eſſe ipſi rei, cuius eſt
immediatorē quātitate eiuſdē licet vnitas. 3. modo, quę
eſt prædicamētalis numeri principium ſit accn̄s ꝑ acci-
dens rei cuius, eſt vt dicit Auer. Ad huius euidentiam *Differētia enūtiationum & propoſitionum.*
aīaduertendum aliud eſſe enuntiatum, aliud prædica-
tum, veluti enuntiatio alia à propoſitione. Enūtiatio. n.
ex noīe conſtat & verbo, propoſitio ex ſubiecto & præ
dicato, pp quod hæc erit enuntiatio homo eſt hō, non
aūt propoſitio, quia in hac nullū eſt ſubiectum, nullum
etiam prædicatū. Nihil. n. ſubijcitur ibi ſm̄ Græcos. Am
plius hæc eſt enūtiatio homo eſt ens, homo eſt vnum,
homo eſt res, & id genus, nō tn̄ propoſitio, qm̄ ens nō
eſt prædicatū, quia nec per ſe, nec per accn̄s, quia non
vt dr̄ia, non vt genus, nō vt accidēs propriū nō vt acci
dens ꝑ accidens, nō vt definitio, & propterea ens, vnū,
& res & id genus enūtiata ſolēt dici à peripateticis: non
autem prædicata, nec ſubiecta. Ex his accipitur ꝙ li- *De ordine modorum dicendi per ſe.*
cet poſt prædicata primi modi ſtatim ſequantur prædi
cata ſecundi modi, & poſt hæc ſequantur accidentia,
tamen inter prædicata primi modi: & prædicata ſecūdi
modi, poſſunt interiacere enūtiata quædā, quæ nō ſunt
prædicata, quia prædicata ſecundi modi ſunt immedia
ta prædicatis primi immediatione prædicationis atq;
abnegatione prædicatorum intermediorū, nō aūt ab-
negatione enūtiatorū. Immo ante prędicata primi mo
di poſſunt eſſe enūtiata. Eſt. n. homo prius ens, & vnum
q̈ animal, & prius vnū aīal, q̈ rationale, & prius rationa
le vnum, q̈ riſibile. Secundo animaduerſione dignum
quātitate perfectionis ineſſe rei ꝑ cōparationē ad ſum-
mum & ad nō gradū pfectionis. Per hic, n. ꝙ vnaquæ-
que res in tanto receſſu à non gradu recedit, & in tanto
acceſſu ad ſummum accedit, dicitur eſſe tantæ perfe-
ctionis, eſt autē in tanto receſſu vel acceſſu iuxta men
ſuram operationis apud peripateticos, vel quam mo
do exercet, vel quam apta nata eſt vnaquæque res ex-
ercere. At res dicitur vna ſola diuiſione ab alio. Intelle-
ctus enim intelligens rem vt diuiſam ab alio, intelligit
rem vnam. Ex his ſequitur ꝙ intellectus prius rem in-
telligit vt vnam, quā vt quantam, quia prius intelligit
illam vt diuiſam ab alio, quam vt diuiſam à pluribus in
tanto receſſu vel acceſſu: igitur vnitas eſt ipſi rei imme
diatior quam ſit eiuſdem quantitas. Hanc poſitionem
modo ſuſtinerem vt minus remotam ab opinione pe
ripateticorum.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ex his facile delent̄ rōnes aduerſantiū. primo delet̄
ordo ſignorū naturæ, quia in primo ſigno naturæ intel
lectus intelligit prædicata prima, & in ſecūdo enūtiata
quæ illa prædicata prima comitant̄. Immo ſi prædica-
ta primi modi per plura ſigna naturę diuidātur, adhuc
enūtiata poſſunt interponi, vt dictū eſt. Tunc ad rōnes.
Ad primā dico, ꝙ quantitas perfectionis non cōpętit
rei in eſſe quidditatiuo, & ad probationes, ad primam
dico ꝙ ſi æquinitas ſumatur quo ad prædicata primi
modi, vt ſic poteſt eē vna, quia vnitas poteſt anteponi
& interponi, nō aūt aliquanta, & ita nec perfectior la-
pideitate, nec im pfectior in illo priori, ſed tm̄ erit ipſa.
Et ſi dices in illo priori æquinitas vel erit pfecta vel nō
erit perfecta, dico ꝙ in illo priori non erit perfecta nec
aliquo



aliquo quouis perfectior. Nec valet in illo priori non
erit perfecta, & eſt, igitur erit imperfecta. Oportet. n.
addere in illo priori eſt res cui competere poſſunt præ-
dicata non primi modi, igitur eſt imperfecta, veluti nō
valet aīal ſumptum quo ad prædicata primi, & in illo
priori in quo ſibi inſunt prædicata primi, nec eſt bipe-
dum nec certipedum, ſed in illo priori eſt, & non bipe-
dum, igitur certipedum. Semper. n. neganda eſt conſe-
quentia, quia non eſt bene ſumpta conſtantia, debet. n.
ſic ſumi ſed in illo priori non eſt bipedum, & eſt id cui
pn̄t competere prædicata ſecundi modi, igitur eſt certi-
pedum. Et ſi dicas vtrū in illo priori æquinitas ſit vna?
dico ꝙ eſt vna non vnitate prædicamentali, ſed vnitate
tranſcendenti, vel vnitate quæ opponitur multitudini.
Et qn̄ dicitur vnitas non eſt prædicatum primi modi:
igitur nō poteſt competere rei in illo ſigno naturæ quo
competunt ſibi prædicata primi modi: dico ꝙ licet nō
ſit prædicatū primi modi, nec ſecundi modi, eſt tn̄ enū-
tiatum, quod poteſt competere rei in omni ſigno, quia
in quocunq; ſigno pōt competere rei ratio entis, ſibi
pōt competere rō vnius. Et ꝙ Aui. dicat æquinitatem
in illo priori non eſſe vnam nec plures: hoc dixit, quia
putauit vnum quod conuertitur cum ente eſſe vnum
quod eſt principium numeri prædicamentalis. Ad ſe-
cundum dico ꝙ formæ ſunt ſicut numeri, & ratione
perfectionis, non tamen pp hoc perfectio eſt de quid-
ditate formæ, quia Ariſt. loquitur de formis, non limi-
tando illas nec ad prædicata primi modi nec ad prædi-
cata ſecundi modi. Et præterea ſi formæ ſunt ſicut nu-
meri, igitur in illis eſt vnitas, aliter non eſſent ſicut nu-
meri, & propterea rō nihil concludit. Ad tertiam dico
ꝙ ſi ſumis genus quo ad prædicata primi, vt ſic non di-
uiditur, quia diuiſio per eos non eſt prædicatum primi
modi, & ita genus cū diuidit̄ diuiſione eſſentiali, intelli
gi debet vt ſibi competunt prædicata alia à prædicatis
primi modi: immo cum dr̄ię conſiderantur in illo prio-
ri, non ſunt vna: nec plures per eos. Ad quartam patet
ſolutio, modus. n. debet diſtingui ab eo cui⁹ eſt modus,
ſaltem ex natura rei, ēt apud eos non eſt idem formali-
ter rei cuius eſt, quia tūc eſſet vel illius definitio, vel il-
lius genus, vel illius dr̄ia, & ſic licet rationes probarent
modum non diſtingui formaliter ab ea re cuius eſt mo
dus non probarent ipſum eſſe idem formaliter, vt etiā
ipſi tenent. Ad ſecundam principalem dico, ꝙ poteſt
vnitas eſſe perfectior multitudine, ſicut paries albior
æquo, non propter hoc albedo eſſet prior natura parie-
te vel æquo. Ad tertiam patet ſolutio: circunſcriptis. n.
oībus prædicatis ſecundi modi nullus eſſet ordo, cum
ordo ſit minus quam prædicatum ſecundi modi. Ad
rationes primi capituli patet ſolutio, nam primæ ſunt
pro pōne noſtra, ratio vero in cōtrariū eſt ſoluta in cor
pore diſputationis. Hæc hactenus de hac differentia.

*Omnes homines natura ſcire deſiderant. Signum autem
eſt &c. Tex. Primo.*

## DISPVTATIO QVARTA
### De ſciendi deſiderio.

*Num omnes homines natura ſcire deſiderent.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod non oēs hoīes natura ſcire deſiderant ar-
guunt primo quia ſi ſic, tunc ſcire eſſet præco-
gnitum, tenet argm̄ quia nihil expetitum, niſi
cognitum, vt dicitur. 1. Ethi, conſequens eſſe falſum ne-
mo eſt qui dubitat. Non. n. oēs ipſum ſcire præcogno-
ſcunt, vt dicitur. 2. de aīa, vbi habetur ꝙ aīa pluri tēpore
degit in ignorantia, quam in ſcientia. Secūdo ſi omnes *Secunda de aīa t. c. 51.*
hoīes natura ſcire deſiderant, tunc oēs hoīes amoto im-
pedimento ſcirent, tenet argm̄ per ſimile in cunctis agē
tibus naturalibus, nam ignis quia naturaliter tendit ſur
ſum, ideo remoto impedimento, mox mouetur ſurſum,
& in cæteris id genus ſimiliter conſequens eſt falſum,
quia nullum videtur impedimentum aīæ ad ſcientiam,
quia ſi quid eſſet, illud eſſet contrarium vel aīæ, vel ſciē
tiæ, & ita cum nullum ſit: mox oīs aīa ſciret. Tertio ar-
guunt ſi ſic, tunc, vel nullus eſſet ſciens, vel ſaltem ali-
quis qui haberet illam: non expeteret, & ſic non oīs. te-
net argm̄ quia appetitus eſt rōne carentiæ. Habitibus
enim pn̄tibus in materia ceſſat motus, vt dicitur. in. 1.
de generatione, igitur ſi oēs ſcīam appetunt: oēs carent,
vel ſaltem qui hn̄t, non appetunt. Quarto aliqui appe-
tunt ignorantiam, igitur non oēs appetunt ſcire: ans pa
tet. nam antiqui ignorantiam habebant de principijs re
rum naturalium, & illam appetunt & defendunt, igitur
non oēs hoīes ſcire deſiderant. Quinto arguit Ioan. ſi
oēs hoīes appetunt ſcire, vel ſcire, quod eſt in ipſis, vel
quod eſt in alijs vel quod in nullo eſt: non quod eſt in
ipſis quia appetitus eſt rōne carentiæ, vt dicitur. 1. phy. *1.phy.cōm.81.*
non quod eſt in alijs, quia impoſsibile eſt vt illud con-
ſequantur. Non. n. poteſt migrare de ſubiecto in ſubie
ctum, vt ait Boetius, non aūt quod in nullo eſt, quia il-
lud nihil eſt, quod nihil eſt, non eſt appetibile. Sexto ar- *1.cœli cōm.22.*
guit, ſi oēs hoīes appeterent ſcire: tunc oēs poſſent di-
ſciplinari: contra Ariſt. 5. politicæ dicentem eſſe quoſdā
qui fieri non pn̄t ſtudioſi, & Auer. 1. cœli ait eſſe quod-
dam hoīm genus, quod impoſsibile eſt philoſophari: & *2.Met. cōm.5.*
2. huius ait eſſe hoīes aliquos qui diminutione contin-
gente in natura non pn̄t capere primas propoſitiones.
Septimo nobilius non expetit ignobilius, ſed hō eſt no *2.Met.tex.c.8*
bilior ipſo ſcire, igitur non appetit ipſum. maior appa-
ret. 2. huius. Octauo quod ineſt alicui per extrinſecum
non ineſt illi per naturam, ſed appetitus ad ſcientiā eſt
rōne intel̄s, qui eſt ſeparatus & im miſtus, igitur nō per
naturam. Nono quod à tota ſpē expetitur & naturali-
ter, pro maiori parte debet acquiri, ſed plures ſunt igno
rantes quam ſcientes, vt dicitur. 2. Topi. igitur ſcientia
non eſt expetita ab oībus naturaliter. 10. ſi oēs hoīes na
tura ſcire deſiderāt, tunc motus hoīum ad ſcientiā eſſet
naturalis. conſequentia patet, quia motus naturalis dr̄ à
principio paſsiuo, vt dicitur. 2. phy. conſequens vero fal *2 Phy. cōm. 3.*
ſum, primo quia tunc ſtudioſi non laudarentur. Ea. n.
quæ ſunt à natura, nec laudanda ſunt, nec vituperanda.
Secundo, quia tunc motus ad ſcientiam velocitaretur
in proceſſu, cuius cōtrarium videmus in iuuenibus, qui
curioſe incipiunt, & inuito procedunt. Vndecimo ar-
guunt alij, ſi hō appeteret ſcire: appeteret oēs ſcīas, ſed
hoc eſt impoſsibile: primo quia non pōt ſimul oībus
perfici. Secundo quia alij aliam appetunt, alij aliā. Duo
decimo, ſi hō natura appeteret ſcientiam, tunc appeti-
tu naturali, & ſi ſic oīa entia pure naturalia, in quibus
eſt appetitus naturalis appeterent ſcire. Decimotertio
natura ſemper determinatur ad vnum, igitur ſi hoīes na
tura appeterent ſcire, tunc tm̄ vnum ſcire appeterent.
Decimoquarto ſi hoīes natura appeterent ſcire, illud
non voluntate appeterent, quia voluntas differt à na-
tura. Decimoquinto etiam arguit Ioannes, omne ap- *Argu.Ioan.*
petens aliquid appetit illud ſub ratione boni, ſed ipſum
ſcire non eſt bonum, quia non bonum naturæ, non
bonum

bonum fortunę, vt patet, nec bonũ aĩę, quia bona animæ, ſunt virtutes, vt dicit̃.1.Ethic. *Arg. Egidij.* Vltimo arguit Egi. ſi omnes homines appeterent ſcire, omnes hoĩes appeterẽt metaphyſicã, quæ eſt hominum beatitudo, at nõ omnes appetunt illam, quia non omnes præcognoſcũt illam. Præterea multi appetunt ſcire naturalem magis, multi mathematicam, alij alias.

In contrarium eſt Ariſto. qui probat hanc teſtimonio dilectionis viſus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID homo ſit lib. de aĩalibus eſt declaratũ, quid etiam ſit ipſum ſcire, lib. Poſte. eſt examinatũ. Amplius quid natura ſit, libro Phyſi. eſt definitum, nũc aũt quot modis appetitus dicit̃, trãſigamus. quidã appetitũ trifariam diuidunt: nã aliũ naturalẽ, aliũ aĩalem, aliũ intellectualem faciunt. naturalẽ eſſe dicũt ipſam rem naturalem, quotiens tẽdit in finẽ aliquẽ. animalẽ vero eſſe volunt eũ, qui ſenſum cõſequitur, quod videlicet aĩal inclinatur ad fugã vel ſequelã. Vtrũ aũt hic appetitus differat materia & ſubiecto ab ipſo ſenſu lib. de aĩa.3. ſolet pertractari, intellectualẽ vero volũt eſſe ipſam voluntatẽ, quæ intellectũ cõſequitur: ſaltem quo ad operationem. Inter hos tales conſtituunt dr̃ias primo, quia appetitus intellectilis eſt liber cæteri neceſſarij, & non liberi. Secundo quia volũtas quæ eſt appetitus rationalis & appetitus ſenſitiuus, aliquãdo accipiuntur pro potentijs. vt cum dicitur volũtas virtus animæ, & appetitus eſt potentia ſenſorij, aliquando pro actibus, vt cũ dicitur voluntas mea eſt laudabilis, quatenus actus volũtarius eſt laudabilis, & cum dicitur appetitus aĩalis, vtpote æqui non eſt dãnoſus, accipit̃. n. pro comeſtione æqui: at appetitus naturalis ſemper ſumitur pro re tẽdente ad finẽ. Tertio differũt quia appetitus naturalis eſt oĩbus communior, quia ſenſitiuus eſt naturalis, & volũtas eſt naturalis quatenus ſunt naturæ quædã. Præterea ĩ quibus reperitur appetitus aĩalis, in his & naturalis reperiri poteſt. Poſt hunc appetitus animalis eſt cõior rõnali, quia vbicũque reperitur rõnalis reperitur aĩalis, & nõ econtra. Quarto differũt quia rõnalis appetitus & aĩalis ſemper præſupponunt cognitionẽ, naturalis vero minime. Ioãnes aũt addit ꝙ appetitus naturalis alius eſt formæ, alius eſt materiæ, nã & forma & materia eſt natura, alius eſt diſpoſitionis, qua forma ineſt materiæ quia diſpoſitio hæc quodãmodo natura eſt veluti gñatio, eſt natura, quia eſt via in naturã, vt dr̃.2.phy. ſic hæc diſpoſitio dici p̃t natura, quia eſt diſpoſitio naturæ. Vlterius addit formã hoĩs eſſe duplicem, alteram quidẽ ſeparatã non perficientem, ſed vtentem corpore, vt eſt intellectus alteram perficiẽtem vt dianæã queque cogitatiua dicit̃, & propterea appetitus formæ eſt duplex, alius formæ ſeparatæ, alius vero formæ perficientis. *Auer. 12. met. Cõm. 38.* Sed aĩaduerte ꝙ alij viri & doctiſsimi tenent appetitum naturalẽ nõ eſſe dabilẽ, quia vt narrat Auer. 12. huius appetitus ſequitur comprehenſionẽ veluti vmbra corpus & ita quod non cognoſcit non appetit, & quod Ariſt. dicat materiã appetere formam: dicit Them. materiam appetere formam appetitu prouidentiæ, & ita appetitu intellectiuo, non qui ſit in ipſa materia, ſed qui ſit in ipſo intellectu diuino oĩa prouidente. Opus. n. naturæ eſt opus intelligentię nõ errãtis, vt dr̃. 12. huius auctoritate The. *huius. Cõm. 38.* Et iuxta hoc dicendum eſſet inclinationem rei naturalis ad finem non eſſe appetitum, ſed potius obedientiã, qua ipſa res obedit primæ intelligentiæ omnia dirigenti. Si igitur ignis appetit locum ſurſum, hoc facit appetitu primi motoris & obedientia ſua. Sed hæc res in lib. phyſi. diſputata eſt, nũc vero ſat ſit hæc mõſtraſſe. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM

*Prima põ.* QVI ſcientiæ impoſsibilitatem probauerunt dicentes nihil poſſe ſciri, vt Heraclitus, Cratilus, & Soc. & alij veterum nullũ hominem natura ſcientiam appetere coguntur dicere, quia impoſ̃e non eſt natura appetibile; vt ſapientes omnes fatent̃. *Secũda põ.* Qui vero noſtrũ ſciri nõ adipiſci de nouo, ſed eſſe reminiſci, vt Pithagorici, & Platonici dixerunt: hi dicere coguntur oẽs homines appetere ipſum ſcire, non appetitu adeptionis, cum ipſum ſit iam animæ cuique acquiſitũ, ſed appetitu reminiſcentiæ. *Tertia põ.* Peripatetici vero abſolute protulerunt oẽs hoĩes natura appetere ſcire, quod Ariſt. eo ſigno approbat, quia oẽs diligunt ſenſus, non modo propter vtilitatem, ſed quia nobis rerum dr̃ias indicant, tantoq́; magis viſum quanto ipſe magis & plures rerũ indicat differentias. Sed quo appetitu oẽs homines ſcire expetant, non eodẽ modo poſteriores oẽs ſentiunt. *Põ aliquorum.* Quidam dicũt homines oẽs ipſum ſcire expetere appetitu naturali. primo, quia non rationali, tũ quia ille nõ eſt niſi præcognitum, tum quia ille eſt liber: at in poſſe noſtro nõ eſt odire & expetere ipſum ſcire. Secundo quia non appetitu animali, tum quia ille nõ eſt niſi ſenſibilium, at nos expetimus etiã inſenſibilia, tum quia bruta appeterent, quatenus ipſa habent appetitum ſenſitiuum. Reſtat igitur vt deſiderio naturali vnuſquiſq; appetat ipſum ſcire. Quod etiam probant, quia ad finẽ eſt appetitus naturalis, at ipſum ſcire eſt vel finis quo vel gratia cuius: igit̃ in ipſum oẽs naturali appetitu tendunt. *Quæ Ioannes.* Ioãnes vero, qui cum ijs cõcordat aſſerens oẽs homines appetere ipſum ſcire appetitu naturali exponit quaſi hanc põnem, & dicit primo, ꝙ nullus appetit ſcire appetitu naturali materiæ, quia ipſum ſcire nõ eſt finis materiæ, & ſic vult omnes homines appetere ipſum appetitu formæ: appetitu quidẽ formæ, quæ eſt intellectus, & formæ, quæ eſt cogitatiua, ſiue dianæa oẽs appetere æqualiter oẽs ſciẽtias, & nullus magis, nec minus. Hoc declarat, quia tã intellectus, q̈ dianæa eſt æqualis per ſe in omnibus hoĩbus: appetitu vero diſpoſitionis, qua forma ineſt materiæ non oẽs æqualiter: nam alij magis metaphy. vt qui ſpũs habent ſubtiles & claros, veluti cholerici, alij mathe. vt q hñt ſpũs ſiccos, & organũ imaginatiuæ ſiccum: alij naturalẽ, quorum organnũ ſenſuum eſt bene cõmiſtum. Hæc Ioannes. Hanc poſitionẽ in textus expoſitione videtur ſectari expoſitor: qui inquit, proponit igitur primo ꝙ omnibus cõiter naturale deſideriũ ineſt ad ſciendum. Hæc ipſe. Et ſic vult oẽs homines natura, hoc eſt naturali appetitu expetere ipſum ſcire. Amplius & Alber. in ſua paraphraſe ca. 4. tractatus primi, q tenet omnes homines appetere ipſum ſcire naturali deſiderio, & hoc ſuaſit hoc ſigno, quia ꝙ videtur commune toti ſpeciei: non videtur eſſe niſi deſiderium naturale quod naturam ſpeciei conſequitur. *Auer. 2. huius. cõm. 1.* Præterea Auer. idem ſentire videtur. 2. huius, qui ita dicit, & ſignũ eius quod habeamus deſiderium ad ſciendũ veritatem eſt qm̃ ſi cõprehenſio eſſet impoſ̃is, tũc deſideriũ eſſet ocioſum, & cõceſſum eſt ab oĩbus ꝙ nulla res eſt ocioſa ĩ fundamento naturæ. Hæc ille. Ecce quõ vult ad illã eſſe deſideriũ naturale: quia loquit̃ de deſiderio, qđ eſt in fundamento naturæ. *Confutatio.* Sed hæc põ non eſt peripatetica, & propterea probamus ꝙ oẽs hoĩes appetitu rõnali appetant ſcire, & nõ appetitu naturali. Primo eo appetitu hõ debet ſcientiã



ſcientiam appetere, qui reſpondet potentiæ quæ perficitur per illam, vt & ipſi concedũt. Sed appetitus qui intellectui reſpondet, qui per ſcientiam perficitur, eſt rõnalis, & non naturalis (vt ipſi dicunt) igitur oẽs hoĩes nõ naturali, ſed rõnali appetitu ipſum ſcire appetunt. Secundo id quod eſt optimum & ab oĩbus expetibile, & optima perfectio, debet ab oĩbus ſ̃m ſummum & optimum appetitum expeti, & non ſ̃m infimum, hæc maior conuenit obſeruationi: nam hoĩes voluptuoſa deſiderant voluptuoſo appetitu & nõ rõnali. Deſcẽſum deorſum appetit deſiderio naturæ grauis: ſed optimus & ꝑfectiſsimus appetitus eſt rationalis, igitur rationali appetitu conuenit hominem appetere ſcientiam, & non appetitu naturali. Hanc rationem indicat Ariſt. 1. Ethi. cap. 18. vbi ait, recte. n. & ad optima deprecatur rõ, & per rationem appetitum intelligit rationalem, vt exponunt oẽs. Si igitur ratio dictat ad optima, optimũ oĩum eſt ſcire, & ſic conſentaneum eſt rationem illam dictare ſcientiam, & ſic appetitu rationali, & non appetitu naturali ipſum ſcire eſt expetibile. Tertio ipſum ſcire expetitur, aut vt bonum, aut vt verum, non vt bonum, quia ipſum non eſt de numero bonorum, ſed de numero verorum: igitur appetitur vt verum: ſed quod appetitur vt verũ appetitu rationali appetitur: igitur ipſum ſcire nõ appetitu naturali deſideratur. Aut forte hæc rõ põt efficacius formari hoc modo, quod non appetitur vt bonum tm̃, ſed vt bonum & verũ, rationali appetitu appetitur, ſed ipſum ſcire ſi eſt bonum, non tm̃ vt bonum appetitur ab hoĩbus, ſed vt verum: igitur non appetitu naturali, ſed rõnali appetitur. Quarto illud quo acquiſito ceſſat deſiderium rationale, appetebatur rõnali appetitu: ſed acquiſito ipſo ſcire optimi & ſummi boni ceſſat appetitus rõnalis: igitur deſiderabatur rõnali appetitu. Minor nota eſt, quia quam cito homo attingit ſummum bonum, tam cito non eſt amplius volũtas intelligendi, ſed fruitio rei intellectæ, vt ẽt catholici ſentiunt. Quinto ſi appetitu naturali homo expeteret ipſum ſcire, igitur oĩs res naturalis ipſum ſcire appeteret, deducitur conſequentia per deductionem eorum. Arguebant. n. ſi homo appeteret ſcientiã appetitu animali, tunc bruta ſcientiam appeterent, quod non valet, niſi per hoc, quia vbicunq; eſſet appetitus animalis ibi poſſet eſſe appetitus ad ſcientiã, poſtquam per illum hõ appetit. Eodẽ mõ arguo, ſi oẽs hoĩes appetitu naturali ſcientiam appeterent: igitur res naturales in quibus eſt hic appetitu ſcientiã appeterent. Eſt enim hæc vis rationis eorum. Sexto homo ſecundum naturam nõ perficitur à ſcientia, non enim ſcientia eſt perfectio naturę vt natura, igitur ſecundum naturam non appetit illam & appetitu aliquo appetit, igitur appetitu rationali. Ex his apparet veritas.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Prima poſitio.* AD huius rei dilucidationem. Primo ſumemus ꝙ in tm̃ homo appetit ſcire inquantum finis eſt hominis: & qm̃ finis nunquã expetitur ab aliqua virtute cognoſcitiua, niſi quatenus præconceptus & præcognitus. Eſt enim primum in intentione, & vltimum in executione, vt peripatetici aſſerunt. igitur ſi ipſum ſcire ab hominibus cognoſcitiuis expetitur oportet vt ſit aliquo modo ab ipſis præcognitum. *Secunda põ.* Secundo accipimus, ꝙ aliquid præcognoſci poteſt eſſe confuſe, & vl̃r quo pacto præcognoſceretur ꝙ hæc dualitas, quæ eſt in manu mea ſit par, per hoc quod præcognoſcitur oẽm dualitatem eſſe parem, vt dicit Ariſto. Alio modo diſtincte & particulariter, quo pacto cognoſceremus hanc quam nouimus dualitatem eſſe partem. *Tertia poſitio.* Tertio accipimus ꝙ oẽs hoĩes prima impreſsione, & ſine omni intentione, quã cito ſunt cognoſcunt prima principia, & hoc eſt quod dicitur ꝙ ſunt nota lumine naturali intell̃s agẽtis. Hoc patet per Auer. 2. huius cõm. 1. qui dicit ꝙ prima principia ſunt ſicut locus ianuæ quem nullus debet ignorare. vt patet. cõm. 1. Amplius patet per Auic. qui dicit qđ ens & res prima impreſsione imprimuntur in aĩa, igitur prima principia, quæ non alia quam terminorum cognitione cognoſcuntur, etiam prima & naturali cognitione cognoſcentur. *Excer. 1.* Ex his ſequitur ꝙ ipſum ſcire vl̃r & cõfuſe eſt ab oĩbus hoĩbus pręcognitum, deducitur, quia ab oĩbus hominibus ſunt diſtinctæ cognita prima principia, nam iſta terminis cognoſcuntur, quia lumine intellectus patent. Sed ipſum ſcire confuſe, & vl̃r cõtinetur in illis, vt dictum eſt: igitur ipſum ſcire eſt præcognitum confuſe & vl̃r ab oĩbus hoĩbus, & ita de ipſo ſcire ſimpliciter & vniuerſal̃r habemus oẽs cognitionẽ ſolo lumine intellectus. *Excer. 2.* Vlterius ſequitur ꝙ ſic confuſe & vl̃r eſt expetitũ, quia vt dictũ eſt eo modo finis exoptatur, quo modo præcognoſcitur. Et quia ipſum ſcire præcognoſcitur confuſe & vl̃r: ideo ſequitur omnes hoĩes appetere ipſum ſcire vl̃r & confuſe, non aũt hoc vel illud. *Excer. 3.* Amplius ſequitur ꝙ ipſum ſcire ſic in vniuerſali, appetitu rationali appetitur, qm̃ præcognoſcitur: nullum præcognitum appeti põt niſi appetitu ſequẽte apprehenſionem, talis non eſt aĩalis: igitur eſt rõnalis.

*Excer. 4.* Vlterius ſequitur ꝙ ipſum ſcire ſimpliciter ſumptũ neceſſaria voluntate eſt expetitũ, hoc vel illud ſcire cõtingenter. Mens igitur oĩum peripateticorũ eſt oẽs hoĩes appetere ſcire non quidem in particulari, ſed in vniuerſali, & non appetitu naturali: quia iſte nullam ſupponit cognitionẽ, nec ſenſitiuo, igitur rationali. Ea vero quæ in li. d. d. diſp. 10. in dubio. 3. diximus erant dicta tunc, nunc vero hic vidẽtur mihi. Et cum Ariſt. dixit omnes hoĩes natura appetere ſcientiam per naturam non appetitum naturalem intelligit (priores expoſuerunt) ſed appetitu non acquiſito doctrina, vel inuẽtione, ſed vel lumine naturali intell̃s. Expetimus. n. qñq; aliquã partem philoſophiæ: quatenus præceptor docet nos antea quæ ſit an vtilis, ſi optima: nunc. n. ex hac doctrina à p̃ceptore tradita reſultat appetitus de nouo ad illam, qui prius non aderat, at in appetendo ſcĩam in vniuerſali, non ratione acquiſita à præceptore: ſed à nobis ipſis ꝑ illud, quod habemus à nobis ipſis de præconceptione ſcĩæ appetimus, & hoc pacto videtur eſſe naturale, diſtinguendo naturale contra acquiſitum. Hanc põnem olfecit ille bonus Egi. cui non paruæ gratiæ ſunt habendæ, quia nobis dedit principium ad veritatis inuentionem: olfecit ẽt hanc Alexandrinus cui ẽt gratię ſunt habendæ. Pro hac parte faciunt illa quę Ariſt. in rhetoricis dicit, & Euſtachius in lib. Ethi. *Quæ procemij neceſsitas.* Aſsignantes. n. neceſſitatem procemij dicunt pro tanto eſſe procemium ad dicenda præponendum, quatenus trahatur auditor ad amorem, modo ſi hoĩes deſiderio naturali expeterent ſcire & oẽm ſcĩam, non oportet facere in libris procemium, quo trahatur ad amorẽ: quia oẽs naturali deſiderio appetunt ſcire, & oẽm ſcientiã: igitur ſi eſt neceſſitas procemij oportet vt hoĩes appetitu rõnali & amore voluntario ipſum ſcire appetãt. Et hac rõne ſit vt nemo procemiũ fecerit ad ipſum ſcire vl̃e, ſed ad hoc ſcire, quia illud eſt præcognitũ ſine doctrina, & volitũ, quia præcognitum. Hoc vero ſcire nec volitum, quia nec præcognitum.

*Dubitationes. Rationes. Sco. 1. ſenten. diſt. 1. q. 4.*

præcognitum. Sed hic ſunt dubõnes. Prima ꝑꝑ quid Ariſt. hanc propoſitionem in numero plurali enuntiauit. Secunda vtrũ metaphy. ſit appetibilis: videt̃ enim ꝙ nõ, quia nõ p̃cognita. Tertio arguit̃ contra põnem, Primo rõnali appetitu qcquid appetitur, cõtingenter appetitur, quia eſt liber, formaliter, & cum libertate nõ ſtat neceſsitas. Secundo in poteſtate volũtatis eſt velle & non velle ipſum ſcire, ſiue ipſum finem: ſi intellectus dictet ſibi illũ eſſe malũ vel bonũ, igit̃ in poteſtate ſua immediate ſine actu intell'ſ eſt velle & non velle ipſum ſcire: igitur cõtingenter hoĩes appetũt ſcire. Tertio voluntas põt auertere intellectũ à cõſideratione finis, igit̃ ſi appetitu rõnali hoĩes appeterẽt ſcire, poſſent nõ appetere. Quarto ſi volũtas ad ſcire eſſet neceſſaria, tũc ſemper cogeret intell'm vt cõſideraret ipſum ſcire. tenet argumentum, quia qđ neceſsitatur ab alio nũq̃ ceſſat, niſi aduẽtu fortioris impedimenti: igit̃ intellectus neceſſitate voluntatis ſemꝑ cogeret̃ cõſiderare ipſum ſcire. Quinto oẽ neceſſario agẽs agit ſ'm vltimum ſuæ potentiæ, q̃a ſi nõ eſt in ptãte ſua actio, nec intẽſio actionis: igit̃ volũtas vellet intẽſiſsime ipſum ſcire, & ſic oẽs homines æque intẽſe vellent ipſum ſcire. Sexto virtus per eſſentiã libera æqualiter eſt libera ad omnia, ſed voluntas eſt libera reſpectu mediorum ad finẽ & per eſſentiam, igitur reſpectu ipſius ſcire, quod eſt finis, & ita cõtingenter. Hæ ſunt rationes efficaciſsime cõtra poſitionem peripateticorum

*Sol. primæ.* Ad primã rñdet Alber. & Ioan. ꝙ ideo in plurali dixit oẽs hoĩes appetere ſcĩam, vt innueret hoĩum dr̃iam ad appetendas ſcĩas.

*Confutatio.* Nã aliqui remiſsius, aliqui intẽſius appetunt, ſed hæc ſolutio nõ valet, quia ſi ſ'm eũ naturale eſt hominibus appetere ſcientiam, æquale erit oĩbus, nã naturale eſt vniformæ.

*Solutio ꝓpria.* Propterea dicerem Ariſt. amplexũ eſſe oẽs hoĩes, quia gentes videntur adeo variæ, vt quædã ſemiferæ videantur quaſi abhorrere ſcĩam, cuius ſignũ eſt quia nullus inter illos philoſophatur. Et ꝑpea Ariſt. dixit oẽs hoĩes, vt amplecteretur vſq; ad ſemiferas gẽtes, hoc cõuenit ſibi, q̃a Ariſt. conſueuit dicere ꝙ oẽs hoĩes dicũt eſſe deũ, q̃ in cœlis habitat, & ſe exponit dicens vt græci & barbari, igitur ꝑ oẽs hoĩes hic ſumpſit græcos & barbaros.

*Solu. 2.* Ad ſcđam dici põt ꝙ meta. appetitu acquiſito nõ eſt appetibilis, q̃a multi ſpernũt illã, & hoc in propria forma, vt aũt cõtinetur ſub ſcire vl'i, eſt appetibilis, & etiã declarato fine & vtilitate eius, eſt appetibilis appetitu acq̃ſito. Dictũ eſt. n. ipſum ſcire cõiter eſſe volũtate neceſſaria appetibile, & cõſequenter ipſa meta. eſt voluntate neceſſaria appetibilis vt cõtinetur ſub ſcire ipſo, tñ vt meta. eſt voluntate contingenti appetibilis.

*Solu. 3.* Ad tertiam dubitationẽ dico, aĩaduerte ꝙ ſ'm peripateticos voluntas ſequitur dictamen intell'us, ꝑpea nec eſt neceſſaria, nec contingẽs ſimpl'r, ſed eſt neceſſaria & cõtingens ex ſuppoſitione: vnde q̃ cito ipſe intellectus oñdit ſibi aliquod proſequendũ: illudq; demonſtratione practica cõcluſit, ad illius electionẽ, volũtas neceſſario ſe habet. Vbi vero intell's habet pro vtraq; parte dictamina, voluntas eſt cõtingens. Et quia intellectus cõcipit ipſum ſcire eſſe bonũ, & in illo nullã rationẽ mali cognoſcit, iõ voluntas neceſſario ſe habet ad appetendum illud, quia vero intellectus circa media ſeſe habet neuter, quoniã nunc cognoſcit aliqua illorum ſub ratione mali, aliqua ſub ratione boni: propterea voluntas eſt contingens circa media ad finem. Amplius quia intellectus poteſt perſuadere hoc vel illud ſcire eſſe malum voluntas poteſt nõ velle illud, ipſum autẽ ſcire cõmuniter ſemper & neceſſario vult, quia intellectus ſemper bonum eſſe iudicat & nunquam niſi ore poteſt ſuadere eſſe malum.

*Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ neceſsitas & contingentia voluntatis nõ eſt ſimpl'r, ſed ex ſuppoſitione. Et hoc elegãter Ariſt. 2. phyſi. dum dicit ita ſeſe habere finẽ in operabilibus, vt principiũ in ſpeculabilibus, igitur ſicut intell's apprehẽſo principio aſſentitur neceſſario concluſioni, ſic apprehẽſo fine ſub rõne boni neceſſario voluntas illũ vult. Hæc Ariſt. Tũc ad primã patet ſol'o, nõ. n. quicquid voluntate appetitur contingenter appetit̃ quia finis appetit̃, & neceſſario appetitur. Amplius nõ eſt verũ ꝙ omne liberum ſit contingens, nã cum libera actione ſtat neceſsitas ad cõtingentia. Ad ſcđam negatur conſequentia quia voluntas non eſt necceſſaria vel cõtingens niſi ex ſuppõne. Ad tertiã dico ꝙ volũtas põt auertere intell'm à cõſideratione finis ipſo prius dictãte ꝙ talis auerſio eſt bona vt nũc, licet ſit mala ſimpliciter & per hoc negatur cõſequentia. Ad quartã dico ꝙ voluntas ad ipſum ſcire eſt neceſſaria ſimpliciter, quia intellectus ſic ſibi oſtendit, tamen quia quod eſt ſimpliciter bonum, poteſt vt nunc eſſe malum, ſic voluntas erit contingens, vt nunc, intellectu dictãte illud eſſe malum vt nunc. Põt aũt id quod eſt ſimpl'r bonũ eſſe malũ vt nunc. vt bonum eſt ſimpliciter ſaluare merces in mari, at nũc eſt malum, ita ſimpliciter velle ſcire eſt bonum, & imperare vt intellectus conſideret ipſum ſcire eſt ſimpliciter bonum, tamẽ vt nũc eſt malũ, quia adſunt dolores capitis, indigentia cibi, & alia magis promouentia intellectum, & ſic negatur argumentũ, nec valet, põt auertere, igitur põt nõ velle, quia nõ velle eſſet pro omni tempore propter particulam negatiuam, poſſet tamen non velle vt nunc: ſed licet poſſet nõ velle vt nunc, non propterea poſſet contrarium appetere, aut non velle ſimpliciter, & hoc pacto eſt neceſſaria: & illo pacto contingens. Vnde dicitur voluntas neceſſaria non quia in omni dr̃ia temporis finẽ vult, ſed quia quotieſcũq; per intellectum ſibi indicatur, ipſa illum vult, & non põt non velle ipſo dictãte. Ad quintũ dico, ꝙ oẽs hoĩes ſimpliciter intenſiſſime volunt ipſum ſcire cõiter & æqualiter. tñ non intenſiſsime vt nunc nec æqualiter vt nũc propter contingentia. Amplius nec æqualiter hoc vel illud, propter cauſas contingentes. Ad ſextam cõcedo ꝙ volũtas eſt per eſſentiam libera, ſed quia cum libertate ſtat contingentia & neceſsitas, ideo poteſt ex ſuppoſitione & ſimpl'r eſſe neceſſaria, ex ſuppõne & vt nũc eã cõtingẽs.

*Excerptum.* Ex his apparet defenſio peripateticorum, & ſolutio rationum oĩum.

*Dubitatio.* Solet dubitari, vtrum hæc propoſitio Ariſt. poſsit à priori demonſtrari.

*Sol. expoſitoris.* Rñdet expoſitor ꝙ ſic, & illã enititur demõſtrare per tres demõſtrationes quarum prima ſumit̃ ex eo quia ipſum ſcire eſt propria hoĩs perfectio. Secunda ex eo, quia ipſum ſcire eſt propria hoĩs operatio. Tertia ex eo, quia ipſum ſcire eſt medium, quo homo copulatur ſuo principio.

*Obiectiones.* Sed videntur iſte rõnes primo peccare ꝑ fallatiã æquiuocationis, quia in prima peto quid ꝓpriã hominis ꝑfectionem intelligit, vel actũ primũ, vel ſcđm. Si ſcđm actũ intelligit nõ differt à ſcđa rõne, nã ipſum ſcire quatenus eſt propria hominis operatio, eſt actus ſecundus. Si actum primum, tunc æquiuocat de ſcire, de quo concludit prima & ſecunda ratio.

*Rationes. An. and.* Secũdo arguunt alij quia hæc rationes eo modo quo valent, concidunt in vnam, eo quia prima procedit per actum primum, ſecũda per actum ſecundum, tertia ꝑ mediũ quo coniungitur principio. modo eodẽ appetitu appetitur



titur actus primus, & actus ſcđus, & coniunctio cũ ſuo principio. Amplius hę rõnes pñt reducit in vnam, igitur ſunt vna.

*Defenſio expoſitoris.* Ego vero crederem ꝙ iſtæ ſint tres rõnes diſtinctæ & oẽs procedunt de ipſo ſcire pro actu ſecundo, quod eſt idem quod ſpeculari: attamen ipſum ſpeculari idem re & ſubto põt ſubire tres rõnes appetibilis. Aliam quidẽ quatenus eſt perfecto ſecunda hoĩs, vt ſic. n. ſubit rationem appetibilis. Aliam quatenus eſt operatio propria hoĩs. & hæc rõ differt à prima, q̃a ſtat eſſe propriam operationem alicuius, & non eſſe illius perfectionem, nec imperfectionem. Multę. n. ſunt oꝑationes tranſeuntes, quæ ſunt ꝓpriæ hoĩ quæ non ſunt perfectiones hoĩs, ſed alterius, & tñ expetuntur, & ſic iſtę rõnes arguunt diuerſas rõnes appetendi. Aliam quatenus ipſum ſcire etiam pro actu ſcđo ſumptum eſt medium copulationis. habet. n. vt ſic rationem appetibilis diuerſam ab illis. põt. n. aliquid intelligi eſſe medium copulationis alicui, & non eſſe illius propriã operationẽ, nec propriam perfectionem: vt intelligẽtia ſcđa eſt mediũ, quo tertia deo copulat̃ ſ'm philoſophos & nec eſt illius perfectio quia nõ ineſt illi, nec illius oꝑatio: igit̃ ipſum ſcire idem in ſubto põt ſubire tres rõnes appetibilis diuerſas, & per conſequens demonſtrationes expoſitoris, quæ ꝓcedunt per illas, erunt diuerſæ & bonæ. Tunc ad rõnes dico ꝙ in prima per ſcire, & per pefectionem intelligit actũ ſcđm: & ĩ oĩbus ſꝑ ſumit ſcire ꝓ actu ſcđo quia de eodem ſcire probãt ꝙ ſit appetibile. Media tñ, differunt rõne appetibilitatis, quia prima ꝓcedit de ſcire quatenus eſt ꝑfectio hoĩs. Secunda de ſcire vt eſt ꝓpria operatio. Tertia de ſcire vt eſt medium copulationis, & ſic non eſt æquiuocatio. nec concidentia. Ad ſecundam rõnem aliorum dico, ꝙ licet appetitus ſit idẽ ſubto: tñ rõnes appetendi differunt: vt dcm̃ eſt. Eodẽ. n. appetitu ĩ ſubiecto & materia homo appetit perfectionem ſcđam, operationẽ propriam, & medium copulationis, tamen alia rõne, vt dictũ eſt: qua differentia rationum ſufficit ad differẽtiam demõſtrationũ. Ad tertiã dico ꝙ licet poſsit fieri vna demr̃o copulatiua, nõ tamen ſimplex. in lib. deſtructio al'r dixit: nũc vero ſit dictum intantum. Hæc de dilucidatione.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rõnes factas capite. 1. nũc rñdeamus. Ad primam patet ſol'. Eſt. n. ipſum ſcire in vl'i præcognitum, hoc vel illud non, & iõ ipſum ſcire cõiter neceſſario appetitur, non hoc vel illud.

*Replica.* Sed dices vel appetitur ipſum ſcire p̃cognitum, vel non præcognitum, non ipſum ſcire præcognitum, quia habetur, igit̃ ſcire non p̃cognitum, & ſic non niſi per appetitũ naturalem.

*Solutio.* dico ꝙ finis eſt primus in intentione, et vltimus in opere, & ꝑpea aliud eſt appetitũ, & aliud pro quo appetit̃. Faber. n. appetit domũ, q̃ habet in mente, non tñ pro domo, q̃ mente tenet. Sic dico ꝙ oẽs hoĩes appetũt ſcire, quod tenẽt in intentione, non tñ pro illo, ſed pro oĩbus ſcibilibus, quæ continẽtur in primis principiis, quę lumine naturali intell's habuerunt. Ad probationem rationis principalis, dico ꝙ aĩa maiori tꝑe degit in ignorantia particularium ſcibiliũ non ipſius ſcibilis cõiter. Ad ſcđam nego conſequẽtiã, quia hoĩes nõ diſcunt ſolũ per amotionẽ ĩpedimẽtorũ vt Pla. voluit, ſed præſentia doctoris & inuentione, vt dictum eſt primo Poſte. Ad tertiam dico ꝙ Ariſt. conſiderauit hoĩes in puris naturalibus cõſtitutos, & de his dixit ꝙ oẽs appetunt ſcire. Nam conſiderando homines al'r dici poteſt ꝙ ſcientes appetunt ſcire quod habẽt appetitu conſeruationis ſiue fruitionis. Sciam autem q̃ non habent quãue p̃ręcognoſcunt in intentione vl'i appetitu adeptionis. Ad quartã dico ꝙ nemo appetit ignorantiã ꝑ ſe niſi vt præcognita vt bona vt nunc, non aũt ſimpliciter.

*Sol. Io. ad. 5. Repli.* Ad quintã rñdet Io. ꝙ hoĩes appetunt ſcĩam, quæ eſt in alio, non quidẽ numero eandẽ, ſed quatenus mutant̃ ad aliã ſil'em in ſpẽ per illã quæ eſt in alio. Sed hæc ſol'. eſt friuola quia vel homo appetit aliã ſimilẽ in ſpẽ, quã cognoſcit vel quã nõ cognoſcit, nõ quã nõ cognoſcit, q̃a non magis ſimilẽ illi, q̃ alijs infinitis: natura. n. vniformiter fert̃ in oẽs. Si vero quã cognoſcit, igit̃ appetitu rationali appetit ſcire.

*Sol. propria.* Propterea dico aliter ꝙ homo appetit ſcire cõiter, quod præhabet in intẽtione, non tñ pro illo, ſed pro alio, qđ non eſt, & põt eſſe. Et ſic concedo ꝙ hõ appetit ſcire quod habet, nõ tñ illud pro ſe, ſed pro ſcire qđ nõ hẽt, & põt hr̃e, & ita nõ ꝓcedit ratio. Ad ſextã dici põt ꝙ oẽs actu ſunt diſciplinati, diſciplina illa cõiſsima, quæ eſt primorũ principiorum. Oẽs etiã ſunt diſciplinabiles ex parte qua intell's participant. Per accñs aũt ex parte diſpõnis, qua intellectus corpori inhæret: multi ſunt indiſciplinabiles, & hoc pacto intelligunt̃ dicta Auer. Ad ſeptimã dico ꝙ nobile põt eſſe ꝑꝑ ignobile tãq̃ ꝑꝑ finem quo, nõ aũt tãq̃ ꝑꝑ finem gr̃a cuius. Ad octauã negat̃ minor, immo intellectus eſt intrinſecus hoĩ vt forma ꝑficiens & vtens, nõ aũt vt endelechia, hoc eſt ꝑfectio cõſtituta & habita à ſubiecto, vt dictũ eſt ſecũdo de aĩa, & in tertio.

*Varijs ex cauſis à ſtudio ſciẽdi impediũtur.* Ad nonam rñdẽt nõnulli ꝙ ꝑ accñs põt impediri deſiderium naturale ꝑꝑ difficultatẽ p̃ueniendi ad ipſum ſcire, tum ꝑꝑ voluptates, quales ĩ regibus & principibus ſpectantur. Hi. n. voluptatibus immerſi, nõ mõ impediunt̃, ſed ſcientes odio proſequunt̃: vt. 7. Ethi. docet Ariſt. auctoritate Homeri. Tũ ꝑꝑ defectũ neceſſariorũ ad vitam, oportet. n. prius ditari & poſtea philoſophari, vt dicit̃ 3. Topi. Amplius & ꝑꝑ lucri cupiditatẽ, veluti vos facitis dñi medici, qui ꝑꝑ lucrũ omittis philoſophari, & in arte via eſtis mei abhortiui. Adhuc ꝑꝑ malitiã naturæ indiuiduæ, quæ ex genitura habuit ſtellarũ configurationem ſcĩę ineptã, vt docet Ptolemęus. Demũ propter complexionem, vt propter molliciẽ & ſegnitiem, & ſic non eſt inconueniens apud iſtos deſideriũ pro maiori parte fruſtrari ꝑ accidens.

*Cõfutatio.* Sed hæc ſolutio ambigua eſt, quia quod eſt à tota ſpecie naturaliter intentum, nec per ſe, nec ꝑ accidẽs debet in maiori parte fruſtrari, & hoc in nullis videtur oppoſitum.

*Sol. propria.* Melius poteſt dici ꝙ omnes homines habere in maiori parte oẽs ſcientias, poteſt intelligi bifariã, aut vt verbum omnes tenetur diuiſiue, & ſic eſt falſum: quia nec iſte homo pro maiori parte habet omnes ſcientias, nec ille, & ſic diuiſiue nullus habet pro maiori parte omnes ſciẽtias. Aut vt tenetur collectiue, & ſic eſt vera, quia omnes homines collectiuæ pro maiori parte habent oẽs ſcientias. itaq; vnus habet vnam partem, alius aliam & ſic de cæteris id genus, & hoc pacto appetitus naturalis, ſiue volũtarius lumine naturali intellectus dũtaxat perſuaſus non eſt fruſtra. Verbi cauſa tota pecunia mundi habetur in omnibus hominibus, nullus tamen hõ habet totam mundi pecuniam. Per idem poteſt dici ad rationem. Alberti qui probabat appetitu quo omnes hoĩes appetunt ſcire eſſe naturale, quia conſequitur totam ſpeciem. Dico. n. ſi ſumit naturale vt diſtinguit̃ cõtra cognoſcitiuũ, ſic nõ eſt naturale: at ſi naturale ſumit ꝓ eo qđ eſt in nobis ſolo lumine naturali, ſic appetit ille eſt nãlis, & hoc pacto cõſequit̃ totã ſpẽm, quatenus lumẽ intell's ẽ cõe toti ſpẽi. Ad. 10. dico ꝙ argm̃ cõcludit verum:

rum: quia deſideriũ non eſt naturale diſtinguẽdo naturale contra cognoſcitiuũ: cũ quo tñ ſtat ipſum eſſe naturale: quatenus eſt lumine naturali intell's, & hoc pacto eſt motus naturalis, qũo non oportet vt procedat augendo. Ad. 11. dico ꝙ oẽs appetunt oẽs ſcías non in particulari: ſed in vl'i per illud vl'e ſcire, ꝙ eſt vl'iter præintentũ: & ſic non oportet vt oẽs appetant eandem pp drĩam conditionum indiuiduarũ, nec ſimul vnuſquiſq; perficiatur omnibus. Ad. 12. dic ꝙ ratio demõſtrat noſtrum propoſitum. Ad. 13. etiam patet ſolutio. eſt. n. rõ pro nobis. Per idem ad. 14. Ad. 15. dici põt ꝙ ipſum ſcire appetitur vt bonum & verũ, quia eſt bonũ aĩæ, quia ẜm Ariſt. non tñ virtutes ſunt bona aĩæ, ſed ſcientia & ſapientia, Ad vltimam ſolutio fuit data cap̃. 4. præſentis diſputationis. Hæc de ipſa Ariſt. propoſitione.

*Et maxime aliorum, qui eſt per ipſos oculos, non enim ſolum vt agamus, ſed vt nihil agere debẽtes, ipſum videre præ omnibus vt dicam alijs eligimus circa tex.*

# DISPVTATIO QVINTA
## De Senſuum Dilectione.

*Num inter omnes ſenſus viſum magis amemus.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod viſum non magis amemus. primo quia ſi illum magis amamus, eſt vt. d. Ariſt. quia magis eſt alijs cognoſcitiuus. Sed probatur ꝙ nõ, quia cecinati habẽtes auditum ſunt ſapientiores ſurdis natis habentibus viſum: vt. d. Ariſt. in lib. de ſenſu & ſenſa. eo quia auditus eſt ſenſus diſciplinæ. Amplius tactus certius viſu indicat, vt Ariſt. ait. 2. de anima dicens, nos habere hunc ſenſum certiſsimum, igitur non eſt viſus magis amandus. Secundo principaliter, ſi viſum magis amamus, hic eſt vt Ariſt. d. quia plures rerũ differentias nobis demonſtrat, at non viſus, ſed tactus plures drĩas indicat, nam viſus non eſt per ſe niſi vnius contrarietatis, videlicet, albi & nigri. At tactus eſt per ſe pluriũ contrarietatũ, vt calidi frigidi, humidi, ſicci, grauis & leuis, & cæterarum id genus. Amplius tactile eſt in plus cæteris qualitatibus, quia tactile eſt oẽs primæ qualitates, quæ ab oĩbus præſupponuntur. Tertio principal'r illũ ſenſum magis amamus, cuius oppoſitũ magis odimus, at oppoſitum tactus magis odimus, quam oppoſitũ viſus, & hic, quia oppoſitũ tactus eſt mors aĩalis, nec ſic oppoſitum viſus, igitur tactum magis amamus. Quarto magis amamus ſenſus interiores, quia ſunt principaliores, igitur non magis viſus. *Argumẽ. Buridani.* Quinto illum ſenſum magis amare debemus, per quem ſapiẽtiores dijudicamur, ſed per tactum dijudicamur ſapientiores, quia molles carne mente apti ſunt, vt dicitur. 11. de aĩa. Sexto auditus plures drĩas rerũ indicat, qa ꝑ auſcultationes ſenſilia & inſenſilia indicant, igit magis amare debemus. *Arg Egi.* Septimo qđ impedit nos à felicitate humana & diuina ẽ potius odibile, ſed viſus & oẽs ſenſus impediũt nos ab vtraque felicitate, à prudẽtia qdẽ, quæ eſt humana felicitas, quia ſenſibiles affectiones impediũt hoĩem ne rõne reguletur, à diuina vero, quia ſapientia quæ eſt felicitas diuina conſiſtit in cognitione ſubſtantiarũ ſeparatarum. At per ſenſus cognoſcimus ſenſilia, per quę retrahimur à cognitione abſtractorũ, igitur viſus & oẽs ſenſus debent eſſe odibiles. Octauo eum ſenſum magis amare debemus, qui magis nos delectat, at tactus magis nos delectat, igitur magis amãdus. In oppoſitum eſt Ariſt. qui in textu dicit, nos magis amare eũ qui eſt, ꝑ oculos.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

SENSVS qui græce eſt αἰσθησις, interdum pro anima ipſa ſenſitiua, nonnunquam pro ſenſorio, aliqñ pro ſenſatione ipſa apud peripateticos ſolet accipi, nunc aũt pro vi potentiaq; ſenſitiua audiatur, quæ eſt talis poteſtate quale ſenſibile actu: vt dicitur. 2. de anima. Hęc aũt bifariam eſt, nam alia eſt vis ſenſitiua interior, alia vero exterior. *Vis ſenſitiua duplex.* Vis interior ea eſt, quæ ſuo ab obiecto non eſt apta immutari ſine medio cognoſcitiuo. At exterior eſt illa, quæ ſuo ab obiecto nata eſt immutari ſine medio cognoſcitiuo, vt docent Ariſt. & Auer. 2. de anima. Sẽſus autem exteriores quinq; ſunt, viſus, qui immutari eſt aptus ſuo ab obiecto mediante diaphano illuminato, auditus, olfatus, guſtus, & tactus, de quibus in lib. de anima. Quot autem ſint ſenſus exteriores, ibidem perquiratur. Amor autem, vt. 8. Ethic. habetur, eſt duplex, *Duplex amor.* aut concupiſcentiæ, aut dilectionis. Id enim amatur amore dilectionis, quod in ſe eſt bonum, & nulla ratio mali in ipſo perſpicitur, quo amore virtutes, & deum amare ſolemus. Amor autem concupiſcentiæ eſſe poteſt in vtili, & delectabili. Amamus enim ſutores amore concupiſcentiæ in vtili, quia bonos nobis calceos faciunt. At auarus amat denarios, quia in poſſeſſione illorum delectatur. Hic autem amor poteſt multifariam ſubdiuidi. vt patet. 8. Ethi. quod nunc tanquã inutile omitto. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

SVNT igitur qui tactum ſimpliciter prætulerunt, *Prima poſitio.* dicentes ipſum eſſe magis amandũ & pp vitæ neceſsitatẽ, & pp delectationẽ, & pp cognitionem, pp vitę quidem neceſsitatem, quia animal nõ eſt animal niſi ob tactum. Amplius oĩbus animalibus ineſt tactus, nõ oĩbus viſus, oĩa animalia tactum amant, non oĩa viſum. Propter delectationem autem nemo eſt qui dubitat, delectabiliſsimum. n. operum viuentium eſt, generare tale quale ipsũ, hoc aũt tactu fit magis. Propter cognitionẽ deniq;, quia cognitio fit propter copulationem obiecti cum potentia cognoſcitiua. Sed cũ tactus maxime ſuo obiecto copuletur, fit. n. per mediũ intrinſecum, vt. d. Ariſt. igitur tactus eſt certius cognoſcitiuus. Amplius tactus eſt fundamentum cæterorum ſenſuũ, igitur principalior, & ſic ſimpliciter & abſolute magis amandus. Obijciunt aũt. *Obiectiones.* Primo qa tactus facit ad eſſe cæteri aũt ſenſus ad bene eſſe. Sed bene eſſe eſt melius, veluti bene viuere meli⁹ q̃ viuere, igiẽ cæteri ſunt appetibiliores. Secũdo, tactus ex quo eſt cæterorũ fundamentũ cõparaẽ materiæ, alij cõparãtur formæ. Sed forma habet rõnem optimi & diuini, vt diciẽ. 1. Phy. igitur rõnem habet maioris appetibilis. Tertio qđ dat eẽ ſimpliciter, dat bonitatẽ ẜm quid, econtra vero qđ dat eſſe ẜm quid, dat bonitatẽ ſimpl'r, ſed cæteri ſenſus dant eſſe ẜm quid, igitur bonitatẽ ſimpl'r, & ſic appetibiliores ſunt. Alij pp hæc *2. Poſitio.* prætulerunt ſimpliciter auditũ. Primo quia per ipſum hõ põt de ſenſibilibus & inſenſibilibus diſciplinari, non aũt per viſum, nec per aliũ vllũ. Secundo quia per excellentiã animal dicitur diſciplinæ capax ob auditum, non autem ob aliorum vllum. Ex his præferunt auditum. Cuius ſignũ eſt, quia multi philoſophi ſeſe obcæcarũt, quia per viſum impediebantur à diſciplina, nullus autem ſeſe ſurdum effecit. Alij dixerunt ſenſus nõ eſſe per *3. Poſitio.* ſe diligibiles, ſed per accidens quatenus aut neceſſarij, aut delectabiles aut vtiles, & ita per accidens. Quod autem non per ſe, deducitur, quia eſſent aliquę perfectiones, & ſi ſic, cœlis debuiſſent ineſſe.

CAPVT



### CAPVT DILVCIDATIONIS TERTIVM.

*Prĩa concluſio.* DICAMVS primo ꝙ nos in diſputatione non loquimur niſi de ſenſibus exterioribus. Nã de interioribus nemo dubitat, nũc Ariſt. loquitur ſolũ de exterioribus. *Secunda.* Scđo dici põt ꝙ nos poſſumus loqui de aĩalibus vt aĩalia, & de aĩalibus vt perfecta pl'ibus ſenſibus ſiue vt bruta, & vt hoĩes. Si nos loquimur de aĩalibus vt aĩalia, cũ de ratione aĩalis vt aĩal eſt, non ſit niſi tactus, & aliquo pacto guſtus, oẽ aĩal vt aĩal primo & principaliter amabit tactũ. Quod perſuaderi põt primo, quia is ſenſus erit amandus ab aĩali vt aĩal eſt, qui eſt de rõne & perfectione ſua ſolũ, talis eſt tactus, vt. 2. de aĩa habitũ eſt. Secũdo qui nõ cõpetunt aĩali vt animal: nõ ſunt ab aĩali vt aĩal amabiles. Sed cæteri ſenſus nõ cõpetũt aĩali vt aĩal, igitur ab aĩali vt aĩal non ſunt amabiles. *Tertia.* At ſi loquimur de animalibus vt pluribus ſenſibus ꝑfecta ſunt hoc eſt vt bruta, cũ ſenſus aĩalibus ipſis vt ſic nõ ſint tributi niſi vel propter neceſsitatem vitæ, vel pp delectationẽ, ipſi nõ erunt amabiles ab aĩalibus vt ſic ſumptis, niſi amore concupiſcentiæ in delectatione, & in vtili ad vitã. Amabilis igitur erit ille principaliter ab his aĩalib⁹ vt ſic ſumptis, q eſt magis vitæ neceſſarius, & è quo maiorẽ delectationem ſumere põt, talis eſt tactus primo, & guſtus ſecũdo, igiẽ ſimpl'r & principaliter tactus eſt amabilis ab aĩalibus vt ſic. cõſequenter amabitur ille, qui ꝑfectior in vnoquoq; inueniẽ: veluti viſus ab aquila, olfatus à cane, auditus ab apro, & cæteri à cęteris, hic maxime amabiẽ ab vnoquoq;, qui potior eſt, non autẽ plus tactu & guſtu, quia ſolũ brutis ſenſus tributi ſunt ad neceſsitatẽ vitæ, & ad delectationem, & viſui aquilæ data eſt hęc efficacia pp neceſsitatem, & alijs ſimiliter. Conſequenter amabitur ſenſus, qui poſt hunc inueniẽ in aĩali perfectior, vt canis poſt auditum amabit viſum, nam plus cani ſeruit viſus poſt olfatum, aper poſt auditum amabit olfatũ, qui ſibi plus vitæ ſubſeruit, & ſic de cæteris. Eſt. n. difficile in oĩbus inducere ordinẽ, & principales ſenſus collocare. Sat eſt ſcire oẽ aĩal quatenus brutum, amare ſimpliciter, & primo tactũ & guſtum, è quibus neceſsitatẽ maiorem & voluptatem ipſam ipſa ſuſcipiũt poſt hos eum, qui potior eſt, & ſic cõſequenter pro qualitate bonitatis. *Quarta.* At ſi loquimur de hominibus, dico ꝙ amore dilectionis amãtur oẽs æqualiter, qa amabile amore dilectionis. i. quod in ſe habet rationem ꝑfectionis, & ſi nihil iuuet atq; nihil delectet. Modo aĩa eſt quoddam totum poteſtatiuum & ſenſus partes eius, & cũ pars ſit totius perfectio, igitur oẽs ſenſus æqualiter amabũtur amore dilectionis, cum omnes ſint æqualiter pares, & æqualiter perfectiones aĩæ, non conſiderato iuuamento eorum. Et in hoc errauit tertia poſitio, quæ dixit eiuſmodi ſenſus non eſſe perfectiones, hoc. n. falſum eſt, quia omne ens eſt bonũ & perfectũ, ſed quia non ſunt perfectiones ſimpliciter ideo non eſt neceſſarium illos cœlis cõpetere, quicquid Plato voluerit, qui ſenſum ipſis cœlis tribuit. Sed ſi loquimur de amore cõcupiſcẽtiæ, in delectatione vel in neceſsitate vitæ, vel in vtilitate ad ſcire ipſum, loq̃ poſſumus. Si loquimur de amore cõcupiſcentiæ quo ad vitæ neceſsitatem, oportet dicere, vt diximus in aĩalibus quatenus bruta ſunt, ſ. ꝙ primo & principaliter debemus amare tactum, poſtea guſtum, poſtea eum ſenſum, qui inuenitur vitæ magis vtilis: nec poteſt hoc ſpãliter declarari, q̈q̃ nõnulli velint, ꝙ poſt guſtum debeamus amare viſum, quia ſine viſu alimentum nõ poſſet quæri à longe. Poſt hũc auditum, quo & alimentum à longe quæritur, poſtea olfatum. Alij poſt guſtũ eſſe amandum olfatum, poſtea auditum, & demum viſum, & hoc quia viciniores ſunt tactui, ſed in hoc non eſt certa regula, igitur nũc tñ ſit notum ꝙ quo ad vitæ neceſsitatẽ debemus primo amare tactũ, deinde guſtũ, qui eſt aliquis tactus, deinde cæteros ſuo ordine, pro qualitate neceſsitatis. At ſi de amore cõcupiſcentiæ quo ad vitæ voluptatẽ, credo ꝙ principaliter debet amari tactus, & deinde guſtus, quia potiſsima voluptas eſt coitus & cibi, quæ potiſsimũ ꝑ hos duos expletur, & tanto plus per tactum quanto generatio eſt voluptuoſior nutritione. Poſt hos non video regulam. Nam alij nimis in videndo oblectantur: vt hi q̃ *Varia ſenſuũ oblectatio.* habent venerem in ariete, in eorum natali cum ambobus luminaribus benefica cõfiguratione coniunctam. Hi. n. ſunt qui videre antiquas res, & ſtatuas, & oĩa ad viſum pertinentia nimis oblectantur. Alij in audiendo, vtpote hi qui venerẽ in ariete habuerũt bene cũ Saturno & Marte cõfiguratã. Hi nãq; ſunt quibus placet muſica, & omnis res pertinens ad auditũ. De his põt haberi regula per aſtronomos, quam nunc omitto, ſat ſit ſcire tactum & guſtũ quo ad delectationẽ eſſe primo amabiles poſt hos eũ, quo plus oblectamur, deinde cæteros, pro ratione voluptatis. Si vero loquimur de amore cõcupiſcentiæ quo ad vtilitatẽ, quã nobis præbẽt ad ſcientiam, quæ eſt propria hoĩs ꝑfectio, dicerẽ ꝙ quo ad inuentionem primo debet amari viſus, qui eſt ſenſus inuentionis. Conſequenter ſuo ordine alios pro qualitate qua inuentioni ſubſeruiunt, de quibus eſt difficile dicere. Quo vero ad doctrinã vel diſciplinã debet amari auditus, qui eſt ſenſus diſciplinæ, & nullus alius quia nullus alius facit ad diſciplinam, vel ſi faciunt debent amari pro qualitate qua diſciplinæ ſeruiunt. Non obſtantibus omnibus his dicẽdũ ꝙ viſus eſt ab hoĩbus ſimpliciter primo amandus, *ꝑ te. dilu.* nam ſenſus ſimpliciter & abſolute alijs perfectior debet ab oĩbus ſimpl'r & abſolute primo amari, viſus eſt huiuſmodi, vt iuniores metaph. Egidius, & Ioannes, & alij oẽs enituntur probare, eo quia eſt ſimpliciter magis cognoſcitiuus, qđ ſolent perſuadere ex quatuor. 1. ex parte obiecti. 2. ex parte organi ſiue viſorij. tertio ex parte medij. 4. ex parte actus ſentiendi, vt multis rationibus demonſtrant, quas vt breuitatis amicus omitto, qa nemo in illis diſcordat. Ex his patet viſum eſſe ſimpliciter primo ab hoĩbus amabilẽ qui *Conſequutiones pulchræ.* ſecundum quid põt eſſe minus amabilis, vtpote quatenus vel minus vitæ neceſſarius eſſet, vel quatenus minus oblectaret. Simpl'r autem eſt primo amabile, veluti ipſum ſcire à nobis eſt primo & principaliter amabile. Amplius patet aliquẽ ſenſum vt tactũ & guſtũ eſſe magis amabilẽ ẜm quid, vtpote quatenus plus vitę, & oblectationi conferret qui abſolute minus eſſet amabilis, quatenus abſolute minus faceret ad ſcire, quod eſt à nobis principaliter expetibile. Qui vero in quæſito ſcripſerunt, adeo confuſe loquuti ſunt, ſi qua fructuoſa ipſi dixerunt, eorũ dilucidatio eſſe debet vt diximus. Nã illa eſt mens Ariſt. & Alex. & Auer. vbiq;. *Dubĩ Egi.* Solet dubitari quo nam modo dilectio ſenſus ſiue viſus ſit ſignum dilectionis ſcientiæ: vt Ariſt. ait in tex. Videẽ. n. ꝙ nõ. Primo, quia ſignũ alicuius præſupponit illud eſſe, ſed ſcĩa non eſt delectabilis maxime in hoĩe ignaro, igitur dilectio ſenſus nõ eſt cauſa dilectionis ſcĩæ. Scđo vt ſenſus ad ſcĩam, ita dilectio ſenſus ad dilectionem ſcĩæ, ſed ſenſus eſt cauſa ſcĩæ, igiẽ dilectio ſenſus eſt cauſa dilectionis ſcĩæ. Tertia probatio à ſigno eſt dialectica, modo ſyll's dialecticus nõ cõuenit metaphyſico. *Solutio.* Pro ſolõne,

 aĩaduerte

animaduerte vt Philop. inquit σημεῖον, quod latine eſt ſignum, generatim eſt quicquid apprehenſum ducit in alterius rei notitiam, & hoc pacto etiam cauſa eſſe põt ſignum ſui effectus, ſpeciatim vero eſt quicquid apprehenſum ab intellectu ducit in notitiam alicuius rei, quæ non eſt ſua cauſa, & hoc modo vnum cõtrarium eſt ſignum alterius, è quo ſumitur locus à contrario. ſimilr fumus qui fit in arce, ſignũ eſt aduentus hoſtium. Amplius vnum ſimile põt eſſe ſignũ alterius, è quo locus fit à ſimili. Preſſius ſignũ dr quicquid apprehenſum ab intellectu ducit in cognitionem ſuę cauſæ, vt. d. Phil. Tũc dico, ꝙ ſenſus & ſcīa põt cõparari ad tertiũ, videlicet, ad aliqđ cõe in quo conueniunt, vtpote ad habitũ, ambo. n. ſunt quodammõ habitus, & põt comparari inter ſe. Tunc dico, ꝙ ſi cõparãtur inter ſe, dilectio ſenſus eſt ſignum dilectionis ſcīæ, quia ſcīa eſt finis ſenſuum, & ſenſus ſunt media in finem, & quaſi effectus ſcīæ, iõ dilectio ſenſuũ eſt ſignũ preſſe dilectionis ſcīę, quia apprehenſum ducit in cognitionem cauſæ. Et econtra dilectio ſcīæ eſt ſignum generatim ſumptum dilectionis ſenſus, quia eſt illius cauſa. At ſi comparẽtur ad tertiũ, dilectio ſenſus eſt ſignum ſcđo modo dilectionis ſcientiæ, quia vt ſit neutrũ eſt cauſa alterius, & vnũ eſt alio notius, ideo dilectio ſenſus, quæ eſt notior eſt ſignũ dilectionis ſcīæ, Sic igitur ſumendo ſignũ generatim dilectio ſcīæ eſt ſignum dilectionis ſenſus, & hic ſi ſenſus & ſcīa comparantur inter ſe, dilectio vero ſenſus eſt ſignũ preſſe dilectionis ſcīæ, at ſi comparantur ad tertium dilectio ſenſus eſt ſignũ ſcđo modo dilectionis ſcīæ. Hæc de dubõne, quã Egidius mouit, & Alex. Tunc ad rões dubõnis. Ad primã dico, ꝙ ſcīa eſt in eſſe intentionali præconcepto ab oĩbus hominibus lumine naturali intellectus. Ad ſcđam negatur ſimilitudo, ſenſus. n. eſt cã eſſendi ſcīæ, non tñ dilectio ſenſus eſt cauſa dilectionis ſcīæ, media enim ſunt cauſæ finis, non tamen dilectio mediorum eſt cauſa directionis finis: immo potius finis dilectio, eſt cauſa quare diliguntur media in finem. Ad tertiam dico, ꝙ ſigna ſecundo modo ſunt dialectica argumenta, non autem ſigna tertio modo, & hoc pacto loquitur Ariſt. Hæc ad dilucidationem.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam dico, ꝙ ratio concludit, auditũ facere magis ad ſcientiã diſciplinæ, & ita eſſe magis amandũ viſu quo ad ſcīam diſciplinæ. Simpliciter aũt viſus magis debet amari, vt dictum fuit in dilucidatione. Alij vero dicunt auditũ per accñs facere magis ad ſcire, viſum per ſe, & totum põt ſtare, pro quanto voces ſunt oĩbus ſenſibilibus & inſenſibilibus impoſitæ, quorũ eſt auditus. Ad ſcđam dico, ꝙ viſus eſt certior tactu ſeorſum, q̃q; autem præferatur tactus quando cum eo concordat viſus, & quando dicit Ariſto, ꝙ tactus eſt certiſſimus in hoīe, ipſe loquitur per cõparationem ad cætera aĩalia. Nam in tactu homo excellit cuncta animalia. Et ſi dicatur ꝙ tactus ſentit vt vnitus obiecto, igitur certius. negãda eſt conſequentia, quia illa vnio eſt materialior, & materia eſt impeditiua cognitionis ſm peripateticos. Ad tertiam quicquid ſit de vnitate tactus, dici poteſt tactum eſſe plurium contrarietatum, nõ autem plurium differẽtiarum, nam viſibile continet ſub ſe plures ſpẽs, quam contineat tactile, quarum ſunt plures drię. Et per idem ad confirmationem, negatur ꝙ tactile ſit in plus quam viſile, licet ſit in plus quã color, tñ color non eſt obiectum æquatum viſui, ſed cõe innoĩatum ad colorẽ & lucem. Ad tertiam principalem dico, ꝙ ratio concludit ꝙ tactus ſit magis diligendus ſm quid, vtpote quatenus facit ad vitam & ad declarationem, at viſus ſimpliciter, quatenus facit ad perfectionẽ ſimpliciter. Alij aliter dñt, & recte, quos lege. Ad quartam patet ſolutio per ea quæ diximus in dilucidatione. Ad quintam dici põt ꝙ non ꝑpea quia per tactum diiudicamur ſapientiores, ſumus per illum ſcientiores, eſt. n. illæ ſignũ per accñs ſapientiæ, quatenus eſt ſignum complexionis. Ad ſextam patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt in dilucidatione, & ad primum. Ad ſeptimam dico, ꝙ impediunt, quando tota intentio eſſet ad ſenſus, ſed quãdo ſenſus ordinãtur ad felicitatẽ, iuuãt. Ad octauã iterũ patet ſolõ ꝑ ea q̃ dicta ſunt in dilucidatione. Hæc de diſputatiõe.

*Et propter hoc alia quidem prudentia ſunt, alia vero diſciplinabiliora non potentibus memorari. cir. tex.*

## DISPVTATIO SEXTA
### De Brutorum Prudentia.

*Num prudentia ſit in Brutis animalibus.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Arg. Ant.

QVod in brutis nõ ſit prudentia. Primũ arguunt, quia in brutis non eſt recta ratio agibilium, igitur nec prudentia, tenet argumentum per Ariſ. 6. Ethi. cap. 4. vbi dicitur ꝙ prudentia eſt recta rõ actibilium. Secundo in brutis non eſt collatio præteriti cum futuro, quia ſic eſſet diſcurſus, igitur nec prudẽtia, tenet argumentum, quia prudentia eſt prouidentia futurorum cum memoria præteritorum, ſiue collatio præteriti cum futuro, vt. 6. Ethi. ẽt dicitur. Tertio bruta non cognoſcunt niſi ſenſibilia quia nõ cognoſcũt, niſi per ſenſus, at per ſenſus non cognoſcunt niſi ſenſibilia cõmunia aut ꝓpria, igitur bruta nihil cognoſcunt: niſi ſenſibile cõe vel ꝓpriũ, ſed prudẽtia eſt nociui & vtilis, igitur in illis nõ eſt prudẽtia, nã nocuũ vel vtile non eſt ſenſibile, nec cõe, nec ꝓpriũ. Quarto arguitur, prudẽtia eſt melior arte, ſed bruta parum arte participant, igitur nihil prudentiæ. Quinto ſi in brutis eſſet prudentia, eſſet propterea, quia in eis eſt memoria, ſed memoria nõ ſufficit, quia non eſt niſi neceſſariorum. Præterea enim quorum eſt memoria ſunt neceſſaria, vt dixit Agaton, at prudentia eſt contingẽtium, igitur vltra memoriam debet eſſe aliquid, ratione cuius ſit contingentia. Sexto bruta agunt à natura vt patet. 2. Phy. igitur non à prudẽtia. In oppoſitum eſt Ariſt. qui dicit ea animalia habere prudentiam, quæ habent memoriam.

Argu. Egi.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Quid brutum & quot brutorum gradus.

BRVTVM omne aĩal eſt, quod rationis eſt expers, vt dicit expoſitor, eſt autem in triplici gradu conſtitutum, vt Ariſt. in tex. ait. Bruta quidem primi gradus ea ſunt: quæ ſenſum hñt non tamen memoriam, nec auditum, vt ſunt zoophita animalia quæ quaſi media ſunt inter plantas & aĩalia, hic nec prudentiæ, nec diſciplinæ ſunt capacia. Bruta vero ſecũdi gradus ea ſunt, quæ ſenſum hñt & memoriam, nõn aũt auditum vt apes, formicæ, & aranei, quæ quia memoriã habent prudẽtiæ ſunt participia, non aũt diſciplinæ, quia auditu carent. Tertia ſunt, quæ vltra ſenſum, & memoriã, etiã auditũ hñt, vt æquus, canis, & id genus, hæc quia memoriam habent, ſunt prudentiæ participia, quia etiam auditum, ſunt diſciplinę capacia, hic eſt tertius brutorum gradus, nõ datur quartus, vt recte expoſitor notat videlicet, eorũ quæ habeant ſenſum, & auditũ, & memoria careant, quid igitur ſit brutũ, perſpicuũ eſt. Prudentia in 6. Ethi. definita

Quid prudentia & quot.



definita eſt, dictaq; non niſi quatenus eſt prouidentia de futuro. Nunc vero triplex exiſtit. Alia quidem rationalis, quæ humana dicit, & hæc eſt recta ratio actibilium, hæc eſt prouidentia futurorum, cũ memoria præteritorũ. Hæc eſt collatio cõſultiua quæ differt à ſapientia, quatenus ſapiẽtia prouidet futura per cauſas ſupernaturales, vt faciunt aſtronomi, prudentia vero ex memoria præteritorũ & collatione præſentiũ. Alia aĩalis, hæc eſt illa, quæ animalibus ineſt quæ memoriam habent, & eſt quædã regula, qua prouidẽt de cõmodo vel incõmodo ex his quæ præterierunt. Alia eſt naturalis, quæ eſt quædam naturalis regula qua animalia prouident naturaliter futurũ commodum & incõmodum. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Põ prima.

PLINIVS libro. 8. hiſtoriæ naturalis viſus eſt concedere oẽm prouidentiã brutis, vt naturalẽ, aĩalem, & rationalem. Et qui legit ea quæ ſcribit de Elephantis, inueniet quædã quæ non põt tribui niſi prudentiæ rõnali, veluti obedientiã, gloriæ voluptatẽ, probitatẽ, æquitatem religionem, ſyderum, ſolis & lunæ venerationẽ, docilitatẽ, cũ reges adorent, genua ſubmittunt, & coronas porrigunt & alia multa, quæ videntur rõnalia. Mucianus ter conſul auctor eſt aliquem ex Elephantis & literarũ ductus græcarũ didiciſſe, ſolitũq; ꝑſcribere eius linguæ verbis. Hæc Plinius. De lupo & vulpe lege, quę ipſe eodẽ libro ſcribit. Ego non ſemel in venationibus obſeruari leporem, qui è canibus euaſerat, cũ prope luculum applicaſſet, proieciſſe varios hac illac ſaltus, vt canes diſtincti loci olfatũ amitterẽt, qđ eſſe nõ põt ſine rõne. Lege quæ de Pigmeis ſcribit Ariſt. in lib. de hiſtoria aĩalium, & de hoĩbus marinis, quos refert Albertus. Huius autem opinionis forſitã rõ illa eſt, ꝙ aĩa eſt vna ſpecie in cunctis aĩalibus, ita vt rõnalis ſit oĩs, vt auctores ſunt Pytha. & Democritus. Quod ſi ita eſſet, proculdubio concedendum eſſet omne quod Plinius ait.

Põ ſecunda.

Alij quorum videtur Albertus, omninõ à brutis abnegarunt prudentiã, dicentes eã quã Ariſt. illis tribuit nõ eſſe niſi ſagacitatem quãdam naturalem, ſiue inſtinctũ quo agunt bruta, quæ dicitur prudentia aliquo modo, quatenus reſpicit futurum, & procedit per modũ prudentiæ humanæ. Huiũs poſitionis videtur Expoſitor in textu, qui ita dicit. Inditium aũt de rebus agendis non eſt ex deliberatione rõnis, ſed quoddã naturæ inſtinctu prudẽtia in alijs aĩalibus dicit. Vñ prudẽtia in alijs aĩalibus eſt naturalis æſtimatio de cõuenĩetibus proſequendis, & de fugiendis nociuis, ſicut agnus ſequitur matrẽ & fugit lupũ. Hæc Expoſitor. In quibus velle videtur non eſſe aliam prudẽtiam in brutis pręter inſtinctum, ſiue naturalẽ æſtimationẽ. Quidam intellexerunt hanc poſitionem, ꝙ velit prudentiam eſſe nõ ſolum ad ea ad quæ ſe habẽt bruta cõtingenter, ſed ad ea quæ conſequuntur totam ſpeciem, ad quæ ſe habent neceſſario. Et tunc obijciunt primo quia memoria eſt pars prudentiæ, vt dicitur in litera. Sed actuum naturaliũ nulla fuit memoria, quia formica nata in æſtate ſtatim colligit grana ſine memoria præteritorum, igitur non per prudentiam. Secundo circa ea quæ conſequuntur ſpeciem, non agunt bruta, ſed quaſi aguntur, ſiue neceſſitantur: igitur ad illa non erit prudentia. Egidius vero directe obijcit Expoſitori, quia tunc in omnibus animalibus eſſet prudentia contra Ariſt. in textu. Et argumentum deducitur, quia in oĩbus eſt quædã naturalis æſtimatio fugiendi nocuũ cũ pungunt, & proſequendi proficuũ: cũ pabulatur. Secundo fortius arguo ego ꝙ hoc dato æque prudẽs eſſet brutum ſenex, & iuuencũ. Deducitur quia naturalis æſtimatio ſiue inſtinctus eſt conſequens ſpẽm æqualiter, & à natura. Quidam igitur dixerunt ꝙ in brutis eſt prudentia reſpectu eorum ad quæ ſe habent contingenter, quia (vt Egidius declarat) vt in hoĩbus prudentia eſt quædã regula agẽdi circa ea quæ poſſunt bene & male homini euenire, vt circa media in finem, nõ circa finem, ſic in brutis prudentia eſt, regula quædam circa ea quæ poſſunt difformiter accidere, circa ea vero quę ſunt vniformia nulla eſt regula, ideo nulla eſt neceſſaria prudẽtia. Sed hoc nõ placet: quia formica æſtate genita colligit grana, & non niſi quatenus prouidet hyemis neceſſitatẽ, igitur à prudentia egit. Vnde dicitur in libro de hiſtoria, ꝙ quædam animalia naturaliter naſcuntur alijs prudentiora vt formica, & apes. Hæc de poſitionibus.

Quæ quidã de hac poſitione.

Poſitio. 3.

Confutatio.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

IVXTA diſtinctionem poſitam in titulo diſputationis dico primo, ꝙ in brutis non eſt prudentia rationalis. Secundo, in ipſis brutis inſtinctus naturalis, ſiue eſtimatio naturalis eſt naturalis prudentia reſpectu actuum neceſſariorum. Tertio dico, ꝙ memoria præteritorũ eſt regula ſiue prudẽtia animalis reſpectu actuũ contingentium, & difformium in brutis. Primum declaratur, quia bruta non congregantur ad conſultandũ de fine ante aduentum finis, vt nemo eſt qui dubitat. At homines de medijs in finem conſultant. Secundo, bruta non ſunt neutra circa conſultationem de medijs, at homines neutro modo opinantur. Secundum declaro, nam formica, æſtate genita prouidet neceſſitatem hyemis, & certum eſt, hoc ipſam agere à prouidentia, igitur à prudentia, & non per memoriam, igitur per inſtinctum naturalem, & ſic talis inſtinctus eſt regula agendi, ſiue prouidendi. Et ita hic naturalis inſtinctus, erit naturalis horum prudentia. Et hoc patet per Ariſt. in primo hiſtoriæ de animalibus: vbi dicit ꝙ ſunt quædam animalia naturaliter alijs prudentiora, igitur eſt aliqua naturalis prudẽtia. Tertium etiam deducitur, quia regula qua bruta prouident de futuro commodo vel incommodo ex his quæ viderunt, eſt prudentia animalis in talibus. Memoria eſt regula qua prouident de futuro cõmodo vel incommodo ex his quæ viderunt, igitur memoria eſt animalis prudentia. Ex his ſequitur ꝙ vtraq; regula qua prouident de futuro cõmodo vel incommodo, eſt prudentia, licet differãt, quia prudẽtia naturalis eſt inſtinctus naturalis, quo prouident de futuro commodo vel incommodo ad quæ ſe habent conformiter. Prudentia vero aĩalis eſt memoria, qua prouident de futuro commodo vel incõmodo ad quæ ſe habent difformiter ex his, quæ præterierũt: Sed contra prudentiam hanc naturalem videntur eſſe rõnes, quæ procedebant contra expoſitorem, & rõnes Egidij, & mea contra eundem. Amplius etiam obijci poteſt, quia tunc pueri eſſent prudentes contra Ariſtote. in lib. problematum parte. 30. deducitur quia inſtinctu naturæ poſſunt regulari ad aliquod commodum vel incommodum. Dico ad hæc. Ad primam, ꝙ memoria præteritorum eſt prudentia animalis vel pars prudentiæ animalis, & hac prudentia animali, formica non colligit grana ſi æſtate oritur, ſed bene per prudentiam naturalem, de qua hic non loquitur. Ariſt. ſed in lib. de hiſtoria, vbi ait eſſe nõnulla aĩalia à natura prudentiora alijs, vt formica & apis, & id genus. Ad ſecundã ꝑ idem dico,

Excerptum,

Dubões.

Solutio.

dico, ꝙ eorum ad quæ neceſſario ſeſe hñt non eſt prudentia animalis. Sed quatenus ſunt futura, eorũ eſt prudentia naturalis. Ad tertiam Egidij dico, ꝙ in oĩbus eſt quædam naturalis æſtimatio, ſed non de futuro cõmodo vel incõmodo. Vnde zoophita & animalia carẽtia memoria, licet naturali inſtinctu fugiant vtile vel moleſtũ, hoc eſt dum punguntur, vel pabulantur, non aũt ante aduentum cõmodi vel incommodi, & ſic talis æſtimatio naturalis non põt dici prudentia, cum nullo pacto futurum ſed pñs tm̃ reſpicit. Ad rationem meã dico ꝙ prudentia naturali æque prudens eſt ſenex & iuuencum. At prudentia animalis quæ eſt memoria præteritorum non eſt æqualis in vtroq;. Ad vltimam rõnem de pueris, qui nunc æducuntur, forte non eſt prudentia aliqua, quia de futuro non prouident nec per memoriam, nec per inſtinctum, ſed ſolum in eis eſt quędam naturalis æſtimatio de pñti commodo vel incommodo, quæ non dicitur prudentia. Et ſi eſt in illis aliqua prouidentia de futuro, non eſſet abſurdum tribuere illis naturalẽ prudẽtiam. Ex ijs apparet non dici prudentiã, niſi quatenus reſpicit futurum. Verum reſpicere futurum põt eſſe, cum diſcurſu pñtium, ex memoria præteritorum, & hæc rõnalis prudentia, vel ex ſola preteritorum memoria, & hæc eſt animalis, vel ex ſola naturali æſtimatione ſiue inſtictu naturali, & ſic eſt naturalis prudẽtia.

*Exceptum.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ex his facile rñdetur. Ad primam ꝙ Ariſt. loquitur de prudentia rõnali, non aũt de alijs. Ad ſecundũ quidam concedunt collationem imperfectam; ego vero dico ꝙ ſi per collationem intelligitur diſcurſus rõnalis, in illis non eſt collatio: ſed ſi intelligitur per collationẽ memoria eorum quæ contingerunt bruto, ſic poteſt cõcedi. Dictum eſt enim memoriam eorum quæ viderunt eſſe animalem prudentiam. Ad tertiam dici poteſt quòd futurum commodum vel incommodum cognoſci poteſt dupliciter, vel inſtinctu, & hoc pacto formica æſtate genita cognoſcit hiemis neceſſitatem. Vel ex his quæ prætereierunt, & hoc pacto ſagax vulpis cognoſcit canum periculum ex his quæ ſæpe prætereierũt. tunc dico, ꝙ pro incommodo cognito primo modo ponitur prudentia naturalis pro ſecundo ponitur prudentia aĩalis. Et concedo ꝙ commodum, vel incõmodum cognoſci poteſt per ſpẽm elicitam à ſenſilibus, licet non cognoſcatur à ſenſibus exterioribus, propter illorum imperfectionem, at potentiæ interiores cum ſint præſtabiliores, poſſunt elicere intentionem commodi vel incommodi, licet non fuerit ſenſibus exteris præcepta vt de oue ſpeciẽ inimicitiæ Lupi percipienti dr̃. Ad quartam dico, ꝙ prudentia rõnalis eſt melior arte, non autem prudẽtia alijs modis dicta. Ad quintam dico, ꝙ bruta non ſunt prudentia per hoc ꝙ faciant præterita eſſe futura, ſed ex memoria eorum quę preterierunt parant ſe ad futura, & ſic rõ non eſt ad propoſitum. Ad ſextam patet ſolutio. Ad Plinij experiẽtias de elephantis, lupis, vulpe, & lepore. Solutio eſt aĩalia illa agere non à conſilio, ſed ab aſſuetudine, quæ aſſuetudo eſt vel memoria præteritorum, vel habitus quidã cognoſcitiuus non ſine memoria. Ex his apparet primo contra Pliniũ non eſſe rationalem prudentiam in brutis, quia non eſt congregatio eorum ad conſultationem, nec controuerſia opinionum. Secundo apparet ꝙ reſpectu eorum, ad quæ bruta ſeſe habent conformiter eſt prudentia ſaltẽ naturalis, quia aliter non naſcerentur quædam prudentiora quibuſdam, cuius contrariũ. d. Ariſt. in lib. de Hiſtoria aĩaliũ, & hęc prudẽtia eſt naturalis æſtimatio, ſiue naturalis inſtinctus quo mouenť ad ꝓuidendũ de futuro cõmõ vel incõmodo, licet nõ ſit præuiſum, nec præeſtimatũ. Tertio apparet ꝙ reſpectu eorũ ad quæ ſe hñt diſformiter, eſt prudentia aĩalis, q̃ eſt ſola præteritorum memoria, & hæc eſt põ Ariſt. in litera. Hæc de. 6. diſput.

*Excerptum. totius diſpu. cõtra cæteros.*

*Contra expoſitores.*

*Hominibus autem ſcientia & ars per experimentum euenit. experientia quidem enim artem fecit. circa tex.*

## DISPVTATIO SEPTIMA

De Generatione artis & ſcientiæ ex Experimentis in duas Quæſtiones Diuiſa.

1 *Num Ars & ſcientia ex experimentis generetur.*
2 *Num Certius operetur artifex experto ſine arte.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Rationes ant. and.*

QVod ars non generetur ab experimento. Primo, quia tunc in generatione artis committeretur fallacia cõſequentis, deducitur argũ, q̃a experimẽtũ eſt ex multis memorijs. Ars vero in oĩbus, vt in litera patet, ſed à pluribus ad oĩa: fallacia eſt cõſequentis. Secũdo ex cognitione quia, non generatur cognitio ꝑꝑ quid. Sed experimẽtum eſt cognitio quia, ars autẽ eſt cognitio propter quid, vt dicitur in textu, igitur ex experimento non fit ars. maior patet, quia generans debet eſſe præſtantius genito, eſt autẽ cognitio, quia ignobilior cognitione ꝑꝑ quid. 3. ars in nullo genere cauſæ fieri poteſt ab experimento, igitur ars non generatur ab experimento. Añs probatur, quia experimentum non eſt cauſa finalis artis, quia præcedit artem, & finis vult eſſe vltimum. Nec eſſe poteſt cauſa formalis vel materialis, quia materia & forma ſunt partes rei, at experimentũ non eſt pars artis. Nec poteſt eſſe efficiens, quia non vniuocum, q̃m experimentũ eſt cognitio alterius ſpẽi ab arte. Nec ęquiuocũ, quia experimentum eſſe præſtantius ipſa arte. Quarto ars & ſcĩa inſunt nobis à natura, igiť non generatur ab experimẽto, Añs probauit Plato in Menone, introducens puerum rñdere ad oẽm interrogationẽ à principijs vſq; in cõcluſionẽ. Quinto ſi ars fieret ab experimẽto, nõ fieret niſi à pluribus experimẽtis, veluti vnũ expimentũ nõ fit niſi à pluribus memorijs. Sed multa experimenta ſunt multæ cognitiones, quæq; ſunt multa accñtia, & hæc in nulla vna virtute aĩæ eſſe pñt, igiť vllo mõ ars ſit ab experimentis. Sexto ex continuo mutabilibus nõ fit immutabile, experimentum eſt mutabile, quia eſt ſenſibile, quod eſt variabile, vt dicitur. 7. Met. & ars eſt inuariabilis, igitur non fit ab experimento. Septimo arguunt vľe non fit à ſingulari, quia ſingulare & vľe ſunt idẽ eſſentialiter, igiť nec cognitio ſingularium quæ eſt experimentum generabit cognitionem vľium, quæ eſt ars. Octauo qđ eſt in vna virtute nõ põt generare id qđ eſt in alia virtute, ſed experimentum eſt in virtute experimentatiua, quæ eſt cogitatiua, ars vero & ſcĩa ſunt habitus intellectus vt. 6. Ethic. tradit Ariſt. cap. 4. Nono tunc nullus artifex eſſet inexpertus, contra Ariſt. in tex. deducitur, quia ars non niſi ab experimento generari poteſt. 10. ab experimẽtis generantur principia artis, vt dicitur in. 2. Poſter. igitur non ars, q̃a principia artis non ſunt ars ipſa. Vndecimo ab incerto non gñať certũ: ars & ſcĩa ſunt certe, vt dr̃. 6. Ethi. experimentũ fallax, vt. d. Hippo. Duodecimo arguũt nullũ agens agit vltra gradũ propriũ, expimẽtum eſt materiale, ars immãlis & intellũalis, igiť expimẽtũ nõ gñat artẽ. 13. de ſubiis abſtractis eſt ſcĩa ſiue ars, q̃ tamẽ non

*Rõnes Ioan.*

*Rationes Dominici.*



*Rõnes auctoris.*

non poteſt generari ab experimentis, cum non cadant ſub ſenſu: igitur non omnis ars ſiue ſcĩa fieri põt ab experimento. Quartodecimo medicatiua eſt ars, & hæc non generatur ab experientia, quia (vt Auic. inquit) habeat artẽ quis agere põt, & ſi nunq̃ opatus fuerit. Quintodecimo qui ſemel videt demõſtrationẽ illius concluſionis ꝙ oĩs triangulus habet tres: artẽ acquirit, & nõ per experimẽtũ, quia ex vna ſola ſenſatione, experimentum eſt multorũ. Sextodecimo ꝙ ſtellæ fixæ mouean tur in centũ annis gradu vno ſciť, & nõ per experimentum, quia nemo põt viuere centũ annis, & ſi põt viuere cẽtum annis nõ põt ſcire ꝙ motus ſtellarũ fixarũ ſit in 36. millibus annorũ. 17. qui eſſet ſupra lunã videret lunam eclipſari per vnicã interpoſitionẽ ſenſatã, & tamẽ non per experimentũ. 18. ſi ita eſſet, tunc nullus poſſet inuenire aliquid in arte ſiue ſcĩa, niſi per experimentũ: hoc eſt falſum: quia multa diſcimus poſt cognitionẽ primorum principiorum ſine experimento, vt quod tria ſunt principia rerũ naturaliũ, ꝙ quatuor ſunt cauſæ, & id genus, quorũ nullũ habuimus experimẽtum. 19. ſcĩa quæ habetur à doctore, acquiritur, & non per experimentum, igitur concluſio falſa. 20. intellectus eſt æternus apud Auer. & vnus oĩum, igitur oẽs artes & oẽs ſcię ſunt æternæ, & vna res in oĩbus, & per conſequẽs non poſſunt generari de nouo. 21. ſi generatur ars de nouo ab experimentis, aut generatur in intellectu, vel in aliqua virtute ſenſitiua, non in ſenſuum aliquo, quia ars eſt vniuerſalium, ſenſus nõ niſi ſingularium, nec in intellectu quia æternũ & ſimplex nõ põt recipere nouũ & genitũ. 22. æternũ non generatur ars & ſcientia ſunt æternæ, quia neceſſariæ & de neceſſarijs, igitur non fiũt ab experimentis. In oppoſitum eſt Ariſt. in tex. qui ait ex memorijs fieri experimentum experimentis artem.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid experimentum.*

ARS in diſputatione audienda eſt vt cõis ſciẽtijs practicis & ſpeculatiuis, hoc. n. modo ars etiã à peripateticis conſueuit ſumi. Experimentũ multifariã definiri ſolet. Sed in propoſito per experimentũ intelligo quo ad materiale plura ſingularia ad vnũ conuenientia in memoria obſeruata, quo ad formale vero intelligo eorum collationem. Erit igitur experimentũ quędã ſingulariũ memoratorũ & cõuenientium ad vnum collatio. Sunt qui faciũt differentiã inter experientiã, & experimentum, volentes experimentum eſſe propoſitionẽ quæ ex pluribus concluditur memorijs, experientiam autẽ eſſe cognitionẽ propoſitionis, ꝙ nihil eſt, quia idem eſt demõſtratio & demonſtratiua ſcĩa ẽm oẽs græcos, vt patet per Alexãdrum, & Philop. primo Priorũ, igitur idem erit experimentũ, & experimẽtalis cognitio. Gñari hic accipiť nõ pro motu alteratiuo cũ corruptione alterius. Sic. n. in pte aĩæ nihil generať. Accipiť igiť gñari ꝓ depẽdere ĩ aliquo gñe cauſæ, maxĩe efficiẽtis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

ACHADEMICI in rationali anima conſtituerunt multas virtutes, quarum prima eſt Mens, huic cognata & ſecunda eſt Dianæa, poſt hanc opinatiua, poſt hanc eſt Imaginaria, omnium vltima eſt vis cõis. Memoratiuam nullam præter has faciunt, quia omnes ſunt ſuis cognoſcibilibus perfectæ. Has perfectas ponunt, vnãquãq; ſuo conuenienti, vt mentem cognitione principiorum vniuerſalium, & oĩum idearum, dianæam cognitione rerum naturalium, opinatiuam cognitione, probabilium, imaginariam, plenam apparentibus, & ſophiſticis, quibus Socrates, Plato, & Plotinus dicũt prima principia artiũ nobis nõ deforis accedere, nec concluſiones, ſed hæc quæ ſunt nobis detenta reuocari dicunt à præſidio ſenſuum, qua rõne ſenſus ipſos cauſam dicunt ſcĩæ non effectricem, quia nec principalẽ, nec inſtrumentariã, ſed cauſæ ſunt vt remouentes impedimentum. Ex quibus coguntur dicere noſtrum ſcire eſſe reminiſci non de nouo. Huius opinionis fuit Pythagoras, aſſerens animam his perfectionibus eſſe plenam, propterea quia infinities corpora intrauit, & infinities exiuit, & ſemper quoties intrauit didicit: ita vt tandẽ omnibus ſit effecta plena ſcientijs atque artibus. Empedocles vero in idem venit dicens animam eſſe commiſtã ex omnibus formis eo quia omne quod cognoſcitur, ſuo ſimili cognoſcitur quare cum omnia cognoſcat, ex oĩbus eſt, & per conſequens ſcire non eſt de nouo. Iamblicus poſitionem hanc perſuaſit in his quæ circa Menonẽ ſcripſit, quia nulla forma imperfecta æditur, quãto magis anima rationalis, quæ eſt maxima formarum: igitur rationalis aĩa perfecta ædi debet. Sũt autem eius ꝑfectiones artes & ſcĩæ, igitur ſine his ædi nõ debet. Hanc poſitionem cogitur ſuſtinere. Auer. Ipſe. n. tenet intellm̃ æternũ & vnũ oĩum: igitur cum nunquã deſint hoĩes nunquam deerit aliqua ſcientia vel ars ipſi intellectui, quantum. n. deperdet ex corruptione. Socra. tantum conſeruat ex vita Platonis, & quantum ex morte Platonis omittit, ſibi tm̃ tribuet Ariſto. quare cũ hoĩes perpetui & artes perpetuæ ſint, intellectus ſemꝑ æque perfectus habebitur, & per conſequẽs intellectus nihil de nouo diſcet. Hãc poſitionẽ expreſſe in. 3. de anima fateť, vbi ait intellectũ eſſe perfectũ in maiori parte ſubiecti. Præterea expreſsius in. 7. phy. hanc opinionem conceſſit Them. etiam & Theophra. & omnes qui vnicum oĩum hominum intellectum eſſe fatentur, vt Simpli. & Alex. ſcire eſſe quoddam reminiſci coguntur dicere, quia ipſum non poſſunt ponere de nouo fieri in intellectu, quia ſpẽs eſt æterna, & ſemper perfecta, & intellectus eſt vnus totius ſpeciei, quare oportet dicere ſcire noſtrum eſſe reminiſci. Ioan. fingit pro parte contraria, intellectum eſſe in ſe perfectũ, non autem in me vel in te: quoniã deficiunt intentiones imaginariæ quę ſunt cauſæ ſcientiæ. Sed hæc eſt leuis euaſio, nam intellectus non dicitur perfectus in ſe perfectione alia, ab ea qua eſt perfectus in iſto vel in illo, quia tunc darentur duæ ſcientiæ eiuſdem rei, altera qua intells̃ eſſet in ſe perfectus, altera qua eſſet perfectus in iſto vel illo. Hoc autem eſt à ſeculo inauditũ, quia ſemper audiui ab Ariſto. vnius & eiuſdem rei nõ eſſe niſi vnam ſcientiam reſpectu vnius & eiuſdem intellectus. Præterea ſi eſſent iſtæ ſcientię duæ eiuſdem rei in intellectu, vel eſſent eiuſdem ſpeciei, vel diuerſarum, nõ diuerſarũ, quia ſciẽtiæ diſtinguunť per obiecta, modo idem eſt vtriuſque obiectum nec poſſunt eſſe eædem quia tunc plura accñtia ſolo numero dña eſſent in eodem ſubiecto quod non concederet, ſed de his obiter dictum eſſe volumus quia in lib. de aĩa & de intellectu diximus. Nunc autem ſit vſq; adeo manifeſtum, ꝙ ponentes vnicum intellectũ oĩum hoĩum coguntur cõuenire cũ Platone de ipſo ſcire, & propterea oportet eos dicere ſcire eſſe reminiſci, vel nõ de nouo fieri ſimpľr, ſed mihi vel tibi, per hoc ꝙ intells̃ nouiter copulať mihi vel tibi vt principium intelligendi. Nã ẽm iſtos intells̃ copulať hoĩ ꝑ naturam vt perfectio dianœtice partis vt in prima genitura virtute agentis, qui hoĩ præbet dianæticas partes. Secũdo copulať nobis vt principiũ intelligẽdi, ꝑ phan-

*Pytha. quæ.*

*Empedo. quæ.*

*Iamblicus.*

*Cõm. 5.*

*Cõm. 20. Themi. Theophra. Alexan. Simpli. Quæ Ioan.*

taſmata quæ fiunt de nouo in nobis,ita.n. mediantibus his copulatur vt principium intelligendi,veluti per dianæa vt principium eſſendi,& qm̃ phantaſmata ſunt diuerſa copulatur nobis vt principium intelligendi diuerſa.Et ita coguntur dicere ipſum ſcire non effici de nouo ſimpliciter, de his dicemus poſtea in dilucidatione. Nunc autem ſufficit eſſe dictum, ꝙ ad mentem Platonis ſcire eſt reminiſci, ad mentem expoſitorum græcorum ipſum ſcire non ſimpliciter nouum. Amplius ẜm ambas opiniones ẽt patet nec ſenſus eſſe cauſam artium & ſciæ:nec præceptorem, quia ẜm Plato. ſenſus & præceptor cauſæ ſunt reminiſcentiæ,ẜm iſtos autem cauſæ

*Poſitio Alb.2.* ſunt copulationis intellẽs nobiſcum. Albert.vero aſſerit oẽm artẽ & oẽm ſciam eſſe nobis, & intellectui nouã, non tamen eodem modo, nã oẽm artem via inuentionis fieri ab experimentis ſine dubio concedit, non aũt oẽm ſciam quia non mathematicam, In geometria.n. ex vnica ſenſatione proficiſcitur ſcia,vtpote ſi ſemel dũ taxat viderim hanc veritatẽ.In Aſtrologia ẽt, quia huic concluſioni oẽs aſſentiunt, videlicet, ꝙ ſtellæ fixæ mouentur in.36.millibus annorum,& tamen nullus expertus eſt.Sic igitur in naturalibus & metaph. & omnibus

*Obiectio Ioan.* propoſitio Ariſt.eſt vera.Obijcit Ioã.Primo,quia Ariſt. protulit propoſitiones indefinite,ſed in ſcientijs demõſtratiuis propõnes indefinite prolatæ intelligũtur de oĩ & ꝑ ſe.Secũdo Ariſt.in fine.2.Poſt.tradit vñ in oĩ ſcientia & omni arte principia fieri ex ſenſibus,memorijs, & experimentis. Nec rõnes eius valere dicit, quia prima non ex eo quia non ſunt neceſſariæ plures ſenſationes ad experimentum,ſed plures memoriæ modo vnius ſenſationis poſſunt eſſe plures & plures memoriæ,& ita ſufficit.Secundam tollit per hoc quia licet nemo potuit obſeruare illud per tot annos; tamen virtute prædeceſſorum id fieri potuit, vt Hyparchus motum illum obſeruauit & ſcripſit, & Ptole. inuenit illum verum,& ſic vſq; ad nos obſeruatum eſt: & hæ ſunt plures memoriæ ex multis

*3.Pō aliquorũ.* hoĩbus.Tu vero lege quæ dicit, quidam in re hac nimis prolixe loquentes aliam viam ſequuntur, & primo tria acceperunt quorum primum eſt differentia inter inuentionem & doctrinam, quæ conſtat in tribus. Primo qa inuentio eſt prior doctrina ſiue diſciplina:& hoc ꝓbãt, quia aliter eſſet proceſſus in infinitũ. Secundo quia tũc acquiritur inuentio cum lumen intellectus eſt ita potẽs vt per ipſum aĩa ſufficiat applicare principia ad concluſiones,cum vero eſt imbecille, tunc iuuatur auſcultationibus præceptorum, quibus nonnulla ſigna ponuntur quæ mouent imaginariam & dianæticam ad contẽplationem. Tertio quia inuentio aſsimilatur ſanationi naturali q̃ fit in criſibus:doctrina ſiue diſciplina ſanationi artificariæ quæ fit beneficio medici. hoc eſt primum. Secundum eſt ꝙ oĩs cognitio pręter eam, quę ſenſibus fit externis exoritur à ſenſu externo. Ad cuius euidentiã diuiditur ſenſus ipſos inter nos in quinq;. Primum vocant cõem, ſiue alio nomine phantaſiam, hunc conſtituunt veluti in organo, in primo ventriculo cerebri anteriore, huius operatio eſt cognoſcere oĩa ſenſilia exter norum ſenſuum & quo ad differentiam,& quo ad conuenientiam, & hac ratione à philoſophis centro ſolet comparari. Secundum vocant imaginarium, quem locant in ſecundo eiuſdem partis anterioris cerebri vẽtriculo,huius officiũ ſiue operatio eſt ſeruare ea quæ ſenſu cõi concipiuntur,nec attinet ſibi cognoſcere, ſed eſt theſaurus tm̃ ſenſus cõis. Ecce quõ vnuſquiſq; horũ pro organo vnũ completũ ventriculũ ſibi adicauit,nam cõis ſenſus primum anterioris partis, imaginarius ſecundũ: tertium appellant cogitatiuum, hunc ſtatuunt in medio ventriculo, ſed in inferna parte illius prope imaginarium,operatio huius eſt componere & diuidere ea quæ ſeruauit imaginarius ſenſus,& cum hoc componere ea quæ non ſunt per ſenſus ſenſata,vt montem aureum,& id genus,& hanc volunt eſſe potentiam experimentatiuam,quæ componit experimentum. Quartum ſenſum nuncupant ẽſtimatiuum, tribuũt & hunc eidem medio vẽtriculo,& poſtremæ parti illius, eſtq; operatio huius concipere intentiones inſenſatas quæ ꝑ anteriores ſenſus deducuntur vſq; ad ipſum quæq; ab illis anterioribus non comprehendebantur,ob illorum imperfectionem.Ponuntur autem hæ apud Auic.ambæ in vno ventriculo quia mutuo ſibijpſis inſeruiunt. Vltimum memorarium dicunt,cuius organum eſt poſtremus totius capitis ventriculus, hic eſt theſaurerius æſtimatiuæ & cogitatiuę,de anathomia & diligentiori cura horum perquire Auic.quem illi ſequuntur.Ex his apparet qualiter nulla fieri poteſt cognitio intellectilis, nec per aliquem ſenſum internum,quin ex ſenſibus externis proficiſcat. Tertium eſt ꝙ oĩs notitia eſt aut principiorum,aut cõcluſionum, & vtraq; eſt vel complexa vel incomplexa terminorum. Hæc tria vt ſuppoſitiones ſumunt. Tunc dicunt ꝙ nec ad notitiam incomplexam principiorũ, nec concluſionum eſt neceſſaria experientia, ſed bene notitia ſenſitiua,experientia quidem non,quia termini haberi poſſunt vna ſola memoria, ſenſitiua vero notitia ſic: quia illa eſt ante omnes. Secundo dicunt ꝙ nec ad complexa principiorum,nec ad complexam cõcluſionum eſt ſimpliciter experientia neceſſaria ſed bene vtilis,non ſimpliciter neceſſaria,quia intellectus ſuo lumine põt principijs aſſentire, & per principia poſtea aſſentire concluſionibus ſub eodem lumine, cuius ſignũ eſt, quia corrigit qñq; ſenſum, vtilis vero quia facile diſcẽs recipit,atq; principijs & concluſionibus ſuo lumine aſſentit.Ex his colligunt ſolutionem quæſtionis, ꝙ ars ge

*Excerptum.* neratur ab experimentis ſiue ſenſationibus tam quo ad principia, quam quo ad concluſiones neceſſario ẜm notitiam incomplexam terminorum.Quo vero ad cõplexam non neceſſario generatur, ſed coadiuuanter.

*Confutatio.* Hæc illi. Hanc poſitionem diffuſe recitaui, quia cõiter tenetur,& Ioan. videtur expreſſe huius opinionis. Sed hæc poſitio eſt dubia & in prima & in ſecunda ſuppoſitione,ẽt quo ad concluſiones.Prima quidem ſuppõ dubia eſt in primo,quia qui tenet mundum ęternum,non haberet pro abſurdo eſſe proceſſum in infinitum,& ſic diceret nullam eſſe ſciam per inuentionem ſed ſolũ per memoriam inuicem traditam. Vnde inter inuẽtionem & doctrinam non eſt eſſentialis ordo, verum inuentio pręcedere poteſt doctrinam,pro tanto qui accidũt diluuia,& bella,& peſtes, vbi hoĩes oẽs ſapientes deſinũt, deinde ex admiratione rurſus homines eiuſdem regionis incipiunt inuenire, & ſic generatur inuentio, è qua proficiſcitur doctrina quare ordo eſt accidentalis. Secundo peccat in ſecundo, quia omnes homines habent lumen intellectus agentis æquale, qm̃ intellectus vt intellectus eſt æqualis oĩbus hominibus, & ita æqualiter omnes eſſent diſciplinæ capaces. Secũda ſuppõ peccat, quia græci nunquam cõem ſenſum fecerunt phantaſiã, nam phantaſia græce latine eſt imaginaria. Præterea extimatiua non eſt neceſſaria: propterea quæ in brutis dicitur eſtimatiua,in hoĩbus eſt græce dianætica,latine rationabilis,ſiue cogitatiua.Pręterea quot ſunt obiecta ſpecie,



ſpecie, tot & potentiæ eſſe debent. Sunt oĩa cognoſcibilia quatuor aut ſenſilia, aut apparẽtia, aut probabilia, aut neceſſaria ſiue demõſtratiua, igitur dicũt eſſe quatuor.Senſus cõis, qui eſt ſenſibilium. Imaginaria, quæ eſt apparentium.Opinatiua,quæ eſt probabilium, Dianæa,quæ eſt neceſſariorum & demonſtratiuorum: vna autem oĩum theſaureria memoratiua, & ſic quatuor cognoſcitiuæ,quæ menti ſubſeruiunt,vnaqueq; pro ſua operatione.Quo vero ad concluſiones errauerunt mi

*De notitia primorum principiorum.* rabiliter. Eſt.n.contra oẽs peripateticos dicere ꝙ experimentum non eſt neceſſarium ad notitiam complexã principiorum artis & ſciæ. Hoc eſt decretum Them.2.

*Cap.37.* Poſter. vbi aperte demonſtrat principia nos non poſſe cognoſcere, nec illis aſſentire, niſi ob experimentum.

*Cõm.22.* Præterea Auer.8.Phy. inquit, experimentum ſermonũ verorum eſt vt conformetur ſenſatis,& primo cœli idẽ

*Cõm.22.* aſſerit.Præterea etiam Philop.2.Poſter.in expoſitione vltimi cap.illius libri expreſſe ait,non poſſe intellectum principio primo aſſentire,niſi eidem conueniant experimentum, & declarat generationem oĩum principiorum artium & ſcientiarum generari ab experientijs, & ꝙ illi loquuti ſint contra peripateti, nemo debet dubitare. Quod vero contra rationes ſint, arguo primo. Illud ad quod ſtat vltima reſolutio oĩum principiorum oĩum artium & ſcientiarum, eſt neceſſarium & primũ principium compoſitionis oĩum principiorum & aſſentiendi illis.Sed reſolutio veritatis oĩum principiorũ ſtat ad experimentum ſenſatum,igitur principium aſſentiẽ di primis principijs eſt experimentum. minor patet, qa Ariſt. quotiens contra antiquos arguit reducendo illos ad abſurdum, non reducit eos niſi vſque ad experimẽtum ſenſatum,hoc.n.facit in.4.huius,in.8.Phy. & alibi vbi eos confutat. Secundo cum intellectus magis aſſentit primo principio quam concluſioni deductæ ex illo principio,vel hoc eſt,quia primum principiũ eſt verius, vel quia ſibi notius,nõ quia verius: qa veritas eſt æqualis in principijs & cõcluſionibus,ſi quia notius,aut quia magis lumine intellectus illuſtratum, vel quia propinquius experimentis ſenſibilibus; non quia magis lumine intellectus illuſtratum,quia lumẽ intellectus eſt vniforme & æquale concluſionibus & principijs. ſi quia propinquius experimentis: igitur experimentum eſt principium aſſentiendi primis principijs artium.Tertio ſi ſolo lumine intellectus hoĩes aſſentirent primis principijs: oẽs philoſophi de primis principijs æqualiter ſentirẽt,deducitur,quia intellectus & lumen eius eſt ęquale in oĩbus hoĩbus: igitur ſi non æqualiter de principijs tradant, hoc eſt, quia experimenta ſenſilia non ſunt in oĩbus conformia. Quarto intellectus non poteſt corrigere alterum ſenſum, niſi vtatur veritate & teſtimonio alterius.ſi.n.errat viſus de fractione baculi, corrigit intel

*Cõm.26.* lectus illum teſtimonio tactus, & hoc ait Auer.8.Phy. Ex hoc arguo intellectus non poteſt ſenſum corrigere niſi per alterũ, igitur nihil ſuo lumine cognoſcere põt, non concurrente experientia ſenſibili. Hoc argm̃ non eſt leue philoſophis recte intuentibus. Quinto nihil poſſumus intelligere niſi formemus in phantaſtica nobis idolum: igitur intellẽs nulli aſſentire poteſt niſi per experientiam ſenſibilẽ. Añs patet obſeruanti. Sexto ſi præceptor non eſſet neceſſarius niſi pro explicatione terminorum:tunc oẽs æqualiter docerent ſuos diſcipulos. tenet argm̃, quia in explicatione incomplexorũ nõ põt eſſe falſitas:igitur ſi pręceptor eſt neceſſarius:erit pro tã to vt ſingulares enuntiationes & experientias formet in ſenſibus diſcipulorum.Ex his apparet ꝙ non ſolũ lumen eſt principium aſſentiendi primis principijs artiũ: ſed aliud quoddam. *Excerptum.*

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVID ſentiant Peripatetici, reſtat dilucidare, ſed qm̃ dilucidatio huius diſputationis tota proficiſcitur ex parte poſitionis de intellectu, nã aliter coguntur dicere, qui aſſerunt ad mentem Ariſt. eſſe vnicum intellectum,aliter qui multiplicant illum per indiuidua.Idcirco primo dicemus iuxta opinionem eorum peripateticorum,qui ad mentem Ariſtot.tenent eſſe vnum oĩum intellectum, & aliter ad mentem eorum, qui tenent illum multiplicatum, vt eſt rei veritas. Dicamus primo *Prima poſitio peripatetici.* ꝙ qui ponunt vnũ numero intellectum oĩum, vt Auer. Them.Simpl.& Theophra.coguntur dicere intellectũ eſſe ſemper omnibus ſcibilibus perfectũ,hoc eſt practicis & ſpeculatiuis. Hoc concedunt expreſſe Them. & *Prima ſuppõ.* Theophra.qui ponunt intellectum ſpeculatiuum æternum, & probatur primo quia apud Auer. nulla eſt ars, nulla ſcĩa, quæ ſit de perfectione vniuerſi, quæ dicatur deeſſe vniuerſo.Eſſet.n.mundus imperfectus, igitur oĩs ars & oĩs ſcĩa eſt perpetua, & non põt eſſe niſi in intellectu,qui eſt vnus oĩum, igitur talis intellectus eſt perfectus atq; plenus oĩbus ſcibilibus practicis & ſpeculatiuis. Et hanc rõnem olfecit Auer. primo de generatione in ſua paraphraſtica cõm. vbi ait intellectui nihil eſſe ignotum. Secundo ſi generaretur aliqua ars vel ſcĩa de *Cõm.19.* nouo,nõ generaretur niſi propter perfectionem primi ſubiecti, ſed primum ſubiectum eſt intellectus, igitur vt perficiat intellectũ, & ſi ſic:igitur ſtetit ſine pfectione,& ita ocioſus, quod non eſt poſe in ſubſtãtia ſeparata, qualem ponunt intellm̃. Non. n. ſubſtãtia ſeparata poteſt ſtare ſine aliqua ſua perfectione, nec in toto nec in parte, quia in ſeparatis quod eſt melius eſt neceſſarium, vt tradit Auer. Ex his concluditur ꝙ ponentes *1.cæ.c.34. Excerptũ. 3 de anima. Cõm 4. 2.Suppoſitio.* intellectum eſſe vnicum oĩum hominum, oportet dicere ipſum nihil noui recipere, quia oportet recipiens eſſe denudatum à ſpecie recepti, vt.d. Auer. At intellectus nihil recipere põt, quin illius in ſuo ſimili in ſpecie pręceſſit cognitio. Scdo accipiendũ eſt de mẽte iſtorum ꝙ intellẽs copulatur nobis bifariã, aut vt principiũ eſſendi, aut vt prĩcipiũ intelligẽdi prima copulatio eſt ꝑ naturã, vt dicit Auer. 3. de aĩa cõm. 20. ex eo quia fit quodã mõ ex ſemine,cum.n.ex ſemine hoĩes habeamus dianœã ſiue cogitatiuam:& hæc ſit diſpoſitio qua intellectus nobis inſit vt principium eſſendi vt diximus.2.& 3. de aĩa, igitur quodammodo hæc copulatio eſt naturalis.Secunda vero dicitur voluntaria, quatenus de ipſo acquirimus plus & minus ad voluntatem, & hæc fit mediantibus memorijs,ſenſibus,& experientijs, quæ Auer. appellat phantaſmata ſiue intentiones imaginarias. Ex his eue *Excerptum.* nit ꝙ diuerſæ ſunt intellectus ad hominem copulationes,& reſpectu vnius, & reſpectu diuerſorum hominũ. Nam qui per ſenſus hoc anno experitur in mathematicis,ſibi intellẽs copulabitur vt principiũ intelligendi mathematica q̃ alio anno experitur ꝑ ſenſus in naturalibus, intellectus ſibi copulabitur vt principiũ intelligẽdi naturalia,& eo ordine quo exercet experimẽtatiuam, ſiue dianæam,ſiue cogitatiuam,nam vt experimentatiua ſe exercet primo circa principia, ſic intellectus vnitur hoĩ vt principium intelligendi principia, & ſi exercet ſe deducendo concluſiones ex principijs, etiam hoc ordine ſibi copulatur intellẽs. Ex his apparet põ peripateticorum,qui tenẽt oĩum hoĩum vnum intellm̃, qualiter ex *Excerptum. pro ſolutione ad quæſtionem.* perimentum

perimentum non concurrit vt cauſa effectrix ſciæ vel ar
tis, ſed vt cauſa copulationis intell's, qua id ſe copulet
vt principium intelligendi, eo ordine quo ſe experimẽ-
tatiuą execet, & ita erit cauſa diſpoſitiua ꝓ copulatio-
ne, & nõ pro generatione ſciẽtię vel artis. Simili modo
dicẽdum de ſermonibus præceptoris, qui mouent ex-
perimentatiuam ad phantaſmata. Diſponit.n.ad co
pulationem, non ad gñationem ſcientiæ. Et Ioan. qui
fuit fidus Auer. in hoc errore ſequax, põnem eius hic
*2. põ Peripa.* neſciuit explicare. Sed q̃a hæc poſitio de vnitate intell's
eſt confutata per demrões in libr. de intellectu, noli
ĩmorare in illa. propterea dicamus ſ̃m veritatem, & te-
neamus de mente Ariſto. intellectũ non eſſe vnũ oĩum,
ſed per hoĩes numeratum, vt ſoliti ſumus demonſtrare
*Põ Peripate.* ad mentem Ariſt. Et primo ſumamus aĩam rationalẽm
eſſe quoddam totũ ptãtiuum, cuius partes ptãtiuæ ſunt
duplices. Quædam oĩno inorganicæ, & nõ à materia
vel corpore comprehenſæ vt intellectus agens, & in-
tellectus poſ's. Hæ.n. ſunt duæ animę partes ſiue poten
tiæ, quæ ſunt omnino eleuatæ à materia, quatenus nec
corpore, nec parte corporis vt inſtr̃o vtũtur. Alię ſunt
partibus corporis vtentes, & ſunt exteriores quin-
que ſenſus, interiores vero quinque etiam, Cómunis
ſenſus, phantaſtica potentia, Opinatrix, dianętica ſiue
cogitatiua, & vltima memoratiua, quæ eſt oĩum theſau
reria. hæ oẽs intellectui ſubſeruiunt, cum.n. intell's ver
ſatur circa ſophiſt. ſyllo. ſibi apparentia phantaſmata
ſubminiſtrat phãtaſia, cum circa dialecticos, phantaſ-
mata ſibi miniſtrat. Opinatrix, cum verſatur circa de-
mõſtratiuos circa phantaſmata ſibi miniſtrat dianæa.
Et hæc adminiſtratio non eſt niſi quatenus illa ſumit à
memoratiua plures memorias colligẽdo experimentũ,
ad hoc vt prima principia artiũ pateant ſibi: oĩbus aũt
ſubminiſtrat memoratiua, quatenus illa eſt ſeruans ſpe
*Excerptum.* cies oĩum illarum. Ex his ſequit̃ ꝙ virtus experimẽtati
ua eſt dianæa, quia hæc ſola dignitate organi & boni-
tate influxus ſpirituum põt vti exemplo, & erigere ſin-
gulares propoſitiones in vnũ quas in memoria ſerua-
uit, vt ſint præmiſſæ ad concludendam veritatem pri-
*2. Suppoſitio.* morum principiorum, vt dicemus. Secũdo accipiamus
ꝙ lumen intellectus agentis nõ ſufficit ad hoc vt intell's
poſsibilis aſſentiat primis principiis, hoc fuit deductum
contra aliquos, quod ideo eſt, quia iſtud lumẽ eſt cauſa
vl'is, quia intellectus poſsibilis poſſet aſſentire primis
principiis & oppoſitis, primorum principiorum, ſi ex-
perimentatiua miniſtraret experimentata vel phantaſ-
*3. Suppoſitio.* mata pro oppoſitis primorum principiorum. Tertio
accipio, & quaſi ſequitur ex dictis, ꝙ experimentũ eſt
cauſa quare intellectus poſsibilis aſſentit primis princi
piis, & nõ vl'is, ſed particularis, deducit̃ quia lumen eſt
cauſa vniuerſalis aſſenſus: & vnius & eiuſdẽ rei nõ poſ-
ſunt eſſe duæ cauſæ eiuſdẽ ordinis, ideo erit cauſa par-
ticularis illi lumini ſubminiſtrans. Et huius ſignum eſt,
quia experimentum verum, eſt cã aſſenſus primis prin-
cipiis, experimentum falſum, eſt cauſa quare aſſentit
*1. Concluſio.* intellectus oppoſitis primorum principiorum. Tunc
dico primo ꝙ experimenta plura, ſiue inductio pluriũ
ſingularium: vna cum lumine agentis intellectus ſunt
cauſæ effectrices aſſenſus quo intellectus poſsibilis aſ-
ſentit primis principiis dico neceſſarię, veluti propõnes
& idem lumen reſpectu concluſionis, patet hoc ex di
ctis, quia nec intell's agens ſufficit ſuo lumine, quia eſt
cauſa vniuerſalis, vt dictũ eſt, nec inductio ſufficit, quę
eſt cã particularis, quæ præſupponit virtutẽ cauſæ vl'is.

*2. Concluſio.* Secundo dico ꝙ inductio experimentaria, eſt cã parti-
cularis mediata, qua poſsibilis intellectus aſſentit om-
nibus concluſionibus artis: & lumen & principia ſunt
cãæ proximæ. Prima pars deducta eſt, quia concluſio-
nes reſoluuntur in principia, & principia ad experimen
ta, ſiue ad experimẽtarias ꝓpoſitiones: igitur inductio
experimẽtaria, eſt cã mediata oĩum cõcluſionũ artis &
*3. Concluſio.* ſcię. Secũda pars deducta eſt. Tertio dico ꝙ experimẽ-
taria inductio põt eſſe cauſa immediata coadiuuãs qua-
re intellectus aſſentit aliquibus concluſionibus. Proba
tur hoc de concluſionibus quæ poſſunt reſolui in prin
cipia, & in experimenta. Verbi cauſa ꝙ Agaricus cõuul
ſioni conueniat, probari poteſt per illud principium,
quia omne euacuans flegma cõpetit conuulſioni. Aga
ricus purgat flegma: igit̃ cõpetit cõuulſioni. Minor põt
reſolui ad experimentũ immediate, & ad cauſam, ad ex
perimentum quidẽ, quia in pluribus eſt obſeruatũ Aga
ricũ purgare flegma, ad cauſam vero, quia Agaricus vir
*Excerptum. Quod eſt ſolutio quæſtionis.* tute cœleſti habet ꝙ purget flegma. Ex his ſequitur ſolu
tio qõnis, ꝙ oĩs ars, & oĩs ſcĩa quæ inuentione habetur
generat̃ ab experimẽtis, non ſolũ vt à cauſa coadiuuãte
ſed neceſſario agẽte, declaratur, quia ars & ſcĩa quæ ha
betur per inuentionẽ non eſt niſi cognitio principiorũ
& cõcluſionum, & hæc cognitio neceſſario & iuuanter
fit ab experimentis, vt dictũ eſt, igit̃ oĩs ars & oĩs inuen
tiua ſcĩa ab experimentis neceſſario generatur, dixi no-
tanter quæ fiunt per inuentionẽ, quia ſi per diſciplinam
fierent, non oportet, quia vt dictum eſt quis poteſt ha
bere artem ſine experientia. Sed occurres primo, quia
non videt̃ ꝙ oĩa principia experimentaria inductione
concludãtur, quia non illa quæ ſunt oĩbus ſcientijs cõia,
vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, & ſi ab æquali-
bus æqualia demas, cætera quæ remanẽt ſunt æqualia.
hic.n. videntur ſola terminorum vi cognoſci: & non ex
perimentis. Secunda dubitatio eſt, quia ſi dicta deter
minatio eſſet vera, tunc dianæa eſſet intellectu poſsibi
li præſtabilior, quia eius operatio eſſet nobilior: cum nõ
poſsit intell's alicui aſſentire niſi virtute dianeæ. Tertio
ſi principia artis & ſcĩæ ab inductione experimentaria
ſumerẽtur, intellectus eſſet ſubalternus dianeæ, quia ab
illa acciperet veritatem ſuorum principiorum, & princi
pia imperfectius cognoſcerentur concluſionibus, nam
ipſa cognoſcũtur, quia vera ſunt, & concluſiones pro-
pter quid ſunt. Quarto multa principia ſcĩæ probantur
propter quid in altera ſcientia, vt principia muſicæ in
arithmetica, igitur nõ per experimẽtariam inductionẽ.
Ad hęc dici poteſt. Ad primã, ꝙ principia quatrifariã
ſunt. Quædã omnibus ſcientijs cõia, vt de quolibet di-
citur eſſe vel non eſſe, & id genus, quorũ termini ſunt
cões oĩbus terminis ſcientiarũ. Quædam cõia pluribus
ſcientijs, vt ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ
remanent ſunt æqualia: termini.n. huius numeris & di
mẽſionibus cõpetunt: & propterea cõe eſt geometriæ:
& arithmeticæ. Quædã vni ſcĩæ propria, ſed cõia oĩbus
concluſionibus illius ſcĩæ, vt motus ſunt, & plura mobi
lia ſunt, hoc.n. ſolum phyſicæ cõe eſt. Quædã vni con-
cluſioni immediata & propria vt præmiſſe demonſtra-
tionis. Tunc dico ꝙ principium cõe dianæa colligit per
concordiam omnium ſenſuum, quia cõitate terminorũ
poſſunt oẽs ſenſus ſubminiſtrare illi, & ſic inducitur à
cõcordia omnium ſenſuum. Principium pluribus ſcien
tijs cõe à dianæa inducitur oĩbus vel pluribus ſenſibus.
æquale.n. & inæquale non niſi tactu & viſu deprehen-
ditur, principiũ vni cõe, forte inducitur vno ſenſu plu-
ries



ries replicato, & per plures memorias ſucceſsiuas: prin-
cipiũ proprium vni cõcluſioni, reſoluitur ad principia
cõia toti ſcĩæ, & põt confirmari experimento, & ſic pa-
tet ad primam. Ad ſecundam dico, ꝙ licet intellectus
non poſsit aſſentire alicui niſi tandem ob virtutem dia
neæ, tamen intellectus diſcurrit vl'r, quod non facit dia
nęa, & hoc ſufficit, & ſic cognitio eius eſt perfectior co
gnitione experimentaria ipſius dianeæ, licet non euidẽ
tior. Ad tertiam dico, quòd intellectus non eſt ſub-
alternus dianeæ, quia non probantur eius principia
propter quid à dianæa. Et licet principia imperfe-
ctius cognoſcantur, ſat eſt vt ſint euidentiora. Ad quar
tam dico, ꝙ licet multa principia ſcientiarum proben-
tur propter quid in alia ſcientia, tãdem eſt deuenire ad
principia quæ experimentaria inductione cõcludunt̃,
& hoc ſat eſt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam ſolutio peripatetica eſt negando con-
ſequentiam, ad rõnem dico ꝙ inductio in pluribus nõ
infert vniuerſale & de omni ſimpl'r, ſed qñ ad illud con-
cordant oẽs ſenſus, vel nullus diſcordat nec propinque
nec remote, tunc à pluribus licet inferre vl'e: & hęc eſt ſo
*8. Phy. cõ. 26.* lutio Auer. Nec hoc pacto eſt arguere topicæ, immo
*2. Phy. cõ. 80.* hæc inductio eſt demõſtratiua, vt dicit Auer. Principia
enim artis & doctrinæ ita debent eſſe, ꝙ vel illis oẽs ſen
ſus cõueniant, vel nullus diſcordet, & hoc pacto eſt in-
ductio demonſtratiua. Ad ſecũdam dici poteſt ꝙ ex co
gnitione, quia non ſyllogizatur cognitio propter quid,
& tunc dico ꝙ principia non cognoſcũtur propter q̃d,
ſed ſolum ſupponit de illis artifex, quia vera ſunt vt dici
tur in poſterioribus. Iſtud aũt quia vera ſunt, haberi põt
per illam inductionem experimentariam. Ad tertiam
dici põt, ꝙ cognitio experimentaria eſt agens & vniuo
cum, quia ambę ſunt quia, & hoc ſufficit. Ad quartam
dico, ꝙ Plato in illa interrogatione docuit puerũ, quia
non eſt aliud docere, quàm debito ordine præponere
diſcipulis propoſitiones & concluſiones, ad hoc vt vna
cum intellectus lumine diſcipulus aſſentiat concluſio-
ni. Ad quintam dici põt, ꝙ multa experimenta ſunt vna
cognitio inductoria, quæ quia eſt vna, ideo poteſt eſſe
in intellectu, vel in vi experimentaria ſiue dianætica.
Ad ſextam negatur minor, hoc.n. experimentum videli
cet, quia hæc ſcamonea purgauit choleram in Socrate,
& alia ſimiliter choleram in Platone, & ſic de multis eſt
neceſſarium, quia ſunt memoriæ rerum præteritarum,
quæ quatenus præteritæ, ſunt neceſſariæ. Ad probatio-
nem dico, ꝙ hoc experimentum non eſt mutabile nec
ſenſibile nunc aliquo ſenſu exteriori ſed ſenſatum iam.
Ad Ariſt. dico ꝙ ab euntibus ſenſibilibus non eſt palam
an ſint de pñti, non tñ an fuerint ſenſibus pręſentia: qua
rõne ſunt partes experimenti. Et ſic breuiter dico, ꝙ
ſenſibilia ſunt mutabilia ſ̃m rõnem pręſentem, non aũt
ſub ratione qua ceciderunt ſub memoria. Ad ſeptimã
laborat Ioan. & nihil boni dicit, propterea dico, ꝙ ſiue
vl'e incomplexum fiat à ſingulari incomplexo, ſiue nõ,
nihil ad rem, qñ vl'e complexum, quod eſt principium
artis bene fit à pluribus ſingularibus inductione experi
mentaria, & hoc pacto cognitio artis deduci põt ex co-
gnitione experimenti. Ad octauam bene rñdet Ioan. ꝙ
maior eſſet vera, qñ vna virtus non eſſet ſubordinata al
teri. Mõ experimentaria, ſiue dianæa vtens experimen-
taria inductione ſubordinatur intellectui, & ſic quod
eſt in illa põt inferre, quod eſt in intellectu. Sed replica-
bis fortiſsime, quæ virtus inferat illud principium. Vr̃

enim ꝙ non experimentaria, quia illa non põteſt co-
gnoſcere illatum, quia illatum eſt vl'e, quod à nullo ſenſu
cognoſci põt. Nec eſt intellectus, quia intell's non põt
cognoſcere ſingularia inferentia, quia intell's nõ cogno
ſcit ſingulare. Dico ꝙ virtus inferens eſt intellectus, &
concedo ꝙ ille per ſe non cognoſcit ſingulare, ſed me-
diante ſenſu, bene ipſum poteſt cognoſcere. Vnde licet *3 de aĩa. cõ. 9.*
intellectus, vt intellectus non cognoſcat ſingulare, ipſe
tamen vt coniunctus dianeæ, ſibi illud miniſtranti bene
cognoſcit. Hęc eſt ſolutio Auerrois. Sed eſſet difficul-
tas vtrum intellectus mediante dianæa cognoſceret ſin
gulare per propriam ſpẽm, vel per ſpẽm, quam habet
de illo dianæa, hæc res, quia poſtea tractabitur, nunc di-
mittatur. Ad nonam dico illum artificem eſſe inexper-
tum, qui artem didicit per doctrinam, non aũt qui illã
acquiſiuit inuentione. Ad decimam dico, ꝙ ab experi-
mento per inductionem generatur principium artis, &
mediate concluſiones oẽs, & ſic tota ars quæ eſt cogni-
tio principiorum & cõcluſionum. Ad vndecimã dico,
ꝙ experimentum eſt fallax per accidens rõne ſubiecti,
cui applicaretur, per ſe aũt eſt neceſſarium, quia eſt co-
gnitio præteritorum, quorum non eſt cognitio niſi ne-
ceſſaria. Ad 12. dico, ꝙ maior debet intelligi nullo alio
agente concurrente, modo cõcurrit lumen intellectus
agentis quod eſt immateriale. Ad 13. dico negando añs,
quia licet non cadant ſub ſenſibus in propria forma, ca
dunt ſub ſenſibus in earum effectibus. Aliquid.n. cade- *Quot modis ali quid põt cadere in ſenſu.*
re põt in ſenſibus vel per ſe, vt color, aut per partes, vt
mons aureus, vel in ſuo remiſſo, vt albedo intenſa, vel
in ſuo ſimili, vt Niphus pontifex, vel in ſuo effectu, vt
ſubſtantiæ ſeparatæ, vel in ſuo contrario, vt vacuũ, vel
in ſuis ſuppoſitis, vt vl'e, & alijs modis. Ad 14. dico ꝙ
medicatiua habita per doctrinam non generatur expe
rimento, ſed ea quæ habetur obſeruatione, non fit niſi
experimentis. Auic. vero loquitur de prima. Ad 15. 16.
& 17. Ioan. Rñdit contra Alber. vt patuit in cap. 3. Dici
ẽt poteſt pro Alberto ꝙ quęlibet harum concluſionum
non habetur à ſolo experimento, ſed à proprijs propoſi
tionibus, quę per viam reſolutionis pñt reduci in prima
artis principia, quæ erant in arte habita per experimen
ta: & ſi ſic Albertus, bene dicit. Ad 18. iam patet ſolutio,
dictum eſt.n. ꝙ nihil inueniri poteſt in arte ſine experi-
mento ad quod vel immediate, vel mediate, non reſol-
uatur id quod inuenitur, nam omnes concluſiones ar-
tis tandem reſoluuntur mediate ad prima principia ſal-
tem, quorum cognitio fuit per experimenta. Ad 19. pa-
tuit ſolutio, quia non loquimur de illa. Ad 20. & 21. pa-
tuit ſolutio ſ̃m Auer. ſed ſcd'm nos dico, ꝙ intellectus
non eſt vnus oĩum, ſed nouus ſ̃m eſſe: licet æternus à par
te poſt: & hoc ſatis eſt vt de nouo recipiat. Ad vltimũ
dico, ꝙ artes ſunt æternæ ſ̃m ſpeciem & reſpectu totius
vniuerſi: ſed reſpectu vnius regionis poſſunt infinities
generari, & infinities corrumpi: vt dicitur in lib. meteo
rorum: & etiam reſpectu intellectus mei poteſt de no-
uo fieri in numero: non autem in ſpecie: veluti albedo
eſt æterna in ſpecie: tamen reſpectu parietis: qui nunc
æditur: eſt noua: ita ſcĩa eſt æterna ſ̃m ſpeciem: reſpe-
ctu tamen intellectus mei: qui nunc eſt de nouo: poteſt
eſſe noua, Sed circa determinationem quæſtionis prę- *Qõ. 2.*
ſentis dubitatur vtrum artifex certius operetur experto
ſine arte? & videtur ꝙ certius operetur artifex: quia vt
prudentia eſt habitus circa actibilia: ita ars circa facti-
bilia vt traditur 6. Ethic. Sed nullus certius agit circa
actibilia quam prudens: igitur nullus circa factibilia
quam

quam artifex. Secundo omnis artifex eſt expertus. quia artifex eſt qui ſcit principia & concluſiones artis, quæ ſine experimentaria inductione cognoſci nõ poſſunt, expertus vero põt eſſe ſine arte, igit̃ artifex, ſemper certius operabitur. Tertio ſi artifex certius nõ operaretur, eſſet. quia ignoraret ſingularia, vt dicit Ariſt. in tex. ſed dicitur. 6. Ethi. ꝙ ars & prudentia non ſolum eſt vl̃ium, ſed ſingularium, igitur illa cauſa nulla eſt. *Solutio aliquorum.* Aliqui abſolute rñdent, dicentes expertũ certius operari: quia per ſe cognoſcit operabile puta ſingulare, artifex aũt non niſi per accñs cognoſcit ſingulare. *Confutatio.* Hęc ſolutio non exponit mentem Ariſt, quia diſtinguibile & multiplex nõ diſtinguit. Eſt. n. artifex multiplex, quia alius eſt qui effectus eſt talis per inuentionem, & hic ſimul eſt artifex & expertus. Alius eſt qui eſt talis per doctrinam ſiue diſciplinam, qui nec de principiis nec de concluſionibus habet experimẽtariam inductionem, ſed principiis aſſentit relatione præceptoris, & concluſionibus ex ſuppoſitione, vtpote ſi principia illa vera ſunt, cum igitur non diſtinxit de quo artifice, vr̃ hæc ſolutio nulla. *Solutio. Ioan.* Ioan. ait ꝙ ſumendo operationem certiorem pro operis proſequutione, ſic expertus certius operatur, ſed ſumendo pro directione operis certius operat̃ artifex. *Confutatio.* Sed nec iſta ſolutio valet, primo, quia adhuc artificẽ nõ diſtinguit, qui eſt multiplex. Amplius nihil eſt dicere quod aliquid ſit certum ſm exequutionẽ operis & aliquid ſm directionem. Nam de hoc eſt, quæſtio videlicet ſi expertus melius ſe dirigat in opere quam artifex. Præterea dicere ꝙ aliquid ſit certum ſm exequutionẽ operis, nihil eſt dicere, niſi ꝙ in exequendo non errat, & hoc eſt quod quæro vtrũ exequendo opus circa aliquod operabile certius exequatur expertus, an artifex. Præterea etiam expertus ſcit directiuum ſiue regulam operandi, veluti & artifex, ſed hæc eſt dr̃ia, quia artifex directiuum ſiue regulam ſcit per cauſam, expertus ſcit per inductionem experimentariam, & ita ambo ſciũt directiua, ſiue regulaſ. *Solutio propria.* Propterea dico, quod duplex eſt artifex alius qui ſcit regulam operãdi circa aliquod operabile per cauſam, tm̃, vt diſcipuli mei, qui regulam hanc ſciunt per cauſam tm̃, & non deducendo illam ex experimentis. Et hic duplex eſt, quia alius eſt qui ſcit regulam per cauſam deductam ex principis artis vl̃ibus ſibi expertis. Alius qui illam deducit ex ſibi reuelatis à præceptore. Alius eſt qui ſcit regulam operandi & per cauſam, & per experimentum. Tunc dico ꝙ ſenſus qõnis eſt vtrum aliquis artifex qui habet regulam operandi per cauſam tm̃, & per fidem de principiis, certius operetur circa aliquod operabile q̃ expertus circa idẽ, qui habet regulam operandi per experimentum tm̃. Tũc patet ſolutio: ꝙ expertus certius operetur artifice, qui regulam habet per cãm tm̃, q̃ non deducit, ex principiis expertis, ſed ſibi notis per fidem. Nam expertus qui regulam habet per experimentum, per ſe cognoſcit operabile vtpote ſingularia: è quibus deduxit regulã, artifex non cognoſcit operabile niſi per accidẽs, quatenus continetur ſub vl̃ibus. Secundo patet ꝙ artifex qui habet operandi regulam & per experimentum & per cauſam certius operatur experto, qui haberet regulam per experimentum tm̃ & hoc nemo negaret. Tertio patet ꝙ artifex qui haberet regulam operandi per cãm tantum: & per experimenta non de regula, ſed de principiis primis, ex quibus illa deducta eſt, minus certe operabitur experto qui regulam habet per experimenta de regula: & non per cauſam regulæ. Hoc conſtat quia adhuc iſte expertus magis cognoſcit operabile. Tunc ad rationes. Ad primam dico, ꝙ Ariſto. loquitur de arte quæ per inuẽtionem habetur, hæc. n. eſt de vniuerſalibus, & particularibus. Ad ſecundam & tertiam dicatur ſimiliter. *2. dubiũ.* Secũdo dubitat̃ vtrũ artifex qui cognoſcit regulã operandi per cauſam tm̃, certius regulã ſciat experto qui illam ſolum per experientiam cognoſcit, & videt̃ ꝙ ſic, tum quia certius eſt ſcire ꝑ cauſam, q̃ ſine cauſa: vt dicitur. 1. phy. *Cõm. 1.* Tum ſecundo quia artifex ſcit quidditatem ſanationis, expertus non, igitur certius ſcit regulas ſanandi artifex. *Solutio.* Ad hoc dubium dico, ꝙ nõ eſt difficile rñdere ſupponendo ꝙ artifex ſciat regulam operandi deductam ex principijs ſibi notis per deductionem experimentariam, vtpote ſi illam deduceret ꝑ multa media, quia ſine dubio hic artifex ſciret regulã per cauſam veram, quæ eſſet ſibi nota ſimpliciter, & nõ ex ſuppoſitione: igit̃ certius regulã ſcit experto, qui illã per experimentum tm̃ ſcit. Sed dubitatio eſt vtrum artifex qui regulam habet non ꝑ cãm deductam ꝑ multa media ex principijs habitis per experimẽta, ſed deductã ex principiis habitis per fidem à præceptore certius regulam ſciat ipſo experto, hoc enim eſt non leue. Quidã dixerunt ꝙ artifex hoc modo ſciens regulã certius ſciret, quia ſcit per cãm, & ſcĩa per cãm ſemper eſt maior ſed melius eſt facere differentiam inter certius certitudine perfectionis, & certitudine euidẽtiæ, certiores. n. ſunt ſubſtantiæ intell̃ui certitudine perfectionis q̃ ſint accidentia, ſed accidentia ſunt euidentiora, & ſic concedi põt ꝙ artifex ſciens regulam operandi per cãm deductam ex principijs ſibi notis ex ſuppoſitione atq; fide certius ſcit regulam certitudine perfectionis, qm̃ illa ſcientia eſt intellectiua, & per cãm, expertus vero certius ſcit regulam certitudine euidentiæ, quia ſcit ꝑ inductionem experimentariam, quæ eſt cauſa oĩs euidentiæ Tunc ad obiectiones patet ſolutio, qui. n. ſcit ꝑ cauſam non ſemper certius & euidentius ſcit, niſi etiam illam ſciat ꝑ experimẽta propinque, vel remote. Sil̃r nec qui ſcit rem quidditatiue ſcit perfectius euidentiusq; niſi ꝑ experimenta remote ſaltem illud ſciat. *Replica ſophiſtica.* Sed replicabis ſophiſticę quicũq; ſcit quid eſt aliquid certius ſcit illud. Artifex ſcit quid eſt ſanare, & non expertus, igitur certius ſcit ſanare. *Solutio aliquorum.* Reſpondent quidã ꝙ aliud eſt ſcire operari, aliud ſcire directiuuum operationis. Tunc dicunt ꝙ artifex ſcit directiuum, non aũt operari, expertus vero econtra ſcit operari, & non directiuum operationis, & per hoc volunt eſſe ſolutum ſophiſma. *Confutatio.* Sed in rei veritate per hanc ſolutionem non apparet ad formam ſophiſmatis. Præterea falluntur, quia etiam expertus ſcit directiuum operationis, & regulas operãdi: ſed hæc eſt dr̃ia, vt dixi cõtra Ioan. ꝙ artifex ſcit regulas, ſiue directiua per cãm tm̃, deductã à primis principijs expertis ab eo vel ſuppoſitis ex fide præceptoris. Expertus autẽ ſcit regulas & directiua per experimẽtarias inductiones, quas ipſis ex multis obſeruatis cõfecit. Qua ratione patet expertum & artificem ambos ſcire quid eſt ſanare, licet artifex ſciat quid ſit ſanare ꝑ cãm tm̃, ille expertus ſcit quid eſt ſanare per experimenta, & quaſi deductũ ab experimentis, igitur errant dupliciter. Primo quia credunt expertum non ſcire regulas ſiue directiua. Secundo quia credunt illum non ſcire quid eſt ſanatio ſiue operatio ſanatiua. Ambo. n. quid ſit ſanare norunt ille vtpote artifex deducendo illud ex principijs vniuerſalibus, expertus deducendo illud ex experimentaria inductione, & hąc ratione patet ꝙ expertus ſcit vniuerſale



le & particulare, particulare ꝑ ſe, vl̃e vero per accñs: quatenus deducit illud ex ſingularibus, artifex vero purus per ſe, non niſi vniuerſale, ſingularia autem per accidens quatenus continentur ſub vniuerſalibus: tunc ad ſophiſma dico ꝙ maior debet diſtingui, nam ſcire quid eſt aliquid intelligi poteſt, vel deductum ex principijs, & ſic certius ſcitur certitudine perfectionis, & non certitudine euidentiæ vel deductum ex experimentis, & ſic certius ſcitur illud certitudine euidentiæ, & non certitudine perfectionis modo minor eſt vera primo modo, artifex enim ſcit quid eſt ſanare deducendo illud ex principijs, non autem ab experimentis, & propterea certius ſcit ſanare certitudine perfectionis, non autem certitudine euidentiæ, vt ſuperius diximus. Hæc de ſeptima diſputatione.

*Actus autẽ & omnes generationes circa ſingulare ſunt, non enim hominem medicus ſanat &c.* Tex.

## DISPVTATIO OCTAVA
### De Subiecto, actionum & Generationum.

*Num Actus & Generationes ſint circa ſingulare.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Rõnes Auic.* QVod non arguunt primo, quia actus intelligẽdi eſt circa vl̃e, igitur non oĩs actus eſt circa ſingulare. Secũdo ſi actus & generatione ſunt circa ſingulare, tunc ſubiectum generationis & motus eſſet ſingulare. tenet argm̃, quia illud circa quod aliquid eſt, ſubiectum eſt illius vt qm̃ albedo eſt circa parietem paries eſt ſubiectum albedinis, conſequens vero eſt impoſsibile quia ſi ſubiectum generationis & motus eſſet ſingulare, tunc paſsiones non poſſent demonſtrari de ſubiecto, quia de ſubiecto ſingulari nulla paſsio eſt demonſtrabilis. Tertio ſi actus ſit circa ſingulare, tunc per ſe obiectum actus eſſet ipſum ſingulare. Vltra, igitur actus eſſent tot quot ſingularia, nam actus diſtinguuntur per obiecta, & vltra igitur & potẽtię erunt tot, quot actus, quia & potentię diſtinguuntur per actus. Hoc vltimum cõſequens eſt falſum quia vna eſt potentia oĩum actuum, vnus viſus oĩum viſionum, igitur primum añs erit falſum, & ſic actus nõ erũt circa ſingulare. Quarto logice arguunt & expoſitorie, hoc demr̃ando Socr. ꝑ ſe ſanat̃, hoc demr̃ando eundẽ per ſe eſt hõ, igitur hõ per ſe ſanat̃, ſed homo nõ eſt ſingulare, ſed vl̃e, igit̃ non oẽs actus ſunt circa ſingulare. Quinto ſi act⁹ eſt circa ſingulare vel circa hoc tm̃ vel circa ſingulare abſtractum ab hoc & ab illo, nõ circa hoc ſingulare tm̃, qa ei⁹ eſt actus cuius eſt potentia, vt dicitur in lib. de ſomno. At potentia non eſt circa hoc tm̃, igitur nec actus. Si circa ſingulare abſtractum ab hoc & ab illo, igitur circa vl̃e, quia *Rõ Dominici.* abſtractũ ab hoc & ab illo eſt vl̃e. Sexto ſi actus & generationes eſſent circa ſingularia, tunc nulla eſſet cauſa vniuerſalis, deducitur, quia cauſa vniuerſalis non eſt niſi effectus vniuerſalis, modo ſi omne genitum eſſet ſingulare, tunc nullus eſſet effectus vniuerſalis & ita nulla eſſet cauſa vniuerſalis. *Rõ Ioannis.* Septimo vniuerſale eſt generabile & per ſe, igitur actus & generatio eſt circa vniuerſale. añs probatur, quia ſingulare & vniuerſale ſunt idem realiter. Secundo idem añs probatur, quia vniuerſalia hñt per ſe agentia, vt res naturales vniuerſaliter ſumpte, nã in definitione rei naturalis vl̃is ponitur agẽs, & oĩs cã. Tertio idem arguitur qa generabile abſtractũ ab hoc & ab illo eſt generabile, qa idẽ de ſeipſo prędicatur, & tñ iſtud eſt vniuerſale. *Rõ Birridani.* Octauo promiſsiones ſunt circa vniuerſalia, igitur nõ oẽs actus ſunt circa ſingularia. añs declaratur, quia qui promittit tibi bouem, non tenetur dare nec hũc nec illum bouem, ſed bouem, igitur promiſsio eſt circa vniuerſale. Nono quod per ſe eſt generabile, ipſum per ſe generatur, vniuerſale eſt per ſe generabile, igitur vl̃e per ſe generatur. maior patet, quia eiuſdem eſt actus & potentia. minor declaratur, quia generabile in eſt omnibus indiuiduis, & non vni per alterũ, nec alteri per alterum, igitur omnibus per tertiũ cõe, vt dicitur primo Poſte. Præterea Ariſt. in lib. de generatione demonſtrat generabile de vniuerſalibus corporibus, igit̃ vniuerſalia corpora ſunt per ſe generabilia. Amplius generatio terminatur ad ſpeciẽ, vt dicit Auic. *Capite. 1.* in primo ſuæ Phyſicæ, igitur eſt ad vl̃e. In oppoſitum eſt Ariſt. dicens. Actus autem & generationes oẽs circa ſingulare ſunt, igitur diſputatio dubia eſt.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ACTVS multifariam capi ſolet. Vno modo pro forma ſiue perfectione prima: & ſic ſolet dici aĩam eſſe actum. *Quid actus.* Alio modo pro operationem, quo ſolemus dicere videre eſſe actum potentiæ viſiuæ, & intelligere potentiæ intellectiuæ. Amplius generatio conſueuit ſumi pro omni productione qũo Plato dixit mundum eſſe genitum. *Quid gñio.* Alio modo pro introductione formæ cum abiectione contrariæ præiacentis. *Particula circa.* Præterea hæc particula circa (vt dicunt) põt vno modo ſumi, vt dicit circunſtantiam paſsi vel agentis, qũo dicimus ignem verſari circa combuſtibile, vel ſcholares verſari circa Niphum: verſatur. n. ignis circa combuſtibile, tãquam circa paſſum, circa Niphum ſcholares tanquam circa pręceptorẽ, qui agit diſciplinas in ſcholaribus. Amplius dicunt illam quandoq; dicere circunſtantiam rei ſignificatæ, vt cum dicitur ſignificationes nominum ſunt circa res. Interdum rei repñtatæ, cum dicimus intelligere eſt circa vl̃e, ſentire circa ſingulare. Alij breuibus dicũt verbum illud, circa, dicere interdum circunſtantiã paſſi, interdum agentis, interdum termini. Singulare nonnunquam pro propoſitione ſingulari conſueuit ſumi, veluti vl̃e pro propoſitione vniuerſali, nonnunquam pro effectu particulari vna cauſatione producto, aliqñ pro re, quæ ſignificatur vel repræſentatur per terminũ ſingularem, vt illa res, quæ ſignificatur per hunc terminum ſingularem Soc. in voce vel in ſcripto, vel in mẽte. Contra etiam de vniuerſali ſolet fieri diſtinctio, de qua dicemus non ſemel. Hæc de titu.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ aliquorum.* QVIDAM breuibus expediti dicunt ꝙ duplex eſt actus ſiue operatio. Vna quidem tranſiens, vt ædificare. Aliam immanens in agente, vt intelligere & velle. Tunc reſpondent ꝙ propoſitio Ariſto. intelligenda eſt de actu tranſeunte, & non quatenus cõcipitur, ſed quatenus eſt in re. Secundo dicunt ꝙ non eſt vera de actu immanente. primam probant, quia nullum accidens ſingulare eſt niſi in ſubiecto ſingulari actus tranſiens eſt actus ſingularis, igitur eſt ĩ ſingulari. Secũdum probant per definitionem actionis immanentis: eſt. n. illa quæ eſt in agente. *Replica. Solutio. Confutatio.* Et ſi replicares quia oĩs actio videtur eſſe in agente. Dicunt verum eſſe de actione quæ ſumitur pro reſpectu, non aũt pro re acta. Sed circa hæc occurrunt confutationes. primo, quia ſi oĩs actio pro reſpectu eſt illa quæ eſt in agente: vt dicũt, cum ſm eos intelligere & velle ſint in agente, erunt actiones reſpectus: & non actiones actæ, & ſic videtur prima diſtinctione

ctio de actione repugnare ſecundæ de eadem. Secundo probationes cõmittere fallaciam æquiuocationis, nam prima probatio valet vt illa particula, circa, dicit habitudinem ſubiecti, vt patet in eorũ probatione, poſtea dicunt quod eadem propõ non eſt vera de actione ĩmanente. Hæc videntur repugnare, quia vel eodem modo ſumitur illa particula, circa in prima propoſitione, quo in ſecunda vel aliter. ſi eodem mõ, tunc etiam de actione ĩmanente eſt vera. nam actio ĩmanens eſt circa particulare, tanquam circa ſubiectum: licet circa vľe, tanquam circa terminum vel obiectum. Si vero alr in prima, & aliter in ſecunda propoſitione & ipſi non diſtinxerunt quod erat multiplex & diſtinguẽdum, igitur cõ-
*Põ Ioan. Birri & Albertilli.* miſerunt fallaciam æquiuocationis. Logici vero dicũt ꝙ ſi illa particula, circa, dicit circunſtantiam agẽtis, vel paſsi, tunc eſt vľr vera, quia oĩs actio tam tranſiens quã immanens eſt in paſſo ſiue particulari ſubiecto ab agẽte particulari, patet hæc inducendo in omnibus, & hoc pacto volunt Ariſto. intellexiſſe. Si vero illa particula, circa, dicit habitudinem rei ſignificatæ vel repreſentatę ſic non eſt vľr vera, quia actus intelligendi eſt circa vľe, & actus ſignificandi huius nominis ens eſt circa vľe, & quia promiſsiones ſunt actus intelligendi, ideo ſiunt circa vľia tanquã circa ſignificata vel præſentata. Hæc
*Qualis hæc põ.* illi. Hæc poſitio non eſt falſa, ſed non eſt pro mente Ariſto. quia ipſe loquitur preſsius, non. n. ita ample nec ita fuſe ſumpſit actus, & oꝑationes vt videbitur ſtatim. Nõ .n. oportet exponere, qñ quæ dicit Ariſt. ſunt clara, nec ampliare ſi ſermo Ariſt. eſt preſſus. hoc. n. eſt oſtentatio. Illud autem temeritas, vt dicit Boetius.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES igit̃ ſcire ꝓ dilucidatione ꝙ verba græca ſunt hęc αἱ δὲ πράξεις καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι, περὶ τὸ καθ᾽ ἕκαστόν εἰσιν, hoc eſt praxes autẽ & gñationes oẽs circa ſingulare ſunt, quibus in verbis innuit duplices eſſe generationes artificiarias quibus beneficio artis formę in ſubiecto inducuntur, naturales quibus beneficio nãæ formę naturales educuntur & ita ſolum de generationibus propoſitio Ariſt. intelligitur, vbi patent duo, quorum primum eſt. ꝙ Ariſt. per praxes, intelligit generationes actionesq́; proficiſcentes ab arte, quia, vt dicit̃. 6. Ethi. ars eſt circa factibilia, prudentia circa actibilia, ergo ꝑ praxes intelligit artificiarias oꝑationes, generationesq́; quæ proficiſcuntur ab arte, circa factibilia, per generationes aũt intelligit inductiones alicuius formæ cum abiectione contrariæ formæ, vnde praxes ad artificiaria retulit, generationes aũt ad naturalia, & ſic omnes operationes amplectitur corporeas, quæ dicuntur generationes. Ex hoc ſequitur ꝙ fruſtra eſt illa dilatatio ad actionem immanentem. Nam nulla actio artificiaria circa factibile: de qua loquitur Ariſto. eſt ĩmanens. Secundum eſt quòd illa particula peri, quod latinæ eſt circum vel circa: non ſumitur niſi vt dicit habitudinẽ ſubiecti: vel paſsi, quia ſic loquitur Ariſt. vult. n. probare ꝙ circa ipſa ſingularia verſatur expertus & artifex, veluti circa propria ſubiecta atq; patiaria, & tunc ſequitur ꝙ fruſtra ampliatur ad alias ſignõnes, cum hic nonniſi preſſe ſumpſit Ariſto. illam. Hæc eſt dilucidatio pro
*Dubitatio vtrũ vniuerſale ſit per ſe corruptibile.* mente peripa. Sed quæres vtrum vľe ſit primo & per ſe corruptibile atq; generabile. Verbi cauſa. Socra. eſt generabilis & corruptibilis, vtrum ſit ita quia aliquod vniuerſale eſt primo & per ſe corruptibile, an quia So-
*Solutio Ioan.* cra. hæc dubitatio non eſt leuis. Ioan. ſoluit ꝙ vniuerſale poteſt ſumi pro re & pro intẽtione. Amplius ſumptum pro re bifarium eſt. Aliud quidem cuius ſuppoſita ſiue ſingularia ſunt generabilia & corruptibilia, vt homo equus, & id genus. Aliud cuius ſuppoſita non ſunt corruptionis capacia vt cœlum, & intelligentia. Tunc dicit ꝙ ſumẽdo vniuerſale pro re ſubiecta intentioni cuius ſuppoſita ſunt generabilia & corruptibilia, ipſum vľe eſt primo & per ſe corruptibile & generabile, & ita Socra. eſt corruptibilis, nõ ea ratione qua Socra. ſed ea ratione qua continetur ſub aliquo vniuerſali per ſe corruptibili. Similiter hic ignis non eſt corruptibilis ea ratione, qua hic ignis ſed ea rõne qua dixi. Pro hac conclu. arguit Ioan. multifariam. Primo, quia de vniuerſali pro re demonſtrant̃ generationes & corruptiones per ſe, vt habetur primo de generatione, igitur vniuerſali pro re per ſe primo competunt antecedẽs etiã probatur, quia hæ ſunt paſsiones ſcibiles, vt patet in illo lib. vel igitur de ſingulari, & hoc non quia ſingularium nõ eſt ſcientia, igitur de vniuerſali. Secundo aliquod vľe ſecundum ꝙ ipſum eſt corruptibile, igitur per ſe primo, vt patet. 1. Poſte. antecedens patet, quia hoc commune videlicet corpus cõpoſitum ex materia & forma eſt ſm quod ipſum corruptibile, quia non niſi quatenus eſt cõpoſitum ex materia ex forma. Tertio ratione alicuius vniuerſalis generatio & corruptio ineſt omnibus corruptibilibus, igitur primo illi competit tenet argumentũ per regulam poſterioriſticam: antecedens declaratur, quia Socra. nõ eſt generabile & corruptibile, niſi quatenus compoſitum eſt ex materia & forma, & ſic de cæteris id genus, igitur primo illi vľi compoſito competũt illa. Quarto illud eſt per ſe primo corruptibile, cuius principia ꝑ ſe ſunt cauſæ corruptibilitatis: ſed materia, forma, & priuatio ſunt principia vľis compoſiti, & cauſæ corruptionis, igitur vľe compoſitum eſt primo corruptibile. Quinto ſingularia compoſita ſunt corruptibilia per ſe, vel igitur rõne cuiuſdam ſingularis, vel rõne vľis omnibus illis communis, non ratione cuiuſdam ſingularis, quia ratione ſingularis nihil competit pluribus differentibus ſpecie, igitur ratione vniuerſalis illis oĩbus cõis, & ſic compoſito cõi per ſe primo competit. Sexto omne prædicatum conuerſim, quod prædicatur extra eſſentiam, primo & per ſe ſecundo modo cõpetit ei cũ
quo conuertitur, hæc habetur. 1. Topic. ſed corruptibi- *Cap. 4.*
le & generabile prædicatur cõuerſim de illo cõi, videlicet compoſito, quia omne compoſitum eſt corruptibile & ecõtra, & prædicatur extra eſſentiam, igitur corruptibile prædicatur per ſe ſecundo modo de illo vľi. Septimo vľe perpetuatur ob indiuiduorũ ſucceſsionẽ, igitur ipſum eſt per ſe corruptibile. tenet conſequentia quia ſi eſſet per ſe æternũ nõ egeret perpetuitate aliunde antecedẽs eſt diuulgatũ per ſcholas peripa. Octauo ſi vniuerſale eſſet per ſe incorruptibile, tũc A. per ſe corruptibilibus, abſtraheretur per ſe incorruptibile, quod non eſt conſonum, quia vnum oppoſitum nõ põt abſtrahi à reliquo. Modo vľe abſtrahitur à ſingularibus, quare non poteſt eſſe per ſe incorruptibile, & ipſa ſingu
laria per ſe corruptibilia. Ex his concludit Ioan. ꝙ vľe *Concluſio Ioã.*
eſt per ſe primo generabile & corruptibile ſecundo modo dicendi per ſe. Imaginatur enim ipſe eſſe vnũ vniuerſale commune omnibus corrubtibilibus videlicet hoc cõe compoſitum, in quo omnia corruptibilia conueniunt, & vult quod huic vniuerſali per ſe primo inſit generatio & corruptio: & ratione eius oĩbus alijs, quæ ſub ipſo continentur. Nam Socra. corruptibilis eſt, nõ ea ratione qua Socra. ſed ea ratione, qua compoſitum eſt



eſt quoddam. Similiter A. ignis corruptibilis eſt, non ea ratione qua eſt A. ignis, ſed ea ratione, qua eſt compoſi-
*Excerptum primum.* tum quid. Ex his patet de mente Ioan. ꝙ id vľe compoſitum non dicatur per ſe primo corruptibile, quia ſibi ſeorſum primo & per ſe competit corruptio, & ratione eius competat indiuiduis, quia eadem corrumpitur illud & eius indiuiduum, ſed dicitur per ſe primo tale, quia non ratione indiuidui, ſed indiuiduum ratione illius corrumpitur. Verbi cauſa pro iunioribus non dicit̃ compoſitum cõiter per ſe primo corruptibile, quia corruptione ſeorſum & diuiſim ſumpta corrũpatur, quia non corrumpitur alia corruptione ab ea qua Socra. ſed pro tanto quia Socr. non ea ratione qua Soc. ſed ea ra-
*Excerp. 2.* tione qua compoſitum corrumpitur. Secundo ſequitur etiam ſm Ioan. ꝙ vľe illud per ſe primo eſt generabile & corruptibile vt generabile & corruptibile dicuntur à potentia & actu, deducit, quia ratione illius Socr. actu corrumpitur, & poteſt corrumpi, igitur ei compe-
*Expõ Ioan.* tit primo corrumpi & poſſe corrumpi. Hæc Ioan. Animaduerte tamen ꝙ Ioan. non intelligit illud cõe compoſitum eſſe per ſe primo & generabile & corruptibile reſpectu eiuſdem: quia tunc idem ſimul eſſet, & non eſſet, ſed intelligit ꝙ compoſitum in potentia, vt Socr. generandus eſt generabilis: quatenus eſt potentia compoſitus. Socra. præſens eſt corruptibilis quatenus eſt actu compoſitus: & ſic ratione illius competit generabilitas omnibus quibus competit, & ratione illius corruptibilitas omnibus quibus cõpetit, & hoc modo illi cõi per
*Obiectiones.* ſe primo hæc inſunt. Hæc pro Ioan. Sed contra Ioan.
*Prima.* ſoliti ſumus obijcere fortiſsimis rationibus. Primo, quia per nullam vnam & eandem rõnem poſſunt aliquibus conuenire prædicata oĩno oppoſita, hæc eſt. n. maxima oĩum dialecticorum, ſed per rationem vniuerſalis indiuiduis competit æternitas: quia vt dicitur. 2. de anima propterea generare ſibi ſimile eſt naturaliſsimum operum viuentibus, quatenus diuino eſſe participẽt, quod eſſe non poteſt niſi quatenus rõne vniuerſalis ſint perpetua, igitur ratione vniuerſalis non poteſt competere
*Secunda.* corruptibilitas. Secundo, nulla vna eademq́; ratione aliquibus poteſt competere ſcibilitas & corruptibilitas, nam ſcibilitas repugnat rationi corruptibilitatis: ſed ratione vniuerſalis competit indiuiduis rõ ſcibilitatis, igitur ratione vniuerſalis non competit eis ratio corru-
*Tertia.* ptibilitatis. Tertio nihil quod eſt per accidens corruptibile poteſt eſſe per ſe primo corruptibile, ſed vniuerſalia ſunt per accñs corruptibilia, vt dicit Auer. 1. huius, igitur non poſſunt eſſe per ſe primo corruptibilia.
*Cõm. 7 Quarta.* Quarto per nullam vnam rationem poſſunt aliqua eſſe definibilia, & corruptibilia: patet quia ratio definitionis & corruptionis ſunt oppoſitæ: vt patet. 6. Ethic. Sed indiuidua ſunt definibilia per rationem vniuerſalis vt
*Cõm. 8. Capite. 7. Quinta.* dicit Auer. 1. de anima, & Theñ. ibidem, igitur rõne vniuerſalis non poſſunt eſſe corruptibilia. Quinto nihil eſt de ratione vniuerſalis, è quo poſsit fluere corruptibilitas, igitur nihil eſt corruptibile ratione vniuerſalis antecedens patet, quia de ratione vniuerſalis eſt ſola definitio: oĩs autem definitio eſt ſumpta à forma ſm Auer.
*Cõm. 37.* vt omnibus patet: & patebit in. 7. Meta. Forma autem non eſt principium corruptionis, ſed eſſendi, vt dicitur. 7. huius, vbi habetur, ꝙ forma eſt pars: quę (cum fuerit) eſt res. Materia vero eſt illud, quod (cum fuerit) non eſt res, igitur non poteſt fluere à forma, & ita non poteſt fluere à principijs eſſentialibus vniuerſalis. Vel poteſt hæc ratio ſic formari, ſi corruptibilitas competit per ſe alicui vniuerſali, & ſecundo modo dicendi per ſe, vel ratione principiorum illius eſſentialium, vel áccidentalium: non eſſentialium: quia ſola forma eſt principium eſſentiale, & omnia ea quæ ſumuntur à forma, quia materia non eſt pars eſſentialis compoſiti vniuerſalis ſed deferens pars, ſiue ſine qua non, vt dicetur in. 7. huius non ratione principiorum accidentalium, igitur nullo modo. Hæc ratio eſt fortiſsima, ſi teneatur põ Auer. de
definitione: & partibus definitionis. Propter hæc ſoliti *Secunda ſol. propria in qua nota de vniuerſalibus.*
ſumus dicere ꝙ ſunt quædam paſsiones: quæ fluunt ex principijs indiuiduorum, vt corruptibilitas & generabilitas, & hæ per prius competunt ſingularibus alicuius vniuerſalis, quàm illi vniuerſali, non tamen per prius competunt alicui ſingulari determinate ſumpto per ſe, qa nec ipſi A. nec ipſi B. ſub aliquo vniuerſali contentis, ſed alicui ſingulari confuſe tento. Verbi cauſa, oĩbus indiuiduis compoſitis ineſt corruptibilitas, quæ ſignificantur per illud nomen cõe compoſitũ, ſed quia hæc fluit à principijs indiuidui, ideo per prius competit alicui compoſito illorum non determinate, vtpote Socr. vel Platoni, ſed indiuiduo compoſito ex materia & forma confuſe tento, & ita per accidens vniuerſali ad oĩa illa, & per ſe ſecundo modo per ſe, compoſito indiuiduo confuſe tento. Solet. n. dici in ſchola Auer. eſſe paſſiones duplices, quaſdam quæ fluunt à forma, & hæ primo vniuerſali competunt quaſdam quæ fluunt à materia, & hæ primo indiuiduis competunt & ratione illorũ vniuerſali. Erit igitur compoſitum non vniuerſale con-
fuſe ſumptum: per quod vniuerſalibus competit. Quod *Confirmatio rationis. 1. Authoritas. Cõm. 27. & 6. Cõm. 21.*
autem hæc ſit poſitio Auer. deducitur, quia nullum ꝑ ſe vniuerſale eſt compoſitum, quia per ſe vniuerſalia ſunt formæ, vt dicitur primo huius & 7. Meta. inquit, ꝙ quidditas hominis eſt homo vno mõ, & nõ homo alio modo: eſt quidem homo, quia eſt forma hominis, & non eſt homo, qui eſt congregatus ex materia & forma, & ſic patet eum velle hominem cõem nõ eſſe aliud quam formam hominis. Indiuiduum vero hominis eſ-
ſe congregatũ ex materia & forma. Pręterea ſm Auer. *Secunda. Cõm. 36.*
idem eſt forma totius & partis, vt patet. 7. huius, vbi dicit ꝙ quidditas recti vniuerſalis eſt forma, & attribuitur recto ſm ꝙ ſunt idem, & ſubdit, dicimus. n. ꝙ quidditas recti eſt rectũ, & qñq; dicimus, ꝙ eſt forma exñs in recto, qua ratione (vt dicit) forma recti non erit rectum, ſicut animal non eſt animal. Hæc Auer. Ex quibus ſequitur ꝙ vniuerſalia non ſunt niſi formæ, quibus
intelliguntur indiuidua compoſita. Pręterea quod non *Tertia.*
eſt per ſe pars definitionis, non videtur eſſe per ſe pars vniuerſalis definibilis, ſed materia nõ eſt per ſe pars niſi per accidens definitionis, igitur nõ eſt pars vniuerſalis definibilis niſi per accñs. Minor eſt diuulgata per ſcho-
las oẽs Auerroicas, quas ſectatur Ioan. Ex his ſequitur *Põ Auer.*
de mente Auer. ꝙ huic nomini compoſitum in voce, ſcripto, vel in mente nihil reſpondet vltra ſingulare. qđ quidem eſt vniuerſale nõ quia ſibi reſpondeat aliquod commune pręter ſingularia: quemadmodum nec materiæ communi præter ſingularem vnam numero mate-
riam aliquid correſpondet in re: vt dicit Auer. 12. Meta. *Cõm. 14.*
ſed bene poteſt illi nomini in mente reſpondere aliqua conceptio, quæ repræſentat mihi communiter omnia indiuidua compoſita, homini autem vel animali, quæ ſunt nomina communia, bene reſpondet aliquid præter ſingularia apud Auerroem, vtpote forma. Nam hæc nomina cõcretiue ſumpta in mente primo & per ſe repræſentant formam; ſecundario & per accidens compoſita

*Dubões. Prima.* poſita indiuidua. Sed occurres, qa Ariſ. demonſtrat oẽ
elementum eſſe tranſmutabile in quodlibet elementũ
per hoc medium, quia omne elemẽtum eſt compoſitũ
ex materia, forma & contrario, vt patet. 2. de genera-
tione, vel igitur illud medium eſt ſingulare vel vl̃e, non
ſingulare qa de ſingularibus, & per ſingularia nihil ſci-
tur: igiẽ eſt vl̃e: & ſic falſum eſt id quod dictum eſt. Præ
terea Ariſto. demonſtrat intellectũ eſſe immiſtum, per
hoc, quia omne miſtum cum materia eſt corruptibile.
Vel igitur ſumit miſtum vl̃e vel ſingulare, & vt prius ar
guatur. Similiter Auer. vtitur hoc medio contra Auic.
qui tenebat cœlum eſſe compoſitum ex materia & for
ma, arguit enim quia tunc eſſet corruptibile, & mediũ
eſt ipſum vl̃e compoſitum, aliter ratio ſua eſſet ex ſingu
*Secunda.* laribus. Præterea dubitatur contra fundamentum po
ſitionis, quia propter quid illi nomini cõpoſitum non
correſpondet aliquod cõe, & illi nomini homo vel ani
mal ſic, videtur. n. ꝙ vtriſq;, quia ambo ſunt noĩa cõia,
quibus oportet correſpõdere ſignificata cõia, maxime
cum aĩal & homo prædicentur de ſingularibus compo
*Tertia.* ſitis. Præterea hæc eſt vera, oĩs homo eſt cõpoſitus, &
omne animal eſt compoſitum, & per ſe, igitur cõpoſi-
tum erit vl̃e illis, quia non omne compoſitum eſt aĩal.
*Quarta. Capite. 3.* Amplius genus generum eſt corpus, vt dicit Auer. in
*Quinta.* lib. Porphyrij. Modo corpus eſt compoſitũ. Inſuper
*Cõm. 9.* Auer. 1. huius ait. v. g. ſpẽs hoĩs non eſt forma eius tm̃,
vt Plato voluit, ſed cõgregatũ ex materia & forma. Mul
ta alia dicentur in. 7. huius de hac poſitione, nunc vero
*Solutio.* hæc ſufficiant. Debes ſcire ſm hãc poſitionem: ꝙ quæ-
dam ſunt nomina cõia quæ ſignificãt per ſe primo for
mas, & ſecundario compoſita ex materia & forma, vt
animal, hõ, equus, & id genus. Hoc. n. nomẽ animal,
principaliter ſignificat formam, veluti hoc nomen al-
bum, conſequenter ſignificat compoſitum, cuius illa
eſt pars, veluti album conſequenter ſignificat ſubiectũ.
Quædã ſunt nomina cõia, quæ principaliter ſignificãt
compoſita vt hoc nomen compoſitum vel hoc nomẽ
congregatum, & hoc nomen miſtum, & id genus, con
ſignificant vero ſecundario formas illorum. Tunc de
mente Auer. dicendum eſt primo ꝙ nominibus primo
modo in mente, vel ſcripto, vel voce corrñdet aliquod
præter compoſita indiuidua: quod primo per illa ſignifi
*Cõm. 14.* catur, vel præſentatur. Et hoc eſt forma, quam Auer.
*Cõm. 17.* vbiq; appellat vniuerſale in potentia, vt patet. 12. meta.
& primo huius: & ſic vl̃ia formalia nõ ſunt nomina tm̃
apud Auer. nominibus vero ſecundo mõ ſumptis nihil
reſpondet niſi ſingularia, & ſic vniuerſalia compoſita
ſunt nomina in mente, vel ſcripto, vel voce, nam in vo-
ce vel ſcripto ſunt noĩa vniuerſalia, quatenus ſignificãt
ſingulare cõiter & non diſcrete, in mẽte vero ſunt vni-
uerſalia, quia repreſentant ſingularia non diſcrete, ſed
cõiter. Nec eſt idem repreſentare aliquid cõiter: & re-
preſentare aliquod cõe, veluti non eſt idem ſignifica-
re vel repreſentare aliquale, & aliqualiter. Hæc. n. di-
ctio rõnale, ſignificat aliqualiter, nõ autem aliquale, &
ſic hoc nomen compoſitum dicitur vniuerſale in men-
te, quia repræſentat mihi hoc vel illud compoſitũ cõ-
muniter, non autem diſcrete. Tunc ad dubitationes,
ad primam, ſecundam, & tertiam dico ꝙ mediũ eſt ſin
gulare cõiter conceptum, ſiue per nomen communi-
ter ſignificans, vel communiter præſentans ſumptum,
& tale nõ eſt impoſſibile eſſe mediũ demonſtrationis.
Demonſtrat. n. Auer. intellectũ non eſſe numeratum
& conſtitutum per corpus, quia tunc eſſet indiuiduum
demonſtratum: vbi conſtat indiuiduũ demonſtratum
non eſſe vniuerſale, ſed ſingulare cõiter, ſiue confuſe
conceptũ. Solemus. n. dicere, vnus iſtorũ decem equo
rum vicit brauiũ, vbi manifeſtũ eſt illum terminũ vnus,
nõ ſumi niſi pro vno ſingulari illorum, ſed quia confu
ſe accipitur: & per terminũ cõiter repreſentatiuum vel
ſignificatiuum, videtur eſſe quid cõe. Ad ſecũdam prin *Cõm. 17.*
cipalem rñdet Auer. 1. huius. & 12. huius, quia cõiter ma *Cõm. 14.*
teriæ non dari poteſt, niſi in anima, quia eſt vna nume
ro eſſentialiter, & multa numero vt in potẽtia. Materia
enim non habet plures materias, numero diſtinctas, de
quibus prædicari poſſit cum vna ſit oĩum materia, &
propterea eius cõmunitas eſt potius receptionis, quã
prædicationis, pluralitas autem materierũ eſt per for-
mas, non ꝙ ipſa ſit numerabilis. At cõmunitas formæ
eſt extra aĩam, quia ipſa eſt vniuerſale in potẽtia: quare
illi nomini compoſitum in mente nihil rñdere poteſt
præter ſingulare niſi in forma, & non materia; & ita nõ
correſpondet cõpoſitum præter indiuidua compoſita,
cæteris vero nominibus, quæ principaliter formas ſigni
ficant, poteſt reſpõdere aliquid præter indiuidua vide-
licet forma. Ad tertiam principalem dico, ꝙ qualibet
illarũ eſt vera, quatenus ipſum compoſitum concipi-
tur vniuerſalius quodlibet illorum, non quatenus ſit in
ſe vniuerſalius, veluti vl̃ius cõcipitur indiuiduũ demon
ſtratum, quam animal, & tamen non eſt vniuerſalius.
Verbi cauſa. omne animal eſt indiuiduum demonſtra-
tum, & tamen non omne indiuiduum demonſtratum
eſt animal. Ad quartam dico, ꝙ genus generum eſt cor
pus, non vt ſumitur à compoſito, ſed à forma corporis.
forma enim corporis eſt genus generum. Illi. n. nomini
corpus, in mente quod eſt genus generum, non cõpoſi
tum, ſed forma corporis præter indiuidua correſpon-
det. Ad vltimam dico, ꝙ verbum illud eſt contra Pla
tonem, qui tenuit ſpeciem etiã ſeparatam ſm eſſe ab
indiuiduis compoſitis, & contra hoc dicit ſpẽm homi-
nis eſſe compoſitam, i. non ſeparatam à cõpoſito ſed eſ-
ſe compoſitum per identitatem. Multa alia dicemus in
7. de hac materia. Nunc vero tenemus tanquã proba-
bile donec aliter occurret ipſum corruptibile & gene-
rabile nulli vl̃i primo competere, quia ſi alicui compe-
tat: maxime erit illi vniuerſali, quod eſt compoſitũ, ſed
demonſtratũ eſt illud nõ eſſe vniuerſale, ſed indiuiduũ
per terminum cõem ſignificatum in voce, vel repræſen
tatum in mente, igitur nulli vniuerſali primo competit.
Tunc ad rationes Ioannis dico. Ad primã ꝙ tales paſ- *Sol. rõnũ Ioã.*
ſiones non de vniuerſali demonſtrantur, ſed de indiui-
duo communiter concepto, cuius poteſt eſſe ſcientia,
& definitio, vt dicitur primo de aĩa. Ad ſecundam per
idem negatur antecedens. Ad probationem dico, ꝙ il- *Cõm. 8.*
lud eſt ſingulare cõiter: ſiue confuſe conceptum, cui pri
mo competit, & ſic non ratione vniuerſalis ſingulare ꝑ
ſe eſt corruptibile, ſed quatenus eſt ſingulare compoſi
tum. Ad tertiã negatur etiam eodẽ modo antecedens.
Ad probationem dico vt ſupra, ꝙ Socrates eſt corru-
ptibilis, quatenus compoſitum, ſed compoſitum eſt ſin
gulare per terminum communem conceptum. Ad
quartam negatur minor quia illa ſunt principia cõpoſi
ti indiuidui, non quidem diſcrete tenti, quia ſic nullius
alterius, ſed cõmuniter atq; confuſe concepti vel ſigni-
ficati. Per idem ad quintam dico, ꝙ indiuidua ſunt cor-
ruptibilia ratione compoſiti, ſiue ea ratione qua com
poſita, & vlterius ratione ſingularis non diſcrete tẽti,
ſed communiter, ſiue confuſe concepti vel ſignificati.
Ad



Ad ſextam per idem cõcedo maiorem, & nego mino-
rem, quia ipſum compoſitum non eſt vl̃e, ſed indiui-
duum per terminum cõem ſignificatum, aut communi
ter conceptum. Ad ſeptimam, dico ꝙ vl̃e nec eſt per ſe
corruptibile, nec per ſe æternum, quia corruptibilitas
& æternitas ſunt conditiones exiſtentis, modo vl̃e non
exiſtit niſi per ſua ſuppoſita, & ita eſt corruptibile, &
æternum ob ſuppoſita. Ad formam negatur conſequẽ
tia. Ad probationem dico, ꝙ non oportet ſi aliquod ſit
incorruptibile ob aliud, vt ſit de ſe corruptibile, hoc. n.
habet locum circa id quod per ſe exiſtit, qualiter non
eſt de vniuerſalibus. Ad octauam dico, ꝙ vl̃e nec eſt
corruptibile per ſe nec ĩcorruptibile, ſed quatenus exi-
ſtit in ſuppoſitis, & propterea abſtrahi poteſt à corru-
ptibilibus, quia tale abſtractum non eſt per ſe incorru-
ptibile, niſi per accidens vt habet eſſe conceptum, &
*Excerptum.* in aĩa, vt dicunt peripatetici. Ex his ſequitur ꝙ nullum
vl̃e vt vl̃e eſt æternum, nec corruptibile, quia tales con
ditiones ſunt exiſtentiæ, modo vl̃e non habet exiſten-
tiam niſi ob indiuidua. Solent aũt vl̃ia dici ęterna pro-
pterea quia habent eſſe cognitum perpetuum, etiã quia
ſemper eorum ſuppoſita ſunt in quibus ipſa exiſtunt.
Vel dici poteſt ſubtilius ꝙ æternum poteſt ſumi bifa-
riam. Vno modo pro eo quod exiſtit in omni differen-
tia temporis, & hoc pacto vl̃e non eſt per ſe ęternum,
quia talis æternitas non eſt niſi exiſtentis. Alio modo
poteſt capi æternũ priuatiue pro eo quod in nulla dif-
ferẽtia temporis deficit, & hoc pacto vniuerſale poteſt
eſſe per ſe æternum, quia ea rõne qua vl̃e in nulla dr̃ia
temporis deficit, nec æternitas hoc modo eſt conditio
*Excerptum de æternitate vniuerſalium.* exiſtentis. Ex his patet qualiter vl̃ia ſunt per ſe æterna
& incorruptibilia hoc modo, per accidens autem æter-
na & corruptibilia alio modo. Hæc Ioan. non aĩaduer
tit. Et de dilucidatione hactenus.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

*Solutio ad primam.* TVNC ad rõnes factas in principio. Ad primam pa
tet ſolutio. quia Ariſto. loquitur de praxe & gñatione
*Solutio ad ſecũdam aliquorũ.* modo intellectio nec eſt praxis, nec gñatio. Ad ſecun-
dam reſpondent aliqui ꝙ ſubm ipſius moueri ſingula-
ris eſt ſingulare, & tunc negatur ab eis ſecũda conſe-
quentia, quia nec hoc nec illud moueri ſcitur, quia hoc
& illud non niſi ſingulari competit, tamen ab hoc & ab
illo atq; etiam ab omnibus moueri poteſt abſtrahi vnũ
cõe moueri quæ eſt paſſio per ſe prima alicuius ſubie-
cti in ſcientia vtpote ſubiecti naturalis philoſophiæ.
Hanc ſolõnem probant: quia ipſum moueri ineſt vni-
uoce, pluribus, & non vni per alterum, nec alteri per al
terum: igitur eis inerit per tertium, cui per ſe primo cõ
*Obiectio.* uenit. Sed quidam obiiciunt: ſupponendo ꝙ eſt dr̃ia
inter accidens cõe & propriũ, qm̃ accñs proprium fluit
à principiis, ſpẽi, & per ſe primo competit vl̃i, ſed accñs
commune primo fluit à principiis indiuidui, & primo
competit ſingulari. Tunc arguunt ꝙ ſi eſſet vt dicũt,
nulla differentia eſſet inter accñs, proprium & cõe, quia
ab hoc moueri & ab illo moueri per eos abſtrahiẽ vnũ
cõe moueri, quod competit ſubiecto vl̃i per ſe primo,
*Solutio nouiſſimi.* & ita eſſet accidens proprium. Reſpondent nouiſſimi
fautores, per moueri cõe non actum, ſed aptitudinem
eſt intelligendum, nam ipſum moueri ſumptũ pro actu
eſt accidens per accidens, & de hoc concludit rõ illo-
rum. Sumptum autem pro aptitudine ſic eſt accidens
proprium, hoc pacto eſt intelligẽdum quando dicitur
ab hoc moueri & illo eſſe abſtrahibile vnũ cõmune mo
ueri qđ cõpetit ꝑ ſe primo ſubto naturalis philoſophię.
Sed hæc ſolutio eſt fuga, & nõ ad mentem authoris, *Confutatio.*
quem enituntur defendere. Primo, quia author loquiẽ
de moueri, qđ eſt actus & ope ratio, quia de illo dedu-
cit ꝙ ſi competeret ſingulari, non eſſet ſcibile. Vnde au
thor quẽ defendunt arguebat, ſi actus & opatio ſint cir
ca ſingulare, tũc ſingulare eſſet ſubiectũ illorũ, & ita iſti
tales actus nõ eſſent ſcibiles. cui author rñdit ꝙ ſunt ſci
biles quatenus abſtrahitur vnũ cõe oĩbus, quod cõpe-
tit alicui ſubiecto cõi. Si igitur illud cõe non ab actibus
eſſet abſtrahibile, ſed ab aptitudinibus, vt dicũt nouiſſi
mi, tunc adhuc argumentũ ſtaret, videlicet ꝙ actus illi
vt motus, & tales non ſunt ſcibiles. Præterea author in
gloſſando propoſitionẽ dicit ꝙ vera eſt propõ Ariſto.
de actibus tranſeuntibus, & hoc ſm ꝙ exiſtũt in rebus,
& habent eſſe exiſtentiæ, non aũt ſm ꝙ cõſideratur ab
intellectu & habent eſſe cognitum, & exponẽs ſe dicit.
Dixi aũt vt exiſtunt in rebus extra, & non ſm ꝙ conſi-
derãtur ab intellectu, quia actus vl̃is, & conſideratus
ab intellectu reſpicit obiectũ vl̃e, & remittit ſe ad id qđ
dicet inferius reſpondendo, ecce quod loquiẽ de actu,
& non de aptitudine. Præterea ratio authoris procedit
de actu, arguit. n. quod ineſt multis vniuoce & non vni
per alterum, oportet ꝙ primo inſit vni cõmuni illis per
cuius naturã inſit illis multis. Minorẽ aſſumit de actu,
& dicit. omnis. n. actus vt vl̃is & in conſideratione in-
tellectus exiſtẽs eſt circa obiectũ vl̃e & non ſingulare,
& remittit ſe ad illud quod dixit gloſſando propoſitio-
*Sol. propria.* nem. Ex his clare conſtat iſtos nouiſſimos non ſoluiſſe
ſed euaſiſſe. Propterea dico iuxta peripateticorum de-
terminationem, ꝙ actus diſcrete ſumptus ineſt ſingu-
lari diſcrete ſumpto, fluitq; à principijs illius, actus ve
ro communiter & confuſe ſumptus, cõpetit primo ſin
gulari cõmuniter atq; confuſe ſumpto, vt compoſito,
quod quidem eſt ſingulare ſed per terminum cõem ſi-
gnificatur, atq; concipitur vl̃r, & de ſingulari hoc pa-
cto accepto eſſe poſſunt demonſtrationes & definitio-
nes, vt diximus: & ita ratio non procedit. Ad tertiã re-
ſpondent aliqui negando vltimam conſequentiam, nã
potentiæ non diſtinguunẽ per obiecta ſub quauis vni-
tate, ſed ſub vnitate generis, de quo erit ſtatim diſputa-
tio ſequens, & ſic color non diſtinguit viſum ab auditu
per rationem ſingularitatis, ſed per naturam cõmunem
*Quæ de vniuerſalibus tradunt aliqui.* oĩbus coloribus. Et ſi petatur ab eis quæ ſit hæc natura
cõis, generis vel ſpeciei, reſpondent ꝙ eſt quædam na-
tura realis alia, non dico ſm rem ſed ex natura rei, hoc
eſt præter operationẽ intellectus, ab oĩbus indiuiduis:
vna vnitate reali, non dico tanta quanta eſt vnitas in-
diuidui: quæ non competit niſi vni numero duntaxat,
nec ita ampla vt vl̃is vnitas, quia illa vnitas vl̃is eſt actu
in pluribus, ſed eſt minor vnitate numerali quatenus
poteſtate ſaltẽ poteſt eſſe in pluribus, maior vero vni-
tate vniuerſalis, quatenus actu non ineſt pluribus. Et
pro intellectu opinionis iſtorum animaduerſione di-
gnum iſtos velle omnibus terminis ſiue noĩbus primæ
intentionis cõibus vt ſunt animal, homo, equus, & id
genus, in mente, voce, vel ſcripto corrñdere in re aliq̃
naturã præter indiuidua, præter dico ex parte rei, & nõ
ꝑ intellm̃, tm̃ ita vt actu ſit inter illam & indiuidua di-
ſtinctio, quę natura nõ eſt materia, nec forma, ſed eſſen
tia cõpoſiti, vtpote humanitas, vl̃ eqnitas: Vlterius de-
bes ſcire ꝙ triplex eſt vnitas, vt maxĩa, veluti vnitas in
diuidui, hæc. n. maxima eſt, qa nulli alteri cõicabilis, ſed
dũtaxat vni numero. Alia minima & hæc ẽ vnitas vl̃is
actu ab intellu cõcepti vt ꝓdicatũ de oĩbus cõtẽtis, quę

minima & fere nulla eſt, quia actu tale vľe.v.g.homo conſideratus vt prædicatum de omnibus hominibus, eſt potius multiplicatum,quàm vnum,& hac rõne minima eſt. Tertia eſt vnitas media, vt illius quod actu non conſideratur in pluribus,ſed poteſtatiue eſt vnum: quatenus põt actu cõparari pluribus. Verbi cauſa:vnitas aquæ maris, eſt minor vnitate aquæ vnius vrceoli, quia illa aqua vrceoli non põt eſſe niſi vnius vrceoli: ergo eſt vniſsima, vt ita loquar. Illa maris eſt vna actu quia loci maritimi totius, verum poteſtate poteſt eſſe cõis pluribus vrceolis. Ex his ſequitur poſitio eorũ ꝙ nominibus cõibus primæ intentionis in voce mẽte,vel ſcripto rñdet in re aliqua natura:ꝑter ſingularia,quę eſt præter ſingularia etiam nullo intelľu conſiderante: quæ quidem natura,nec eſt forma, nec materia,ſed eſſentia totius ex cõpoſitione materię & formæ reſultans,cuius vnitas eſt realis: veluti & ipſa natura eſt realis: media inter vnitatem numeralem,quatenus eſt minor illa,qa saltẽ poteſtate poteſt fieri in pluribus, & vnitatem vľis actu concepti in pluribus quod eſt prædicatum de oĩbus, & hoc,quia actu non eſt in pluribus. Et quia exẽpla magis mouent q̃ verba exemplum afferamus,in Nipho eſt humanitas,quæ reſpondet huic nomini homo in mente ſcripto vel voce, in mente, vt primum repreſentatum per tale nomen in mente,in voce,vt primum ſignificatum per tale nomen in voce vel ſcripto. Eſt ẽt in Nipho Nipheitas quædam, qua dicitur non mõ homo:ſed Niphus:quæque rñdet huic nomini Niphus in mente,voce,vel ſcripto.Humanitas quidẽ Niphi, actu vna eſt vnitate Nipheitatis, quia actu eſt ita Niphi, ꝙ non alterius.Sed quia eſt apta concipi ab intellectu ſine Nipheitate,hac ratione poteſtate apta eſt effici in pluribus,ſaltem pro tunc,cum per intellectum ſine Nipheitate concipitur. Nipheitas vero quia nec per intellectum: nec alio quouis modo põt effici in pluribus alijs, quam in Nipho,fit vt humanitas illa ſaltem poteſtate ſit pluribus communicabilis, igitur ſua vnitas erit minor vnitate Nipheitatis, quia ſaltẽ poteſtate recedit ab illa: & accedit ad multitudinem. Maior autem illa hominis actu concepti in pluribus: quia homo conceptus in pluribus actu eſt multitudo quædã, & eatenus vnus, quatenus poteſtate põt nõ cõcipi actu in pluribus,inter ãt has vnitates medias eſt dare gradus apud hos, quia minima omnium eſt vnitas entis,maxima vero vnitas ſpeciei. Hanc eorum poſitionem diſputabimus in.7.Nunc vero tres rationes colligi poſſunt pro hac parte ab eis. Prima,quia ſi non daretur hæc natura ſic media vnitate vna, intellectus non poſsit moueri ad formandum aliquod commune actu, pluribus, abſtractum ab omnibus,quia nõ mouetur à ſingularitate, vtpote à Nipheitate, quia illa non mouet niſi ad formandam intentionem vni tantum communem. Secundo ſi non daretur hæc natura media, tunc vniuerſale eſſet pura fictio, qa conceptioni vniuerſali, non correſpõderet Nipheitas, igitur ſi non natura humana alia à Nipheitate, tũc eſſet fictio. Tertio circunſcripto omni opere intellectus inter hanc albedinem, & illam eſt maior conuenientia, q̃ inter hanc albedinem, & illam nigredinem. Sed conuenientia eſt relatio realis, igitur fundamentum eſt reale, ſed fundamentum non eſt niſi illa natura media,& nullum ſingulare:igitur illa eſt præter operationem intellectus alia à ſingularibus.

*Quæ Thomæ ſectatores.*

Quidam vero ſectatores Thomæ, cum illis concedunt hanc naturam, volũt enim illi nomini in mente,homo, reſpondere in re humanitatẽ; quæ nec eſt materia nec forma & non Nipheitatem:illi vero nomini Niphus Nipheitatem,non humanitatem. Sed hoc duntaxat diſcrepant, quia volunt diſtinctionẽ hanc tandiu eſſe, quandiu durat conceptio hæc repreſentatiua humanitatis, ꝙ non Nipheitatis,& ita concludunt nullam eſſe actualem diſtinctionem inter humanitatem & Nipheitatem, tametſi complures huius opinionis aſſerant inter naturam illam & Nipheitatem eſſe diſtinctionem aptitudinalem: quàm olfeciſſe Thomam ſentiunt dum dixit eſſe nonnullam diſtinctionem rationis:quæ eſt rei ratiocinabilis,& non animæ ratiocinantis.

*Põ Burlelei*

Alij aliquantulo audentiores conceſſerunt naturam illam eſſe ſ͠m eſſe & rem diſtinctam à Nipheitate,quia ipſi nullam aliam perceperunt diſtinctionem pręter realem,& rationalem. Sed hoc ſolo à Platone aſſerunt ſe diſcrepare, ꝙ Plato tales naturas poſuit ſeparatas, & non communicatas ſingularibus ſubſiſtentes per ſe,& non coexiſtentes indiuiduis. At iſti communicatas,& non per ſe exiſtentes concedunt.

*Põ logicorum*

Alij vt logici nominibus communibus, vt ſunt animal, & homo, & id genus: nihil præter ſingularia dixerunt correſpõdere,ſiue ipſa in mente,ſiue in voce, vel ſcripto habeãtur, & ſic vľia terminos,ſiue nomina eſſe fatentur.

*Põ Auer.*

Auer. autem de nominibus diſtinguere cogitur. nam alia nomina ſunt quæ principaliter ſunt impoſita ad ſignificandum formas,ex conſequenti compoſitum vel materiã. Verbi cauſa,in accidentibus: album & nigrũ, hæc principaliter impoſita ſunt ad ſignificandum formas, & ex conſequenti ſubiecta, vt dicitur.5.huius, in ſubſtantijs vero animal,homo,& id genus, homo.n.nõ ſignificat principaliter niſi aĩam rationalem & conſequenter cõpoſitum,vt dicitur.7. huius. Alia ſunt nomina principaliter impoſita ad ſignificandum compoſita. Verbi cauſa in accidentibus ſunt homo albus, corpus ſphæricum linea recta, & id genus. In ſubſtantijs ſunt corpus aĩatum, compoſitum ex materia & forma, miſtũ:& id genus. Tunc apud Auer. dicendum eſt, quod nominibus primo modo ſi ſumantur in mente, vel in voce, reſpondet aliquid præter ſingularia compoſita, vt forma,quæ dicitur vľe in potentia apud Auer. vbiq;, & ſic vľia hoc pacto non ſunt nomina tantũ, vel termini tm̃, vt logici credunt, nec propter hoc oportet concedere formam hominis eſſe hominem, ſicut non oportet concedere albedinem eſſe albam licet principale ſignificatum illius ſit. Si vero ſumantur nomina ſecundo modo in voce ſcripto vel in mente, ſic illis nihil præter ſingularia compoſita rñdere poteſt per ſe, hoc autem pro tanto eſt,quia materia non poteſt eſſe pars vľis,quia ſic poſſet inueniri cõis pluribus materiebus,hoc aũt eſt impoſsibile, quia omniũ vna eſt dũtaxat materia, nulli niſi ſibi communis per prędicationem licet pluribus per ſubiectionem, quia eſt in potentia ad recipiendum oẽs formas, & hoc pacto vniuerſalia non ſunt niſi termini, vel nomina in voce ſcripto,vel in mẽte, in re vero ſunt ipſa ſingularia tm̃, & ſic conuenit cum logicis. Hæc Auer.

*Cõm.14.*

*Cõm.28.*

Volui autem hæc narraſſe tantum, quia in.7. diſputabuntur ad amuxim. Verum rationes dictæ non cogũt. Ad primam dicimus, ꝙ intellectus ſ͠m Auer. mouetur ad cauſandum illud commune à forma,quæ eſt alia ſ͠m rem à compoſito ſingulari eo modo videlicet quo totũ differt à parte. Vel dici poteſt ſ͠m alias poſitiones ꝙ illud commune cauſatur partialiter à phantaſmate ſingulari,& ab intellectu agẽte vľi, & inde reſultat quædã ſpẽs ſiue intentio in mente repræſentãs commune vel communiter.



cõiter. Ad ſecundam dicendũ illi communi conceptioni correſpondere formã quæ eſt præter ſingularia, vel ſ͠m alios correſpondet natura,quæ tunc eſt alia,videlicet dum cõſideratur,vel ſ͠m alios ei correſpondent omnia ſingularia eiuſdem ſpeciei,quæ per eandẽ ſunt conceptionẽ repreſentabilia. Ad tertiã dic ſ͠m Auer. quod eſt maior conuenientia,quia forma. Vel ſecundũ alios dic, ꝙ præter operationẽ intellectus nec maior nec minor conuenientia eſt formalis, quia hæc eſt intentionale quid eſt tamẽ maior ſubiectiua quia illa poſſunt eſſe maioris conueniẽtie formalis ſubiecta. Hæc de his. Sed ad tertiam rationẽ aliter reſpondeo ſ͠m nos, cõcedo ꝙ obiectum eſſet ſingulare,ſumẽdo actũ pro generatione,vel praxe,obiectũ pro paſſo. Modo de ſenſationibus nõ loquiť Ariſt. quia nec eſt praxis, nec generatio.

Ad quartam dicendum: ꝙ per ſyllogiſmum expoſitorium nunq̃ ſyllogizatur niſi cõcluſio particularis, & ita in illa,ille terminus homo nõ niſi in parte tenetur pro aliquo homine. Ad quintam dico ꝙ actus diſcrete conceptus eſt circa ſingulare diſcrete tentum, actus vniuerſaliter,ſiue cõiter,aut cõfuſe ſumptus eſt ſingularis etiã confuſe vel vniuerſaliter cõcepti. Ad ſextã dico ꝙ cauſa vniuerſalis non dicitur quia ſit effectus vniuerſalis, ſed quia nõ vnius quin plurium,vt ipſum cœlũ, & hoc pacto pro nunc concedo:verum alibi aliter dicam. Ad ſeptimam & nonam patuit ſolutio. Ad octauam dico ꝙ ſiue promiſsio ſit rei vľis,ſiue ſingularis confuſe concepti,hoc nihil ad rem. Nã promiſsio & obligatio non ſunt generationes,de quibus Ariſt. loquitur in textu, & propterea nihil ad rem.

*Dubĩ circa paralogiſmum.*

Aĩaduerte ꝙ fieri ſolet hic paralogiſmus Socrates per ſe ſanatur, Socrates per ſe eſt homo,igitur homo per ſe ſanatur, vt fuĩt tactũ in quarta argumentatione ante oppoſitũ. Et tunc ex his concluditur ꝙ homo cõis erit cui primo competit actus.

*Solutio aliquorum. Prima.*

Ad hunc igitur paralogiſmum reſpondẽt aliqui multifariam. Primo dicunt hunc non tenere quia eſt ex duabus ſingularibus vel definitis.

*Confutatio.*

Sed hæc ſolutio friuola eſt qa hic ſyllogiſmus eſt expoſitorius,hoc pacto, videlicet hoc demonſtrando Socratẽ per ſe ſanatur hoc demonſtrando eundem per ſe eſt homo:igitur homo per ſe ſanatur. Modo ex ſingularibus expoſitorie licet ſyllogiçari, vt.1.prio.tactum eſt.

*Solutio.2.*

Secundo dicunt ꝙ licet ex neceſſarijs,non niſi neceſſarium ſyllogiçatur,ex propoſitionibus per ſe,poteſt ſyllogizari cõcluſio per accidẽs, rationem primi reddunt, quia aliter poſſet antecedens eſſe verum ſine conſequente,rõnem ſecundi aſsignãt primo,quia añs põt eſſe cã cõſequẽtis & nõ ecõtra:igitur poteſt eſſe per ſe,dato ꝙ conſequens ſit per accñs, quia per ſe eſt æquale cauſæ. Secũdo ſubiectum poteſt eſſe cauſa quare prædicatum ſibi competit, & nõ econtra,prædicatum per ſe cauſa quare ſubiectum ſibi competat. Tum quia per ſe non conuertitur in per ſe. Tum quia ſi per ſe conuerteretur in per ſe.vniuerſalis affirmatiua poſſet in terminis conuerti,arguũt igitur ſubiectũ poteſt eſſe cauſa quare prædicatum ſibi ineſt,igitur ſtat antecedens eſſe per ſe,& conſequens per accidens. Tertio non oportet ſi duo in vna cauſa tertia conueniãt ipſa eſſe ſibi inuicẽ cauſas, & ſic licet Socra. habeat cauſam quare ſibi ineſt ſanitas, & cauſam quare ſibi ineſt homo nõ propterea homo habet cauſam quare ſibi ineſt ipſum ſanari.

*Confutatio.*

Sed hæc ſoľ. non procedit per veras rationes. prima quidem non, primo quia antecedens põt eſſe cauſa illatiua conſequentis. at conſequens eſſe põt cauſa eſſendi antecedens vt fit in demõſtratione ſigni. Secundo dato ꝙ antecedens ſit cauſa per ſe conſequentis,non ꝓꝑ hoc ſequitur ipſum poſſe eſſe per ſe,& cõſequens non per ſe,non.n. video vnde valet, a pari.n. arguerem antecedens eſt cauſa cõſequentis, igitur poteſt eſſe neceſſarium & conſequens non neceſſarium: & ſi non valet,detur cauſa differentiæ. Secunda ratio minime,quia ſiue prædicatum nõ ſit cauſa:ſiue ſit cauſa, amplius ſiue ſubiectum ſit cauſa quare pręthe dicatũ ſibi ineſt ſiue non,nihil eſt ad per ſe, non.n. oportet per ſe eſſe æquale cauſæ,vt patet per oẽs græcos expoſitores, qui dicunt duo eſſe ipſius per ſe ſignificata: quæ pertinent ad prædicata. Tertium pertinet ad eſſe, quartum tantũ ad cauſam, & ſic põt aliquod ꝑ ſe prædicari de aliquo, dato ꝙ in ſubiecto nulla poſsit aſsignari cauſa inherentiæ. vt in hac,linea eſt ex punctis, quæ eſt per ſe primo modo,vel rectũ eſt linea quæ eſt per ſe ſecundo modo. Præterea falſum eſt ꝙ per ſe non conuertatur in per ſe, quia licet non conuertatur in per ſe eiuſdem modi põt conuerti in per ſe ſ͠m diuerſos modos. Hæc.n. eſt per ſe ſecundo modo, naſus eſt ſymmus, illa per ſe primo modo ſymmum eſt naſus. Amplius concedo ſi per ſe conuertitur in per ſe,vniuerſalem affirmatiuã conuerti in terminis,nõ inquantũ vľis affirmatiua, ſed inquantum per ſe, vel forte non ſemper quia omne ſymmũ eſt naſus,naſus aũt non oĩs eſt ſymmus tertia nihil eſt,quia ſiue conueniant in cauſa tertia, & differant inter ſe ratione cauſæ per hoc non ſequitur ex per ſe poſſe ſequi non per ſe,qm̃ ipſum per ſe non eſt æquale cauſæ. Vtrũ vero ex per ſe poſsit ſequi nõ per ſe, eſt non manifeſtũ.

*Vtrum ex ambabus ꝑ ſe ſequatur. Concluſio ꝑ ſe.*

Si.n. ipſum non per ſe ſumatur pro eo quod eſt per accidens. Dico ꝙ ex propoſitionibus per ſe nõ põt ſequi concluſio non per ſe, hoc eſt concluſio per accidens, declaratur,quia tũc ex ambabus neceſſarijs concluſio ſyllogizari poſſet cõtingens contra Ariſt.1.prior.& deducitur quia propoſitiones eſſent neceſſariæ ambæ, qa ambæ per ſe. eſt.n. omne per ſe, ſaltem neceſſarium & de omni. Concluſio ex quo eſt per accidens, eſſet contingens quia oẽ per accidens põt non eſſe, vel ſaltẽ eſt contingens. At ſi ipſum non per ſe ſumatur cõiter vt diſtinguunť contra per ſe, ſic ex ambabus ꝑ ſe põt ſequi concluſio non per ſe deduciť, quia ex ambabus per ſe põt ſequi cõcluſio neceſſaria & nõ per ſe. Bene.n. valet de per ſe oẽ aquilũ eſt curuũ, de per ſe oĩs naſus rapacis auis eſt aquilus,igitur neceſſario oĩs naſus rapacis auis eſt curuus,nõ aũt per ſe. In iſto ſyllogiſmo maior propoſitio eſt per ſe primo modo. Secunda propoſitio eſt ꝑ ſe ſecundo modo,& tñ concluſio nullius eſt modi ꝑ ſe,cũ curuitas ſit accidens naſi auis rapacis. Cauſa autẽ quare ex ambabus per ſe põt ſequi concluſio nõ per ſe hoc pacto perquiratur.2.prior. nũc aũt ſat ſit regulam per inſtantiam aperuiſſe.

*Sol propria.*

Venio igitur ad paralogiſmũ & dico primo cõcedendo ambas ꝓpoſitiones, & nego cõſequentiam,cã eſt quia ex ambabus ꝑ ſe, põt ſequi nõ per ſe. vt dictũ eſt nũc. Secundo dato ꝙ valeat,cõcedo ꝙ hõ ꝑ ſe ſanať,& qñ arguiť homo ꝑ ſe ſanatur, homo eſt vľis,igiť vľe per ſe ſanatur. Dico primo ꝙ eſt fallacia accidentis,nã vt logici exclamant in prima:homo ſupponiť ꝑſonaliter pro Socra. Nipho vel Platone. In ſecũda aũt ſupponit aut ſimpľr,aut materiaľr & ſic variať ſuppõ. Scd͠o dico ꝙ dato ꝙ hõ ꝑ ſe ſaneť, & homo ſit vľis,ex vna per ſe & altera per accñs nõ ſequiť concluſio per ſe modo illa eſt per ſe, homo ſanatur, hæc ꝑ accñs,hõ eſt vľis, pñt etiã cõſiderari alij errores quos prætermitto,quia nimis exiui. Hæc de.8.diſpu.

*Amplius autem ſenſuum neque vnum ſapientiam eſſe ponimus cum his ſingulorum cognitiones maxime proprie ſint &c. Tex.*

## DISPVTATIO NONA

De Obiecto ſenſus & Intellectus, in duas Quæſtiones diuiſa.

1 *Num primum obiectum ſenſus ſit ſub ratione, qua vniuerſale, vel ſingulare.*

2 *Num obiectum intellectus ſit ens.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Anto. and.*

QVod ſub rõne qua ſingulare arguũt primo, qa in textu dicitur ſingulariũ apprehẽſiones ſenſibus conuenire. Scđo dicit̃ lib. de aĩa. 2. ſingulare dũ ſentitur vl̃e dũ intelligitur. Tertio ſi obiectũ erit ſenſus quatenus vl̃e, tunc idẽ erit obiectũ ſenſus: & intell's. Quarto actus eſt obiecti ſingularis, igitur & potẽtia, quia eiuſdem eſt potentia cuius eſt actus, vt dicit̃ in lib. de ſomno. Quinto nullum eſt vl̃e ante ſenſum, qa intellectus eſt qui agit in rebus vl̃itatẽ, vt dicit̃. 1. de aĩa, & 12. huius, igitur nihil inquantũ vl̃e poteſt eſſe obiectum ſenſus. Sexto color eſt obiectum primum ſenſus inquantũ vl̃is, hæc albedo eſt color, igit̃ hæc albedo eſt obiectum primũ ſenſus inquantũ vl̃is, cõcluſio eſt falſa, & non minor, igitur maior. Modus ſyllogizandi eſt ex maiore reduplicatiua, & minore abſoluta, vt dicitur. 1. Prio. Septimo qa ſi ſic, tunc alicuius potẽtiæ eſſet aliqđ primũ obiectum, quod nunquã attingeretur à tali potẽtia, vel ſaltem eſſet alicuius potentiæ aliquod obm̃ ſub aliqua rõne, ſub qua nunquã attingeretur, quod eſt impol'e, & deducit̃ conſequentia qa ſenſus nihil cognoſcit niſi ſentiẽdo, ſentire nunquã eſt niſi ſingularis. In oppoſitum arguunt primo per Ariſt. 1. Poſte. vbi dicit ꝙ ſenſus eſt vl̃is, vt hoĩs. ſentire eſt ſingularis, vt Calliæ. Scđo vt materiæ potentia reſpicit formam, vt forma, & recipit hanc vel illam formã, ſic ſenſus reſpicit primo colorem, ſentit aũt hoc vel illud coloratũ. Tertio quod eſt eiuſdẽ rõnis in oĩbus non videtur rõ ſentiẽdi in aliquo, ſed ſingularitas eſt eiuſdẽ rõnis in colore & ſono, igitur nullius illorũ erit rõ ſentiendi. Quarto vel hæc ſingularitas eſt rõ ſentiendi, vel quæ ab oĩbus abſtrahitur, non hæc quia tunc non niſi vnũ ſingulare ſentiretur. Si quæ omnibus communis: igitur vniuerſale eſt rõ ſentiendi.

*Rõnes noſtræ. Cõm. 8. Cõm. 4.*

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid obiectũ.*

OBIECTVM quod apud Ariſt. nonnunquã Hypocimenon dicit̃: illud eſt: quod aut recipit à potentia, aut agit in potentiam: aut intenditur principaliter à potentia tanquam id quod terminat actum potentiæ. Dicitur quidẽ ignis obiectum combuſtibile, quatenus recipit ab igne, cibus quoq; obiectũ nutritiuæ virtutis dr̃ in li. de generatione, & de anima, eadem ratione, qa recipit à virtute. Dicimus aũt ſonũ obiectũ auditus, quia agit in illum. Signũ aũt quia ſi nimis excreuerit, diſſoluit auditum. Præterea dicimus formã terminũ atq; obiectũ agentis eiuſq; actionis, qm̃ ab illo intendit̃ primo, quaúe habita ceſſat eius actio. Vtrũ vero de rõne obiecti ſit primo mouere, vel pati, aut primo intendi, ad librũ de aĩa ſpectat. Obiectũ bifarium eſt, primũ quidem: atque adæquatũ, quod nec excedit, nec exceditur à potẽtia, & eſt id rõne cuius vnũquodq; mouet vel mouetur à potentia, vt ſonus in auditu. Aliud ſecundariũ, & eſt omne contentum ſub ſubiecto, vel oẽ illud quod nõ tm̃ agit; vel patitur à potentia, quid aũt ſenſus ſit, ſuperius declarauimus. Vl̃e autẽ aliud eſt in cauſando, vt Deus, qui non tm̃ eſt vnius cauſa ſed oĩum, & hoc dicitur vl̃e ante rem & cauſa vl̃is. Aliud in prædicando, ſiue repreſentando ſiue ſignificando, vt iſtud nomẽ compoſitũ in mẽte vel in voce, ꝙ nomen proprie non dicitur vl̃e, ſed cõe; quia nihil cõe ſignificans aut repñtans præter ſingularia compoſita, ſed bene cõiter plura ſignificat, vt patuit. Aliud dicitur vl̃e in eſſendo, vt vniuſcuiuſq; forma. Verbi cauſa aĩalium anima, corporum corporeitas, hoĩum rõnalis aĩa, coloratorum color: & id genus. Simili mõ de ſingulari põt diſtingui. Vel põt diſtingui de vniuerſali al'r, quia poteſt ſumi vel pro intentione, vtpote pro hoĩe intellecto actu in pluribus, hoc eſt vt prædicatũ de pluribus, vel pro re, vtpote pro forma hoĩs, quæ eſt præter ſingularia humana, quę licet nõ intelligat̃ actu, vt p̃dicatũ de pluribus, eſt res apta concipi: vt p̃dicatũ tale. Inq̃tum vt diximus ſupius, põt capi reduplicatiue reduplicãdo modũ intelligẽdi: vel reduplicãdo cãm vel cõſequentiã, vt alibi. Ex his ſequit̃ ꝙ ſenſus qõnis eſt, vtrũ id qđ ſentit̃ ab aliqua potẽtia, ſentiat̃ ſub rõne qua hoc: vel illud, an ſub rõne cõi huic & illi. Exẽplũ eſt vtrũ hoc coloratũ ꝙ vr̃: videat̃ ſub rõne qua hoc coloratũ an ſub rõne qua coloratũ, & hoc ſonorũ quod audit̃, vtrũ audiat̃ ſub rõne qua hoc ſonorum, vel ſub rõne ſonori. Cã autem eſt quia in qõne vl̃e ſumptũ eſt pro prima intentione. Sil'r ſenſus illius eſt vtrum color ſit primũ obiectum viſus, vt hic vel ille color, an vt color vl̃is huic & illi. Oẽs. n. iſti ſenſus in idem concidunt, & ꝑpea quouis mõ diſputatio formetur. Ad idẽ venit, Hæc de titu.

*Vl̃e quot modis.*

*Intellectus diſputationis.*

### CAPVT POSITIONVM SECVNDVM.

*Poſitio aliqu.*

DE quęſito aliqui ſentiunt obiectum primum viſus eſſe colorem, qui eſt aliquid reale præter ſingulares colores non realiter, ſed ex natura rei diſtinctus ab illis, cuiq; rñdet vnitas media minor, videlicet, vnitate ſingularis coloris. maior vero vnitate actu vl̃is. Et conſequẽter dicunt in ipſo ſenſato, vt verbi cauſa in ſeipſo colorato: quod videt̃. Aliud eſſe quod videtur, aliud rõnem videndi, ſine qua ſentit̃, & videtur. Aliud conditionẽ ſenſati, ſine qua videlicet non videretur. Id. n. quod vr̃ coloratũ eſt, nam ſingulare dum ſentitur, rõ vero videndi, quaúe ipſum vr̃ vel ſentitur color eſt, non hic vel ille, ſed color præter oẽs hos ex natura rei diſtinctus ab oĩbus illis, cuius vnitas eſt media, vt dictum eſt. Nã à coloratum non videtur ſub rõne ſoni, vel ſaporis, nec ſub rõne huius vel illius colorati, igit̃ ſub rõne coloris. Condõ vero ſenſati ſiue ſine qua non videret̃: eſt ſingularitas illius, q̃ hecceitatem appellant, nam niſi coloratũ eſſet hoc, non videretur. Ex his ſequit̃ ſolutio diſputationis, videlicet, ꝙ primũ obiectũ cuiuſq; ſenſus ſit ſub rõne qua vl̃e, non quidem actu, quia tale eſt ens intẽtionale, ſed ſub rõne qua vl̃e aptitudine remota. Ampli⁹ ſequit̃ rõnem ſentiendi in quouis ſenſu, non eſſe ſingularitatẽ nec vl̃itatem actu ſed naturã mediã præter ſingularitates, & minus vl̃itate. Hæc illi, quorum rõnes dictæ ſunt in dubitationibus. Hæc põ non poteſt refelli, niſi fundamentũ eius confutet̃, hęc. n. proficiſcit̃ ex eorũ poſitione de vl̃ibus, cum. n. ipſi vl̃ia ſenſerint eſſe non modo in intellectu intẽtiones, ſed in re naturas media, inter actu vl̃ia, & actu ſingularia, de obiectis potentiarum conſequenter bene, atq; perite loquuntur: Propterea ſi quis hãc põnem intẽdit refellere, oportet fundamentũ eorũ elidere, hoc ãt elidet̃ in. 7. ideo vſq; ad illud tp̃s p̃termittatur. Verũ illud vnũ non eſt prætereundũ, ſi iſti ponũt ſenſata oĩum ſenſuum eſſe ſingularia cõpoſita, vt à viſu coloratum, ab auditu ſonorum: à guſtu ſapidũ, & id genus ab alijs, & primum atq; adæquatum obiectũ id ſit, quod extrahit̃ à particularibus obiectis. Videtur ꝙ primum obiectum viſus nõ color, ſed coloratũ ſit ſtatuendum, deducitur, quia obiectum primũ & adæquatum alicuius potẽtiæ, eſt illud quod prædicat̃ de oĩbus particularibus obiectis eiuſdẽ potentiæ. At color, & formæ id genus non prædicantur de particularibus obiectis: igitur formæ tales non ſunt prima potentiarũ obiecta. Ipſi tñ pñt facile euadere, de quo nõ curo nũc vero id tm̃ ſufficiat, ꝙ ſicut nõ loquũtur ꝑipatetice de vl̃ibus: ſic nec de põne hac.

*Excerp. 1.*

*Excerptũ. 2.*

*Qualis hæc.*

*Põ logicorum.*

Logici aũt qui vl̃ia terminos tm̃ eſſe perſuaſerũt, in mente quidẽ terminos primæ intentionis, ſiue intentiones vl'r repreſentatiuos: in voce aũt aut ſcripto terminos primæ impõnis. & vl'r ſignificatiuos. Conſequenter dixerunt nec vl̃e, nec ſingulare eſſe adæquatũ ſenſus obiectũ. Singulare quidem nõ, qa nec hic color, nec ille eſt obm̃ æquatũ viſus. Vl̃e vero minime quia nõ dat̃ vl̃is color præter ſingularia. Concedũt tamen ꝙ color eſt primum obiectum viſus: ſonus, auditus & id genus, quatenus ille terminus color pro ſeipſo in voce, vel ſcripto: vel mẽte ſumitur, quod ſupponere materialiter dicunt, nõ aũt pro aliquo colore reali, ſingulari, vel vl̃i, ſiue in ſuppõne formali, vt ꝑ eorum regulas perſpicuum eſt, in quibus dicit̃ terminũ illum obiectum, eſſe ſecundæ intẽtionis vel impõnis, & conſequenter artat ſubiectũ ad ſuppõnem materialẽ. Ex quibus inferunt ꝙ color eſt primũ obiectũ viſus, nullus tamen color eſt primũ obiectum viſus quia hæ nõ cõtradicũt ꝑꝑ variationẽ ſuppõnum.

*Dubõnes.*

Sed tũc ſunt dubõnes cõtra hos. Prima quo nã modo ſenſus dicitur eſſe vniuerſalium, vt viſus vl̃is coloris, ſi color vl̃is, nihil ſit in re præter hos colores. In mente vero ſit intentio, in voce, vox. Secũda ſi in illa, color eſt primũ obiectũ viſus: ſupponit ille terminus color pro ſeipſo termino in voce, vel ſcripto, vel in mẽte, tũc ille terminus color eſſet adæquatum obiectum viſus: & ita nõ poſſemus videre niſi illum terminũ color. Tertia. i. adæquatũ & primũ obiectũ potentiæ, vtpote viſus, quod eſt rõ ſentiendi, vel videndi, ſed iſte terminus color nõ eſt rõ ſentiendi: ſed color, igit̃ nõ iſte terminus, ſed color eſt rõ ſentiẽdi.

*Solutio.*

Rñdent ad primã, ꝙ viſus eſt vl̃is nõ rei vl̃is præter ſingulares colores: ſed huius coloris, & non tm̃ huius, ſed cuiuſlibet ſpẽi eiuſdẽ. Sil'r auditus eſt ſoni vl̃is, quia eſt huius ſoni, & nõ tm̃ huius, ſed oĩs ſoni eiuſdem ſpẽi. Ad ſecundã dicũt ꝙ terminus materialiter ſupponẽs qñq; ſupponit pro ſeipſo tm̃, vt in hac. homo eſt dictio in illa aĩal eſt nomen, aliqñ pro ſibi ſimili in ſuppõne ꝑſonali, vt in illa. aĩal p̃dicatur de oĩ hoĩe, ille. n. terminus aĩal, ſupponit materialiter tñ pro ſibi ſimili in ſuppõne ꝑſonali, & quãdo ſic ſupponit terminus, dicũt eſſe formandas duas propõnes, ĩ quarũ vna ſupponit materialiter, in altera perſonaliter, vt in illa. aĩal prædicat̃ de oĩ hoĩe, corrñdens ſua eſt: oĩs homo eſt aĩal. Ad ꝓpoſitũ dicũt ꝙ ĩ hac color eſt primũ obiectũ viſus, ille terminus color ſupponit pro ſibi ſimili, in illa omnis color eſt viſilis. vbi patet illum terminũ ſupponere pro particularibus coloribus. Similiter illi propoſitioni color eſt ratio videndi, correſpondet hæc omnis color viſilis eſt: ſub rõne qua color, multas alias captiunculas cogũtur concedere. Et omnes proficiſcuntur ex eorũ poſitionibus de vl̃ibus, nam cum ipſi vniuerſalia ponant nomina, vel terminos. coguntur cõſequenter ad oĩa problemata de vniuerſalibus reſpondere ſaluando eorum poſitionem de vniuerſalibus, quę res nõ põt refelli, niſi vſq; ad. 7. huius. Scio. n. bene poſitionem eiuſmodi non eſſe peripateticam cum nullus vſq; huc eorum quos aut legi aut audiui has protulerit opiniones. Præterea coguntur iſti concedere abmota operatione intellectus omni nullam potentiã habere aliquod obiectũ primũ: ęquatũúe, qa illa abmota nullus eſt terminus, & ſic nihil eſſe de quo obiectũ prædicari poſſit. Multa alia etiã coguntur dicere Thomiſtę, qui præter operationem intellectus nihil commune ponunt præter ſingulare, fere coguntur dicere cum iſtis in parte, hi. n. cum oẽm vnitatẽ realẽ negent, excepta numerali dicere debent conſequenter omne obiectum ſenſus eſſe ſemper ſingulare, ſed adæquationem obiecti ad potentiã, non niſi intellectus conſiderat, qui actu vniuerſale facit præter ſingularia, qua ratione cogũtur dicere præter operationem intellectus nullum eſſe adæquatum atq; primum obiectum ſenſus. Et conſequenter ꝙ viſus & id genus non eſt rei vniuerſalis primo, ſed hoc modo: vt logici dixerunt, quatenus eſt huius, & cuiuſlibet ſimilis in ſpẽ. Amplius cogũtur dicere potentias præter operationẽ intellectus non differre per obiecta adæquata formaliter, quia nulla eſt formalis adæquatio præter actum intellectus nec primitas, nec perſeitas. Oĩa enim hæc intentionalia ſunt. Materialiter vero eſſe obiecta æquata, & prima, atq; per ſe nihil prohibet concedere iuxta hanc poſitionem. Materiale enim obiectum viſus nihil aliud erit ſm̃ hos niſi omnes colores, vt per intellectum ab illis eſt abſtrahibilis color cõmunis de omnibus prædicabilis. Et multa alia dicunt, veluti in eorum libris videre poteris. Circa quos dicimus veluti circa cæteros, videlicet ꝙ hæc poſitio ex eo ꝓficiſcitur, qđ dicunt de vniuerſalibus, ꝓpterea nihil ad hos, niſi vſq; dum de vniuerſalibus in ſeptimo diſputabimus.

*Põ Thomiſtarum.*

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PERIPATETICE ſentiẽdo & de mẽte Auer. oportet concedere cũ primis tria eſſe in oĩ ſenſatione. v. g. in viſione alicuius colorati, videlicet, id qđ videtur, & eſt cõpoſitũ ex colore & corpore, qđ proprie vr̃, quodq́; proprie eſt ſingulare, conditionẽ ſine qua non videret̃. Et hanc materiã ſiue ſubiectũ dicit eſſe Auer. 12 metaphy. vbi ait rẽ ſentiri ob materiã: atq; ſubm. Deducit̃ etiam ratione quia eo ſenſile perſentitur, quo eſt hoc & ſingulare, quia ſingulare dum ſentitur. Sed cum Auer. hecceitates nõ percepit: cogitur dicere ſenſile eſſe hoc & ſingulare ꝑ materiã: igit̃ materia eſt conditio ſenſilis, & cauſa ſine qua nullum põt ſenſibile ſentiri. Ratio vero ſentiendi, ſiue quæ mouet viſum eſt vl̃e: nõ dico actu ſed poteſtate. Hoc autem eſt forma ſenſilis vt in colorato color, in ſonoro ſonus, in ſapido ſapor, & in cæteris id genus ſimili modo. Forma enim cuiuſq; compoſiti eſt vniuerſale poteſtate, quæ eſt res præter ſingularia, nam apud Auerro. omne ſingulare eſt compoſitum, forma autem cuiuſq; compoſiti eſt illius vniuerſale poteſtate, quæque eſt ſingularis actu, quia actu eſt pars cõpoſiti ſingularis, poteſtate vero vniuerſalis, qa dũ intelligitur, ipſa eſt vna actu in pluribus, & prædicans de pluribus. Ex his ſequitur ſolut. quæſtionis de mente peripateti. Concedimus enim quod primum obiectũ ſenſus ſit vniuerſale, ſub rõne qua vniuerſale, non quidem actu ſed poteſtate. Et conſequenter quòd coloratum videtur, vt coloratum coloris particeps, non vt hoc vel illud. nam formæ illi quæ eſt color præter colorata correſpondet vnitas realis, non actu vniuerſalis,

*Cõm. 14.*

*Excerptũ ſolu.*

nec ſimpliciter ſingularis:ſed media:vt dicunt primi,licet ſit aliqua dñia, quia illi volunt cõe illud reale eſſe eſſentiam totius non formam. Nos vero eſſentiam totius & formã,& vl'e in potentia idem facimus. Amplius vniuerſale reale dicimus eſſe ſcd'm rem preter ſingularia, eo modo quo ſm rem cuiuſq; compoſiti forma eſt preter compoſitum,igitur quod ſentitur eſt ſingulare cõpoſitum:conditio ſenſibilis eſt illius materia,ratio ſentiendi & obiectum primum eſt forma illius ſenſibilis.

*Dubitationes.* Sed occurres, quia per nullam vnam rationem res eſt ſenſilis & intellectilis, quia vt potentiæ differunt, ita & rationes obiectorum debent differre: ſed ſingulare coloratũ intelligitur per eius formã hoc eſt vt forma eius eſt rõ intelligendi, qa coloratũ non inquantũ hoc intelligiť,ſed inquantũ color, vel coloratũ, igiť non eſt idẽ
*Cõm. 92.* rõ ſentiẽdi. Amplius primo cœli inquit ſenſibile ꝓ formã eſſe intellectile, ꝓ materiã vero ſenſile,quãquam de his multa dicantur vt in proximo capite dicemus, nunc vero dicimus ꝙ ſecus eſt de intellectu,& ſecus de ſenſu: In intellectu enim idem eſt quod intelligitur,& ratio intelligendi, conditio intellecti. Vnde in eo ratio intelligendi ipſa intelligitur, & cõditio intellecti ſimiliter ipſa eſt quæ intelligitur & eſt ratio intelligendi. Nam qd' proprie & per ſe intelligitur, eſt vniuerſale,& ratio qua intelligitur eſt vniuerſale, quia quatenus vniuerſale intelligitur: & conditio etiam eſt vniuerſale, quia nõ niſi eſſe vniuerſale intelligeretur. Verbi cauſa color intelligitur, & color vniuerſalis eſt ratio qua intelligitur, & niſi color eſſet vniuerſalis,non intelligeretur: hoc autẽ eſt,quia ſingularia non intelligũtur ab intellectu vt intellectus eſt, ſed mediantibus ſenſibus, vt dicitur ab
*Cõm. 9.* Auer. 3. de aïa. Sic igitur in intellectu id quod intelligiť, ratio intelligendi & cõditio rei intellectæ idem eſt ſimpliciter, in ſenſu vero ratio ſentiendi non ſentitur. nec conditio ſentiẽdi ſentitur, id.n.quod per ſe ſentitur eſt ſingulare compoſitum ex iis, vnde patet rationes ſentiendi & intelligendi eſſe diuerſas, quia ratio intelligendi eſt vniuerſale actu,ſiue forma actu vniuerſalis, ratio ſentiendi eſt forma compoſiti ſenſibilis non actu vniuerſalis, ſed poteſtate. Et propterea hæc nõ niſi per accidens ſentiuntur, vt illius partes. Tunc ad primam dico,ꝙ minor eſt falſa, nam hoc coloratum non intelligitur,vt diximus, ſingularia non intelliguntur. Sed dices ſaltem ratio ſentiendi & ratio intelligendi non differũt, quia ratio intelligendi colorem in intellectu eſt color, & rõ intelligendi coloratũ in ſenſu eſt color, igitur rõnes hæ non differunt, & ꝑ conſequẽs nec potentiæ. Dico ꝙ differunt,quia color non eſt ratio adæquata intelligendi apud intellectum,quia non tñ colorẽ põt intelligere vt color,ſed æquũ vt æquus,& cætera id genus. Ad ſenſus viſus rõ adæquata eſt color, ſic igitur rõnes adæquatæ differunt, quia rõ adæquata intelligendi eſt vl'e actu ſeparatum à materia pñtia materię,& cõditionibus materiæ, rõ aũt ſentiendi eſt forma non ſeparata actu,ſed poteſtate. De hoc dr' aľr, & recte vt dicemus. Ad ſcd'am dico ꝙ Auer. ꝑ illa verba tangit cõditiones, & non rõnes. Ait.n.& vult dicere ꝙ conditio oïs rei intellectæ eſt forma ſiue vl'e. Conditio vero oïs rei ſenſatæ eſt materia, & ſic ponit dñam inter ſenſibile & intellectile quo ad conditiones,non aũt quo ad alia,& ratio eſt quia hoc pacto facit ad ſuum propoſitum, vt patet legenti verba eius. Hæc de dilucidatione ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ac dilucidatis ad obiecta reſpondetur. Ad primã dico, ꝙ ſingulare eſt id quod ſentitur. Ad authoritatem vero dico, ꝙ vult dicere ſentire eſſe ſingularium, tanquam eorum quæ ſentiuntur, non tñ tanquam rõnum ſentiendi. Sir' ad illud.2.de anima. Ad tertiam quidam reſpondent & prolixe, & non imperite iuxta eorum poſitionem. Ego tñ dico non eſſe impoľe idem eſſe obiectum vtriuſq; inadæquatæ. Color. n. eſt obiectum primũ ipſius ſenſus: quia eſt ratio prima ſentiendi, non autem eſt obiectum primum intellectus, quia ẽt intellectus intelligit alia. Præterea eſt alia dñia, qa color eſt ratio ſentiendi in ſenſata, non.n.color cõis ſentitur:attamen color eſt rõ intelligendi intellecta. Ea quæ dicunt ſunt digna perſcrutatione, ſed non nunc, ſed alias. Ad quartam rñdent etiam concedendo idem eſſe obiectum actus,& potentiæ,ita ꝙ quemadmodum potentia viſiua habet illam naturã cõem pro obiecto videlicet colorem cõem, etiam eodem modo actus, ꝓbant primo, quia tunc non eſſet idem obiectum actus & potentiæ,quod videtur impoſſibile, eſt.n.remotum non eſſe idem obiectum intellectus, & actus intelligendi. Secundo quia tunc potentia haberet aliquod obiectum,ſub aliqua rõne,ſub qua nunquam poſſet illud apprehendere. Tertio, ſi illa natura non eſſet obiectum actus, tunc potentia apprehenderet ſuum ſenſibile ſub rõne ſingularitatis. Hoc eſt impoľe primo, quia viſus non diſtinguit ſuum viſile: vt eſt vnum vnitate numerali, vt patet de radio, qui videtur idem, & tamen eſt alius, atq; alius. Scd'o, quia neſcit diſcernere inter duo ſimilia per rõnem ſingularitatis, & ſic concludunt idẽ eſſe obiectũ primũ actus & potentiæ, veluti color cõis eſt obiectum viſus & ipſius viſionis. Hæc illi. Sed hæc eorum ſolutio eget conſideratione. Idem.n.eſſe obiectum primum actus & potentiæ poteſt dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ eadem ſit prima ratio ſenſus, & actus ſentiendi,ſiue ille cõis ratio ſentiatur, ſiue non, & hoc pacto verum dicunt,quia hoc coloratum non ſentitur,vt ſingulare,vt rationes eorum demonſtrant,nec quatenus hoc,ſed ſentitur qm coloratum vt dicitur. 2. *Cõm. 63.*
de anima. Dicit enim Auer. ꝙ viſus non errat in colore vtrum ſit albus, aut niger, neq; auditus in voce vtrum ſit grauis aut acuta,ſed an ſit amicus vel inimicus, vtrũ Niphus vel Alitheus. Quare eadem eſt prima rõ obiectiua potentiæ, & actus. Alio modo põt intelligi idem eſſe obiectum primum potentiæ & actus,quod videlicet, ſentitur, & hoc non eſt verum, quia color cõis vt ſic cõis non ſentitur, eſt enim bene ratio ſentiendi non ſenſati,ſecus eſt in intellectu, in quo idem eſt ratio intelligendi & intellectum,vt vl'e eſt ratio intelligẽdi, & intelligitur. Quo igitur modo eorum reſponſio habere poteſt locum,patet ſed quicquid ſit:ſcias Ariſt. voluiſſe eiuſdem eſſe actum & potentiam vt ſubiecti, nõ autem vt obiecti, vt poteſt videri in eo loco. Ad quintam quid dicerent ipſi. patet, tamen Auer. vult nullum eſſe vniuerſale actu ante operationem intellectus,bene tamen eſſe poteſt vniuerſale in potẽtia, vt forma cuiuſq; compoſiti. Ad ſextam dico primo,ꝙ ſyllogiſmus eſt ex puris particularibus: nec maior effici poteſt vniuerſalis,quia tunc eſſet falſa. Secundo dici poteſt,ꝙ mutatur ſuppoſitio. nam color in prima ſtat ſimpliciter, in ſcd'a autem ſtat perſonaliter. Ad ſeptimam negatur conſequentia:quia viſus apprehẽdens, quicquid apprehẽdit: apprehendit ſub rõne coloris,cum quo tñ ſtat illã rõnẽ cõem, vt ſic non ſentiri niſi per accidens in ſingularibus. Rationes vero oppoſitæ non ſunt contra dilucidationem:



*Dubiũ de obiecto intellectus. Fõ Auic. & Sco. 1. ſen. in prologo.* cidationem: etiam ſunt leues,& facilis ſolõnis. Obiter propter ea quæ dixerunt quidam in ſolutionibus dubitationum,quæri ſolet quid ſit primum obiectũ intellus humani. Auicen.2.ſuæ meta.li.cap.1.velle videtur primum obiectũ intellectus eſſe ens.Perſuadet rem, quia prima impreſsione imprimitur in aïa: & eſt oïbus alijs aïæ certius,atq; notius. Hanc poſitionẽ ſectantur quidã,& illã enitunť ꝓbare primo, qa illud debet eſſe obiectum primum intell's,quod cõtinet oïa intelligibilia,& de illis oïbus prædicatur,ens eſt tale, cõtinet.n.oïa intelligibilia poteſtate,ſiue permiſciue: & prædicatur de illis oïbus. Secundo arguũt idẽ debet eſſe ſciæ vl'ſſimæ obiectum,& intellectus,ſed obiectum meta. primũ eſt ens inquantum ens,igitur ens inquantũ ens eſſe debet primum obiectũ intellectus. Tertio quod eſt rõ quare oïa intelliguntur:hoc eſt primum intellectus obiectũ: ſed ens eſt ratio quare omnia intelliguntur,quia quicqd intelligitur,inquantum ens intelligitur. Secundo principaliter dicunt ꝙ ens inquantum ens eſt primũ obiectum voluntatis: & hoc licet multis rõnibus probent: potiſsimum hoc probant,quia volũtas eſt virtus intellectui æquata,igitur poteſt velle omne quod intelligitur, & ſub ea ratione,qua intelligiť,& ſic põt velle ens, ſub ratione qua ens,& per conſequens oportet dicere, ꝙ vtriuſque potentiæ obiectũ æquatum erit ens. Alij fixerunt primũ obiectũ intellectus eſſe quidditatẽ ſubſtan-
*2. poſitio.* tiæ & forte Deum. Et hoc probant, quia ad ſubſtantiã
*3. poſitio.* ſiue ad Deum oïa intelligibilia ordinãtur. Alij dixerũt primum obiectum intellectus eſſe ipſum verum. probant,quia bonum & malum ſunt in rebus: verum eſt in intellectu,vt dicitur.6.huius, & certum eſt ipſum verũ
*4. poſitio.* non eſſe in intellectu niſi vt obiectum. Alij dixerunt obiectum intellectus primum eſſe accidens, probant, quia illud eſt primum obiectũ intellectus mediãte quo oïa intelligibilia intelliguntur. Tale eſt accñs, quia mediãte ipſo oïa ſunt ſenſilia & intellectilia, vt patet.2.de
*Dilucidatio poſitionis peripateti.* aïa. Sed hæc quæſtio debuit eſſe diſputatio per ſe, verũ quia à doctoribus non eſt tacta niſi obiter, nos non diffuſæ tractamus,ſed tñ dilucidando mentem peripate.
*Quid Hypocimenõ obiectũ.* Ad aduerſione igitur dignum, Hypocimenon, qd' nos obiectum dicimus apud græcos authores nunq̃ intellm eſſe niſi triſariam. Aut ſubiectum operationis agentis eo modo quo cibum Ariſto. appellat obiectũ virtutis nutritiuæ:eo quia recipit alteratione ab illa. Aut omne id quod agit in aliquod ſubiectũ,ſiue in aliq̃ potentiam aut eſt ratio agendi vel mouendi in illam. Quo Ariſto. ſonum eſſe obiectum auditus appellat in.2.de aïa, & loquẽdo hoc pacto de obiecto dicit quinque eſſe ſenſuũ obiecta, veluti & potentiæ ſunt quinque. Tertio modo obiectum peripatetici dicunt oẽm terminum principaliter intẽtum,qui per aliquam actionem habet eſſe poſt nõ eſſe, aut habere poteſt eſſe poſt non eſſe: & ſic forma dicitur obiectũ agentis. Nam ipſa actionem finit,& ipſa erat in mente agentis,& hoc pacto dici ſolet eſſe in potentia obiectiua oẽm rem anteq̃ ſit, ꝓpterea quia illam per actionẽ agens intendit producere. Sic igitur tertio modo obiectum dicitur omne contentum in intentione agentis,quod per eius actionem põt produci,quoq; producto ceſſat oïs actio eius. Quomodo non imperite dicitur finis agentis,quem ipſe intendit producere, aut ad quem nititur peruenire, eſſe obiectũ agentis, vnde & nomẽ obiecti proprie eſt,ex eo quia ſignificat id qd' intentioni primo obijcitur. Primum autem quod obijcitur eſt finis,quare non male finis cuiuſq; agentis obiectum dicitur. Immo huic propriæ conuenit verbum latinum, græcum aũt verbum quod eſt Hypocimenon propriæ ſonat qd' ſubiacet actioni, aut mouet paſſum. Nec vnq̃ aliter recolo me legiſſe obiectum à græcis eſſe definitum,nec pluribus modis eſſe acceptum. Ex his apparet non peripateticæ dici ipſum ens inquãtum ens eſſe obiectũ intellectus. Ipſum enim nõ poteſt eſſe mouens,nec ratio mouendi intellectũ, vt ſic, vt etiam ipſi cõcedunt,& probant, quia ſi ratio mouendi eſſet ens, omne ens eſſet aptum mouere intellectũ. Conſequens eſt contra Ariſto.9.metaphy.& Auerro.ibidem, vbi di *Cõm. 20.*
citur id mouere intellectum duntaxat quod eſt actu, qualiter non eſt materia, quæ tamen eſt ens. Amplius ipſum non eſt ſubiectum actionis intellectus, verum enim ſubiectum atq; Hypocimenon intellectionis eſt intellectus poſſibilis. Adhuc ipſum non eſt finis intentus ab intellectu,nec eius cognitio eſt præintenta, qm illa habita non ceſſat intellectus vlterius intelligere. Ipſum igitur ens non poteſt dici aliquo pacto obiectum intellectus,niſi aliquis velit inuenire obiecti aliquam aliam rõnem, quam nullus peripateticus diceret. Ad rationes eorũ dico primo ad Auicen. ꝙ dato ꝙ ens eſſet primum cognitum, non propterea eſt dicendũ obiectum intellectus,quia ſiue ſic,ſiue non,ratio obiecti nõ eſt niſi illis tribus modis,quorum nullus enti competere poteſt. Ad rationes. Ad primam negatur maior,quia ſiue prædicetur,ſiue contineat oïa intelligibilia, nõ ab hoc ſumitur ratio obiecti. Ad ſecundam negatur maior,quia non dicitur obiectum eo quia omnia cõtinet. Præterea minor eſt falſa,quia ens non eſt obiectũ metaphyſicæ,cum nullam rationem habere poſſit illarũ triũ ad illam,ſed dicitur prædicatũ primum, vt dictũ fuit. Ad tertiam negatur maior, quia non dicitur obiectũ, ab eo quia eſt ratio intelligendi,vt viſum eſt,ſed altero trium modorum,quorum nullo modo dici poteſt ens. Præterea minor eſt falſa etiam,quia ſi ratio intelligendi eſſet ens,omne ens per ſe, eſſet per ſe intelligibile, & ita ſingulare, & materia eſſent per ſe intelligibilia quæ non concedunt peripateti. Vlterius apparet non recte dici ens eſſe primum voluntatis obiectũ, nam voluntas nec ab illius cognitione mouetur, ſed à concluſione ſyllogiſmi practici per intellectũ facta nec eius actio recipitur in ente,nec eſt finis intentus à voluntate. Præterea voluntas & intellectus non differunt apud Peripateti.niſi ratione ſiue definitione duntaxat. Intellectus.n. dicitur, vt ſyllogizans finem eſſe exequendum, voluntas autem eſt idem intellectus,vt aſſentiẽs vel diſſentiẽs executioni,nec aliter vnquam differunt. Secunda vero poſitio,ſi per obiectum ſumpſit intentum ſiue finem præconceptum,quem agens vt terminum ſuæ actionis intendit recte dicit,nam totius intellectus nixus eſt venire in cognitionem vltimæ formæ, quæ eſt eius beatitudo. Tertia poſitio penitus eſt remota, quia verum nõ poteſt ad intellectum cõparari ſub aliqua ratione obiecti, earum quas diximus, nec enim mouet intellectum, nec recipit nec intenditur vltima intentione, niſi quatenus veritas ſit ipſa prima veritas, videlicet Deus, & ita ſiue cõſequatur oẽm intellectũ ſiue ſit in intellectu, non ab hac ratione dicitur obiectum. Quarta poſitio non eſt bona,quia licet accidẽs mouere poſſit intellectum, nõ virtute propria mouet, præterea nõ eſſet cõmune omni moueñ,quia ſm peripateticos etiam ſubſtãtia põt mouere intellectũ,vt patet ab Auer.2.de aïa. Ex his ſequiť *Cõm. 63. Cõm. 36.*
ꝙ Deus eſt obiectũ intell's ſm tertiam rõnem obiecti, probatur

probatur per Auer. 3. de anima. nam ad ipſum deſinet intellectio oīs, & ipſe dūtaxat intenditur, igitur ſibi cōpetit ratio obiecti tertia. Scđo ſequitur ꝙ vniuerſale in potentia, ſiue forma vniuſcuiuſq; phantaſiabilis, quę apta eſt mouere, vel quæ eſt rō mouendi intellectum vna cum intellectu agēte dicitur obiectum intellectus, patet hoc per Auer. 2. de aīa: & etiam, quia ſibi competit ratio obiecti ſecunda. Ex hoc ſequitur multa eſſe, intelligibilia, quæ non continentur ſub obiecto intellectus, veluti ea quæ ſunt per accidens intelligibilia, hæc enim per ſe non continentur ſub obiecto, intellectus, quia non ſunt formæ, ſed vel materia, vel priuatio, & id genus, licet poſsint forte reduci ad per ſe obiectum intellectus. Accipiendo obiectū pro ſubiecto, quod ſubiacet actioni, nullum eſt obiectum intellectus poſsibilis, niſi forte agentis, cuius obiectum eſſet ipſe intellectus poſsibilis. Ad quæſtionem igitur dicitur ꝙ primū obiectum intellectus ſub ratione ſecunda eſt vniuerſale in potentia, quod per phantaſmata pręſentatur intellectui, vt illius motiuum. probatur, quia iſtud eſt cōe ſubſtantijs & accidentibus, & omnibus, per ſe intelligibilibus. Præterea eſt ratio, qua oē quod mouet intellectum, pōt illa mouere. Ex his ſequitur ꝙ differunt rō intelligendi, & primum obiectum intellectus, nam forma actu vniuerſalis ſeparata per intellectionem à materia, pn̄tia materiæ, & conditionibus materiæ eſt rō intelligendi, immo id quod intelligitur, & conditio rei intellectæ. Primum obiectum hoc pacto ſumptū eſt prima ratio mouendi illum: & ſic eſt forma vniuerſalis potentia, per phantaſmata intellectui pn̄tata. Illa dicitur ratio intelligendi quia nihil poteſt per ſe intelligi niſi ſub illa ratione. Hęc ratio obiecti, ſiue mouendi: quia nihil pōt intellectum per ſe mouere, niſi ſub hac rōne. Secundo ſequitur ꝙ primum obiectum hoc pacto oportet præcedere potentiam cuius eſt, & ipſum intellectum. At rō intelligendi non eſt neceſſarium vt præcedat intellm̄. Sed ſolum vt per ſe vel per accn̄s illa omne intellectile participet. Et ſi dicatur ꝙ tunc non different obiectum ſenſus & obiectum intell's, quia forma compoſiti ſenſilis eſt ratio mouendi ſenſum, & forma compoſiti intellectilis eſt rō mouendi intellm̄, modo ambæ ſunt vniuerſales poteſtate. Dico ꝙ differunt quia forma compoſiti phantaſtici, ſiue intellectilis eſt ratio mouendi, vt per phantaſmata oīum ſenſuum interiorum pręſentatur intellectui. Forma vero compoſiti ſenſilis eſt obiectum ſenſus, vt per materias, conditiones materiæ & pſ̄entiā materiæ ſenſui præſentatur: aut ſaltem vt præſentatur per mediū ſentiendi. Secundo differunt per cōe, & minus cōe: vt recte quidam exponunt: nam forma vt per phantaſmata oīum interiorum ſenſuū pn̄tatur. eſt cōior forma, vt præſentatur ſenſui per mediū ſentiendi. Quare differunt quantū ad duo: quantū quidem ad conditiones rerum mouentium: nā conditio obiecti motiui intellectus eſt pn̄tari per phantaſmata oīum ſenſuū, conditio obiecti ſenſus eſt materia, ſiue ipſum pn̄tari ꝑ mediū ſentiendi. Differunt ēt quo ad ipſa obiecta: qa obiectū intell's eſt cōius obiecto ſenſus, veluti intellectus, ſenſu eſt ſuperior. Eodem modo dici pōt ꝙ obiectum intellectus, & id quod eſt ratio intelligendi differunt: non quidem ex parte rei, ſed ex parte conditionis. Nam id quod eſt rō intelligendi eſt ipſum vniuerſale, vt pn̄tatum per intentiones intellectiles, ſiue per ſpēs intelligibiles. Obiectum vero intellectus eſt vl'e, vt pn̄tatum ꝑ intētiones phātaſticas. Hactenus de nona diſputatione.

*Cōm. 60.*

*Nota intelligibilibus.*

*Sol. qōnis.*

*Itaque primum exiſtimamus ſapientem omnia maxime ſcire vt contingit &c. Tex.*

## DISPVTATIO DECIMA

De Quidditatum conſideratione.

*Num ad Metaphyſicum ſpectet conſiderare quidditates omnium rerum in particulari.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſic: arguunt, primo per verba. 6. huius ꝓpe principium: vbi dicitur nullam præter Met. facere cōſiderationem de ipſo quod quid eſt. Secundo ſi non, tunc Metaphyſica eſſet imperfecta, cōfuſa, & indiſtincta, deducitur, quia cognitio quæ eſt tm̄ vniuerſalis, & rerū in vniuerſali eſt confuſa. Hoc aūt eſt contra Ariſt. in textu. Tertio vt in potentijs, ita in habitibus: ſed in potentijs ſemper ſuperior conſiderat oīa quæ conſiderat inferior, igitur in habitibus Metaphy. quæ eſt ſuprema conſiderabit oīa, quę inferiores conſiderant. Quarto in Metaph. tractatur de quidditatibus ſubſtantiarum ſeparatarum, & hę ſunt particulares, igiť Metaphyſici eſt ſaltem aliquas particulares quidditates conſiderare. Quinto quidditas intellectus debet conſiderari à Metaph. vt dicitur in lib. de aīalibus: & eſt particularis, quare vt ſupra. Sexto quicunq; conſiderat drīam aliquorū, conſiderat extrema, vt dicit Auer. 3. de aīa: ſed Metaphy. ponit drīam inter ſubſtantiam materialem & immaterialem: inter intelligentiam & orbē, igitur conſiderat ambo, & vt dixi de his, ita de oībus. Septimo eiuſdem ſcīæ eſt conſiderare genera & ſpēs, vt patet. 1. Poſte. vbi diciť ꝙ ſcīa eſt vna, quæ eſt vnius generis ſubiecti ſpēs & paſsiones conſiderans. Sed Met. conſiderat decem rerum genera, igitur oēs illorū ſpēs, & ſic oīa. Octauo accipio quidditatem lapidis in illo priori, in quo præcedit oēm motum. & quæro ad quā ſcīam ſpectat: non ad naturalem, quia, vt dicitur. 2. Phy. quæ amplius non mota mouent non ſunt phy. conſiderationis, non ad mathemati. vt patet, igitur ad Meta. & vt dixi de lapide, ita de cæteris dici pōt, quare Meta. erit conſiderare omnes quidditates rerum in particulari. In oppoſitum videtur textus, qui dicit. Primum itaq; æſtimamus ſapientem omnia ſcire, vt contingit, non ꝑ ſingula ſcientiam ipſorum habentem. Hæc Ariſto. Vbi patet eum velle Metaph. non conſiderare rerum quidditates in particulari, ſed in vniuerſali.

*Antonius.*

*Rōnes noſtra*

*Cōm. 9.*

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID Metaph. ſit, patuit in procemio huius libri, etiam & in textu. Sed quid quidditas, non eodem mō ab omnibus intelligitur. Quidam dicunt ꝙ quidditas alicuius eſt formalis ratio alicuius, cum quo eſt conuertibilis, includens aliquid aut incluſa in aliquo quidditatiuæ. Sed his conuenit illa cautela, quę eſt pro reſpōdente, quæ dicit ꝙ ſi opponens vtitur verbis obſcuris cœlādi gratia, debemus dicere ſibi, vt declaret ſeipſum, hoc. n. aſſerit Ariſt. 8. Topicorum de cautelis reſpondentis. Quare quæro dicant mihi quid velint dicere. Et ꝙ hæc definitio ſit obſcura. patet primo, quia rō formalis aut eſt definitio, aut pars definitionis, & omnino ratio formalis non poteſt eſſe quin ſit ratio. Modo rō apud græcos & definitio idem eſt, ſed definitio non eſt quidditas, vt dicitur. 7. Metaph. ſed eſt vel inſtrumentum inducens intellectum ad intelligendum rerū quidditates. aut ſermo ſignificans rerū naturas, igitur quidditas

*Quid aliqui dicā eſſe quidditatem. Confutatio.*

*Cōm. 42.*



ditas non eſt definitio, ſed per definitionem ſignificata, & ita non erit ratio, & per conſequens nec ratio formalis. Secundo videtur ꝙ ſit data per æque ignota, nā æque ignota ſunt mihi quid ſit quidditas, & includi, vel includere quidditatiuę. Si igitur dicitur quidditatem eſſe quæ includit vel includitur quidditatiuæ in aliquo, adhuc reſtat quærere quid ſit quidditatiuæ includere, aut includi. Alij iſtius partis dixerunt quidditatem eſſe rationem obiectiuam rei, qua res eſt formaliter intelligibilis. Et iſti ſunt rogandi debeant dicere quid velint. Etiam eſt obſcuritas, primo, quia tunc accidentia haberent per ſe quidditates, quia rationem habent obiectiuam, qua ſunt formaliter intelligibilia, quod peripatetici negarent, vt patebit in. 7. Secundo tunc ſubſtantiæ ſeparatæ haberent quidditatem, hoc eſt falſum, quia vt dicitur in. 8. ſubſtantijs illis non conuenit quidditas, qđ Auer. ſumit. Præterea videtur hæc definitio eſſe eiuſdē per idem, quia idem eſt eſſe rationem obiectiuam, & id quo formaliter res intelligitur. Omnis. n. ratio obiectiua eſt id quo formaliter res intelligitur & omne id quo formal'r res intelligiť eſt ratio obiectiua. Et ſic idē per idē, & nihil in ea ponitur loco generis. Al'r igitur peripatetici definiunt quidditatem. Dicunt. n. ꝙ quidditas cuiuſq; rei eſt forma, quæ per definitionē illius eſt explicabilis: vt patet. 7. huius, propterea aliud eſt quidditas, aliud habens quidditatem. Quidditas enim eſt forma compoſiti alicuius per nomē commune concretū ſignificabilis, & per definitionem illius nominis explicabilis, & hoc pacto forma hominis, quæ per iſtud nomen homo ſignificatur eſt omniū hominū quidditas. Similter forma animalis, quæ per nomen animal ſignificatur dicitur quidditas. Habens vero quidditatem eſt bifariū, aut id quod per nomē ſingulare ſignificatur, vt Emeleus, & Entelechus. Aut id quod per nomen cōe ſignificatur, vt compoſitum humanū, compoſitū animale, & id genus. Hæc colliguntur ab Auer. in. 7. huius pluribus in locis. Conſiderare quidditates rerum compoſitarum, poteſt eſſe dupliciter, in particulari, ſiue in ſpeciali per prædicata propria quæ ſunt contracta ad determinatum genus determinatamq; differentiam, vt ſi cōſideretur hō inquantū animal rationale mortale, & quo ad paſsiones, quæ ab his fluunt. Aut poſſunt quidditates talium rerum conſiderari in vniuerſali, hoc eſt per rōnes tranſcendentes determinata genera, vt ſi cōſideremus ipſum hominem, vt ens, vt vnū, vt in actu, vt ſubſtantia & id genus. Hæc de titu.

*Alia definitio quidditatis.*

*Confutatio.*

*Cōm. 16.*

*Quid quidditas apud peripate.*

*Cōm. 17.*

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

LOGICI cenſere ita eſſe de Meta. reſpectu cęterarum ſcīarum, veluti de ſenſu cōi reſpectu cæterorū ſenſuum exteriorum. nam vt ſenſus cōis conſiderat & apprehendit oīa quæ cæteri apprehendunt, & adhuc aliquid vltra, vtpote differentiam & conuenientiam illorum, ſic Metaph. apprehendit atq; conſiderat oīa, quæ conſiderant oēs ſpeciales ſcīæ, & adhuc amplius, quia conſiderat quædam cōia, quæ aliæ non conſiderant. Adhuc ſubſtātias abſtractas, quas alię non conſiderāt, differentiam & conueniētiam oīum conſideratorum, quæ aliæ non conſiderant. Huius poſitionis videtur eſſe Egid. bonus peripateticus in quæſtionibus huius libri, qui ad verbum fere dicit hæc. Mouentur autem primo quia hæc ſcīa dicitur cōmuniſsima, quod non eſſet, niſi conſideraret oīa ea quæ cæteræ conſiderant. Si. n. ſolū ens, & omnia inquantum ens conſideraret: vtique de paucis conſideraret. Amplius dicitur in litera quòd hęc ſcientia ordinat omnes alias, veluti princeps cæterarum, igitur cognoſcit omnia quæ cætere cognoſcunt, nam regens per cognitionem, nihil regit quod non cognoſcit, igitur ſi regit cunctas: oportet vt oīa cōſideret. Tertio omnis ſcientia, quę conſiderat & habet probare principia oīum ſcientiarum, ſi negantur: conſiderat oīa oīum ſcientiarum, quia ex principijs dependent omnia alia, ſed Metaphyſica probat oīa principia omniū ſcientiarum, ſi negantur, vt dicitur. 1. Phy. dicitur enim philoſophiam habere hunc reſpectum: igitur conſiderat oīa ſcibilia. Et ſic nō modo quidditates particulares in particulari, ſed oīa accidentia per ſe, quæ fluūt ab illis. Sed contra hanc poſitionem ſolet obijci primò, quia tunc liber Meta. eſſet longus, quia omnia debent tractari in illo, modo videmus librum hunc valde breuem. Secūdo tunc cæteræ ſcientiæ ſpeciales, vt Phy. & mathe. ſuperfluerent, deduco quia quæcunq; illę conſiderant, etiam Metaph. conſiderat, igitur ſuperfluunt, & hoc faciunt Achillem. Pro defenſione debes ſcire ꝙ diuerſæ ſcīæ eſſe pn̄t, vel ob drīam modorum ſciendi, vel ob differētiam rationum appetēdi. Dico igitur ꝙ quidditates rerum in particulari poſſunt duplici modo ſciri, vel quo ad prædicata particularia, & eas affectiones, quæ fluūt ab illis ſiſtendo in tali gradu cognitionis. Aut pn̄t ſciri particularia hæc prędicata atq; affectiones tales non ſiſtendo in tali gradu, ſed reſoluendo illa ad prædicata cōiora atq; affectiones ab illis communibus fluentes, verbi cauſa, poſſum ſcire vno modo ignem inquantū eſt elementum calidum & ſiccum, & quatenus eſt leuius & actiuius cæteris, eſt. n. ſcire ipſum quo ad prædicata in particulari quidditatiua, & quo ad paſsiones, quæ fluunt ab illis prædicatis particularibus, & ſic poſſum ſcire ignem in particulari tm̄, ſiſtēdo in cognitione particulari, & poſſum ſcire ipſum hoc pacto, ſed non tm̄, immo reſoluendo ipſum ad prædicata cōiora, & ad paſſiones communes, vt ꝙ ſit ſubſtantia nobilior cæteris elementis, quod ſit Simpl'. ens cæteris, & id genus. Dico igitur ꝙ ſcire rei quidditatem in particulari ſiſtendo in illa cognitione, eſt vnus ſciendi modus. Scire rei qdditatem in particulari reſoluendo illam ad cōia eſt alius ſciendi modus. Tunc dico ꝙ propter duo non ſuperfluunt Phyſica & mathe. primo, quia licet quæcunque hæ conſiderant, Metaphy. etiam conſiderat, non tm̄ eodem modo conſiderandi. Illæ conſiderant rerum quidditates in particulari ſiſtendo in tali cognitione tm̄, Metaph. in particulari illas reſoluendo ad prædicata communia, modo hæ ſciendi rationes differunt, & per conſequens non ſuperfluunt cæterę. Et cum dicis Metaph. ſcit in particulari, & ſcit in vniuerſali, igitur aliæ ſuperfluunt, quæ conſiderant in particulari tm̄. Dico ꝙ ſcit in particulari & in vl'i, ſed non in particulari, vt ſciat in particulari, ſed vt reſoluat ad vniuerſalia, at cæteræ ſcientiæ ſciunt in particulari, vt ſciant in particulari, igitur non ſuperfluunt. Huius exēplum eſt in quinq; ſenſibus & in ſenſu communi, ſenſus enim communis apprehendit quinque obiecta oīum ſenſuum, & cū hoc vltra, modo ad quid alij ſenſus ſi iſte communis apprehendit oīa obiecta illorum. Propterea dicitur ꝙ communis ſenſus eſt, vt apprehendat illa, & non tantum, ſed differentiam & conuenientiam illorum, cæteri ſunt vt apprehendant illa quinque tantum, & ita non ſuperfluunt. Ad propoſitum dico, ꝙ ſcientiæ particulares ſunt, vt apprehendant quidditates in particulari tantū, Metaphy. vt illas apprehendat in particulari & non ſic tantum,

*Prima poſitio.*

*Obiectiones.*

*Solutio.*

tantum,ſed reſoluendo illas in communia, eo quia dif-
fert ſcire quidditatem rei confuſæ non reſoluendo illā,
& ſcire illam diſtinctæ hoc eſt primo confuſæ, ſed non
vt confuſæ ſciat,ſed vt reſoluat & diſtinguat illā. Secun
da cauſa eſſe poteſt differentiā rōnum appetendi, nam
intellctus humanus pōt appetere ſcire quidditatem rei
in particulari confuſæ,hoc eſt ſiſtendo in tali cognitio-
ne,& ad hoc ſeruiunt ſcīę particulares, & poteſt appete
re ſcire quidditatem rei in particulari,vt reſoluat & di-
ſtinguat in vl̃ia:& ad hoc eſt inſtituta metaphyſica,igit̃
ſcīæ particulares ponunt finem in cognitione quiddita
tum in particulari,quia ſciūt in particulari illas, vt ſciāt
in particulari & confuſæ. At metaphyſica cognitionē
illam particularem attingit non vt finem, ſed vt reſol-
uat illam & diſtinguat vſq; ad diſtinctiſsimæ cognita.
*Ad formam.* Tunc ad obiectiones. Ad primam dico ꝙ liber eſt bre
uis,quia quidditates rerum in particulari ſunt conſide-
ratæ in particularibus ſcientijs,ideo non oportuit repe
tere. Sat aūt eſt,quia metaphyſicus poteſt illas conſide-
rare,quemadmodum & cæteræ ſcīæ, dato ꝙ nunc non
conſideret, hic enim ſolū conſiderat ea cōia, in quæ
quidditates illæ ſunt reſolubiles quæ alijs in ſcientijs nō
erant tractabilia. Vnde in particularibus ſcientijs ſunt
conſideratæ quidditates in particulari duplici habitu
phyſi.ſ.& metaphy.phyſi.quidem intētione habita ad
illas,vt ſiſtatur in illis. At habitu metaphyſico, nō inten
tione habita ad illas,vt ſiſtatur in illis, ſed vt in libris me
taphyſicæ reſoluantur ad coīa, & ſic non oportet repe
tere in his.14.libris. Ad ſecundam negatur conſequen
tia, quia cæteræ ſunt inſtitutæ pro appetitu rōnali, quo
intellectus poteſt appetere ſcīam illarum cōfuſam vt in
particulari,& pro appetitu quo poteſt ſcīam illarū ap-
petere diſtinctā, quod fit ſciendo in particulari non vt
ſciantur in particulari ſed vt reſoluantur in vl̃ia,atq; di-
*1. poſitio.* ſtinctiſsima & ita non ſuperfluunt. Alij dixerūt ꝙ me
taphyſicus conſiderat quidditates rerum in particulari
& affectiones proprias quæ primo ab illis fluunt. Cæte-
ræ conſiderant quidditates,non quo ad prædicata,quæ
competunt illis vt quidditates, nec quo ad accidentia
quæ fluunt ab illis per ſe primo, ſed quo ad prædicata
quæ non competūt per ſe quidditatibus, & quo ad ac-
cidentia,quæ fluunt à talibus prædicatis. Verbi cauſa
metaphyſicus cōſiderat hoīem vt homo,& quo ad præ
dicata,quę competunt homini vt homo, & quo ad paſ-
ſiones,quæ fluunt ab illis prædicatis,naturalis conſide-
rat hoīem vt miſtus,& id genus,& quo ad prędicata &
*Cōm 5.* accidentia,quæ ſibi competunt vt ſic. Hæc videtur in-
tentio Auer.12.huius,vbi ait, ſic igitur intelligenda eſt
cōicatio iſtarum duarū ſcīarum in conſiderando prin-
cipia ſubſtantiæ, ſ. ꝙ naturalis declarat ea eſſe ſecun-
dum ꝙ ſunt principia ſubſtantiæ mobilis. Pħus vt ſunt
principia ſubſtantiæ vide. Præterea etiā in.7.huius.vbi
*Cōm.39.* dicit,& res naturales in hoc ſunt econuerſo mathema-
ticis,quidditates enim naturalium non poſſunt intelli
gi ſine motu & ſenſu, ſicut poſſunt intelligi quidditates
mathematicorum. Ex quibus patet ipſum velle in natu
rali ſcīa eſſe conſiderandas quidditates nō abſolute, ſed
quo ad prædicata:quæ non competūt ſibi per ſe primo.
Hæc poſitio eſt Simplicij, Alexandri, & Auicennæ ex-
*Obiectiones.* preſſæ, Sed ſolent obijcere huic poſitioni primo, quia
tunc cæteræ ſcientiæ eſſent de ente per accidens. Hoc
eſſe impoſsibile enituntur probare innumeris captio-
nibus,ſed quia vana eſt probatio,omitto. Secundo nul
la ſcientia, quæ per ſe diuidit aliquod genus ſcientiæ
eſt de aliquo vno per accidens, ſed naturalis & mathe.
ſunt ſcientiæ primæ diuidentes primo genus ſcīētiæ ſpe
culatiuæ,igitur non poſſunt eſſe de ente per accidēs,mi
nor eſt Ariſt.6.huius. Tertio de eo quod non eſt vnum
per ſe,nulla demonſtratio eſſe poteſt, ſed ens per acci-
dens non eſt vnum per ſe,igitur nec demonſtrabile, &
ita ad nullam ſcientiam ſpectat,quare ſcientiæ ſpeciales
cōſiderabunt quidditates per ſe:& ea quæ fluūt à quid-
ditatibus per ſe. Multæ aliæ captiunculæ ſiunt,quę nihil
ſunt ad rem. Pro defenſione huius poſitionis debes ſci- *Defenſio.*
re ꝙ tam mathe.quam naturalis cōſiderat per ſe primo
habens quidditatem, vt per terminum cōmunem con-
cipitur. Nam ſubiectum in naturali philoſophia eſt cor
pus naturale, vel mobile:ſubiectum mathe. eſt corpus
quantum. Modo hæc ſunt compoſita per terminos cō-
munes in mente vel voce concepta:& ita nō ſunt quid-
ditates,ſed habētia quidditates:quia(vt diximus)quid-
ditas eſt rei forma per definitionem explicabilis. Ex
his ſequitur ꝙ eiuſmodi ſcīētiæ per ſe primo non quid-
ditates, ſed habentia quidditates conſiderant, & quic-
quid per ſe continetur ſub talibus:& omnia quæ fluunt
per ſe à talibus: vt motus,gn̄atio & id genus, & princi-
pia talium, vt materiam & formam & priuationē. Tūc
dico ꝙ quidditates particulares, vt homo & equus quæ
ſunt quidditates ſignificatæ per modum totius poſſunt
conſiderari quo ad ea prædicata, quæ ſibi competunt
ad rationem eorum quæ habēt quidditatem, vt inquan-
tum compoſita, miſta corpora animata, viua, & huiuſ-
modi. Et quo ad paſsiones, quæ ſibi inſunt rōne talium,
vt quo ad generationem motum, vitam & id genus: &
poſſunt conſiderari quo ad ea prędicata quæ ſibi inſunt
ratione quidditatis, vt quatenus animal rationale, &
quo ad paſsiones, quæ fluunt ab his prędicatis & vt vno
verbo dicam homo poteſt conſiderari, vt compoſitus,
& miſtus, & id genus, & vl̃r ſub rōne,qua habet quid-
ditatem & formam,& poteſt conſiderari vt homo, vt
aīal, & quo ad prædicata quæ inſunt ſibi rōne formæ
& quidditatis. Similiter pōt conſiderari quo ad paſsio-
nes,quæ inſunt ſibi, vt eſt habens formam & quiddi-
tatem:& quo ad paſsiones quæ ſibi inſunt per prædi-
cata quidditatiua. Tunc dicerem naturalem & mathe
maticum conſiderare quidditates, non quatenus ſunt
quidditates,ſed quo ad prædicata quæ ſibi competunt
rōne eorum,quorū ſunt quidditates. Meta.aūt conſide
rare illas vt quidditates, & quo ad prædicata, quæ ſi-
bi competunt vt quidditates, & paſsiones fluentes ab
illis vt ſic. Verbi cauſa naturalis conſiderat hominem
vt compoſitus, vt miſtus,& quo ad prædicata, quæ ſi-
bi competunt vt habet quidditatem, & quo ad paſsio-
nes, quæ fluunt ab his. Metaphy.vero conſiderat ho-
minem quidem, vt homo vt aīal, vt rationale, & quo
ad p̄dicata quæ ſibi hoc pacto q̄dditatiuę inſunt,& quo
ad paſsiones, quæ fluunt ab his prædicatis, vt quatenus
eſt capax beatitudinis, vt perfectius animal, vt capax
diſciplinæ, & id genus, quare metaphyſic.conſiderat
quidditates in particulari & accidentia quidditatum:
naturalis & mathe.conſiderant per ſe ea quæ habent
quidditates in particulari:& accidentia quæ fluunt ab
his. Ex his patet ꝙ non ſuperfluunt cęteræ ſcientiæ,nec
oportet eſſe lib.Meta.lōgum, quia per accidens in lib.
particularium ſat dixit de illis quidditatibus. Dixit.n.
de illis duplici habitu,quia dum conſiderauit illas quo
ad prædicata quidditatiua,habitu meta.inceſsit, dum
conſiderauit illas quo ad prædicata, quæ competunt
eis



eis rationehabentium quidditatem habitu phyſi. vel
metaphy.proceſsit. Fuit aūt connexa hæc tractatio:vt
habeatur facilius ſcientia. Tunc ad rationes oppoſitas.
Ad primam patet ꝙ cæteræ ſcientiæ non ſunt de ente
per accidens, quia ſunt de eo quod habet quidditatem
& de accidentibus per ſe illius:de quidditatibus vero
bene ſunt per accidēs, quia non de illis pertractant niſi
quo ad prædicata quæ ſibi competunt, vt ſunt eorum
quæ habent quidditatem. Sat.n.eſt illas eſſe de proprio
conſiderato per ſe,non.n.eſt impoſsibile in ſcientia tra
ctare multa per accidens, quatenus tractatur aliquod
per ſe. Per idem ad ſcđam & ad tertiā naturalis & ma-
the.diuidunt ſcientiam per ſe & ſunt ſcīæ per ſe de pro-
prijs ſubiectis,cum quo ſtat poſſe eſſe de multis per ac-
cidens, de quidditatibus. Amplius habēs quidditatem
vt compoſitum vel miſtum & ſua accidentia per ſe nō
ſunt aggregata per accn̄s,quia per ſe miſtum eſt corru-
ptibile, poteſt.n.demonſtrari hoc per prædicata quæ
competunt per ſe miſto, tn̄ homo vt homo non eſt mi
ſtus,nec corruptibilis,quia vt homo ſignificat rationa-
lem animam,cui hæc non competunt per ſe, ideo quā-
do conſiderantur de homine corruptio & generatio &
ſexus, & id genus, hæc conſiderantur de illo non qua-
tenus ſignificat quidditatem, ſed quo ad ſecundarium
ſignificatum vt compoſitus, vt miſtus,& id genus Hęc
dici poſſunt pro defenſione illius opinionis, cui forte
hoc pacto intelligendo conſentiret. Auer. Hæc de poſi.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*An quidditates rerum naturalium conſiderentur à metaphyſico.*

NVNC oportet dilucidare poſitionem peripateti-
corum, & primo dicemus de quidditatibus rerū mobi
lium. Secundo de ſubſtantijs ſeparatis. Tertio de ipſo
*1. Suppoſitio.* intellectu hoīs. Quantum ad primum ſupponamus ex
conſenſu oīum peripateticorum rationem conſideran-
di in hac ſcientia eſſe ens abſtractum à materia, & intel
ligo per ens abſtractum à materia, ſiue ſit abſtractum
per eſſentiam, vt ſubſtantiæ ſeparatæ, ſiue per participa
tionem atq; indr̃iam ad ens abſtractum per eſſentiam,
& ad ens concretū cum materia. Dicitur autem ens ab-
ſtractum ratio conſiderandi in Metaph. aut qm̄ quic-
quid in illa conſideratur eſt abſtractum hoc pacto, aut
quia nihil conſiderari poteſt, niſi ſub huiuſmodi rōne.
colligitur hęc ſuppoſitio:vt dicebamus in.6.huius ꝑpe
principium. Ex hac ſuppoſitione ſequitur, ꝙ prædicata
ſunt in triplici dr̃ia, quædam ſunt quæ attribuuntur ma
terialibus tm̄,& nullo modo neq; vere,nec attributiuæ
poſſunt competere immaterialibus, vt ſunt corpus ma-
teriale,naturale:& id genus,hæc.n.nec vere, nec attri-
butiuæ poſſunt immaterialibus competere. Quædam
ſunt quæ immaterialibus cōpetunt, quæque nec veræ,
nec attributiuę poſſunt materialibus accommodari, vt
intelligere per ſuam ſubſtantiam, eſſe immateriale eſſe
intellectum, & id genus. Quædam ſunt indifferentia
quæ poſſunt vtriq; generi attributiuæ vel analogicæ
ſaltem accommodari, vt ſunt vnum ens,& communiſ-
ſima,itemq́;.x.genera,hæc.n.ſaltem analogicę poſſunt
eſſe attributa ſubſtantiarum ſeparatarum. Poteſt.n.illis
competere per analogiam genus ſubſtantiæ, etiam ge-
nus oīum accidentium.non aūt omnes ſpecies generū:
non enim illis poteſt accommodari corpus, neq; ali-
quid ſub corpore:nec illis poteſt accōmodari habitus,
vel diſpoſitio,& breuiter licet.x.genera illis accommo-
dari poſsint,non autem oēs ſpecies omnium generum.
*2. Suppoſitio.* Secundo ſuppono ꝙ quædam ſunt prædicata quæ per
ſe primo modo competunt aliquibus vel ſaltē per mo-
dum primi modi,quędam ſecundo modo,vel per mo
dum ſecundi modi,& hæc ſiue ſint de his quæ compe-
tunt tm̄ materialibus,ſiue tantum immaterialibus ſiue
cōperūt indifferēter. Ex his ſequit̃ dilucidatio. Dicimus
enim primo ꝙ Metaph. nō conſiderat quidditates re- *1. Concluſio.*
rum materialium in particulari,hoc eſt,quia non con-
ſiderat res ipſas, nec quo ad p̄dicata primi, vel quæ cō
petunt per modum primi, nec quo ad prædicata ſecun
di modi,nec quæ competunt per modum ſecūdi modi
in particulari,& intelligo in particulari, hoc eſt quo ad
illa quæ cōpetunt rebus materialibus tm̄. Erigatur igi-
tur ad mentem peripatc. prima concluſio ꝙ Metaph.
non conſiderat res materiales quo ad prædicata quę ſi-
bi competunt tm̄,nec primi,nec ſecundi modi. Sed na
turalis illas hoc pacto conſiderat, & hoc ſonat ꝙ Met.
non conſiderat quidditates rerum materialium in par
ticulari: conſiderare.n. quidditatem rerū materialium
in particulari nihil aliud eſt niſi conſiderare prædicata
vel primi vel ſecundi modi,quæ ſibi tm̄ competunt, &
non ſubſtantijs ſeparatis. Secunda concluſio Met. cō *2. Concluſio.*
ſiderat quidditates rerum materialium in vniuerſali in-
telligendo ꝙ cōſiderat oēs res materiales quod ad præ-
dicata vel primi vel ſecundi modi, quæ rebus materia-
libus indifferenter & ſubſtantijs ſeparatis competunt.
Prima concluſio probatur ex ſuppoſitione prima,quia
Metaphy.quicquid conſiderat, conſiderat vel quia eſt
ens ſeparatum,vel ſub rōne entis ſeparati. Sed prædica-
ta illa quæ competunt materialibus tm̄ non ſunt ſepa-
rata,nec rōne ſeparata participantia,igitur à Metaphy.
non poſſunt conſiderari, & ita relinquitur ꝙ conſide-
rantur à ſcientijs ſpecialibus. Hæc concluſio eſt pro mē
te Auer. 1. auſculta. Phyſi. vbi inquit ꝙ intentio prima
Ariſt. non eſt cōtradicere opinionibus falſis in hac ſcīa *Cōm.11.*
ſed declarare ſubſtantias,& quidditates rerum natura-
lium. Secunda ēt concluſio ex dicta ſuppoſitione etiam
declaratur, ea ratione poſſunt conſiderari res materia-
les à Meta. ſub qua non aufugiunt rationem conſide-
randi Metaphy.ſed conſiderando res naturales in vni-
uerſali,hoc eſt quo ad prædicata in differentia non au-
fugiunt:immo ſubeunt rationem Meta.conſideratio-
nis, igitur vt ſic poſſunt conſiderari in Meta. Hæc ſcđa
concluſio eſt pro mente Auer.2.auſculta.Phy.vbi in-
quit. Conſideratio enim de materia in reſpectu formæ *Cōm.31.*
eſt conſideratio naturalis, at conſideratio illius ſ̄m qđ
eſt vnum entium eſt conſideratio primi philoſophi, vbi
patet ꝙ pro tanto dicit materiam eſſe de cōſideratio-
ne Meta. pro quanto ſubit rationem conſiderandi in
Metaph.& ſic patet concluſio noſtra. Hæc etiam eſt ꝓ
intentione Ariſtot.in textu dicentis,ſapientem eſſe qui
conſiderat oīa, vt contingit, & ſe exponens ait, quia nō
conſiderat per ſingula:& ita velle videtur ꝙ res oēs cō-
ſiderat in vniuerſali hoc eſt ſub rōne conuenienti Met. *Cōm.16.*
& quo ad illa prædicata, quæ competunt illis ſic indif-
ferenter vt diximus. Præterea Auer. 2. huius prope finē
inquit: conſideratio vniuerſalis in oībus cauſis in eo ꝙ
ſunt cauſæ:eſt huius ſcīæ,& Ariſt.quāuis vtatur hic de-
mōſtrationibus ſcīæ naturalis, inducit tn̄ eas vniuerſa-
lius,qm̄ quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior:tanto
magis erit huius ſcīæ propria,& reliqua. Pręterea.4.hu *Cōm.5.*
ius inquit,& cum iſtæ quæſtiones & ſui ſimiles ſint ac-
cidentia vnius in eo ꝙ eſt vnum, & accn̄tia entis in eo
ꝙ eſt ens:non accidentia vnius in eo ꝙ eſt vnus nume-
rus,aut vna linea,aut vnus ignis,neq; accidentia eius in
eo ꝙ eſt ens numerus aut ens linea,aut ens ignis,mani-
feſtum

feſtũ eſt ꝙ ſcientia quæ debet declarare ens ſm ꝙ eſt
ens,& vnum ſm ꝙ eſt vnum, debet ſcire quid eſt vnũ
ſm ꝙ eſt vnum,& quid eſt ens ſm ꝙ eſt ens,& quę ſunt
accidentia eſſentialia, & propria eis,& hanc dixit pau-
loante eſſe meta.in quibus verbis patent ambæ conclu
Cõm.1. ſiones. Amplius.12.meta.hoc idem indicat dicens au-
thoritate Alexã.intentionem Ariſt.eſſe loqui de ente in
eo ꝙ eſt ens, & de cauſis & principiis eius,& ſic videtur
Excerptum. velle rationem conſiderandi eſſe vniuerſalẽ. Ex his oĩ-
bus patet.1.meta.non conſiderare rerum materialium
quidditates in particulari.i.non cõſiderare res materia
les quo ad prædicata illis propria tm̃.Scd̃o patet meta.
conſiderare rerum materialium quidditates in vl̃i, hoc
eſt cõſiderare res ipſas materiales quo ad p̃dicata cõia,
quæ in differentia ſunt materialibus & immaterialibus.
Hæc ſine dubio eſt intentio Auer.& videtur mẽs Ariſt.
vbiq;.Hęc eſt expreſſa mens Them̃.1.phy.in proęmio.
vbi ait,præſentis aũt operis ſumma intentio eſt ea do-
cere,quæ vl̃r inſunt rebus naturalibus quatenus natu-
rales ſunt,& reliqua. Hæc eſt Alber.etiam intentio, &
expoſi.Tho.vt patet in eorum expoſitionibus. Hæc de
dilucidatione primi quæſiti. Et de ſecundo nunc aga
Prima põ de cõſideratione q̃dditatũ ſubſtan. ſeparatarum. mus Dixerunt quidam abſolute,ꝙ metaph. conſiderat
quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum non ſolũ in vl̃i,
ſed particulari.Quod quidem quidditates ſubſtantia-
rum ſeparatarum in vl̃i conſiderentur à metahy.dicunt
neminem in hoc dubitaſſe, quia quidditates illarũ ſub
ratione vl̃i includũt rationem ſubiecti vt entis vel ſub-
ſtantiæ,& paſsionum eius. Amplius vt ſic ſunt ſp̃es pri-
mæ entis. Modo eiuſdem ſcientiæ eſt conſiderare ſub-
iectum & primas eius ſpecies: vt dicitur.2.de aĩa. Quod
vero quidditates illarum in particulari conſiderentur à
metaphy.probant,quia proprium eſt meta. cõſiderare
abſtractum à motu & à materia ſenſili, ergo ad illã ma-
xime pertinebit conſiderare illorum quidditates, quæ
ſunt per eſſentiam ſeparatę,cuiuſmodi ſunt quidditates
Confutatio. ſubſtantiarum ſeparatarũ. Sed hæc põ non eſt peripa.
primo, quia ſubſtantiæ ſeparatæ non habent quiddita-
tes,quia tunc eſſent definibiles,& ita eſſent in gñe con-
Cõm. 49. tra Auer.maxime.2.cœli. Amplius ſi haberent quiddi-
tatem haberent formam,& ita eſſent compoſitæ ex ma
teria & forma, vt dictum fuit. Secundo principaliter
quæro quid per quidditatem ſubſtantiæ ſeparatę intel-
ligunt, vel eſſentiam ſubſtantiæ ſeparatæ, vel id quod
per definitionem illius explicatur,hoc eſt per quædam
prædicata quę illi per modũ primi modi inſunt,ex qui-
bus fluunt etiam alia, quæ per modum ſecundi modi
inſunt. Si per quidditatem ſubſtantiæ ſeparatæ intel-
ligunt eſſentiam, tunc apud eos non ad meta. illa ſpe-
ctat,ſed ad theologum. Amplius eſſentia ſubſtantiæ
ſeparatæ per nihil repertum in ſenſibilibus poteſt colli
gi:igitur non poteſt conſiderari ab aliquo artifice do-
ctrinaliter. Si vero per quidditatem intelligant id qđ
per definitionem hoc eſt per quoddam aggregatum ex
pluribus conceptibus quidditatiuis,explicatur, vt ipſi
tenent, nam volunt poſſe colligi ex ſenſibilibus conce
ptus quoſdam quidditatiuos, in quorum aggregatione
conſiſtit quaſi definitio, quæ eſt explicatiua quiddita-
tis,& etiam quoſdam per modum qualitatiuorum con
ceptuum,qui videntur fluere à primis. Verbi cauſa in
Deo conceptus perfectiſsimus, ſiue definitio perfectiſ-
ſima eſt qua concipitur,vt ens ſimpliciter infinitum.
Hæc.n.colligi põt ex ſenſibilibus, in aliis definitio erit
qua concipitur, vt ſubſtantia immaterialis, hæc etiam
colligi poteſt ex ſenſibilibus. Si igitur per quidditatem
velint id quod p̄ eiuſmodi definitiones explicatur: tũc
non tm̃ ad metaphyſicum ſpectabit illius cõſideratio,
ſed ad phyſicum.Deducitur,qm̃ ex ſenſibilibus colligi
poteſt vnus cõceptus vel vna definitio, qua Deus con
cipitur,vt primus motor ſimpl̃r, & ſub hac ratione nõ
ad metaphyſicum,ſed ad phyſicum ipſum ſpectabit.
Amplius põt colligi vnus conceptus ſiue vna definitio
qua concipitur quælibet intelligentia:vt actus corpo-
ris naturalis. Dicitur.n.2.de aĩa, ꝙ definitio aĩæ compe
tit etiam intelligentijs ſaltẽ analogicæ. Amplius in.3.
de aĩa colligitur definitio qua ſingula cõcipitur vt in-
tellectus intelligens non per phantaſmata. Et non mo-
do hi conceptus per modum definitionis colligi poſ-
ſunt phyſica ſub conſideratione, ſed per modũ paſsio-
num ab illa fluentiũ, demonſtratur.n.in naturali ꝙ oĩs
motor cœli eſt incorruptibilis,per illam definitionem
quia eſt intelligens non per phantaſmata, etiã quia eſt
ſubſtantia immaterialis vel ſemper mouẽs. Et breuiter
ſi per quidditatem ipſi intelligant id quod per eiuſmo
di definitiones explicatur, illa non tm̃ ad metaphyſicũ
ſed ad naturalẽ ſpectabit vt ex his & ſimilib9 colligi p̃t.

Vnde totus diſcurſus eſt quia vel per quidditatem in-
telligunt eſſentiam,& hoc non, quia illa vel pertinet p̄
eos ad theologũ,vel nõ ad metaphyſicam abſtractiuã.
Si intelligunt id quod per definitionẽ explicatur, vel
per definitionem intelligunt illã quæ propriæ cõſtat ex
genere,& differentijs,& hoc nõ,quia illæ nõ ſunt in ge-
nere.2.cœli,vel per definitionem, intelligunt aggrega- Cõm. 49.
tum ex quibuſdam prædicatis collectis à ſenſibilibus &
hoc pacto non tm̃ ad metaphy. ſed ad naturalẽ ſpecta-
bit,vt dixi. Propterea aliter eſt dicẽdum: vbi aĩaduer- Propria poſitio
ſione dignũ,ꝙ ſub̃æ ſeparatæ poſſunt dupliciter intelli
gi. Vno modo per eſſentiam,quam cognitionẽ theolo
gi intuitiuã vocãt. Auer.aũt.3.de aĩa appellat hãc ſcĩam 1. ſuppoſitio.
per ſe ſiue eſſentialẽ.Hãc aſſerit habere beatum: cui co Cõm. 36.
pulatus eſt intellectus agẽs cũ poſ̃i, hæc.n.eſt beatitu-
do fœlicis:& finis generationis intellectus ſpeculatiui.
Alio modo cognoſci poſſunt quo ad quædam attribu-
ta quæ colliguntur ab his ſenſilibus quæ cauſantur ab
illis.verbi cauſa:quia nos videmus ſenſibilia quæ ab il-
lis cauſantur eſſe bona, concedimus intelligentias eſſe
bonas,quia videmus hic inferius ſapientiã eſſe de per-
fectione intellectus, concludimus omnẽ intelligẽtiam
eſſe ſapientem,& in cæteris id genus ſimiliter facimus,
Quid vero ſit attributum quo nam modo attributa di
ſtinguãtur in ſubſtantijs ſeparatis, lege duodecimũ me
taphyſicæ,& lib.d.d.diſputatione.5.in ſolutione ad vl Cõm. 69.
timum,Etiam quo nam modo colligantur a ſenſibili-
bus:etiam ibidẽ perquirere. Secũdo debes ſcire ꝙ ho-
rum attributorũ,quędã ſunt collecta à mobilibus ſiue 2. ſuppoſitio.
à phyſicis phantaſmatibus immediate,vt eſſe motorem
eſſe entelechiam corporis naturalis, eſſe immaterialẽ,
eſſe incorporeum,& id genus.Quædam colligũtur im-
mediate à phantaſmatibus metaphyſicis, vt eſſe vnum
eſſe ſub̃am, eſſe ens eſſe p̃fectiorẽ ſub̃am,& id genus.

Tertio debes ſcire ꝙ quædam horum attribuũtur il- 3 ſuppoſitio.
lis ad modum prædicatorũ per ſe primi modi, vt ſunt
entelechia,intellectus,ſubſtantia,& id genus. Quædã
ad modum prędicatorum ſecundi modi,vt ſunt vnum
eſſe bonum eſſe incorruptibile eſſe, & id genus. Tũc di 1. concluſio.
co ad quæſitum quatuor. Quorum primum eſt ꝙ ſu-
mendo quidditatem pro eſſentia,ſic quidditates ſub-
ſtantiarum ſeparatarum ad nullam ſcientiam attinet
conſiderare,



conſiderare, quæ abſtractiuæ cognoſcit,probatur pri-
mo, quia nihil eſt in effectibus quo immediate poſsint
cognoſci ſubſtãtiæ ſeparatæ per eſſentiam atque intui-
tiuæ,& hoc eſt mens Auer.3.de aĩa, vbi ait talem ſcĩam
Cõm. 36. per nullum ſyllogiſmũ eſſe deducibilem. Hoc idem aſ-
Cõm. 22. Cõm. 19. ſerit in.9. huius, vbi contra Auempa. ait talem ſcĩam,
quæ eſt per eſſentiam illarum nulla ratiocinatione ac-
2. Concluſio. quiri poſſe idem in.12. Metaphy. Secundũ eſt ꝙ cogni-
tio talium ſubſtantiarum per eſſentiam eſt Meta.intuiti
ua, hac.n.intuitiua Meta. intelligentiæ ſeſe per eſſentiã
intelligunt & beatus fœlicitatur.Quid vero ſit hic Me-
ta.intuitiua,vtrum ipſamet res,quæ intell̃r, vel aliquid
ex parte intelligentis:dicetur alias. Hæc concluſio pro-
bata eſt de mente oĩum peripa. in procœmio noſtro hu
Tertia. ius libri. Tertium eſt ꝙ ſumendo quidditatem pro eo
quod per definitionem propriam explicatur ſic à nullo
artifice conſiderantur,quia nec talem quidditatem ha-
Quarta. bent, nec talem definitionem, vt probauimus. Quartũ
eſt ꝙ ſumendo quidditatem pro eo quod per defini-
tionem large intelligitur vel explicatur,vt pro eo quod
per attributa intelligitur. Tunc dico,ꝙ quo ad attributa
collecta ex phantaſmatibus phyſicis, ſiue quo ad defi-
nitiones explicantes talium quidditates ex talibus at-
tributis compoſitas ſpectant ad naturalem pl̃im, quo
vero ad attributa collecta ex phantaſmatibus Met. ſiue
quo ad definitiones collectas ex his, pertinent ad Met.
& de attributis quæ illis competunt per modum ſecũdi
modi per ſe etiam eodem modo dicatur:nam ea quæ vi
dentur fluere à prædicatis primi modi attinentibus ad
Metaph.conſiderantur à Meta. quæ vero fluunt à præ-
dicatis primi modi ſpectãtibus ad naturalem, ẽt ad na
turalem ſpectant. Et ꝙ iſta ſit mens oĩum peripatetico
rum patet, nam inuenimus Ariſt.in naturalibus multa
tribuiſſe illis p̄ phãtaſmata collecta ex mobilibus: quo-
rum quædam ſe hñt vt prædicata primi, quædã vt præ-
dicata ſecundi modi:ẽt in Meta. multa illis tribuit,quo-
rum etiam quædã ſe hñt vt prædicata primi modi,quæ-
dam vt prædicata ſecundi modi & hæc ex Metaph.phã
Excerptum. taſmatibus. Ex his apparet ꝙ licet vere definitiones il-
larum ſubſtantiarum non aſsignentur:tñ inter attribu-
ta illarum:duo p̃nt eſſe attributa, quæ ſe habent vt defi
nitiones:quarum vna colligitur à phyſicis imaginatio-
nibus: alia vero à Meta. phantaſmatibus, Ambæ enim
ſunt aggregata quædam ex pluribus attributis:quę in-
ſunt illis ad modum prædicatorum per ſe primi ſignifi-
cati. Simili modo dici poteſt de accidentibus per ſe. Nã
licet illis nulla competant accidentia, tamen quædam
fluunt à definitione primi generis:quædam à definitio-
ne ſecundi generis: ſic igit̃ epilogando patent quatuor.
Primo, ꝙ ſumendo quidditatem illarum pro eſſentia,
cognitio illius ad nullam abſtractiuam ſcĩam ſpectat.
Secundo ꝙ ſpectat ad Meta. intuitiuam. Tertio ꝙ ſu-
mendo quidditatem pro eo quod per definitionẽ pro-
priam explicatur,ſic ad nullam ſcĩam ſpectat, quia qđ
non eſt,non ſcitur. Quarto ꝙ ſumendo quidditatẽ pro
eo quod per definitionem large explicatur: ſpectat ad
Phyſi. ſi ex phantaſmatibus Phy.colligitur immediate.
ſi ex phantaſmatibus Metaph.colligitur,ſpectat ad Me
taph.Simili modo de attributis quæ illis competunt ad
ſimilitudinem prædicatorum ſecundi modi. Nã ſi fluũt
à definitione Phy. ſpectant ad Phyſi. Si à Meta. ſpectant
An de intellectu ſpectet ad Metaph. ad Metaph. Hæc de dilucidatione ſecundi quæſiti. De
tertio quęſito poteſt eſſe multiplex dubitatio. Prima eſt
ſi anima rationalis ſpectat ad naturalem, vel ad Meta.
vel ad mathe. Scd̃a eſt q̃d oportet Auer. dicere qui dũe
nos catholicos. Sed quia hoc eſſet longum,ideo tm̃ du-
bitatio erit. ſi concederetur tanquam falſa poſitio græ-
corum de intellectu ipſo ꝙ ſit ſubſtantia ſeparata, eius
quidditas ad quam ſcĩam ſpectat de cæteris dubitatio-
nibus dicimus multa in libris noſtris de aĩa, ideo nunc
omittantur. Ad hanc rñdet Ioan.in lib.de aĩa, ꝙ quiddi Solu. Ioan.
tas intell̃s ſpectat ad naturalem, & nullo modo ad Met.
niſi in vniuerſali, vt dictum eſt: & hoc intelligit tam de
agente,quam de poſ̃i: etiam dato ꝙ ambo ſint ſubſtan-
tiæ ſeparatæ. Probat hanc poſitionẽ primo ꝙ naturalis
debet conſiderare oẽs formas naturales: vt dicit Ariſt.
& Auer.2.Phy. Sed vterq; intellectus eſt forma natura- Cõm. 26.
lis,quia vterq; eſt forma eius quod generatur ab agen-
tibus naturalibus.igitur vterq; eſt forma naturalis. Se-
cundo ſpeciatim arguit de intellectu poſsibili:quia na-
turalis debet conſiderare oẽm ſubſtantiam:quæ moue
tur ab aliquo exiſtente in materia. At intellectus poſ̃is
mouetur à phantaſmatæ exiſtẽte in materia. Tertio ſpe
ciatim arguit de agente, quia naturalis debet conſide-
rare, oẽ illud quod eſt principium immediatũ opera-
tionis naturalis dependentis ab aliquo materiali. Mo-
do agens intellectus eſt huiuſmodi,quia eſt principium
intellectionis, quæ eſſe non poteſt ſine phantaſmatæ.
Quarto arguit de vtroq;,quia tunc Ariſto. in Metaph.
eſſet diminutus:nam nullibi de his intellectibus perqui
rit. Quinto definitiones vtriuſq; à naturali pħo inueſti-
gãtur,vt patet in.3.de aĩa:igitur naturalis debet vtriuſq;
quidditatem declarare. Sexto omne ens naturale conſi
deratur à naturali, quia ens naturale vel ens mobile eſt
illic ſubiectum,ſed vterq; intellectus eſt ens naturale,vt
patet.3. de aĩa, igitur vt prius. Hæc Ioan.in lib. de aĩa. Cõm 17.
Sed iſta poſitio eſt error:primo,quia Ariſt.in lib.de par Confutatio.
tibus animalium primo, & cap̃.3. mouit q̃ōnem hanc
& ſoluit, ꝙ intellectus non ad naturalem, ſed ad Meta.
ſpectat conſiderari. Secundo Auer.2.Phy. videtur po-
nere terminum excluſiuum conſiderationis naturalis
vſq; ad intellectum. Tertio expoſitor ibidem clariſsime
idem demonſtrat. Quarto Them̃.in præfatione librorũ
auſcultatoriorium expreſſę dicit vtrunq; intellectũ ſpe
ctare ad Meta.quicquid velit ipſe de vniuerſa aĩa: idem
Simpl̃.& Philop. & omnes græci. Ratione vero argui-
tur primo, quia ſaltẽ cognitio intuitiua intellectus agẽ-
tis eſt Metaph.quia illa eſt beatitudo:& beatitudo non
poteſt eſſe niſi cognitio ſapientialis:vt dicitur.10.Ethi. Cap. 10.
prima pars eſt Auer.12. Meta. & alibi. Secundo argui- Cõm. 38.
tur vniuerſaliter de oĩbus,quia non maiori abſtractio-
ne abſtracta eſt intelligentia ab orbe,quam vterq; intel
lectus à corpore humano ſm fictionem Auer. quã ſe-
ctatur Ioan.ſed Metaph.conſiderat de abſtractis,& ma
xime de abſtractis per eſſentiam,igitur de vtroq; intel-
lectu. Tertio maior eſt abſtractio per eſſentiam quam
per participationem:ſed Metaph.conſiderat abſtracta
per participationẽ,vt ens,vnum, actum,potentiam, &
id genus, igitur abſtracta oĩa per eſſentiam, ſed vterq;
intellectus ſm Ioã. eſt abſtractum per eſſentiam, igitur
de vtroq; conſiderat Metaph. Propter hæc & alia quæ Propria põ.
alibi diximus: tenemus ꝙ vterq; intellectus conſiderat̃
à Metaph.vno modo,& à naturali alio modo. Et breui-
ter dicimus de his:vt de cæteris ſubſtantijs ſeparatis: nã
ſi quidditas ſumatur pro eſſentia,ſic illa non poteſt co-
gnoſci niſi per Metaph.intuitiuam,& hac Meta.beatur
homo,vt diximus. Si vero ſumatur pro eo quod per ip-
ſam definitionem explicatur. ſi per definitionem pro-
priam:

priam:ſic ad nullam ſciētiam ſpectat, quia intellectus vt ſic non habet talem definitionem. Si per definitionē large,ſic vno modo attinet ad naturalē,vt ſi explicatur per attributa naturalia,& alio modo ad meta.vt ſi explicatur per attributa meta.& ſimili modo de cęteris p̄dicatis ſecundi modi eſt dicendū. Ad rōnes Ioan. Ad primam diſtinguo maiorē,quia ſi forma naturalis eſt vere natura: de illa conſiderat naturalis tm̄ in particulari, ſed ſi eſt naturalis diſtinguendo naturalem cōtra violētū vel artificiarium pōt conſiderare naturalis & meta. diuerſimode,vt dictum eſt. Modo vterq; intellis & oīs ſeparata intelligentia eſt forma naturalis ſecūdo modo. Ad ſecundum dico, ꝙ moueri ab aliquo exiſtēte in materia intelligi pōt dupliciter. Vno mō ſic ꝙ nec id qđ mouet nec eius motus eſſe pōt ſine re materiali, & hoc pacto oē tale conſideratur ſimplr̄ à naturali. Alio modo,ꝙ licet eius motus depēdeat à re māli, tm̄ ipſum qđ mouetur eſt ſimpliciter imateralē, & qđ hoc pacto eſt motum,vno modo ſpectat ad naturalē alio modo nō. Similiter dicatur ad tertiam.nam ſi valeret: per idem probarem intelligentias ſpectare ad naturalē. Ad quartam dico,ꝙ in tractando de aliis ſeparatis multa tractauit de his intellectibus. nam de ſimilibus idem eſt iudicium. Præterea in lib.de aīa dixit multa de ipſis,quorū quædam pertractauit,vt naturalis,quædam vt meta.& ideo prætermiſit de illis dicere in ſpē. Ad quintam patet ſolutio,nam naturalis inueſtigat definitionē ex phātaſmatibus phy.collectam,aliam quæ colligitur ex phātaſmatibus metaphy.inueſtigat forte per accidens. Ad ſextam patet ſolutio per id quod dictum eſt ad primā.

*Dubitatio.* Sed occurres vtrum de cęteris rebus poſsit dari illa diſtinctio,ꝙ videlicet ſint cognoſcibiles abſtractiuę, & *Solutio.* intuitiuæ, licet hæc dubō alibi forte tractabitur. Pro nunc dico ꝙ non, ſed ꝙ ſolum illa non habet locū niſi in his,quæ nec per propria phantaſmata intelliguntur nec per aliorum phantaſmata æquiualentia illis, vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatę. Iſte.n.non habent propria phantaſmata: nec in earum effectibus eſt aliquod phātaſma abſtrahibile,quod æquate poſsit illarum quidditatem repræſentare:ideo in illis diſtinctio habet locū. At in cæteris,quæ vel per propria mouent phantaſmata, vel virtute aliorum, quæ ſunt maiora,non habet locum, quia vel phantaſma æquiualet rei intellectæ: vel excellit: vt eſt de intellectione materiæ,& eorum quæ per accidēs intelliguntur. Et hoc pacto dicendum eſt ad hanc dubitationem peripateticæ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIs præmiſsis ad rationes rn̄detur ad primā. Quicquid dicunt alij dici pōt ꝙ nulla alia ſcīa facit conſiderationem de ipſo quod quid eſt diſputando de ipſo, & docendo per ipſum. Et hoc ſonat litera Ariſto.vnde dicitur.4.huius, ꝙ meta. & dialectica de ipſo quod quid eſt differunt,cęterę ab his ſumunt. Ad ſecundam rn̄det illis ſuo modo,tm̄ dici pōt negādo conſequentiam. Ad probationem dico ꝙ cognitio:verbi cauſa. entis eſt diſtinctiſsima & perfectiſsima de ente:tm̄ reſpectu contētorum ſub illo eſt confuſa & in potentia: in ſe tm̄ eſt diſtincta & perfecta: vnde dici poteſt cognitionem eſſe confuſam vel ratione modi cognoſcendi, vel rōne rei cognitæ,cognitio igitur entis eſt diſtincta quo ad modum cognoſcendi: tm̄ poteſt eſſe confuſa ratione rerū contentarū ſub ente. Ad tertiā negatur ſimilitudo,quia ſuppō in habitibus eſt pœnes ſubiecta pria: nō pœnes rōnem habituum. Metaphyſica eſt ſuperior,quia de ſuperiore ſubiecto, non autem quia eſt plurium repræſentatiua atq; maioris extenſionis. Ad quartā & quintam patet ſolutio per dilucidationem. Ad ſextam omnes negant minorem,dicūt.n.differētiam inter illa ponere intellectum,non per vnum habitum: ſed habitus miſtos. Sic.n.reſpondet Ioānes & oēs. Sed hæc ſolutio

*Confutatio.* nulla eſt,quia ratio differentiæ & cōuenientiæ eſt vna ratio & relatiua,igitur ad quē habitum pertinet cōſiderare rōnem differentiæ & conuenientiæ per ſe, ad illū ſpectat conſiderare per ſe illius fundamenta. Nullus.n. pōt relationē per ſe conſiderare:quin conſideret fundamenta illius. Sed ad metaphyſicum ſpectat cōſiderare rationem differentiæ & cōuenientiæ, igitur fundamenta,hæc aūt ſunt extrema:& ſic ratio ſtabit. Reſpondet

*Cōm.19.* igitur aliter Auer.3.de aīa, ꝙ per vnam virtutē cognoſcitur differentia & extrema:ſed non eodem modo, nā per ſe cognoſcit differentiam, & alterū extremum per ſe,vt illud quod eſt ſuæ iuriſdictionis. Alterū vero extremum cognoſcit,ſed mediante habitu ſibi ſubordinato lege Auer.quia loquitur de intellectu & ſenſibus. Ad ſeptimam dicitur,ꝙ maior eſt vera quando conſideratio ſpēi non eſſet per diſtinctam rationem ſcibilis. Corpus.n.mobile,quia contrahit ad diuerſum genus ſcibile:ideo non oportet vt conſideretur in metaphyſica: at decem rerum genera:quia non contrahunt ad diuerſum genus ſcibile,ideo in metaphyſica conſiderantur: non per diuiſiones in ſpēs vſq; ad vltima ſed per definitiones,& quatenus per diuerſum modum eſſendi diuerſificant ipſum ens. Vnde hic cōſiderantur vt primæ entis ſpecies:non vt diuidūtur vlterius in ſpecies. Ad octauam dico,ꝙ ſpectat ad naturalē quia illa quidditas in particulari nulla habet prædicata ſibi propria, quæ ſint vel per eſſentiam vel per indifferētiam ſeparata. At verba Ariſt. dico ꝙ intelligit de nō motis per ſeparationē eſſentialem:vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ,vel per indifferentiam vt ſunt ea quæ ſunt communia illis & materialibus. Et ita licet in illo priori abſtrahat à motu & aptitudine & actu:non ꝓꝑ hoc reponit in conſideratione metaphyſica,quia nec per eſſentiam, nec per indifferentiā poteſt reddi abſtracta: Hæc de decima diſputatione.

*Fere autem & difficillima ſunt hominibus ad cognoſcendum quæ maxime ſunt vniuerſalia &c.Tex.*

# DISPVTATIO VNDECIMA

## De difficultate & ordine cognoſcendi vniuerſalia & ſingularia.

*Num vniuerſalia facilius & prius cognoſcantur ab intellectu,quam ſingularia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD non arguūt,primo ea ſunt cognitu faciliora quę ſunt prima in via cognoſcendi vni- *Rationes Antiq.* uerſalia ſunt prima in via cognoſcendi, vt dicit 1.phyſi.igitur ſunt faciliora cognitu. Secundo omne totum eſt cognitu facilius partibus: vt dicit Auer.1.phy. vniuerſaliora ſunt tota,& minus vniuerſalia ſunt partes,igitur vniuerſaliora ſunt cognitu faciliora. Tertio il- *Cōm.5.* la ſunt cognitu faciliora,quorum ſingulare citius ſenſui occurrit. Sed ſingulare magis vniuerſalis citius ſenſui occurrit,ipſo ſingulari minus vniuerſalis: vt patet in exemplo de pueris.1.phyſic.etiam patet exemplo Auic. de viſo à remotis,igitur vniuerſaliora ſunt cognitu faciliora.



ciliora. Quarto ens & res prima impreſsione imprimūtur in anima,vt dicit Auic.2.ſuæ meta.cap.1.& hęc ſunt vniuerſaliſsima, igitur vniuerſaliſsima ſunt cognitu facilia. Quinto minus vniuerſalia ſunt magis nota naturæ, quia ſunt perfectiora, igitur magis vniuerſalia ſunt magis nota nobis:quia non eadem ſunt nobis & natu-

*Rōnes noſtra.* ræ nota. Sexto omne illud per quod intellis deuenit in notitiā minus vlis, eſt facilius cognitu, tale eſt vlius, qa ex illo cognoſcitur minus vle. Septimo potētiæ æqualiter ſe habenti ad oīa, nullum illorum eſt ſibi altero difficilius:ſed intellis poſsibilis ęqualiter ſe habet ad oīa,vt dicit.3.de aīa,quia eſt oīa fieri: igit̄ nihil eſt ſibi difficilius. In oppoſitū eſt Ari.d.fere aūt & difficillima ſunt hominibus ad cognoſcēdū,quæ maxime ſunt vniuerſalia.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Vle dupliciter.* VNIVERSALE bifarium eſt: quoddam per eſſentiam, eſt aūt hoc omne quod per eſſentiam ſeparatur à materia & à conditionibus materiæ,vt ſunt. Ideæ apud Plat.vel ſubſtantiæ ſeparatæ apud Ariſt. hæc ēt vniuerſalia in cauſando,nonnunquā appellātur à philoſophis, quædam aūt vniuerſalia dicūtur per participationem, vtpote ea quæ ſunt in re particularia: ſed participatione luminis intellectus dicuntur vniuerſalia: & talia vniuerſalia participatione,quædā ſunt propoſitiones: vt principia artium & ſciarum,atque præmiſſæ demōſtrationis, quædam partes propoſitionū, quas, videlicet, termini ſignificant: & hæ partes iterum diuiduntur, quia vel ſunt vniuerſales in re,vel poſt rē, ſi in re, hæ iterum ſunt vniuerſales, vel actu, vel poteſtate. actu quidē,dū intelliguntur conceptione abſoluta ſine conditionibus indiuiduis: poteſtate aūt ſunt vniuerſales in re ante omnē conceptionem: poſt rē vero ſunt vniuerſales, qn̄ cōceptione comparatiua cognoſcuntur,videlicet vt genera,vt ſpecies, vt prædicata, & id genus. Hæc de verbo vniuerſale. Ex qbus patet qd ſit magis vniuerſale qdūe minus vniuerſale:ideo non oportet aliter exponere. De difficultate,facilitateúe cognoſcendi.2.lib.dicetur: nūc vero difficilius cognitu appello illud cuius cognitio poſterior eſt in nobis: cuius vero cognitio prior eſt,id cognitu facilius dico. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Pō Pla.Soc.Pitha.Empedo.* PLATO, Socra.Pytha.& Empedo.atq; oēs,qui ſcire noſtrum dicunt eſſe à natura,& non de nouo, aſſerere coguntur nec vniuerſale,nec minus vniuerſale, nec ſingulare eſſe prius intellectui cognitum,quia cum hęc à natura inſint,& coęqualiter,neutrū prius neutro pręcognoſci pōt ab intellectu,vt intellectus eſt. Sed cū dicant noſtrū ſcire eſſe potius reminiſci,coguntur dicere magis de ordine reminiſcētię,quā cognitionis,eius igit̄ prius reminiſcemur: cui⁹ phātaſma, ſiue ſenſibile prius nobis aut occurrit, aut cuius prius reminiſcimur. Vtrū vero phātaſma vniuerſalioris ſit illud, cuius prius reminiſcimur,vel phantaſma minus vlis:hoc derelinquendū eſt his,qui factionē hanc ſectantur. Sat aūt nobis ſit dixiſſe iuxta horū opiniones nihil poſſe eſſe altero prius

*Pō græcorū peripat. et Arabū.* cognitū intellectui,vt intellectus eſt. Græci vero peripatetici,vt Themi. Theophra. Eudemus, Simpl.& inter Arabas Auic. Algazel, & Auer. & oēs qui intellectū ſpeculatiuū faciunt æternū,etiā coguntur dicere intellectui in ſe nihil eſſe prius notū. Nam cū oīa intellectu ꝑ eos ſint æterna,& in æternis nihil ſit tempore prius,iure nihil prius poſteriusúe notum eſſe poteſt intellectui ipſi, vt intellectus eſt vniuerſi humani generis perfectihabia,ſiue entelechia, nam intellectus vt entelechia eſt totius ſpēi, oīa intellecta habet, & nihil vt ſic ſibi deeſt & ita ſimul in illo ſunt atq; neutrum in illo dici poteſt altero prius. De his in ſecundo de intellectu multa diximus quæ nunc prætermittamus: vt breues habeamur. Quo ſit vt iuxta horū poſitionem ordo nōn ſit ex parte intellectiuæ apprehenſionis, ſed ex parte copulationis eius in nobis. Cum.n.intellectus vt diximus bifariā nobis copuletur,aut vt principium eſſendi, aut vt principiū intelligendi,& copulatio illa quæ eſt eius vt principium eſſendi,ſit per naturam, vt quā primo nobis ex ſemine aderit dianæa, ſiue rationalis, ſiue cogitatiua, reſtat vt illa quæ eſt eius vt principium intelligendi ſiat per phantaſmata. Quare coguntur dicere intellectū nobis copulari,pro rōne qua phantaſma ſpeculamur, igit̄ cuius indiuiduum prius phantaſiamur, intellectus vt principiū intelligendi illius vniuerſalis nobis copulabitur, & quia accidit nobis vt phātaſiemur interdum indiuiduum generis remoti,verbi cauſa corporis,vt in lōginqua diſtātia, deinde indiuiduum aīalis, vltimo hoīs: vt Auic.dicit.hac rōne intellectus nobis copulabit̄ primo vt principium intelligendi vniuerſale corpus,deinde vniuerſale aīal,demum vniuerſalem hoīem, in proxima vero diſtantia circumſcripto oī impedimento,nō habemus ab Auer.clare ordinem phantaſiandi,& propterea non poſſumus determinare ordinem copulandi. Sed generatim illud iuxta horum opinionē oportet concedere de ordine copulationis,quod de ordine phātaſiandi eſt dicendum, eo quia intellectus vt principium intelligendi non aliter nobis copulatur, quam ꝑ phantaſmata,quæ tamen differentia ſit inter Auer.& cęteros græcos in re hac in lib.de intellectu perquirenda eſt diligenter. Contra has poſitiones nō aliter objicio, *Confutatio.* quia earū falſitas, patebit per dilucidationem noſtrā. Præterea oēs iſtæ errant in principio,ex eo.n.emergūt, quia intellectum autumant æternum & vnum hoc nūc non eſt confutandum,quia in lib.de intellectu ſatis reprobatum eſt. Alij vero rem hanc abſoluunt diui- *Pō ſcđa vt Antō.Andreæ. 1. Concluſio.* dendo, dicunt enim quòd ſi loquimur de vniuerſali in cauſando poſſumus loqui dupliciter, vel de principijs incomplexis, vel complexis. ſi de incomplexis, ſic quanto vniuerſalius, tanto minus notum eſt. Hoc probat Ariſt.in litera:quia quanto vniuerſalius eſt,tāto à ſenſibus remotius eſt,& ita minus nobis notū. Si vero de complexis, Ponunt ſecundā concluſionem ꝙ quāto vniuerſaliora ſunt,tanto nobis notiora.probatur,qa vt dicitur.2.meta, principia ſimpliciter prima ſunt, vt locus,ianuæ. Si vero loquimur de vniuerſali in re ſiue in prædicando, adhuc ſubdiuidi poteſt, quia vel comparatur magis vle ad ſingulare, vel ad minus vniuerſale. Si comparatur magis vle ad ſingulare, aut loquimur de notitia in genere hoc eſt cōi ſenſitiue,& intellectiuæ.aut in ſpē pro altera harū tm̄. Si itaq; vniuerſalius comparatur ſingulari pœnes notitiam in genere, Tunc ſit tertia concluſio ꝙ ſingulare eſt nobis prius notū.ꝓbant quia quod eſt notius prima notitia, eſt prius notū ſimpliciter, ſed prima notitia, eſt ſenſitiua, & ſingulare prius notū eſt in illa,igitur abſolute notius, veluti quod eſt perfectius homo eſt perfectius aīal abſolute. Si vero magis vniuerſale comparetur ſingulari pœnes notitiā ſenſitiuam, Tunc ſit quarta concluſio ꝙ ſingulare eſt prius notū.probatur,qa ſingulare ſentitur ꝑ ſe,vniuerſale per accidens,& ſemper per accidens eſt poſterius ꝑ ſe. At ſi magis vniuerſale comparetur ſingulari pœnes notitiā intellectiuā: oportet diſtinguere ẜm opiniones, quia

quia ſi ſingulare nõ ꝑ ſe eſt intelligibile, ſed ꝑ accidẽs.

Tunc quinta concluſio erit, ꝙ vl̃e eſt prius notum qa ipſum per ſe prius eſt eo quod eſt per accidens. Ac ſi teneatur ꝙ tam vniuerſale q̃ ſingulare ſit per ſe intelligibile, Tunc ſexta concluſio eſt ꝙ ſingulare eſt prius notum. declarãt, quia principia ſcientiæ & artis per inductionem cognoſcuntur. In inductione præmiſſæ ſunt ſingulares, quare ſingularia ſunt prius nota. Hæc de cõparatione magis vl̃is ad ipſum ſingulare. At ſi cõparat̃ magis vl̃e ad minus vniuerſale: hoc rurſus eſſe põt aut pœnes eorũ indiuidua, aut pœnes ipſa ad intellectũ. Si pœnes eorũ indiuidua, Tũc ſingulare ſiue indiuiduum magis vniuerſalis eſt nobis notius quã ſingulare minus vl̃is, & hoc tam quo ad ſenſum q̃ quo ad intellectũ, ſi ſingularia ab intellectu intelligantur. Probãt primo qa illud ſingulare magis vniuerſalis eſt cõfuſius quare nobis prius notũ. Secundo probant exẽplo ſumpto à pueris, qui primo oẽs homines patres, & omnes fœminas matres nuncupant. Tertio exemplo Auicennæ de eo q̃ à remotis venit. At ſi ambo comparentur ad intellectũ, erit aut in cognitione diſtincta, aut in cognitione confuſa. Si in cognitione diſtincta ſit octaua concluſio ꝙ vniuerſalius eſt prius notũ, vt probatũ eſt per rationes ad oppoſitum, quod ſi dicas minus vl̃e eſſe propinquius ſingularibus, quæ ſunt nobis prius nota, dicunt minus vniuerſale nõ eſſe propinquius ſingularibus in eo ꝙ ſingulare eſt nobis notius, quoniam ſigulare eſt nobis notius, quia ſenſibilius, at magis vl̃e in ratione ſenſibilitatis eſt propinquius ſingulari, non quidem quia vniuerſale ſit per ſe ſenſibile, ſed in ſingularibus per accidens. At ſi in cognitione confuſa, ſit nona concluſio, ꝙ ipſum minus vl̃e ſiue definibile eſt prius notũ, eo quia prius cognoſcitur indiſtincte quid nominis, deinde diſtin-

*Cõm 5.* guitur in vniuerſalia. Etiam patet hæc concluſio: quia cõpoſitum ſemper eſt notius partibus, vt dicit̃. 1. phyſi. Hæc ſunt quæ ab eis habemus. Sed hæc poſitio multifa-

*Confutatio.* riam ambigua. Primo, quia ex hac non habemus, quid prius notũ ſit intellectui, an vniuerſale poſt rem, an ſingulare. Nec habemus an magis vniuerſale poſt rem ſit nobis prius notum, an minus vniuerſale: ex hac enim diuiſione nihil habetur, quo poſsit illud quæſitum diſſolui. Secundo ex hac diuiſione non patet quid eſt nobis prius occurres in proceſſu naturæ. Eſt enim duplex proceſſus, naturæ, & artis, vt patebit. At per hanc diuiſionẽ non patet quid prius intellectui occurrit in proceſſu naturæ. Tertio dato ꝙ ſingulare ſit per ſe intelligibile, non ſequitur ꝙ ſingulare prius occurrat intellectui quam vl̃e: nam illud prius debet occurrere intellectui quod magis competit intellectui vt intellectũ. Modo vniuerſale competit intellectui vt intellectus, ſingulare nõ, niſi intellectui copulato ſenſibus. vt dicit Auer.

*Cõm. 9.* 3. de anima. Probatio etiã eorum eſt de vl̃ibus & ſingularibus cõplexis, & in ipſa inuentione, & ita nõ eſt ꝓba-

*Scotus 1. 1. ſen. diſtin. 3.* tio ſimpliciter. Quarto ex hac diuiſione habet̃ contra eorum principem qui tenet ꝙ via originis in cognitione confuſa ſemper minus vl̃e prius occurrit intellectui, & hoc quia illius ſingulare fortius mouet ſenſum. Modo ex hac eorũ diuiſione habet̃ ꝙ ſemper ſingulare magis vniuerſalis fortius mouet ſenſum, tam in proxima quam in remota diſtãtia, vt patet: etiam habetur ꝙ via originis magis vniuerſale prius nobis occurrit, quia aſſerunt illud eſſe confuſius. Propter hæc nonnulli aſſerunt ipſos in hac quæſtione eſſe loquutos non ſ̃m propriam poſitionem, ſed ſ̃m cõem latinorum ſententiã, nam eorum princeps etiam in quæſtione præſenti loquitur non ſ̃m propriam poſitionem, ſed iuxta communem viam.

*Põ. 2. nouiſsimorũ. quæ eſt Scoti 1. ſen. diſtin. 3.* Recentiores huius partis propter hæc aliter ad mentem eorum principis in quæſito hoc procedunt: & licet multa præmittant, potiſsimũ eſt ꝙ tri-

*Diſtinctio.* fariam aliquid cognoſci poteſt, aut actu, vt qñ actu attingitur terminando vel mouendo actu intellectũ, qua via diceremus eum qui actu ipſum hoĩem contẽplatur actuali cognitione cognoſcere hoĩem. Aut habitu, veluti ſi nondũ cognitũ ſit, ſed de proximo cognoſcet̃ niſi accidat impedimentum, veluti qui actu contemplatur animal, habitu ipſum ens contemplari dicetur, quia dũ cõtemplatur animal, eſt in proxima diſpoſitione ad cognoſcendum ens, niſi aliquid impediat. Aut poteſtate vel virtute, quo modo qui actu aliquod totum intelligeret vt definibile, poteſtate & virtute omnes illius partes intelligit, & licet apud eos poſſet aſsignari differentia inter id quod habitu cognoſcitur, & id quod virtute cognoſcitur, tamen non eſt facienda vis, quia in concluſionibus pro eodem habẽtur. propterea pro nunc diſtinctio hæc ſit bimẽbris in cognitionẽ actualẽ & habitualem. Prætermiſsis igitur alijs diſtinctionibus eorũ: breuiter ad mentem eorum ſit prima cõcluſio loquendo de cognitione actuali & in via generationis, & cõgnitione confuſa, prius cognitum ſiue id quod primo nobis occurrit eſt ſpecies ſpecialiſsima, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, & hoc ſupponẽdo ſingularia nõ per ſe cognoſci à nobis. probant hanc primo ꝑ Achillẽ eorum, quia agens naturale approximatum paſſo ſufficienter diſpoſito producit perfectiorẽ effectum, quẽ poteſt, at intellectus agens, & oĩa concurrentia ad generationẽ cognitionis, ſunt agẽtia naturalia, quia præcedunt actum voluntatis in illo priori: igitur producũt perfectiorem effectum quẽ pñt in paſſo. Talis eſt cognitio ſpeciei ſpecialiſsimæ confuſa, vt patet quia ſpẽs eſt perfectior genere. Secũdo actualius ſemper præuenit minus actuale, at natura ſpẽi contenta in ipſis phantaſmatibus eſt actualior natura generis, igitur præuenit in agendo. Secunda concluſio eorum eſt: loquendo iterum in via originis & ĩ cognitione actuali: in cognitione diſtincta primũ cognitum eſt ens, deinde ſecundũ cognitum ſemper eſt magis vniuerſale deducunt, quia diſtincte cognoſcere eſt reſolute cognoſcere, ſed ipſum ens in nihil prius eſt reſolubile, igitur eſt primũ cognitum. Secundum vero erit illud quod ſemper eſt minus reſolubile, & ſic ſemper magis vniuerſale. Tertia cõcluſio eorum eſt ꝙ loquendo de cognitione habituali ſiue virtuali primũ cognitũ eſt ens, & ſemper magis vl̃e prius quam minus vniuerſale. probãt quia imꝑfectiora ſunt nata prius ꝑficere intell̃m q̃ ꝑfectiora, igitur poſt actualem cognitionẽ alicuius intell̃s eſt magis aptus cadere in cognitionẽ illius, quod eſt imꝑfectiſsimũ, tale eſt ens, & ſemper magis vniuerſale ipſo minus vniuerſale, igit̃ cognitione habituali ipſum ens eſt primũ cognitum, & ipſum magis vl̃e ſemꝑ prius ipſo minus vl̃i. Si vero loquimur de ordine ꝑfectionis diſtinguũt quia vna cognitio eſt perfectior, aut ſimpliciter, vtpote illa quæ eſt de obiecto perfectiori, aut ſ̃m proportionẽ potentiæ ad obiectũ, vtpote qñ obiectũ ſ̃m plures gradus cognoſcibilitatis attingit̃. Tũc dicũt ꝙ primũ cognitum primitate cognitionis ꝑfectæ ſimpliciter eſt deus benedictus patet, quia inter oĩa entia optimũ eſt deus, igitur eius cognitio eſt, ſimpliciter ꝑfectior. Si vero loquimur de primitate cognitionis ſ̃m proportionẽ, ſic

primum



primum cognitum erit magis ſenſile, & magis materiale, patet, quia magis intellectui proportionari põt. Sexta eorum concluſio eſt, ꝙ loquendo de primo cognito primitate obiecti, iſtud eſt ens vt ens, quia ad ipſum naturaliter ordinatur intell̃s, & ad quodlibet contentum ſub ipſo. Hæc eſt eorum põ. Multa dicũt circa

*Confutatio.* defenſionẽ rationũ & cõcluſionũ, quæ omitto. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, & videtur ſibi contraria. primo, quia ſi in cognitione habituali ſiue virtuali magis vl̃e eſt prius cognitum, igitur in cognitione actuali: deduco, quia omne potentialiter tale quandoq; erit actualiter tale, ſed per eos in habituali cognitione magis vl̃e eſt primum cognitũ, igitur in cognitione actuali, quia qñ habitualiter cognita actualiter cognoſcent̃, prius cognoſcetur illud quod potentia erat aptum natum prius cognoſci, aliter ordo eſſet violentus, & non naturalis. Secũdo ſi per eos intell̃s eſt aptus naturaliter perfici prius ad minus perfecto, igitur cũ deducitur ad actũ prius perficiet̃ minus perfecto, & ita ſemꝑ prius perficietur ipſo magis vl̃i. conſequentia declarat̃, quia omne agens formã inducẽs in aliquo ſubiecto. ita illam inducit ſicut ſubiectũ eſt naturaliter illius ſuſceptiuum aliter inductio eſſet contra naturam ſubiecti, quare in cognitione actuali illorum ſemper magis vl̃e erit prius notum, & ſic prima & tertia concluſio vident̃ contra-

*Solutio.* riæ. Quod ſi dicas ꝙ eſſet ita in actuali vt eſt in potẽtiali: ſi nõ adeſſet impedimentũ, modo ibi eſt impedimentum, qa intell̃s in intelligẽdo depẽdet à ſenſu, at ſenſus mouet̃ ab obiecto ſub rõne ſpecifica, qñ eſt in debita diſtãtia, & ita oportet intellectũ moueri à rõne ſpecifica ad conceptũ ſpẽi, & ita cõcedunt illa intellectui præſentia eo ordine intell̃m mouere, quo ordine ſunt ꝑſentia, niſi eorũ motio ab aliquo ſenſibili extra impediat̃. Sed hæc ſol'o nõ valet. primo qa nõ dicit̃ proxime venturũ quod nunq̃ tali ordine venit, igitur nunquã dicet̃ proxime cognoſcibile qd' nũquam tali ordine cognoſcit̃. Sed per eos nunq̃ illa diſpoſitione impedita ſtante põt intell̃s poſt cognitionẽ ſpeciei cognoſcere vl̃ius, igitur illud non dicitur proxime cognoſcibile. Fruſtra enim dicetur proxime venturũ in aliqua diſpoſitione ſi nũq̃ veniet in tali diſpoſitione, quare cum ſtante illo impedimento nũq̃ cognitio magis vl̃is veniet, non igitur ſtante ipſo impedimento poteſt dici proxime præſens. Secundo per definitionem eorum probo ꝙ minus vl̃e ſit primum cognitum cognitione habituali, quia ſtante tali impedimento poſt cognitionem confuſam ſpẽi cognoſcitur ſemper proximũ vl̃e ſpẽi, igitur illud dicit̃ habituali cognitione prius cognitum. tenet conſequentia, quia habitualiter tale eſt illud quod eſt in proxima diſpoſitione ad eſſe tale, vt ipſi dicunt quare ſtante impedimento ſemper primum cognitũ in cognitione habituali, erit minus vl̃e. Tertio agentia illa naturalia ſtante tali impedimento aut agunt in intellectũ vt ipſe eſt aptus naturaliter pati, vel non, ſi nõ igit̃ generatio hæc intellectiua erit violẽta, quia fit ab agẽte paſſo nõ cõferente vim. Si vero fit in illo vt ille aptus eſt naturaliter pati, tũc intellectus eſſet aptus naturaliter prius recipere perfectius, contra eos, etiam nunc minus vniuerſale eſt proximum in cognitione habituali, quia iſte eſt ordo receptioni intellectus, vt procedat a minus vniuerſali ad maius, quare poſt conceptum ſpẽi proximũ eſt vl̃e illi immediatũ, & ſic non pñt euitare cõtradictionẽ. Secundo principaliter arguo contra primã concluſionem, illud via originis primo cognitione actuali intellectui noſtro nobis occurrit, qd' eſt nobis notius, atq; certius. Hæc maior ab omnibus peripate. conceditur, quia vt dicit̃. 1. phyſi. auſculta. via nobis innata atq; naturalis eſt ꝓcedere à nobis notioribus atq; certioribus. Sed magis vniuerſale ſemper eſt notius atq; certius minus vl̃i. hæc minor q̃q̃ patet: deducit̃, quia illud eſt certius circa quod ſenſus & intell̃s minus contingit errare. Hæc eſt omnibus perſpicua, ſed circa magis vniuerſale minus contingit errare ſenſus vel intellectus, quia quoties ſenſus vel intell̃s errat in magis vl̃i, errat in minus vl̃i: & nõ quoties errat in minus vl̃i errat in magis vl̃i, quia ſtat errare in particulari & ſcire in vl̃i, vt dicit̃ in prioribus: & patet etiam ad ſenſum, quia ſtat me errare circa cognitionẽ huius rei, ꝙ ſit cameleonta, & nõ errabitur ꝙ ſtirps. Amplius ſtat me errare circa erinaceum ꝙ ſit ipſe erinaceus, & nõ errabo ꝙ ſit aĩal, quare ſemper magis vniuerſale eſt certius & notius minus vl̃i, igitur ſemꝑ intellectui primo via originis occurrens cognitione actuali. Præterea arguo vlterius demonſtratiue & eſt ratio Simp. 1. phy. & ſuppono ex cõſenſu omnium peripa. nihil poſſe intelligi ab intellectu noſtro, quin aut per ſpẽs accidentis, vel non ſine ſpẽbus accidentis intelligatur. Secundo ſuppono ꝙ quanto accidens eſt cõius tanto ipſum eſt certius, hoc concedunt illi quæſtione de obiecto ſenſus ĩ ſolutione ad vltimũ.

*Cõm. 63.* Tamen eſt Auer. 2. de anima, & etiam ſenſu conſtat q. a viſus poteſt errare circa album vel nigrum, põt. n. diiudicare cæſium eſſe album, & errare, nunq̃ aũt errabit diiudicando illud eſſe coloratum vel viſibile. Amplius tactus errat frequenter diiudicando aliquid eſſe calidũ vel frigidum, nunquam errat diiudicando illud eſſe tactibile, & ſic patet ſecunda ſuppoſitio. Tertio ſupponit̃ ꝙ cognitio magis vniuerſalis non poteſt effici in intellectu niſi per cognitionẽ accidentium cõium, vel non ſine accidentibus cõibus. Nemo. n. cognoſcit animal, niſi à motu & ſenſu, nemo hoĩem niſi à loquela & ratiocinatione. Tunc arguo illud via originis primo intellectui noſtro cognitione actuali occurrit, cuius accidentia primo via originis cognitione actuali nobis occurrunt, patet hæc ex prima ſuppoſitione, ſed cognitio accidentium generis & magis vniuerſalis prius via originis nobis occurrit, vt per ſecundam ſuppoſitionem, patet igit̃ ſemper cognitio magis vniuerſalis prius via originis cognitione actuali nobis occurrit. Hæc ratio eſt à Simplicio, & non ad dictis demonſtrat. Tertio videtur ꝙ hæc poſitio ſit ſufficiens, primo, quia per hanc nõ habemus qd ſit prius poſteriuſue cognitũ in vl̃ibus poſt rẽ: ſed ſolũ in vl̃ibus in re. Adhuc cũ intell̃s poſsit ꝓcedere naturaliter volũtariæ, & fortuite, atq; ſciẽtifice, ex hac determinatione nõ habemus qd ſit ꝑcognitũ in vnoquoq; horũ ꝓceſſuũ. Sed ꝑ hãc põnem dũtaxat patet qd ſit ꝑcognitũ in proceſſu definitiuo. Quarto principaliter vr̃ ꝙ vltima cõcluſio nõ ſit ꝑipatetica qa græce obiectũ vocãt hypocimenon, modo hypocimenon qd' latine eſt obiectũ, apud græcos nõ eſt niſi trifariam (vt diximus) vel qa mouet, vt in obiectis ſenſuũ vel quia patit̃, vt in obiecto nutritiuæ, vel quia intendit̃ vt finis: nec rõ obiecti ſiue hypocimenõ à ꝑipateticis vnq̃ aliter declarata eſt, cõſtat aũt nullo horũ modorũ poſſe rõnem obiecti ipſi enti cõuenire, & ꝓpea ſexta cõcluſio

*Declaratio poſitionis Scoti qualis eſſe poteſt.* non eſt peripatetica. Hæc ſatis. Aĩaduerſione tñ dignũ ꝙ ea quæ dicunt nouiſsimi metaphy. in via eorũ, nullo modo conueniunt veritati peripateticæ, tñ ea quæ dicit princeps eorũ in prima concluſione pñt aptari ad

mentem peripate. Nam in omni proceſſu ſm peripate. eſt conceſſum & quæſitum : vt dicit Philop. 1. poſt. igit in proceſſu definitiuo erunt conceſſum & quæſitum : cōceſſum eſt quid nōis ipſius definiti: non.n. poſſumus procedere in definiendo hoīem ipſum, niſi præcognoſcamus quid nomen homo nobis ſignificat: nec poſſet græcus procedere in definiendo anthropon niſi præcognoſcat quid nomen anthropos ſignificet quare in tali proceſſu ſemper præcognitum erit quid nōis eius qđ definibile eſt. Quæſitum autem eſt definitio, ſed quia definitionem non poſſumus venari niſi primo incipiamus ab ipſo communiſſimo per diuiſionem & ſubdiuiſionem, atq; per compoſitionē, ideo primum cognitū in ordine diſtinctè cognoſcendi eſt ens, quia ab illo incipit diuiſio atq; venatio, ſiue methodus. Si igitur eorū princeps loquatur in proceſſu definitiuo, & per cognitionem confuſam ſpeciei, intelligat quid nominis illius: rectè ſentit, quia conceſſum debet præcognoſci quid nōis in omni proceſſu. Amplius ſi per diſtinctè cognitum intelligat illud à quo primo incipit methodus definitiua etiam rectè dicit ꝙ ens eſt primum cognitū. Primo quia non poteſt cognoſci niſi diſtinctè: quia ſm eos eſt ſimpliciter ſimplex. Secundo quia ab eo oīs definitiua methodus incipit. Hoc igitur pacto rectè dicit verum (vt dixi) ex hac determinatione non habemus completam declarationem de primo cognito, quia nondū patet quid primo occurrit intellectui noſtro in quouis proceſſu. Quinta pō. Quinta vero poſitio eſt quam alias nos diximus eſſe Auer. vbi ſupponendū eſt ꝙ tam minus vniuerſale, quam ipſum magis vniuerſale eſt totū & pars. Ipſum enim minus vniuerſale eſt totum eſſentiale, ſiue definibile, & ſic ipſum magis vniuerſale eſt illius pars, definitiua ſiue eſſentialis: at ipſum magis vniuerſale eſt totum in modo, ſpēs autem partes ſubiectiue. Secūdo ſupponebamus ipſum totum eſſe prius cognitum cognitione confuſa ſuis partibus, partes vero ſemper eſſe prius cognitas cognitione diſtincta: hæc perſpicua eſt, qa cognitio alicuius diſtinguibilis nō per ea quibus diſtinguitur confuſa eſt. Contra aūt cognitio partium alicuius totius, quia diſtinguit in partes diſtincta dicit reſpectu totius. Tunc ad mentem Auer. 1. Phy. ponebant has concluſiones. Quarum prima eſt. Omne totum cognitione confuſa eſt prius cognitum ſuis partibus. contra autem, oīs pars cognitione diſtincta prius cognoſcit ſuo toto. Secunda concluſio. Si magis vniuerſale comparatur ad minus vniuerſale vt totum ad illud, ipſum magis vniuerſale ſemper prius occurrit intellectui quā minus vniuerſale, & hoc cognitione cōfuſa. Tertia vero eſt. Q. ſi minus vniuerſale comparatur ad magis vniuerſale vt totum eſſentiale ad illud, ſic minus vl'e cognitione confuſa prius occurrit intellectui. Videtur aūt, ꝓbare has Auer. per ſimile de toto apud ſenſum: nam vt totum apud ſenſum quod eſt indiuiduum eſt prius cognitum partibus, ſic ſemper totum apud intellectū. *Replica. 1.* Sed dices quando ambo comparantur inuicem vt tota, qđ eſt prius cognitum? vel qñ ambo vt partes comparātur. *Reſponſio. Replica. 2.* Dico ꝙ nō poſſunt mutuo cōparari niſi alterū vt totū intelligatur, & altera vt pars. Præterea dices Auer. non ponit ordinem in cognitione, quia intellectus nihil de nouo intelligit. *Solutio.* Dicas ꝙ licet intellectus nihil de nouo intelligat, tamen nos oēs per intellectum de nouo intelligimus, hoc autem fit per ordinem quo copulatur nobis vt principium intelligendi, quæ copulatio fit ſm ordinem phantaſiabilium, vt dictum eſt antea. Hęc diximus alias. *Confutatio.* Sed nunc dicimus ꝙ multipliciter deficit. Primo quia per hanc determinationem non habemus quid ſit primum nobis occurrens abſolute & ſimpliciter, ſed ſolum forſitan in proceſſu definitiuo. Hęc enim poſitio fortaſſe reducitur ad eam declarationem quam pauloante diximus de mente principis dictorum opinantium, & ſic non euacuat oēm dubitationem. Secundo, quia non patet quid ſit primum cognitum in vl'ibus poſt rem. Tertio quia nō patet an vniuerſale, an ſingulare ſit primum cognitum. *Pō ſexta.* Sexta poſitio eſt quam etiam alias ſoliti ſumus ſuſtinere. Diximus.n. ꝙ loquēdo de ordine eſſentiali nihil intellectui eſt prius cognitum, quia nec magis vl'e, nec minus vl'e. Dicebam primo, quia non eſt eſſentialis ordo ex parte intellectus, quia ille eſt æqualiter omnia fieri. Secundo nō ex parte eorum quæ cognoſcuntur quia ſi ſic, tūc ſemper ad cognitionem poſterioris requiretur cognitio omniū priorum: & ita non poſſet intellectus cognoſcere actu hominem, niſi actu omnia ſuperiora præcognouiſſet, & hoc ſi magis vl'e eſſet eſſentialiter primum cognitum, nec actu poſſet cognoſcere ens, niſi actu præcognouiſſet oīa minus vniuerſalia, & hoc ſi minus vl'e eſt prius eſſentialiter in cognitione. *Confutatio.* Sed nec hæc poſitio nunc placet quia ſi hæc eſſet vera, non niſi in proceſſu fortuito haberet locum, non aūt in proceſſu naturali, vel voluntario, vel artificiario atque ſcientifico. *Pō ſepti.* Septima poſitio eſt ꝙ ſecus eſt quid eſt prius cognitum in arte vbi multa cognoſcuntur, & ſecus in cognitione vnius, vtpote Socra. Nam in cognitione artificiaria ſemper vniuerſale eſt prius cognitum, maxime qñ non inuentione ſit illa ſcientia. Sed cum volumus cognoſcere aliquod vnum: vtpote Socratem, ſecus eſt, nam in tali cognitione ſenſus quæſtionis eſt quando volumus Socratem cognoſcere, quid prius nobis occurrit vtrum cognoſcamus prius Socratem inquantum animal, an inquantum homo, & cum iſte eſt ſenſus tunc ſemper cognoſcimus ipſum prius inquātum aīal. *Confutatio.* Sed nec iſta poſitio valet: quia eſt particularis ſolum in cognitione de ſinitio, & diſtincta, nam nihil aliud eſt cognoſcere Socra. per aliqua quam definitiuæ ipſum intelligere, in quo caſu ſemper ipſe, eſt prius cognitus ſaltem quid nominis, deinde cognitione diſtincta ens, & id quod eſt magis vniuerſale, & per conſequēs hæc determinatio eſt imperfecta. *8. Pō Tho.* Expo. aūt Tho. abſolute velle videtur magis vl'ia eſſe intellectui noſtro prius nota & intelligit illa eſſe prius nota cognitione cōfuſa, vt ꝑ verba Ariſ. 1. phy. auſcul. lib. confirmat. Vtitur aūt ratione, quia intellectus procedens de potentia ad actum incipit ab imperfecto ad perfectum, & prius deuenit in actum medium quam in extremum tale medium eſt magis vl'e reſpectu minus vniuerſalis, igitur prius deuenit in cognitionem magis vl'is. Hæc Expoſitor. *Obiectiones. Prima ratio.* Sed obiiciunt iuniores multis rationibus. Primo contra pōnem. Secūdo contra fundamentum pōnis. Contra poſitionem quidē *Cōm. 5.* primo per verba Ariſto. 1. phy. auſcul. d. idem ſuſtinere nomina ad rationem, vbi colligitur definitum eſſe prius cognitum partibus definientibus. Modo definitum eſt minus vniuerſale quam ſuæ partes, igitur minus vl'e eſt prius notum magis vniuerſalibus. Secundo vt dicitur tertio de anima in tex. & cō. 10. prima forma in re prius cognoſcitur, talis eſt ſpecies, igitur ſpecies eſt primum cognitum. Idem cōm. 36. habetur cōmendando. Auempa. vbi dicitur, quòd intellectus natus eſt abſtrahere quidditatem à ſingulari, & intelligere ipſam, & vlterius



terius abſtrahere quidditatē à quidditate, & ſic ſucceſſiue intelligēdo quidditatem poſt quidditatē quouſq; ad ſimplicem deueniatur quidditatē. Tertio dicit. 1. poſte. notiora ad nos eſſe proxima ſenſui, quæ vero ſunt lōgiora à ſenſu eſſe minus nota nobis, & declarat quæ ſunt longiora, quæ ue proxima, & inquit longiora eſſe vniuerſalia maxime proxima eſſe ſingularia, igitur magis vniuerſalia non poſſunt eſſe nobis prius nota. Quarto ſi intellectus proficiſcens ad cognitionē minus vniuerſalis, oportet ꝙ cognoſcat magis vl'ia prius, vel iſte ordo eſt eſſentialis, vel accidentalis. Si ſit accidentalis, igitur intellectus poteſt indifferenter magis, & minus vl'e intelligere. Si aūt eſſentialis: tunc ad cognitionē ſpeciei oportet cognoſcere oīa vl'ia intermedia qđ eſt falſum, quia multa ſunt vl'ia nobis ignota, & multæ dr̄æ nobis ignotæ: quare nullo modo poſitio habet locum. Quinto illud eſt difficilius ad intelligēdum, cuius abſtractio eſt difficilior, ſed abſtractio magis vl'is eſt difficilior abſtractione minus vl'is, igit magis vl'e difficilius intelligitur. minor declaratur, qa abſtractio magis vl'is eſt à magis diſſimilibus, igitur difficilior. *Sexta. Cap. 3.* Sexto meta. eſt vltima ordine doctrinæ, & in illa cognoſcūtur maxime vl'ia. igitur maximæ vl'ia ſunt poſterius cognita. Aňs eſt Aui. 1. ſuæ met. & Auer. 6. meta. *Cōm 3. Septima.* Septimo illud vl'e prius cognoſcitur ab intellu cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, ſed ſingulare minus vl'is fortius mouet ſenſum, tum quia eſt magis ſingulare & ita maxime mouens illum, tum quia eſt actualius. tum quia perfectius. Octauo quicquid eſt in re eſt ſingulare, quicquid intelligitur ab intellectu prima intellectione eſt in re, igitur quicqd intelligitur ab intellectu prima intellectione eſt ſingulare, & ſic nō vl'e. Hæc contra poſitionem. Contra vero pōnis rōnem arguunt primo contra primam rationem, quia quærunt quid per intellectū procedere de potentia ad actū intelligunt, aut volunt ꝙ prius intellectus ſit in potentia ꝗ in actu, vel ꝙ prius ſit ſub eſſe imperfecto qui ſub eſſe perfecto. primū ſi dicit, nō agit propoſitū, quia intells intelligēs ſpēm, prius intelligit talē ſpēm in potentia ꝗ in actu, & ſic propoſitio non eſt ad rē, nec ſm dici pōt, quia non eſt vl'is. In proceſſu.n. demr̄atiuo intellectus procedit à cognitione ꝓpoſitionum ad cognitionem concluſionis, vbi patet cognitionē propoſitionem eſſe perfectiorē. Amplius eodem modo ſi procedit à cognitione cauſæ ad cognitionē cauſati. Rurſus aer illuminatus à ſole non prius recipit aliquem actū incompletū, ꝗ completū. Demū intellectus prius actū recipit quā habitū, & tamē habitus eſt perfectior actu. Secundo arguunt contra aliud dictū, dictū eſt.n. ab Expoſi. ꝙ ſcīa qua vniuerſalia intelligunt eſt imperfecta, modo hoc videtur falſum, quia demōſtratio vl'is eſt potior demonſtratione minus vl'i. Tertio arguunt contra aliam rationem, nam dixit Expo. ꝙ cum ſenſus procedit de potentia ad actū, idē eſt ordo apud ſenſum qui eſt apud intellectum, nam vt ſenſus cognoſcit obiectum ſub ratione magis communis, ſic ipſe intellectus, Contra arguunt quia ſenſus nō cognoſcit niſi ſingulare, igitur nihil ſub ratione cōis. Hæc cōtra fundamentum expoſitoris. *Defenſio pōnis Thomæ ab his tacil.* Sed videtur mihi ꝙ poſitio Tho. nōdum intellecta eſt, nec ab his, nec ab eius ſectatoribus. Tho. enim loquitur vt cæteri in proceſſu definitiuo. In tali.n. proceſſu ſemper vl'iora ſunt prius cognita, vt oēs ſentiunt. Probauit autem poſitionem hanc Expo. per hoc quia cum intellectus procedat de potētia ad actū, quia de ignorantia ad definitiuā ſcientiam, & via diuiſionis & compoſitionis, vt dictū eſt. 2. poſte. prius deueniet in cognitionem magis vniuerſalis, quā minus vniuerſalis, quia illud eſt confuſius ſiue cōius, & ſic primū in diuiſiua methodo. *Replica.* Sed dices hæc expoſitio nō conuenit verbis Thomæ, quia videtur loqui de cognitione confuſa, ait enim vl'ia eſſe prius cognita, quia confuſa ſunt, & confuſa prius cognoſcūtur. *Solutio.* Dico ꝙ hæc replica, fit à male intelligentibus verba Tho. Nam vult vniuerſalia eſſe confuſa, non aūt ait illa confuſa cognoſci. Aſſerit.n. pro tanto debere eſſe prius nota, pro quanto ſunt confuſa, nō tamen ait illa eſſe prius nota, quia confuſe intelliguntur, ſed quia ſunt confuſa. Modo confuſum idem eſt vt dicit, quod id qđ plura continet. Definitiua autem methodus debet incipere à confuſo plura continenti, non tamen à confuſo confuſe cognito, ſed à confuſo diſtinctè cognito. Amplius dato, ꝙ velit intellectum venire prius in cognitionē confuſam ipſius magis vniuerſalis in tali proceſſu, hoc dicit pro tanto, quia illa cognitio eſt confuſa reſpectu cōtentorum ſub illo, & diſtincta reſpectu ſupernorum, in quæ eſt illud reſolubile, & ita pō Expoſitoris eſt eadem cū pōne eorū, & ratio Expoſitoris nō eſt, vt dicūt, per potentiā enim intelligit Expoſitor ignorantiam, & per actum ſcietiam, quæ habetur de finito per definitionem. Modo intellectus in proceſſu definitiuo procedens de potentia ad actum hoc eſt de ignorantia definitionis ad ſcientiam illius, prius per viam diuiſionis & cōpoſitionis deuenit ad actus medios quam ad extremum, quia definitiua methodus hoc pacto procedit. erit igitur vis rationis hæc, omne procedens in methodo definitiua ab ignorantia in ſcīam definitiuā alicuius prius deuenit in cognitionē mediorum vl'ium quā in cognitionem ipſius definibilis. Hæc patet ob naturam diuiſionis & cōpoſitionis, talis eſt intells, quare vt prius & ſic tolluntur oēs obiectiones cōtra poſitionē in ſe, & contra fundamentum. Illud vero qđ Thomas aſſerit de ſingulari ꝙ ſentitur ſub rōne cōis, eſt exemplū quod Auic. ipſe dedit veniente, propterea rationes non procedūt, quia Thomas itelligit ſingulare ſentiri ſub ratione cōmunis, ſi eſt indiuidui vniuerſalioris. cætera friuola ſunt, & non ad rem. *In ſufficientia pōnis Tho.* Hæc de pōne Tho. Verum hæc poſitio ſolū loquitur in proceſſu definitiuo, & nō niſi in vl'ibus in re. *Nona pō logicorum.* Nona poſitio eſt logicorum, qui volunt primū cognitum ab intellu nr̄o eſſe ſingulare ipſum: Sed in hac poſitione primo declaremus per eorū rationes, ꝙ ſingulare eſt per ſe intelligibile ab intellectu noſtro. Secundo declaremus quot modis ſit ſingulare. Tertio quo nā modo cognoſcitur ab intellectu. Quarto declarabitur poſitio ex dictis. *An ſingulare intelligatur ab intellectu.* Quod quidem per intellectū per ſe intelligamus ſingulare ſenſile, multifariam perſuadent. Primo per verba Auer. 3. de aīa, cōm. 4. vbi inqt. Aīa rōnalis indiget cōſiderare intentiones, quæ ſunt in virtute imaginaria, ſicut ſenſus indiget inſpicere ſenſibilia. Sed intētiones illæ quæ ſunt in virtute imaginaria, ſunt ſingularia, igit intells intelligit ſingularia. Secundo cōm. 5. eiuſdē libri inqt, ꝙ intellecta in actu hñt vnū ſubiectū ꝑ qđ ſunt vera, ſ. formæ quæ ſunt vere imaginationes, ſed hę ſunt ſingulares, igitur intells intelligit ſingularia. Tertio, Ariſto. 3. de anima tex. cōm. 30. inquit ꝙ phantaſmata ſeſe habēt ad intellectū vt ſenſibilia ad ſenſum & intelligit quo ad mouere, & quo ad intelligere, vt per id quod textu ſequenti ſubdit. d. ſpecies quidē igitur intells in phātaſmatibus intelligit. & Auer. cōm. 33. ait ꝙ intells cōprehendit mediantibus formis imaginum.

num. Modo omnia hæc ſunt ſingularia. Quarto Ariſt. eodẽ tex. cõm. 32. ait. Intellectum intelligere ſpecies in phantaſmatibus ſicut viſus res ſibi p̄ſentes, & tex. cõm. 39. ait, ꝙ cum intelligens ſpeculatur ſenſibilia, neceſſe eſt ſimul phantaſma aliquod ſpeculari vbi Auer. cõm. 39. inquit, cauſa quare intellectus qui eſt in nobis cum viderit aliquid aut aliqua & intellexerit, ipſe non intelligeret ipſum, niſi coniunctũ cum ſua imagine, eſt quia imagines ſunt aliqua ſenſibilia intellectui & ſunt ei loco ſenſibilium apud abſentiã ſenſibiliũ, ſed ſunt ſenſibilia non materialia. Ex quibus apparet plane intelľum intelligere ſingularia. Secundo idẽ perſuadetur rõnibus primo virtus diſtinguens inter aliqua: neceſſario apprehẽdit quodlibet illorũ, vt. 2. de aĩa habetur tex. cõm. 144. Sed intellectus diſtinguit hãc albedinẽ exiſtentẽ in hoc pariete à virtutibus ſenſitiuis, per quas illam ſentimus, & ab intellectu, per quem intelligimus: nec per aliã virtutem talem dr̃iam cognoſcimus, cum per nullam aliã virtutem poſsimus ipſum intellectum cognoſcere, igiť intellectus apprehendit talem dr̃iam. Hæc ratio tangiť ab Auer 3. de aĩa cõm. 9. Secundo per intellectũ cognoſcimus ſenſum errare de ſingulari ſenſibili, igitur intellectus ſingulare per ſe cognoſcit. añs apparet, quia ſenſus ſolem ipſum dijudicat eſſe pedalis quantitatis, at intellectus per diſcurſum concludit ſolem illum eſſe multiplicẽ ad terram, vt coſmimetræ probant, igitur ille ſol ſingularis ab intelľu cognoſciť. Tertio eadẽ virtus cognoſcit cõcluſionẽ & principia, aľr tu poſſes cognoſcere cõcluſionẽ & ego præmiſſas, ſed principia artis & doctrinæ inferuntur ab ipſis ſingularibus, vt ab ipſis propõnibus experimentarijs, igitur intellectus inferens cognoſcit illas. Quarto vt colligitur. 6. Ethi. ca. 6. & 8. prudentia eſt circa ſingularia, & ex altera propõne ſingulari & altera vniuerſali ſingularem concluſionem concludentibus. Modo talis deductio fieri non põt per ſenſum, cũ ipſe vniuerſale nõ cognoſcat, nec dici põt ꝙ fit per ſenſum quo ad propõnem ſingularem, & per intellectum quo ad vniuerſalẽ, quia cũ concluſio non concluditur ex altera tantum: ſed ex vtriſque ſimul tunc erit aliquis ſyllogiſmus qui nec per intellectum, nec per ſenſum cõcluſionem inferet, quod eſt ridiculum. Quinto ſi intellectus non per ſe cognoſceret ſingularia, nullus eſſet practicus & conſultiuus intellectus. deducitur, quia practicus & conſultiuus intellectus, non eſt niſi circa ſingularia. Sexto ſi intellectus non per ſe intelligeret ſingularia, tunc rebus ſingularibus non poſſet nomina imponere. tenet conſequentia quia non fit impoſitio rei, niſi præcognoſcatur. Septimo quicquid poteſt virtus inferior poteſt & ſuperior & eadem ratione, ſed ſenſus poteſt cognoſcere ſingulare, igitur & intellectus, qui eſt ſuperior ad ſenſum. Octauo intellectus componit hãc propoſitionem. Numenius eſt doctus iuuenis, igiť cognoſcit extrema cognitione Simpľ. Semper enim ſecunda operatio ſupponit primã, vt dicitur in lib. de interpretatione. Nono intellectus per ſe fertur in ens, igiť per ſe in quodlibet cõtentum ſub ente, & ita in ſingulare. Decimo intellectus per ſe intelligit ens: igitur maximũ ens magis intelligit, ſed ſingularia ſunt maxime entia, & multo perfectiora ipſis vniuerſalibus. Vndecimo ſi ſingulare non per ſe intelligitur, eſſet quia ſuperadderet materiam ſed materia addit ad eſſe, igitur ad cognoſcibilitatem. Duodecimo eidem virtuti patent propoſitiones & cõcluſiones. Sed propoſitiones ſyllogiſmorum in tertia figura patent intellectui, igitur & concluſiones illorum, ſed omnis concluſio in tertia figura eſt particularis, igitur particularia intelliguntur per ſe ab intellectu. Decimotertio quilibet experitur ſe cognoſcere ꝙ intelligat rem aliquam determinatam, & ſe credere id quod credit, & ſe velle id quod vult, & ſe nolle, quod non vult: igitur intelligit actum ſuum intelligendi, volendi, nolendi, & credẽdi. & hos actus cognoſcere per nullam aliam virtutem, poteſt niſi per intellectũ, igiť intellectus tales actus per ſe intelligit, ſed tales actus ſunt ſingulares, igitur intellectus per ſe ſingularia intelligit. Decimoquarto abſtractio quæ fit per intellectum poſsibilem non fit niſi à cognito, aliter abſtraheret ab ignotis, ſed abſtractio vniuerſalis à ſingularibus fit per intellectum poſsibilem, igitur intellectus poſsibilis ipſum ſingulare intelligit à quo abſtrahit. Decimoquinto eadem & vna virtute ambo correlatiua intelligũtur, ſed vniuerſale & ſingulare ſunt correlatiua, igiť ab eadem virtute apprehenduntur. Illa autem non poteſt eſſe ſenſus, igitur intellectus. Ex his concedunt ipſa ſingularia per ſe intelligi à noſtro intellectu.

*Quotuplex ſit ſingulare.*

Sed tunc reſtat ſecundum apud eos, videlicet quot modis ſingulare ſumatur, & loquimur de ſingulari ſimplici non de propoſitione, ſingulare itaque ſimplex, quoddam eſt intellectile, quoddam autem ſenſile. Senſile ſingulare dicitur omne illud quod eſt hoc ſignatum ob materiam & accidentia. Intellectile vero bifariam eſt, qm̃ aliud eſt vnũ numero in ſpecie, vt deus & quælibet intelligentia, qdã dam in ſua ſpecie eſt plus vno numero, vt ſpecies intellectiles exiſtentes in mente conceptiones actus intelligendi, actus volendi, actus credendi, & id genus. Hæc de ſecundo.

*Quõ ſingulare intelligitur. Cõm. 36. Excerptum.*

De tertio aũt diſtinguunt ꝙ quædam eſt notitia ſimplex, qua res immediate in ſeipſa cognoſcitur, quamúe ipſi appellant intuitiuam, & Auer. 3. de anima vocat illam eſſentialem, quædam quæ fit mediante aliquo repreſentatiuo medio cognito, & hanc vocant abſtractiuam. Et iuxta hæc concedunt vnam eandemúe notitiam eſſe intuitiuam & abſtractiuam non quidem vna ratione, ſed diuerſa, nam notitia qua phantaſma in ſeipſo apprehenderetur eſſet intuitiua reſpectu ipſius phantaſmatis, abſtractiua vero reſpectu repreſentatæ, & ita vna eademq; notitia eſt abractiua & intuitiua: intuitiua quidem ipſius repreſentatiui, abſtractiua vero rei repreſentatæ. Amplius & tertio quædam eſt notitia qua res apprehenditur in aliquo conceptu ficto ſiue formato, ſiue ille ſit proprius ſiue communis, qua notitia ſubſtantiam intelligi dicunt, & hanc notitiam diſcurſiuam dicunt, pro quanto ſine diſcurſu ſumi nõ poteſt, nec ſine congregatione multorum in vnum.

*Concluſiones.*

Tunc dicunt primo, ꝙ ſingulare intellectile, quod eſt vnum in ſua ſpecie, vt eſt Deus ꝑ ſe intelligi poteſt ab intellectu noſtro coniuncto in aliquo conceptu ficto ſiue ex pluribus collecto, communi & proprio. Secundo dicunt ꝙ tale ſingulare nec intuitiue nec abſtractiue intelligi poteſt ab intellectu noſtro coniuncto. Tertio dicunt ꝙ ſingulare intellectile, quod multiplicatur in eadem ſpecie poteſt intelligi ab intellectu noſtro notitia in ſe, ſiue intuitiue, immo non niſi notitia intuitiua. Quarto dicunt ꝙ ſingulare ſenſile põt intelligi ab intellectu noſtro intuitiue & abſtractiue. Quinto dicunt ꝙ prima notitia talis ſingularis eſt intuitiua, declarantur autem hæ concluſiones per ordinem ab eis. Et primo prima quia illa talia ſingularia intelligi non poſſunt niſi colligẽdo attributa quædã ab effectibus illorũ, id aũt qđ ab effectibus colligitur ſi conuenit pluribus, cõis cõceptus dicitur,



dicitur, vt ſi colligitur ꝙ ſit ens æternum & immateriale. Hic enim conceptus cõis eſt oĩbus illis, & per hunc illa oĩa intelligimus, non tamen talẽ conceptũ formare de illis poſſumus, niſi ſylľs. At ſi id quod colligimus, ſit deo vel vni tãtum illorũ conueniẽs, cõceptus proprius erit, vt ſi concipimus deum inquãtum eſt ens ſimpliciter infinitum: hic enim conceptus quo deũ ipſum conciperemus, proprius eſſet deo, & eodem modo de alijs dici poteſt, & ſic apparet prima cõcluſio. Secũda etiã declarať, quia cognoſcere aliquid intuitiue eſt cognoſcere illud in ſe, & per nullum medium, & cognoſcere abſtractiuæ, eſt cognoſcere per mediũ cognitũ repreſentatiuum. Modo intellectus cõiunctus apud hos nõ poteſt deum in ſe & per eſſentiam intelligere, igitur nõ intuitiue, nec põt intelligere deum per hoc quia mediũ repreſentatiuum aliquod illius intelligat, vt ſpẽm repreſentatiuam dei, quia nulla eſt talis, abſtractorum enim nulla poteſt eſſe ſpecies talis, vt. 3. de anima patet, & ſic nec abſtractiue intelligi poſſunt. Tertia etiam declarať, quia actus credẽdi certã & determinatã rẽ eſt ſingulare intellectile in eadẽ ſpẽ plus vno, & non intelligi põt niſi notitia in ſe, quia aut cognoſcitur per ſenſum aut per intellectum, non per ſenſum quia res ominno inſenſibilis eſt: igitur ab intellectu, vltra ſi ab intellectu, aut per eius notitiam in ſe, aut in propria ſpecie aut in ſpẽ alterius, aut in aliquo cõceptu formato, nõ quidem in propria ſpecie, quia talium nulla poteſt eſſe ſpẽs, etiam fruſtra illa eſſet, quia ipſe ꝑ ſeipſum æque præſens eſt: nec in ſpecie propria alterius, quia non apparet cuius alterius rei ſpecies duceret in notitiam eius. Nec per conceptum aliquem, quia ille vel eſſet proprius, & ſic eadem ratio eſſet de illo & de ſpẽ, vel eſſet cõis, & ſic actus ille non cognoſceretur diſtincte, quare talis actus non niſi notitia in ſeipſo cognoſcitur, & ita non niſi intuitiuæ. Patet igitur tertia concluſio, ꝙ ſingularia intellectilia, quæ ſub eadem ſpecie multiplicantur non niſi intuitiuæ intelligi poſſunt. Hoc. n. modo ſpecies intelligibiles, actus intelligendi credẽdi, & volendi intelliguntur, hoc etiam pacto intelľs ipſe intelligit phantaſmata, ipſa. n. nõ per ſpecies, ſed in ſeipſis intelľs intelligit, & ita intuitiuæ. Quarta etiam declaratur, quia ꝙ ſingularia ſenſibilia vt hoc coloratũ, & hic ignis abſtractiuæ intelligantur pro per ſe noto aſſumũt, nam intellectus põt intuitiue phãtaſma ignis intelligere, qñ igitur ipſum in ſeipſo intelligit vt eſt vnum indiuiduum in mundo in ipſo terminatur cognitio, quando vero ipſum intelligit vt imago ignis, intellectio eſt intuitiua phãtaſmatis, & abſtractiua ignis. Accedit etiam ad hoc ꝙ intelľs põt phãtaſma ſpeculari ſingularis ignis tali ſingulari abſente, q̃re abſtractiue tunc intelligetur. Quod autem talia ſingularia poſsint intuitiuæ intelligi, declaratur quia poſſunt intelligi notitia immediate terminata ad illa ſenſilia, vt patet quãdo intellectus ab illis ſumit artis ſiue doctrinæ principium, quia abeuntibus ſenſibilibus & nõ mouentibus ſenſũm, intellectus talẽ notitiã habere nõ põt. Sed cum talem habet notitiam, experimur nos immediate rem illam ſingularem cognoſcere, neq; aliquod aliud medium per aliquam potentiam noſtrã cogitatiuam apprehẽdere, igitur ſingularia ſenſilia poſſunt abſtractiuæ apprehendi ab intellectu per apprehenſionẽ medij repreſentatiui, & intuitiue per cognitionem eorum immediate terminatã ad illa. Quinta declarať etiã quia dum ipſum ſingulare prima notitia intelligitur vel in ſeipſo prima notitia intelligitur & immediate, aut in ſpecie propria ſibi, aut in conceptu communi, ſibi & alij non in conceptu cõmuni, vt fuit probatum, nec in ſpecie ꝓpria ſibi quia omnis talis notitia ſupponit notitiam illius rei ſingularis in ſeipſa, cuius eſt ſpẽs, quare notitia intuitiua ſingularis ſemper eſt prior notitia abſtractiua eiuſdem. Hæc de tertio.

*Tertiũ de primo cognito.*

Nunc de quarto dicunt primo, ꝙ ſingulare prius ab intellectu cognoſciť ipſo vniuerſali. declarãt primo, quia vniuerſale eſt conceptus formatus apud eos per intellectum communis pluribus rebus.

*1. concluſio.*

Tunc arguunt anteq̃ talis conceptus vniuerſalis formetur, oportet aliquod ſingulare cognoſcere quia non poteſt conceptus formari ab aliquibus rebus, niſi illæ res, aut aliquæ illarum ſint prius apprehenſæ, vel igitur res ſingularis ab eodem intellectu apprehenduntur, vel à ſenſibus nõ à ſenſibus, vt patet per verba Auer. 12. meta. vbi dicit ꝙ vľia apud Ariſto. ſunt collecta ex particularibus in intellectu, q accipit inter ea ſimilitudinem & facit ea vnam intentionem, ecce ꝙ intellectus eſt qui facit & q ſumit, & nõ ſenſus.

*Cõm. 4.*

Amplius Euſtratius. 1. Ethi. ait, ꝙ poſt ſubſiſtẽtia multorũ aĩa in ſeipſa ſubſiſtere facit vniuerſalia, propter hoc & animal vniuerſale nihil aut poſterius eſt, vt Ariſt. ait in his, quæ de anima: nihil quidem, qm̃ ſ̃m ſe quidem nõ ſubſiſtit. Poſterius aũt quoniam ad multorũ exiſtentiã & comprehenſionem ipſius ſequitur intellectus, ecce ꝙ conceptus vniuerſalis ſupponit intellectionem ſingularium.

*Cõm. 5.*

Præterea. 1. phyſi. auſcultationis dicit Auer. ꝙ licet indiuiduum non ſit principium in ſcientia demonſtratiua, eſt tamẽ principium acquiſitionis vniuerſalis quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ.

*Cõm. 5.*

*Secunda.*

Secundo dicunt ꝙ prima notitia intellectus primitate generationis eſt notitia intuitiua ſingularis ſenſibilis, quia prima notitia nõ poteſt eſſe alicuius vniuerſalis vt ex his mõ patet. Nec poteſt eſſe notitia ſingularis abſtractiua, vt etiam patet ex modo dictis: quare prima notitia intellectus eſt notitia alicuius ſingularis ſenſibilis, & addunt ꝙ non cuiuſlibet, ſed illius quod primo mouet ſenſum.

*Excerptum.*

Ex his ſequitur forte ad mentem horũ ꝙ iſte eſt ordo, ꝙ intellectus primo intuitiue cognoſcit ſingulare ſenſile. Secũdo vniuerſale ab illo formatum. Tertio actus intelligendi & ſingularia intelligibilia, & phantaſmata. vltimo intelligit eadem ſenſibilia ſingularia abſtractiuæ intelligendo phantaſmata, & hoc pacto videtur quidam motus animæ ſphæricus.

*Captiunculæ.*

Animaduerte tamen iuxta horum poſitiones concedendas eſſe plures captiunculas, ſed potiores ſunt, quia ſingularia prius vniuerſalibus intelliguntur, non tamen intelliguntur ſingularia prius vniuerſalibus. Pr̃ia pars patet, q̃a hæc prius vľibus intelliguntur & hæc ſunt ſingularia, igiť ſingularia prius vniuerſalibus intelliguntur. Secunda probatur, quia nõ intelliguntur prius ſingularia vniuerſalibus ſub ratione qua ſingularia, immo ſimul q̃a ſunt correlatiua quæ ſunt eiuſdem naturalis intelligentiæ.

*Qualis hæc põ & in quo deficit.*

Sed hæc poſitio eſt particularis, nam per hanc non habemus quid ſit primum cognitum, niſi in proceſſu naturali vt dicemus. In proceſſu enim naturali, verum forſitan eſt ſingularia prius vniuerſalibus intelligi, ſed in cæteris proceſsibus quid ſit prius cognitum, ꝑ eiuſmodi poſitionem nondum patet. Secundo hæc poſitio poteſt eſſe falſa, nam ipſa ſingularia per ſe intelligi ab intellectu noſtro poteſt bifariam ſumi. Aut quòd ſingularia ipſa intelligantur ab intellectu noſtro, quatenus intellectus, & hoc pacto poſitio eſſet falſa, quia tunc ab omni intellectu per ſe intelligerentur, quod eſt contra Auer.

*Cõm.51.* 12. meta. vbi probat ſingularia non per ſe intelligi ab intellectu diuino. Aut poteſt ſumi ꝙ ſingularia per ſe intelligantur ab intellectu noſtro: non quatenus intellectus, ſed vt ſenſibus coniunctus: & tunc hæc eſt poſitio *Cõm.9.* Auer. 3. de aĩa. vbi ait, intellectum ſingularia intelligere non per ſuam naturam: ſed mediãte ſenſu. Et licet de cognitione ſingularium multo plura in. 7. dicentur.

*Sñi peripate. de cognitione ſingularium. 1. Concluſio.* Nunc vero pro mente peripateticorum dicerem intellectum quatenus intell's eſt per ſe poſſe ſingularia intellectilia intelligere, tam quæ multiplicantur ſub eadẽ ſpecie, quam quæ non multiplicantur, licet non eodẽ modo, quia ſingularia intellectilia quæ multiplicantur: vt ſunt ſpecies intelligibiles, & actus intelligendi & credendi, & volendi & phantaſmata, ab intellectu noſtro intelliguntur notitia in ſe, ſiue eſſentiali, ſiue intuitiua qm̃ talia nõ poſſunt intelligi per ſpecies ſimilitudinesúe illis abſtractiores. Singularia vero intellectilia quæ non multiplicanẽ, licet ẽm Auer. in copulatione intell's agẽtis & poſ's intelliganẽ notitia in ſe, & eſſentiali, ſiue intuitiua, vt videbitur ſcd'o huius, tñ ẽm veritatem ab intellectu coniũcto non pñt intelligi per abſtractionẽ ſpecierũ à phantaſmatibus proprijs, & ſic non pñt intelligi abſtractiuę, nec pñt intelligi notitia ĩmediate terminata ad illas, & ſic nec intuitiuæ, & eſſentialiter. Poterunt igitur intelligi per conceptus cões & proprios ab illorũ effectibus collectos, fictos, atq; formatos, vt de ſubſtantia dicetur. *2. Concluſio.* Secundo dicerem ꝙ ſingularia ſenſilia intell's põt intelligere non quatenus intell's, ſed mediante ſenſu, & intuitiue & abſtractiuæ: abſtractiuæ quidem intelligendo intuitiuæ phantaſma quod eſt in dianętica virtute ſenſibusq; interioribus, vt imago ſingularis ſenſilis. Intuitiue vero intelligendo ipſa ſingularia pręſentia: vt ab illis colligit vĩe principiũ artis & doctrinę. hoc eſt intelligendo illa notitia immediate terminata nõ ad phãtaſmata, ſed ad ipſa ſingularia, vt pſentia actu ſunt. Et hæc videtur põ Auer. 3. de aĩa & alijs ſuis locis ſuperius allegatis. *Cõm 9. Dubitationes.* Sed occurres primo, quia intell's nihil intelligit niſi abſtrahendo à phantaſmatibus, vt dicitur. 3. de aĩa, at intelligendo talia ſingularia intuitiue non abſtrahit à phantaſmatibus ſpecies aliquas: vt patet. Scd'o intell's nihil intelligit niſi p ſimile, quia eſt oĩa fieri mõ ſimilitudinis, ſed in intellectu nulla eſt ipſius ſingularis ſimilitudo: igitur non põt ipſum intuitiuæ intelligere. Tertio intellectus agẽs comparatur intellectilibus, veluti lumẽ comparatur coloribus, vt dicitur. 3. de anima cõm. 5. & 28. & 2. de aĩa cõm. 67. Sed lumen dat coloribus eſſe ſenſile actu, igitur intell's agens dat ipſis intellectilibus actualem intelligibilitatem, igitur non poſſunt intelligi niſi fiãt vĩa. *Solutio.* Põt dici pro modo ꝙ ad oẽm intellectionem requiritur ſimilitudo quædam: qua mediante intelligens intelligat, quia vt dictũ eſt cognitio nõ fit niſi per ſimile, non quidẽ ꝙ ſimilitudo ſit id quo cognito, cognoſcibile cognoſcatur. Sed id quo cognoſcens ipſum reddatur proportionale rei cognitæ, non enim intelligibiles ſpecies ponuntur, vt per ipſas cognitas cognoſcantur vĩa ſed vt per ipſas reddatur intell's proportionalis rebus intelligibilibus. Sed qm̃ intell's quædam intuitiue cognoſcit per naturam intellectus vt rerum formas quæ ſunt poteſtate vĩes. Quædã intuitiuæ cognoſcit non per naturam intellectus, ſed p naturam ſenſus cui coniungitur, hac rõne fit: vt ea quæ per ſuam naturã intelligit, non intelligat niſi per ſimlitudines, quæ ſunt in ipſo, & hoc pacto vniuerſalia intelligit per ſpẽs intellectiles, quibus illis redditur proportionalis, quæ vero intelligit ob naturam ſenſus cui cõiungitur per ſimilitudines intelligit, non quæ ſunt in ipſo ſed quæ ſunt in ſenſu, & hac rõne ſingularia ſenſilia intuitiue intelligit per phantaſmata, quæ ſimilitudines ſunt in ſenſibus exiſtentes. Tũc ad obiectiones. Ad primam dico ꝙ intell's nihil intelligit per naturam intellectus, niſi abſtrahendo à phantaſmatibus & hoc pacto vĩa intelligit. At ſingularia nõ per naturam ſuam intelligit, ideo non oportet illa intelligere per abſtractionẽ à phantaſmatibus. Ad ſecundã patuit ſolutio per hæc quę nunc diximus. Ad tertiam dico ꝙ intellectus agẽs comparatur intellectibilibus vt lumen, nõ oĩbus, ſed his quę intellectus poſsibilis intelligere põt per naturam intellectus, non aũt his quę intellectus intelligit per naturam ſenſus. Sed adhuc occurres, an, videlicet, intellectus per ſe ſenſilia ſingularia intelligat. Dici põt ꝙ ipſum per ſe poteſt determinare propõnem & ſic erit ſenſus. Hæc propoſitio eſt per ſe intellectus intelligit ſingulari ſenſilia, & hoc pacto negatur quia omne per ſe hoc modo eſt de omni ſi vero ipſum per ſe determinat notitiam. Dico ꝙ intellectus aliquando intelligit illa per ſe vt quando intelligit illa notitia terminata ad illa, aliqñ per accidens, vt quando illa intelligit notitia terminata ad phantaſmata illorum. Sed dices omne per accidens reducitur ad per ſe, igitur ſi per accidẽs intellectus illa intelligit, vt ipſum per ſe vel per accidens determinat ppoſitionem oportet vt reduceretur ad aliquam per ſe. Dico ꝙ reducitur ad illam, ſenſus per ſe cognoſcit ſingularia illa, quia intellectus mediante illo intelligit illa. Hactenus de poſitionibus extrancis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Suppoſitio.* PRO quęſtionis igitur dilucidatione. Primo ſumendum eſt intellectũ poſſe quædam intelligere ſine proceſſu, veluti ea quæ aut obiter ſiue fortuite intelligit, vel ea quæ voluntariæ cognoſcit. Intellectus. n. vt præcedenti capite concluſum eſt poteſt intelligere ſingularia & vniuerſalia. Amplius magis & minus vniuerſalia, quare obiter vel voluntariæ quoduis horum intelligere poteſt. Quædam vero poteſt intelligere procedendo à notis ſibi ad ignota, vt peripatetici vbique fatentur. Proceſſus aũt quo procedere põt intell's ipſe à notis ad ignota eſſe põt aut naturalis, aut artificiarius. Artificiarius vero aut definitiuus, aut demonſtratiuus, aut operatiuus. Vlterius demonſtratiuus aut per inuentionem aut per doctrinam. *1. Concluſio.* Tunc ſit prima concluſio ꝙ de his quæ obiter, vel voluntariæ occurrunt intellectui nulla eſt regula ordinis cognoſcendi. Poteſt. n. interdũ obiter ſingulare, interdum vĩe, aliqñ magis, aliqñ minus vniuerſale occurrere nobis. Hæc concluſio non aliter quã per occurſus probanda eſt. *Secunda.* Scd'a concluſio loquendo in proceſſu naturali primũ occurrens intellectui ſunt ſingularia, ſingulareſq; vel indefinitæ propõnes. Scd'o vniuerſalia vniuerſaleſq; propõnes: & vniuerſaliũ prima ſunt magis vĩa vniuerſaliſsimæq; ppõnes, deinde minus vĩa minusúe vniuerſales propõnes. *Cap. 37.* Hæc concluſio eſt de mente Thẽ. 2. poſte. Probaẽ aũt concluſio, qa puer nõ incipit intelligere niſi motus ab accñtibus rerũ ſingulariũ. Accidẽtia ãt à puero prius in particulari intelliguneẽ q̃ in vniuerſali, cũ ipſe nullum vniuerſale intellĩgit: queadmodũ nec brutũ, cui puer ſimilis eſt. Vigorato aũt intellecto, vt dicit Thẽ. ſingularia indefinite incipit intelligere formãdo propõnes indefinitas. Adhuc amplius intellectu aucto incipit vĩe intelligere primo vĩiſsima: circa quæ minus puer errare põt, & vniuerſaliſsimas



ppoſitiones cõficiendo, vt dicit Thẽ. demũ ex vniuerſaliſsimis deducit minus vĩes propoſitiones. *Dubĩ. Solutio.* Sed occurres, quia Ariſt. 1. phyſi. p ſignũ ſumptũ à pueris probat vĩa prius intelligi. Dico ꝙ auctoritas illa nõ bene intelligitur, quia à pari bruta vĩa intelligerent, nã capella omnem caprã vt matrem ſequiẽ primo, poſtea vigoratis ſenſibus matrẽ ſuã tm̃ ſequiẽ, & tamẽ conſtat capellã nõ cognoſcere vĩa. Eodem modo puer oẽm virũ patrẽ appellat oẽm fœminã matrẽ, nõ ꝙ cognoſcat vĩa prius, ſed qa prius ſingularia cognoſcit impfectæ, at vigorato intell'u pfecte illa percipit, & ſic illud exemplum non eſt ex toto ſimile facit autem ad propoſitum Ariſt. pro quanto ex illo videẽ haberi ꝙ imperfectũ debet eſſe prius notum imperfecto. Vnde ad probandum ꝙ in proceſſu demonſtratiuo imperfectiora vt vniuerſalia ſunt priora, vtitur exẽplo pceſſus naturæ, in quo impfectũ eſt prius cognitũ, videlicet, ſingulare & hoc *Tertia.* pacto exemplum valet. Tertia concluſio loquendo de proceſſu artificiario definitiuo ẽm ordinẽ confuſe cognoſcendi primũ cognitũ eſt ſpẽs ſpecialiſsima, ſiue qd noĩs definibilis. Secũdum vero ordinẽ diſtincte cognoſcendi primũ cognitum eſt ens & magis ac magis vĩe. Hæc concluſio eſt pro mente Ariſt. & Auerrois. 1. phy. verbo illo, Suſtinent aũt hoc idem noĩa ad rõnem. vbi Auer. com. 5. dicit ꝙ hic facit cõparationem totius ad partes ẽm imaginationẽ hoc eſt ad partes definitiuas, quæ intelliguntur ſimplici intelligentia, quæ tertio de anima ab Auerroe dicitur imaginatio, & ſic eſt locutus in proceſſu definitiuo. Hanc concluſionem declarauimus capite proximo, nõ oportet aliter immorari. *Quarta.* Quarta concluſio loquendo in proceſſu operatorio quo intellectus procedit edendo vniuerſale poſt rẽ & in actu à ſingularibus, & magis vĩe ex minus vniuerſalibus, tũc primum cognitũ intellectui in tali opere eſt ſingulare, è quo colligit vĩe minus quod eſt ſibi ſecundo locum notum, & demũ, vĩe magis pro rõne ordinis in abſtractione. Hæc cõcluſio eſt pro mẽte Thẽ. primo de aĩa in expoſitione textus cõm. 8. Eſt etiam pro mente cõmentatoris Auerrois. 12. primæ philoſophię, cõm. 4. & in pluribus alijs locis. *Quinta.* Quinta cõcluſio eſt iſta ꝙ loquẽdo in proceſſu demonſtratiuo per inuẽtionem emergẽte, primum cognitũ ſunt ſingulares ppoſitiones experimentariæ, ſecundo, vniuerſaliſsimæ, demũ cæteræ per ordinem. Hæc concluſio non indiget alia probatione qm̃ *Sexta.* fuit in alia diſputatione deducta. Sexta cõcluſio loquendo in proceſſu demonſtratiuo per doctrinã emergente, primum cognitũ ſunt vniuerſaliſsimæ propoſitiones artis deinde minus vĩes eiuſdẽ artis ſuo ordine, hæc eſt pro mente Ariſt. 1. phyſico. Thẽ. Alexandri, Simpli*Excerptum.*cij, & Auer. ibidem, & omnium peripateticorum. Ex ijs ſequitur ꝙ loquendo ſimpliciter de primo cognito, ſic ſingularia ſunt prius cognita intellectui. declarat, qa natura eſt prior arte, igitur proceſſus naturæ eſt ſimpliciter prior proceſſu artis & per conſequens ſingularia quæ ſunt in proceſſu naturæ prius cognita intellectui, ſunt ſimpliciter prius cognita. Animaduerte ꝙ de hac materia ſcripſimus in libro de intellectu, & in libro de anima, & in lib. phyſi. & in lib. deſtructio deſtructionum, & ſemper confuſe locuti fuimus nunc vero tandem ad dilucidationem peruenimus, & hanc puto eſſe veritatem & mentem omnium peripateticorum, quòd ſi mihi aliter occurrit, non recuſabo aliter dicere: contingit enim opiniones mutari vt dicit Ariſtote. Hæc de dilucidatione.

SOLVTIONVM CAPVT QVINTVM.

IIS diligenter dilucidatis, ad rationes nunc reſpondemus. Ad primã dico enim ꝙ cõcludit vĩa eſſe prius cognita minus vĩibus intellectui in proceſſu demonſtratiuo, qui habetur per doctrinã, &, Ad hoc Ariſt. loquitur. 1. phyſico. Ad ſecundã iã capite. 3. dictũ eſt ꝙ totũ vĩe eſt prius notũ minus vĩi notitia confuſa diſtincta, diſtincta quidem ratione habita ad ſuperiora in quæ illud totum eſſet reſolubile, confuſa vero confuſione continentię, vt in expoſitione Thomæ dictũ eſt. Ad tertiam dico ꝙ ratio cõcludit in proceſſu naturali. nam in proceſſu naturali primũ cognitum eſt ſingulare ſenſile notitia intuitiua, deinde vĩe magis, quatenus circa illud cõtingit minus errare, tertio minus vĩe, vt diximus. Ad quartã patuit ſolutio, ſunt. n. illa prima in ordine diſtincte cognoſcendi vel concedi poteſt ens & rem eſſe primo cognita, & concedatur ens & rem eſſe magis vĩa: negatur autem ꝙ magis vĩa ſint primo cognita, quia ex puris particularibus, & eſt fallacia accidentis. Ad quintam nego conſequentiam, quia minus vĩe eſt notius naturæ quia perfectius, quod tamen hoc pacto eſt notius naturæ poteſt eſſe nobis notius in aliquo proceſſu. Ariſt. autẽ ſumit notum naturæ pro cauſa, & qd' hoc pacto eſt notũ naturæ, non eſt nobis notũ: niſi in mathematicis, raro autem in naturalibus. Ad ſextam dico ꝙ concludit in proceſſu demonſtratiuo vel definitiuo in ordine diſtincte cognoſcendi. Ad ſeptimam dico ꝙ capiendo difficile pro laborioſo, argumentũ concludit verum, quia neutrum illorum eſt laborioſius intellectui, niſi per accidens ratione ſenſuum, ſed capiendo difficile vt dicit ordinẽ prioris vel poſterioris, ſic ratio non cogit. Hactenus de vndecima diſputatione.

*Oportet enim hanc primorum principiorum & cauſarum eſſe ſpeculatiuam &c. Tex.*

## DISPVTATIO DVODECIMA
### De Qualitate huius ſcientiæ.

*Nũ Metaphyſica ſit ſciẽtia practica, vel ſpeculatiua.*

CAPVT OBIECTIONVM PRIMVM.

QVod prima pħia ſit practica. argui ſolet. Primo quia ordinaẽ immediate in fœlicitatẽ, quæ eſt ſummũ bonũ. *Rationes Anto. An.* Summum aũt bonũ eſt in virtutibus, igiẽ prima pħia ordinaẽ in virtutes, & ita erit practica. Secũdo metaphyſica regulat, vt diciẽ in textu, igitur eſt practica. Tertio prima philoſophia eſt theologia, vel illi ſimillima, igiẽ ipſa eſt practica, maxime qa prima philoſophia pficit nos in eſſe naturali: vt theologia in eſſe ſupernaturali. Quarto prima pħia eſt oĩbus cõis: igiẽ practicis & ſpeculatiuis cõpetit, & ita erit practica ſaltẽ in parte. Quinto ſi prima philoſophia eſſet pure ſpeculatiua: primi philoſophi nõ eſſent permittendi in ciuitatibus vt illarũ partes: deduciẽ qa oẽ quod in ciuitate permittitur vt illius pars, eſt altero ſex modorũ, *Rõ ex Ioan.* vt diciẽ. 6. polyticæ, at eiuſmodi philoſophi ſi ſint pure ſpeculatiui, nõ ſunt ſub aliqua partiũ ciuitatis, vt patet enemerãdo oẽs: nõ enim ſunt reponendi inter agricolas, qui primam ciuitatis partẽ faciũt: nec inter artifices, qui faciũt ſecũdã, nec inter locupletes qui faciũt tertiã partem, quia nõ ſuperabundat, cũ pauca ei ſufficiãt ad ſpeculandũ vt neceſſaria dũtaxat ad victũ: nec inter ſacerdotes, qui faciunt quartã ciuitatis partẽ, quia nolũt ſacerdotari, nec inter milites, qui faciũt quintã partẽ qa nõ ſunt pugnatores: nec inter iudices, q faciũt ſextã ci-

uitatis partem, quia iudicare de vtilibus & moleſtis eſt praxis quare philoſophi tales ſi pure ſint ſpeculatiui, nõ erunt in ciuitatibus reponendi. In oppoſitum eſt Ariſtoteles in textu.

### Capvt titvli secvndvm.

Qvid philoſophia prima quidúe practica ſcĩa dicatur, exponamus. Philoſophia igitur nõ dicit niſi quatenus eſt de hoĩs fine. Nã vt Socr. dixit: pħs eſt qui ſuum finem cognoſcit: finis autẽ duplex eſt alius primus: qui eſt diuina cognoſcere, vt dicit Plato in lib. de pulchro. Alius humanus & hoĩs vt politicus eſt: & eſt humana gubernare. Hic duplex emergit philoſophia, alia quidẽ quæ quia eſt de primo fine prima philoſophia dicit, vt metaph. Alia vero quæ quia eſt de fine humano, philoſophia dicitur, vt moralis, Meta. igit dicitur prima philoſophia reſpectu moralis, ſic Socr. & Plato. in li. de pulchro dixerũt perfectum pħm eſſe: qui diuina cognoſcit, & humana gubernat, & hæc ad illa dirigit, & hoc quia perfectus pħs eſt, qui vtrãq; philoſophiam nactus fuit: quid igitur philoſophia prima ſit perſpicuũ. Quid vero practica ſcĩa ſit: declaremus. Sed qm̃ hic ſciri non poteſt niſi prius quid ſit praxis exponat, è qua ſcĩa practica appellatur. Primo quid praxis ſit: diſputabimus. Secundo quo nam modo ab hac practica ſcĩa dicatur, colligemus. Supponendum igitur eſt non poſſe dici aliquã ſciam practicam, niſi extenſione, qua ſeſe extẽdit extra genus intellectilis operationis, vt colligitur tertio de aĩa de intellectu practico. Tũc aliqui dicunt ꝙ praxis eſt actus alterius potentiæ ab intellectu naturaliter poſterior intellectione, natus elici cõformiter intellectui recto quatenus ſit actus rectus. In hac aũt definitione ponitur genus & quatuor differentiæ, genus quidem ꝙ oĩs praxis eſt actus: non autẽ omnis actus eſt praxis, naturales. n. generationes actus ſunt, non autem praxes. Differentiæ autẽ quatuor ſunt, quæ vt dicunt ſunt quatuor conditiones requiſitæ ad hoc vt aliquis actus praxis dicatur. Prima eſt ꝙ ſit actus alterius potentiæ ab intellectu, hoc probant quia aliter nec intellectus, nec ſcientia extenſione fieret practicus: ſtando enim præciſe in actibus intellectus, nunquam intellectus extendi dicitur, cum extenſio ſit migrare in aliud genus, hanc conditionem ponunt ad differentiam logicæ & rhetoricæ, quæ à veteribus practicæ ſunt factæ, quæ rei veritate non ſunt practicę, cum nec illarũ actus ſint alterius potentiæ ab intellectu. Secunda conditio eſt, vt ſit naturaliter poſterior intellectione. Signum aũt quia actus, qui vel pręcedunt intellectionem, vel qui ad illũ nullum habent ordinẽ, vt actus vegetatiui, vel actus primi ſenſitiui praxes eſſe non poſſunt qua ratione dicunt, ſolũ actus voluntatis eſſe praxes, vt eſt elicitus, vt volitio, ſiue electio, vel imperatus, vt actio ſiue proſecutio. Soli enim iſti ſunt naturaliter poſteriores intellectione, ſic igitur ad differentiam actuum naturalium ponitur hæc conditio. Tertia conditio eſt, vt ſit aptus conformari rationi rectę, hanc non aliter probant niſi auctoritatibus, ad cuius vero differentiam hæc particula ponatur, non aliter declarant. Tamẽ volunt ex his inferre inter actus quæ praxes ſunt, eſſe ordinem, nam actus elicitus voluntatis veluti eſt electio ipſa, ſiue aſſenſus, ſiue volitio, eſt primo praxis, quia hic eſt rationi immediatior, & primo aptus cõformiter elici: actus vero imperatus veluti proſecutio: & electionis adminiſtratio, quæ aut manu, aut pedibus aut alio quouis inſtrumẽto vel modo exercetur, eſt ſecundo praxis, quia non niſi mediante primo. Quarta conditio eſt vt talis contingenter elici & non elici conformiter rationi poſſit. Ad cuius rei indicationem addiderũt quatenus ſit actus rectus. Sed hæc deſcriptio eſt ſuperflua. Primo quia ſecunda differẽtia omnino ſuperfluit, ſi additur tertia. nam in illa particula aptus natus elici conformiter rationi rectæ, intelligitur illum eſſe naturaliter poſteriorem ratione recta, cũ omne quod eſt aptum natum regulari ab aliquo: ſit naturaliter poſterius illo. Amplius per hanc tertiam particulam differre poteſt ſufficienter praxis ab actibus naturalibus, animæ vegetariæ, vel ſenſoriæ, quia nulli illorum ſunt apti regulari à ratione recta, & ſic ſecunda cõditio ſuperflua eſt. Quarta ẽt ſuperfluit, & intelligit in tertia. nam oĩs actus qui eſt natus conformiter elici rationi rectæ, contingit rectæ & non rectæ regulari, quia omne aptum natum eſſe tale, contingit eſſe & non eſſe tale, quia vt dicit primo priorũ aptum natum euenire eſt ſpẽs contingentis ad vtrumlibet, & ſic quarta ſuperfluit. Præterea non videt ad cuius dĩam ponatur, & ſi ponitur ad dĩam fruitionis beatificæ, ẽt ad dĩam illius poni poteſt, quia ad cuiuſuis dĩam poneretur, ad illius dĩam ſufficit. Tertia cõditio vt dictũ eſt. Põt igitur hic definitio corrigi eam ſic dicendo praxis eſt actio alterius potentiæ ab intellectu: poſſis regulari à recta operatione illius. Per primam dĩam, praxis differt ab actibus logicæ rhetoricæúe. Per ſecundam differt ab actibus naturalibus animæ, per oẽs colligitur ꝙ ſolus actus voluntatis elicitus vt electio, vel imperatus vt adminiſtratio, ſit praxis. Hæc põt eſſe illius correctio. Huic correctioni conuenit definitio Euſtracij. 1. Ethi. quæ eſt praxis eſt operatio hoĩs ſꝫm electionem. In hac. n. indicat Euſtracius praxim eſſe actum alterius potentiæ ab intellectu, quia operatio hoĩs ſꝫm electionem non põt eſſe in actibus intellꝰ. Amplius indicat praxem eſt regulabilem ab actu intellꝰ, qm̃ electio non eſt niſi ꝑ regulã intellectus 3. Ethic. Præterea huic correctioni conuenit definitio Auic. in principio ſuæ meta. dicentis praxem eſſe operationem voluntatis, quia in eo ꝙ eſt operatio voluntatis eſt actus alterius potentiæ ab intellectu. Amplius ẽt in eo ꝙ eſt voluntatis eſt apta regulari ab intellectu, qa regula voluntatis, intellectus eſt, vt 3. Ethi. dicit. Sed occurres nam tres ſunt virtutes ſiue potentiæ, intellectus, voluntas & executiua vis in mẽbris vel inſtrumentis, & cum oĩs actio ſit in potentia, ideo quæres in qua harum ſubiectiuæ eſt praxis. Secunda dubitatio eſt, qa ex hac determinatione ſequit logicã non eſſe organicam contra oẽs græcos, qui logicã per excellentiam organõ appellant. Rñdent ad primam iuniores meta. ꝙ praxis eſt in intellectu veluti in altiori potentia, in volũtate vero, ſubiectiuæ, in executiua vi executiuæ. Sed hæc rñſio dubia eſt, primo quia non eadem praxis eſt in voluntate, & in virtute executiua, nam in voluntate eſſe nõ poteſt niſi electio. ſiue volitio. In executiua potentia ſi praxis eſt, illa non eſt niſi actus imperatus, & ſic non recta eſt ſolutio, cum æquiuoca ſit. Secundo talem modũ eſſendi in alio nullibi legi: & Ariſt. in. 4. Phy. enumerans omnes modos, nullum horum poſuit, niſi vt in ſubiecto. Propter ꝙ dicerem ꝙ ſumendo praxim pro actu elicito, ſic ille ſubiectiuæ eſt in voluntate, & hoc tenendo voluntatem differre ab intellectu, ſumendo vero praxẽ pro actu imperato dicerem ꝙ ſi eſt actus tranſiens, ille eſt ſubiectiuæ in materia exteriori, ſi autem actus immanens, ille eſt in virtute executiua vel in inſtrumentis. De ſecunda difficultate eſt controuerſia, vt quidã diſputant,

*Põ prima eorũ de diffinitione praxis.*

*Confutatio.*

*3. Conditio. Correctio diffinitionis.*

*1. Dubitatio.*

*2. Dubitatio.*

*Sol. iuniorum ad primam.*

*Confutatio.*



diſputant, ſed hãc in his quæ in logica ſcripſimus omitto, nunc vero dici poteſt iuxta hanc poſitionem, illam eſſe organicam non reſpectu generis ſui, nam ipſa eſt in genere cognitionis, & de per ſe intelligibilibus, & eſt actus, quidam intelligendi, & ſic non eſt organica, ſed reſpectu finis: eo quia ipſa logica nullum habet finem determinatum, quia oẽs ſcientiæ vtuntur illa ad ſuũ finẽ, & ita dicitur organica meta. & non abſolutæ, potius enim dici debet organum ſciendi: quam abſolute organum: nec valet, eſt ſciendi organũ, igitur organũ. Quid igitur ſit praxis, perſpicuum eſt. Ex ijs patet quæ ſit ſcĩa practica. Eſt. n. illa quæ eſt prior praxi, illiusq; regulatiua, & ita includit duplicem reſpectũ prioritatis, videlicet, quatenus eſt prior praxi, & conformitatis, quatenus eſt apta nata per rectã rõnem intellꝰ, illã regula re. Vel vt Ari. dicit practica eſt cuius finis eſt praxis hic definita, ſpeculatiua vero cuius finis eſt veritas. Hæc de ti.

### Capvt positionvm tertivm.

De quæſito itaq; veteres oẽs, qui non cognouerũt intellm̃, ſed nec diſtinxerunt inter ſenſum & intellectũ, hanc ſcientiam penitus negauerunt, qua ratione illam nec practicam, nec ſpeculatiuam coguntur ponere. Huius poſitionis fuerunt Heraclitus, & Cratillus. Amplius & Herculei, qui nulla præter ſenſilia entia conceſſerũt. Alij vero vt Socr. & Pla. videntur velle hanc ſciam eſſe, & eſſe practicam qm̃ omnis ſcĩa cuius finis eſt actus elicitus voluntatis eſt practica, vt patuit: at finis metaph. diſciplinæ, non eſt niſi fruitio ſummi boni: quia non. n. vt ſummũ bonum intelligamus nos meta. elaboramus, ſed vt in illo cognito fruamur. at fruitio videtur actus voluntatis elicitus. Et ideo dixerunt principalem meta. finem eſſe diuinorum fruitionem, & ita apud eos hæc ſcĩa nõ erit ſpeculatiua ſed practica. Sed hæ poſitiones ſtare non poſſunt. Prima quidem non, quia illa negat metaph. quod eſt in primo huius lib. confutatum. Scd̃a vero, quia ea data oĩs ſcientia erit practica, qm̃ oĩs ſcientiæ finis eſt fruitio ſui optimi cognoſcibilis, non. n. intellꝰ intelligendo aliquid, põt non frui illo: ita. n. naturalis pħs fruitur perfectiori ente naturali, dũ ipſum cognoſcit, ſicut meta. dum cognoſcit ſummum ens. Et ꝑpea debes dicere fruitionem finis non eſſe rõne recta poſſibilem regulari, quia potẽtia neceſſario ſeſe habet circa fruitionẽ ſui finis. Quare fruitio eſſe non põt praxis nec elicitus vel imꝑatus actꝰ illius, è qua practica ſcĩa dicat.

*Vnde habitus dicatur practicus.*

*1. Põ veterum.*

*2. Põ Socr. Pla.*

*Confuta. 1.*

*Confuta. 2.*

### Capvt dilvcidationis.

Dicendvm igitur ad diſputationem meta. non eſſe practicam, ſed ſpeculatiuam. Primo quia dum finẽ ſuum attingit, non ſe extendit extra limites intellectus. Secundo quia eius finis eſt veritas non praxis hic definita. Hæc pauca de dilucidatione.

### Capvt solvtionvm.

Tvnc ad rationes. Ad primam concedo añs, quia metaphy. ordinatur in ſummum bonum. Et qñ dicitur ſummum bonum eſt in virtutibus, dico ꝙ ſummũ bonũ humanũ conſiſtit in virtutibus (vt loquitur ibi Ariſt. de virtutibus) At meta. cõſiſtit in ſummo bono diuino. Sed occurres, quia ſummũ bonum intelligi nõ põt, niſi intellectus illo fruatur. At fruitio eſt volitio, ſiue amor, igitur finis huius eſt praxis. Iam dixerũt illi, ꝙ ille amor eſt quædam dilectio naturalis, qui ſemper neceſſario eſt rectus, & ita non eſt praxis. Sed hæc ſolutio eſt obſcura, quia vt intellectus cuicunque coniungitur, intelligendo coniungitur, ſic voluntas cuicunque coniungitur, volendo coniungitur, & ita illa fruitio eſt volitio, & non tñ amor naturalis. Concedo igitur fruitionem eſſe volitionem, & non amorẽ naturalem: & vlterius dico ꝙ non oĩs volitio eſt actus elicitus, ſiue electio voluntatis. Ille. n. actus eſt electio ſiue actus elicitus qui eſt finis conſilij: At voluntas fine non fruitur, eo quia fruitio ſit finis conſilij, ſed circa finem ſe habet libere & neceſſario, vt diximus in alijs diſputationibus: & ſic concedo fruitionem eſſe volitionem, non tñ praxim, quia nec eſt elicitus actus per conſiliũ nec imperatus, eſt tñ mere liber & neceſſarius. Ad ſecundam dico ꝙ licet meta. regulet, in regulando tamẽ non ſe extendit ad praxim, quia nec ad actus alterius potentiæ ab intellectu. Ad tertiam patet ſolutio, eſt. n. hæc ſcientia theologia: aliter tñ ab illa quæ eſt per principia credita, nam illa perficit nos in amorem, qui eſt actus elicitus voluntatis, hæc aũt in amorem qui eſt actus liber neceſſarius. Ad quartam, dico ꝙ metaph. eſt omnibus communis, tñ per hoc non ſe extendit ad actus alterius potentiæ ab intellectu. Circa vltimum argm̃ eſt non parua difficultas. Tamen oẽs conueniunt ꝙ Pħs pure ſpeculatiuus põt dupliciter ſumi, vel vt mente ſpeculatiuus, & ore nihil explicat, vel vt mente ſpeculatiuus & ore diuinorũ cognitionem docet: atque publice oĩbus diuinorum cognitionem declarat. Tunc vlterius ſumitur politiam eſſe bifariam, aliam quidem rectam, aliã vero tranſgreſſam. Vt 4. & 5. politicæ patet. Recta quidem eſt qñ dominans præeſt ob bonum publicum. Tranſgreſſa autẽ quando dominans præeſt ob bonum proprium, eſt ãt recta multiplex, alia in qua res ob bonum publicum dominatur, quæ græce monarchia latine regnum dicitur, alia in qua illi duntaxat præſunt, qui virtute ingenioq; clariores ſunt, & hæc græce ariſtocratia dicitur, latine optimatum principatus. Alia in qua pauperes oẽs fere præſunt ſed ob publicum bonum, & hæc græce eſt timocratia, latine honorabiliorum principatus. Amplius trãſgreſſa multiplex eſt, alia in qua vnus duntaxat pręeſt, ſed ob proprium bonum, & hæc græce tyrannis dicitur. Alia in qua etiam ob proprium bonũ diuites dũtaxat præſunt, & hæc græce eſt oligarchia. Alia in quæ pauperes omnes fere ob bonum proprium præſunt, & hæc græce eſt democratia. Vlterius. 3. dicunt dominans in tranſgreſſa politia, differt à dominante in recta, quia ille qui recte præeſt debet maxime diuina cognoſcere, & hoc quia in gubernando humana recte diriget hæc ad diuina: & propter hoc inſtituti ſunt ſacerdotes vt dominantibus diuina explanent, ad hoc vt humana recte gubernent. Qui aũt tranſgreſſæ pręeſt, ſolum ea cognoſcere debent, quæ faciunt ad bonum propriũ, non enim gubernant humana, vt dirigant illa in diuina, ſed oĩa ad ſe dirigunt. Ex his. d. Ioan. ꝙ Pħs pure ſpeculatiuus: qui mente duntaxat contemplatur, & nihil ore docet: nec in recta nec in tranſgreſſa politia eſt permittẽdus. Quod patet eo quia nihil in recta permittitur niſi aut pietate, vt pauperes, & mutilati: aut quatenus faciunt ad bonum publicum. Pħi aũt qui mente dũtaxat vigẽt, pietate non ſunt permittendi quia nõ ſunt mutilati nec faciunt ad bonum publicum. Quod vero nec in tranſgreſſa. declaratur, quia in ea nihil debet permitti quod non faciat ad bonum dominatium. Modo Pħs talis ad bonum illius non facit. Secundo. d. ꝙ Pħs qui mente diuina contẽplatur, & ore illa docet, vt dominantes diuina cognoſcãt, ad quæ humana gubernãt in politia recta ſunt permittendi, primo, quia ſunt vtiles principi, quia nullus debet diuina cognoſcere plus principe, quia hic plus

*An pure ſpeculatiuus ſit permittẽdus in politia.*

*Duplex politia. 2. Suppoſitio.*

*Triplex recta.*

*Triplex tranſgreſſa.*

*3. Suppoſitio.*

*Põ Ioan.*

*Prima conclu.*

*Secunda.*

plus gubernat. Secundo ſunt vtiles ſacerdotibus, quia ſacerdotes debent eſſe Phi, aut à philoſopho recipere cognitionem diuinorum. Sunt etiam vtiles iudicibus, quia niſi iudices diuina cognoſcerẽt, non poſſent recte iudicare, & aliis oĩbus, & ſic Phi tales ſunt permittendi non vt pars ciuitatis, ſed vt regula oĩum partium, quia ꝑ eos artifices, agricolę, diuites, milites, ſacerdotes, & iudices, & etiam princeps regulantur. quatenus docent diuina cognoſcere, ad quæ humana debent dirigi recta.

Tertia. Dicit tertio ꝙ in politia trãgreſſa non eſt permittendus propter cauſas contrarias, quia dum diuina docet, repugnat dominantibus. Et propterea, vt dicit Ariſt. debet relegari à talibus politiis, vt de Caſsiodoro ponit exemplum.

Qualis determinatio Ioã. et illius correctio. Hæc determinatio Ioã. bona eſt. tñ defendi põt, pħm, qui mente duntaxat contemplatur poſſe permitti in pollitia recta, quia licet finis illius ſit bonum publicum, non tñ debet priuatum ipſum bonum tolli dũ non repugnat publico, quare permitti põt, quia non eſt fas nocere ei qui nihil mali facit, veluti permittunẽ eremitę, quare permitti põt quatenus repugnare rectitudini tollere aliquem à ſua patria, qñ contra publicum nihil agit. Põt etiam talis permitti in politia trãſgreſſa: quatenus non tollit bonum quod dirigitur ad dominãtes, & ita in vtraq; permitti põt, in recta quidem, quia non nocet publico, in tranſgreſſa vero quia nõ nocet dominantibus, vt patet. Sic igitur patet quo nam modo pure ſpeculatiui ſint permittendi, & quoúe modo nõ. Hęc de diſputa. 12. hactenus.

*Maxime vero principalis ſcientiarum & magis principali ſubſeruiente eſt quæ cognoſcit cuius cauſa ſunt agenda ſingula &c. Tex.*

## DISPVTATIO DECIMATERTIA
### De Nobilitate ſcientiæ ſpeculatiuæ & practicæ.

*Num omnis ſcientia ſpeculatiua ſit omnibus practicis nobilior & honorabilior.*

### Caput obiectionum primum.

QVod practica ſit honorabilior atq; pſtabilior ſpeculatiuis: arguitur primo, quia oĩs ſcientia ſortitur ſuam pręſtantiam à fine. Modo finis practicæ eſt bonum & opus ſpeculatiuæ vero finis eſt verum, bonum aũt præſtabilius eſt vero, igitur practica eſt præſtabilior ſpeculatiuis. Secundo ſcientia ciuilis ordinat ſpeculatiuas, vt dicitur primo Ethico. igitur eſt

Rões Igi. præſtantior ſpeculatiuis. Tertio Thophra. ſupernaturalis eſt omni ſpeculatiua præſtãtior, & tñ eſt practica, igitur aliquam practica oĩbus ſpeculatiuis eſt præſtantior. Quarto melius & vtilius præſtabilius eſt inutili, practicę ſunt meliores & vtiliores, quia ad vitam conferunt, ad quam nihil ſpeculatiua conducit. Quinto quod vltra opus addit conſiderationem videtur eſſe honorabilius, & præſtabilius. Mechanicæ ſiue practicæ vltra opus addunt conſiderationem. Sexto ſcientia qua quis poteſt benefacere aliis eſt pſtantior: & honorabilior. Nam beneficentia eſt actus ſummæ præſtabilis. Modo homo per ſcientias practicas põt multis benefacere, vt patet diſcurrendo per oẽs. Septimo per practicas ſcientias conſeruatur bonum ciuile, vt colligitur. 2. huius, per ſpeculatiuas deſtruitur, vt colligitur. 3. phy. ab

Cõm. 14. Auer. in ꝓlogo, & etiã in. 8. phy. pħia enim negat leges (vt dicit) & opiniones vulgares, qbus ciuitates conſeruãtur. In contrarium eſt Ariſto. in tex.

### Caput tituli ſecundum.

PRO declaratione tituli videamus quo nam modo differunt bonum, nobile, & honorabile. Et dicimus ꝙ bonum vnũquodq; dicitur quatenus aut finis, aut ordinatur ad aliquem finẽ, vt. 2. met. dicitur, quare bonum

Cõm. 8. & 9. trifariã eſſe poteſt, aut bonitate in ſe, aut bonitate ſumpta reſpectu ad aliud, aut bonitate modi ꝑueniẽdi ad finem. Hæc de ipſo bono. Nobile vero dicĩ aut ꝑꝑ genus ſubiectũ, nam vt dicitur primo Ethi. nobilitas rei eſt genus rei, quare nobilitas ſcientiæ eſt à genere ſcĩę, & ita à ſubiecto genere, aut ꝑꝑ modũ cõſiderandi, ſiue confirmatione demonſtrationis, vt dicitur primo de

Cap. 16. aĩa. Hæc de nobili. De ipſo aut honorabile dicamus nihil aliud eſſe honorabile, niſi quod eſt propter ſe, vt primo Ethi. ſumiẽ, ꝑꝑ quod dij ſumme honorabiles ſunt, quia ſoli propter ſe eſſe videnẽ, nullo egentes extrinſecorum bonorum. Hæc de honorabili. Quæ vero ſit ſpeculatiua: q̃ue practica, præcedenti diſputatione patuit. Hæc de titulo.

### Caput poſitionum tertium.

Prima poſitio. IN iſta quæſtione aliqui reſpondent ſimpl'r ſine diſtinctione, per vnam particularẽ, videlicet, ꝙ omni practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior, & probãt per vnicam rationem, quia practica eſt ad vſum, ſpeculatiua ad veritatem, ſed veritas eſt ſimpl'r honorabilior vſu. qꝛ per illam conuenimus cũ ſubĩjs ſeparatis, quæ ſunt omnibus præſtantiores ſolũ in intelligendo. Addũt tamen concluſionem eſſe veram ſolũ in ſciẽtijs humanitus inuentis, quod ait eſſe addendum propter theologiã ſupernaturalem, quæ eſt practica, omni ſpeculatiua nobilior.

Confutatio. Sed hæc poſitio eſt dubia, quia vel intelligit vl'r ꝙ oĩ practica ſit nobilior õĩs ſpeculatiua ꝑter theologiã, vel particulariter ꝙ omni practica præter theologiam ſit quædam ſpeculatiua nobilior. Si intelligitur vl'r, fallit. Nam geometria quę eſt de quãtitatibus nõ eſt nobilior morali, quæ eſt de virtutibus, nec naturalis, quæ eſt de elementis eſt nobilior medicinali, quæ eſt de corpore humano. Si vero ipſi intelligunt particulariter, ꝙ omni practica præter theologiã ſit aliqua ſpeculatiua nobilior: etiam fallit, quia eorum ratio videĩ vl'is, qm̃ omnis ſpeculatiuæ finis eſt veritas. in qua ſpeculatiuus conuenit cum ſubſtãtijs ſeparatis, & ſic omnino videntur diminuti.

Põ Ioan. Ioannes autem dicit ꝙ aliqua ſcĩa ſpeculatiua eſt oĩ practica nobilior, vt patet ſaltẽ de ea ſpeculatiua quæ eſt de diuinis rebus. Secundo dicit ꝙ aliqua ſcĩa practica eſt aliqbus ſpeculatiuis nobilior, vt moralis geometria ẽ nobilior & ea ſcĩa naturali quæ eſt de elemẽtis & id genus. Hæc Ioãnes.

Confutatio. 10. Ethico. Sed hæc ſol'o eſt directe cõtra Ariſt. qui facit quæſtionem vtrũ vita actiua ſit nobilior cõtẽplatiua, & ſoluit abſolute, ꝙ contẽplatiua eſt nobilior. Hoc probat in lib. politicorũ teſtimonio deorum, q ſoli pfecti & beati ſunt nullo egẽtes. Quare hæc ſol'o Ioãnis non eſt peripatetica. Hæc de poſitionibus.

### Caput quartum dilucidationis.

DE quæſito peripateticæ ſentiendo. Dico primo ꝙ omni practica omnis ſpeculatiua eſt honorabilior. Secũdo dico ꝙ omni practica oĩs ſpeculatiua eſt melior. Tertio dico ꝙ quo ad confirmationem demonſtrationis, omni practica omnis ſpeculatiua eſt nobilior, nobilitate autem ſubiecti, non omnis, ſed quædã, ſic quædã non. Prima cõcluſio patet ex his quæ in titulo diximus. nam omnis ſpeculatiua eſt ſui gratia, oĩs practica gr̃a alterius. mõ qd' eſt ſui gr̃a. i. abſolute honorabile, qd' aũt alteri⁹ gr̃a, aut nõ eſt dicẽdũ honorabile aut minus honorabile.



Excerptum. honorabile. Ex hoc ſequitur ꝙ quemadmodum alijs honor duntaxat debetur, quia ſunt propter ſe, & ſui gratia, ſic pħis ſpeculatiuis honor debetur dũtaxat, & hoc ait Ariſt. 1. Ethic. cæteris aũt mechanicis & operarijs vt moralibus & medicis, nõ honor, ſed laus debetur, quia laus vt dicit Ariſt. ibidem in actione conſiſtit. Secunda ẽt concluſio declaratur. Primo rõne ſui. Scđo ratione habita ad aliud. Tertio rõne habita admodũ acquirendi. rõne quidem ſui, quia ſpeculatiua eſt bona ſui gratia practicæ gratia alterius. Secundo ratione habita ad aliud, quia ſpeculatiuæ oẽs ſunt vt intellectũ perficiant in eſſe beatifico, practicæ, vel vt perficiant corpus, vt medicinalis, vel vt perficiant animam quo ad potentiã inferiorem intellectu, vt moralis, quæ perficit animam, quo, videlicet, ad appetitus ſenſitiuos, ſpeculatiuæ autẽ quo ad intellectum, quæ eſt altiſsima animę virtus. Tertio ratione habita ad modum operãdi ſiue acquirendi. Ariſtot. ait deum eſſe optimum, ſecundo cœli, quia per pauciora attingit finem ſuum. modo ſpeculatiua per pauciora finem ſuum attingit, practica per plura vt patet. quare abſolute omni practica oĩs ſpeculatiua eſt melior. Tertia declaratur, quia Ariſt. primo de anima vult vnam ſcĩam eſſe altera nobiliorem aut nobilitate ſubiecti, aut confirmatione demonſtrationis, modo patet oĩ practica confirmatione demonſtrationis eſſe oẽm ſpeculatiuam nobiliorem. Secunda pars patet, quia nobilitate ſubiecti moralis nobilior eſt geometria, & naturali philoſophia q̃ eſt de generatione & corruptione. Amplius medicinalis nobilior eſt naturali pħia, quæ eſt de elementis. Quare patet concluſio. Hæc de dilucida.

### Caput ſolutionum.

IIS ſumptis. Ad primam dico ꝙ finis practicæ eſt bonum non ſimpliciter ſed bonũ, aut corporis, aut aĩę, quo ad illam partem, quæ intellectui ſubditur. at finis oĩum ſpeculatiuarum eſt bonum aĩæ, quo ad partẽ intell'us, & ſic eſt maius bonum, vt diximus. Ad ſecũdam dico ꝙ ciuilis non ordinat modum procedendi in ſcientijs à propoſitionibus ad cõcluſiones, ſed modum legẽdi, & hoc attinet ad praxim. Ad tertiam dictum eſt cõcluſiones eſſe intelligendas in ſcientijs humanitus inuentis, talis autẽ theologia eſt ſupernaturalis. Ad quartam dico ꝙ ſpeculatiuæ ſunt vtiliores, quia conferunt ad vitam ſublimiorem, quæ eſt per intellectum, cæteræ ſunt ad vitæ corporis, vel ſubordinatæ potentiæ neceſſitatem. Ad quintam dico ꝙ ſuper opus addunt conſiderationem non ſpeculatiuam, ſed practicam. Præterea practicæ dicuntur principaliter ab opere, non à conſideratione. Ad ſextam dico ꝙ per nullam ſcĩam homo põt plus benefacere quã per ſpeculatiuas, quia per alias benefacit hominibus quo ad illorum corpora, vel illorũ animas ſm̃ rõnem potentiarum inferiorum, per ſpeculatiuas autem benefacit diſcipulis quo ad eorum intellectum, & ꝑpea. d. Ari. in ethicis, ꝙ dijs parẽtibus & præceptoribus non põt redi par. Ad ſeptimum dico ꝙ philoſophia naturalis nõ repugnat legibus ciuilibus, quia ipſa facit leges illas, vt dixit Criſippus, ſed leges falſas refellit, veras vero leges confirmat, & ſi dicitur ꝙ theologia noſtra repugnat philoſophiæ, dico ꝙ nõ repugnat, ſed eſt ſupra philoſophiam, ſicut motus ignis circularis in ſphæra propria non repugnat illi, ſed eſt ſupra naturam illius. Hæc de tertiadecima diſputatione ſatis.

FINIS PRIMI LIBRI.

# SECVNDI LIBRI METAPHYSICORVM, DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

## In Quinque diſputationes diuiſa.


1 *Num prima complexa principia ſint nobis naturaliter cognita.*
2 *Num difficultas cognoſcendi res ſit ex parte intellectus, an ex parte rerum.*
3 *Num intellectus humanus corpori copulatus poſſit ſubſtantias ſeparatas intelligere.*
4 *Num ſit ſtatus in omni genere cauſarum.*
5 *Num infinitum poſſit cognoſci à nobis.*


### PRÆFATIO.

HACTENVS Andrea Carapha literatorum decus, de principijs deq; cauſis rerum omnium, quatenus philoſophũ deceat quæ veteres ſenſere, in primo lib. Ariſto. abſoluit, vbi diſputationes tredecim tibi recẽſendas miſimus, ipſæ nanque tua humanitate atque ingenij acumine fretæ latratum cynicorum maleuolorum non exoreſcent, quos paſsim ante fores omnium inuenies. Hunc vero cum Ariſt. de his quæ ad meta. librum attinent diſputare aggrediatur, vbi & de veritate, deq; veritatis inuẽtione compl'a interponit. Nos in hoc. 2. lib. diſputationes quinque tibi mittimus. In illis. n. quibuſdã obiecimus, qui noſtro iudicio, licet ingenio valeant, è peripateticorum luce aberrarunt. Quare rogo vt tua ſolita protectione, qua non modo me literatorum minimũ, ſed ſummos etiam fouere ſoles, diſputationes haſce & corrigas, & defendas, ſic. n. ſecuræ quoſlibet terrarum fines peragrare non dubitabunt. Vale.

*Sic videtur habere vt prouerbialiter dicimus, in foribus quis delinquet &c. Tex. cõm. primi.*

## DISPVTATIO PRIMA
### De cognitione Primorum Principiorum.

*Num prima principia ſint nobis naturaliter cognita.*

### Caput dubitationum primum.

Cõm. 1. QVOD ſic, ſolet argui. Prĩo ꝑ verba Auer. in hoc. 2. Secundo prima principia huiuſmodi ſunt nobis aliquando nota, & non per inuentionem, nec per doctrinã, igitur naturaliter. añs patet, quia omne notum aut per doctrinam, aut per inuentionem, eſt notum per aliquod prius notum, modo nihil eſt notius primis principijs. Tertio cognoſcimus prima principia per ſenſus, & hi ſunt nobis à natura: igitur prima principia ſunt nobis nota naturaliter. Prima pars declaratur; quia intellectus non poteſt prima intelligere niſi per terminos,

terminos, quia principia cognoſcimus, quo terminos cognoſcimus, modo terminos non niſi per ſenſus cognoſcimus, vt dictum fuit. Quarto læſo organo phantaſticæ, talia principia non intelligimus, igitur per ſenſus illa cognoſcimus. Pro parte oppoſita arguunt, quia ſi prima principia eſſent naturaľr cognita, aut ſm actũ, & ſic ſemper actu illa perciperemus contra experientiam, aut ſm potentiam, & ſic non aliter principia & concluſiones eſſent nobis naturaliter nota, qm̃ ambo illa naturaliter poſſunt à nobis cognoſci. Secundo ſi principia talia naturaliter cognoſcerent̃, tunc omnibus eſſent ęqualiter nota, quod eſt contra Auer. in hoc. 2. lib.

*Com 24. et 23.* Tertio ſi principia cognoſcerẽtur naturaliter, tũc concluſiones non volũtarie cognoſcerentur, quia ex naturaliter cognitis nihil contingenter voluntarieúe cognoſci poteſt, & ſic diſputatio eſt dubia.

CAPVT SECVNDVM TITVLI.

PRO tituli expoſitione. Prima debes ſcire ꝙ primũ principium hic ſumitur pro eo quod gręce eſt axioma, latine dignitas, & hanc Ariſto. definit dicens illam eſſe, quam neceſſe eſt habere quemlibet docendũ, hæc aũt multiplex eſt, quædam oĩbus ſcientiis cõis vt de quólibet dicitur eſſe vel non eſſe, de nullo ambo, vel non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe: hanc aũt neceſſe eſt ab oĩbus his haberi, qui quamuis diſcunt ſcientiã. eo quia conficitur ex iis terminis, qui omnibus ſcientiis ſunt communes, quædam eſt cõis pluribus ſciẽtiis, ceu ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quę reſtant, ſunt æqualia: eſt. n. hæc geometrię, & arithmeticæ cõmunis, quia ex iis conficitur terminis, qui omnibus conſideratis illarum competunt, hæc dicitur pronunciatum, ſiue proloquium, oportet autem hanc non oẽm docendum habere, ſed eum qui has duntaxat ſcientias diſcere quærit. Quædam quæ vni ſcientiæ tm̃ communis eſt, ſed oĩbus demõſtrationibꝰ illius, vt plura entia ſunt, & motus eſt & id genus. Sunt. n. termini tales omnibus conſideratis in naturali communes hæc poſtulatio appellatur, oportet autem hanc oẽm docendum naturalem philoſophiam habere, quædam quæ vni tantũ demonſtratiue ſcientiæ communis eſt, vt volenti demonſtrare ꝙ terra eſt rotunda, neceſſe eſt habere ꝙ omnia grauia petunt centrum, hæc dicitur demonſtratiua ꝓpoſitio, & hanc eum duntaxat habere neceſſe eſt, qui vult illam concluſionem diſcere, quæ eſt ꝙ terra eſt rotunda, & ſic de aliis id genus. In propoſito tñ triplex eſt principium. quoddam cuius termini ſunt communes omnibus ſenſibus, vt oẽ totum eſt maius ſua parte, de quolibet dicitur eſſe & id genus. quoddam cuius termini ſunt communes pluribus ſenſibus, vt ſi ab æqualibꝰ æqualia & cætera, quoddam cuius termini ſunt cõmunes vni ſenſui tm̃, vt omnia acria ſunt melancholica & omne calidum eſt penetrans, vtrum vero ſit dare vnũ primum axioma, ad quod oĩa axiomata habeant reſolutionem, & quid eſt illud, & multa alia de his, quære in primo poſteriorũ, quia diligenter de his ſcripſimus. Quid vero ſit natura, patet. 2. phy. ſed quo nam modo hic ſumatur, dicemus in dilucidatione. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ aliquorum.* IN HAC diſputatione, quidam videntur velle, ꝙ eſſe aliquid nobis naturale, poteſt intelligi dupliciter. Aut quia eſt inditum à natura, & nullo modo de nouo acquiſitum quo modo dicimus ꝙ potentiæ ſenſitiuę ſunt nobis à natura. Alio modo quatenus acquiritur nobis per aliquod principium naturalę, vt dicimus ꝙ videre colores eſt nobis naturale, quia potẽtia viſiua qua illos videmus eſt nobis naturalis. Tunc dicũt primo ꝙ cognitio primorum principiorum, nõ eſt nobis naturalis primo modo, hoc eſt indita à natura, quia ſaltẽ quo ad notitiam terminorum dependet à ſenſibus. Secundo dicunt ꝙ ſumendo naturale ſecundo modo cognitio illorũ eſt nobis naturalis, quia mediante lumine intellectus agentis quod ineſt nobis à natura illis intell's poſsibilis aſſentit. *Excerptum.* Ex ijs patet eſſe talem ordinem ꝙ primo intellectus poſ's terminos primorum principiorũ cognoſcit per ſenſus, ſecundo illos apprehenſos componit virtute propria. Tertio lumine intellectus agentis illis aſſentit, & per nihil aliud, vt nec per ſenſus, nec ꝑ quoduis aliud. *Rõnes pro his.* Pro hac poſitione iuniores arguũt primo quia phantaſma nõ eſt cauſæ ſecũdæ operationis intellectus, quæ eſt cõpoſitio, vel diuiſio, quia ſufficit cognitio terminorũ per ſpẽs repreſentatas intelligibiles. Secũdo pono ꝑ caſum ꝙ intellectus poſ's apprehendat extrema primi principij vt ipſum totũ & partẽ, & compoſitionem, videlicet, oẽ totũ maius eſt ſua parte, & quæro aut poſitis notitijs horũ in intellectu quibuſcũq; alijs circũſcriptis, ille põt aſſentire primo principio ex illis, vel non, ſi non põt intellectus poſ's, illi aſſentire, igitur cum illis notitijs põt ſtare poſitio contraria, & ſic virtualiter repugnans primo principio poſſet ſtare in intellectu. Si vero intellectus illi aſſentit oĩbus alijs circũſcriptis, igitur põt aſſentire illi ſolo lumine, & non per hoc quia cõplexioni illius aſſentit ſenſus aliquis. Tertio per minus incertũ intell'us non debet aſſentii certiori, ſed notitia ſenſitiua eſt minus certa notitia intellectiua, igitur intellectus non debet aſſentire illi per notitiam ſenſitiuam. Quod notitia intellectiua ſit certior ſenſitiua, probant primo quia notitia intellectiua primorum iudicat intellectus qualia illa ſint, nõ ſic ſenſus per ſenſitiuã. Secũdo per intellectiuam verũ diſcernitur à vero ſimili, per ſenſitiuã non ſemper, quia ſæpe corrigitur per intell'm. Tertio per nullum ſenſum percipitur veritas, igitur per ſenſum nulli compoſitioni aſſentire poſſumus. añs patet, quia veritas rei cognoſcit̃ per actum reflexũ, & nulla virtus reflectitur, niſi intellectus. Ex ijs cõcludunt poſitionẽ illam. *Confutatio.* Sed hæc poſitio cõfutata eſt diſputatione. 7. vbi multis argumẽtis probauimus intellectũ non poſſe primis principijs aſſentire niſi per inductionem experimentariã, quæ aut fit à dianæa, aut ab intell'u mediante dianæa, vt replicabimus. *Põ Ioan.* Ioãnes autem parum aut nihil differt ab illis, dicit. n. ꝙ ſi verbum cognitum. d. actum, tunc principia non ſunt cognita naturaliter, quia tunc ſemper actu cognoſcerentur à nobis. *Confutatio.* Si aũt. d. potentiam, tunc ſunt potentia proxima nobis naturaliter cognita, quia noto quid ſit totum, quidúe pars, habetur vna diſpoſitio, qua poteſt immediate intellectus cognoſcere omne totum maius eſſe ſua parte, ſecus de ipſa concluſione, quia ad illã nõ ſufficit cognitio terminorum: & ideo volũtariæ cognoſcitur, quia non per potẽtiam propinquam, hoc eſt per ſolã cognitionẽ terminorũ, & ita velle videtur intell'm poſſe aſſentire illis primis principijs, dato ꝙ ſenſus nõ aſſentiat aliquo pacto cõplexioni illius, nec in toto, nec in parte, quia ſufficiẽs cauſa eſt cognitio terminorum, & lumen intellectus agentis. Quare poſitio Ioan. videt̃ explicatio poſitionis illorum. Sed hæc poſitio vt dixi confutata eſt diſpu. 7. & poteſt argui contra hanc. primo quia eo intellectus primis aſſentit, quo cognoſcit rem eſſe, vel non eſſe, quia vt dicitur in prædicamentis ab eo



qđ res eſt, vel non eſt dicitur oratio vera, vel falſa, & ita non põt intellectus aſſentire alicui illorum, niſi cognoſcat ita eſſe vel non eſſe, ſed per quinque ſenſus vel plures illo cognoſcit omne totũ eſſe maius ſua parte, & ſimilia principia, quia per viſum cognoſcit totum albũ maius eſſe ſua parte, per auditũ totum ſonorũ maius eſſe ſua parte, per tactũ totũ calidum maius eſſe ſua parte, & in cæteris ſimiliter, igitur per conſenſum oĩum vel plurium ſenſuum intellectus aſſentit illis. Secundo eo primis aſſentimus: quo illis ſolemus diſſentire ſed ſenſibus diſſentire ſolemus: de principijs. n. primis pħi nõ ſil'r ſenſere, & nõ ex parte luminis intell's, quia illud eſt æquale omnibus, veluti intell's, igit̃ ex parte luminis ſenſus, qđ oĩbus non eſt æquale. Tertio illud ad quod ſtat vltima reſol'o oĩum principiorũ oĩum artiũ & oĩum ſcientiarum, eſt principiũ quo aſſentimus primis principijs. Sed ad experimentum & ſenſum ſtat reſolutio vltima talium, igitur per experimentum & ſenſum illis aſſentimus. Minor probatur quia Ariſt. quoties cũ negantibus eiuſmodi principia diſputat, ſemper reducit illos contra ſenſus, vt patet. 4. huius contra illos qui negant de quolibet dici eſſe vel nõ eſſe & primo Phy. cõtra Parmenidẽ & Meliſſum, & 8. Phy. contra Empedo. & contra Zenonem, ſemper enim reducit illos contra ſenſum, igitur ad experimentum & ſenſum ſtat omnium illorum reſolutio, multa alia dicta diſputatione diximus, nunc ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1. Suppoſitio.* PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ dianæa triſariam inducit & intellectus mediante illa etiam triſariam inducit. Primo mediantibus omnibus ſenſibus, vt omne totum eſſe maius ſua parte, & de quolibet dici eſſe aut non eſſe, dianæa. n. omnibus ſenſibus his conſentientibus ſingulares conficit propoſitiones, & intellectus illa mediante illis aſſentit, inferendo vniuerſaliter omne totum eſſe maius ſua parte, & de quolibet dici eſſe vel non eſſe. Secundo inducit mediantibus pluribus ſenſibus alijs non diſſentientibus, vt ſi ab æqualibus ęqualia, & reliqua, nam æquale & inæquale, non cognoſcuntur niſi tactu & viſu. Tertio inducit vno ſenſu per plures memorias eiuſdem, quo inducit principia particularia medicinæ, vel alicuius ſcĩæ. *2. Suppoſitio.* Secundo debes ſcire ꝙ lumen non ſufficit pro aſſenſu, quia lumen eſt principiũ quo alicui vniuerſaliter aſſentimus: qm̃ intellectus & lumen eius non eſt niſi vniuerſalium per ſe, vnde vt aqua ſua natura eſt frigefactiua ſic lumen intellectus eſt vniuerſalium manifeſtatiuum, & hoc non niſi à natura habet veluti aqua frigefacere, nec ſufficit inductio experimentaria, ſiue intellectiua mediantibus pluribus memorijs oĩum vel eiuſdem ſenſus, quia nunquam per talia aſſumi poſſunt pẽs ſingulares propoſitiones illius vniuerſalis. *1. Concluſio.* Ex ijs ſequitur ꝙ nullis principijs aſſentire poſſumus per lumen ſolum, patet quia illud eſt vniuerſale principium, vniuerſalibus aũt non aſſentimus niſi ab eo ꝙ res eſt in omnibus vel pluribus. Quod non lumine, ſed ſenſibus ipſis cognoſcitur. *2. Concluſio.* Secundo ſequitur ꝙ nullis aſſentire poſſumus lumine ſenſuum duntaxat, patet quia per tale lumen nũquam vniuerſaliter aliquibus poſſumus aſſentire, per lumen enim ſenſitiuum cognoſcimus rem eſſe vel non eſſe vt in pluribus vel indefinite, non aũt vniuerſaliter. Quare tertio concluditur ꝙ vtroq; lumine primis aſſentimus, lumine quidẽ intellectus vniuerſaliter, lumine autem ſenſuum particulariter vel indefinite cognoſcendo rem eſſe vel non eſſę vt in pluribus. Non tñ eodem modo, quia principijs quę conficiuntur ex ijs, quę communia ſunt oĩbus ſenſibus, aſſentimus per omnes ſenſus, principijs vero quæ conficiuntur ex ijs, quæ pluribus ſenſibus ſunt cõia, aſſentimus ꝑ plures ſenſus alijs nõ diſſentiẽtibus, at principijs, quæ cõficiuntur ex ijs quæ vni ſenſui cõia ſunt, aſſentimus per inductionem ab vno ſenſu, pluribus memorijs illius mediantibus. Tunc ad quęſtionẽ dicendum ꝙ ſumẽdo cognitionem primorum pro actuali aſſenſu vel notitia, ſic cognitio illorum nõ eſt nobis naturalis, vt rationes Ioan. demonſtrant. Si vero ſumatur pro cognitione potentiali, & natura ſumatur pro principio naturali, ſic principia cognoſcimus naturaliter, quia poſſumus illa actu cognoſcere lumine ſenſus & lumine intellectus quæ ſunt nobis naturalia. Nam lumine ſenſus cognoſcimus prima principia cognoſcendo rem eſſe vel nõ eſſe indefinite vel vt in pluribus, lumine intellectus aſſentiendo illis vniuerſaliter, quia vt lumen ſenſus certificat rẽ eſſe vel non eſſe, ſua natura, ſic ꝑ lumen intellectus illis aſſentimus vniuerſaliter, nulla alia ratione niſi quia lumen, igitur ſi naturale ſumatur pro eo quod nobis actu ineſt à natura cognitio primorum principiorũ non eſt nobis naturalis, ſi aũt pro eo quod poſſumus cognoſcere qñcũq; volumus ex ijs q̃ nobis inſunt à natura ſic aſſenſus ille eſt naturalis. Sed occurres ſi lumen ſemper eſt vniuerſaliũ, tũc intellectus poſsibilis nũquã poſſet inferre concluſionem niſi vniuerſalem, quia oẽm concluſionem infert per lumen ſuũ, & illud non eſt niſi vniuerſalium, igitur ſemper vniuerſaliter, & ſic ſyllogiſmi in tertia figura nulli eſſent. Dici poteſt ꝙ intellectus quædam infert vi luminis & ſenſus tm̃, & hæc ſemper infert vniuerſaliter, qm̃ ſenſus non diſcordãt, & per conſequens illa infert per naturam ſuam, & quia natura ſua eſt vniuerſale, ideo infert vniuerſaliter, quædam aũt infert immediate vt ipſarum propoſitionum, mediate vi luminis, & talia non infert niſi ſm exigentiam propoſitionũ, & ita illa quæ infert vi luminis tm̃, ſemꝑ vniuerſaliter infert: quæ vero non vi luminis, ſed quaſi per accñs vi additi, illa infert ſm exigentiam illius additi. *Excer.* Ex ijs apparet propter quid quandoq; intellectus ex nõ vniuerſalibus propoſitionibus aliquando infert vniuerſaliter, vt ex præmiſsis ſingularibus pluribus in inductione experimentaria primorum principiorum, infert vniuerſaliter ipſa prima principia, hoc ęquidem facit, quia virtute luminis per ſe inducit, at qñ virtute propoſitionum per ſe, & virtute luminis quaſi per accñs, tunc infert ſm exigentiam propoſitionum, vt in ſyllogiſmis facit. Amplius occurres quæ eſt virtus inductiua principiorum. Dici põt ꝙ virtus experimentaria eſt dianæa, hoc per ſe cognoſcit ſingularia & ſingulares propõnes conficit, & ex illis infert experimentum, veluti propoſitionem indefinitam, mediante hac intellectus cognoſcit ſingulares propoſitiones, quia ſicut mediante hac cognoſcit ſingularia ipſa intuitiue vel abſtractiue, ſic mediante hac componit ſingulares propoſitiones vel diuidit illas, tunc dico ꝙ virtus inductiua primorũ principiorũ vniuerſaliter eſt intellectus poſsibilis, qui mediante dianæa cognoſcit ſingularia abſtractiue vel intuitiue, & illa cõponit vel diuidit, virtus inductiua particulariter vel indefinite eſt dianæa, cauſa autem dicta eſt quia poſsibilis intellectus inducit vi luminis, quod ſua natura eſt vniuerſalium, dianæa vi ſenſuum, qui ſua natura ſunt particularium. *Excerptum diſputa. memoriæ commendam.* Quare patet non poſſe intellectum poſsibilem primis aſſentire niſi mediante duplici

plici lumine,ſenſitiuo quidem, quo rẽ eſſe vel non eſſe particulariter vel indefinite cognoſcat, & quo mediante ſingulares propoſitiones conficiat,intellectiuo vero quo vniuerſaliter inferat, & illis vniuerſaliter aſſentiat.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

*Solu. ad primã.* IIS dilucidatis: quidam reſpondent ad verba Auer. ꝙ ipſe ĩtelligit de primis principijs ſimpliciter: & dicũt hæc eſſe æqualia oĩbus.Sed videt̃ ꝙ hæc non ſunt æqualia oĩbus, quia in.4.huius nonnulli fundati in apparentijs ſenſatis,negarunt primum principium ſimpl'r:vnde ſi talibus primis principijs intell's aſſentiret ſolo lumine intellectus ſequitur vt apud oẽs ſint æqualia. Sed quia nos tenemus ꝙ non ſolum lumine intellectus, ſed etiã ſenſus illis aſſentimus, ideo de illis non oẽs pariter cõcordant. Ad ſecũdã dici põt ꝙ prima principia nec doctrina nec inuentione diſcimus,quia illa per ſeipſa fidẽ habent,inuẽtio.n.& doctrina nõ niſi de ſcĩa demr̃atiua dicuntur,vt manifeſte declarauimus in expõne lib.poſter. Ad tertiam & 4.per diulcidationẽ patet ſolutio. Ad rões oppoſitas. Ad primam dico ꝙ illa non actu, ſed poteſtate cognoſcuntur,tñ aliter q̃ concluſiones, quia illa ſolis naturalib⁹ diſpoſitionibus cognoſcimus, concluſiones aũt per quædam de nouo acquiſita. Ad ſecundã Ioan.d.ꝙ illud ſequeretur qñ oẽs eſſent æqualiter diſpoſiti.Sed hæc ſolutio nulla eſt,quia vel ex parte intellectus ſumus inæqualiter diſpoſiti, vel ex parte ſenſuum nõ ex parte ipſius intell's, quia ille eſt in oĩbus æqualis, ſi ex parte ſenſuum,tunc habetur ꝙ lumen ſenſitiuum cõcurrit ad aſſenſum primorum principiorum, & nõ tm̃ quo ad ſimplicium cognitionem, quia hæc eſt oĩbus æqualis,ſed quo ad complexam,quod eſt contra eos. *Solutio Ioan.* Ad tertiam dico ꝙ ex neceſſariis & neceſſario ſcitis, põt concluſio deduci contingenter ſcita,quæ tamẽ non contingens eſt, ſed contingenter ſcita, ſtat enim aliquod eſſe neceſſarium,& contingenter ſciri,quia põt ſciri & non ſciri,at principia ſunt neceſſaria, & neceſſario ſcibilia : concluſiones aũt neceſſariæ, ſed contingẽter ſcitæ.Per hæc ad rões iuniorum.Ad primã dico ꝙ intellectus poſsibilis virtute propria componere põt, vel diuidere,non põt autem lumine intellectus ſolo illi compoſitioni aſſentire, quia non poteſt illi aſſentire niſi ſciendo rem eſſe vel non eſſe,at rem eſſe non poteſt ſcire niſi per ſenſus vt nos diximus,vnde logici dicunt intellectum non poſſe huic,videlicet,oẽ totum eſt maius ſua parte aſſentire,niſi quatenus ille terminus totũ, ſtat formaliter diſtributiue non poteſt ſtare formaliter diſtributiue niſi pro omnibus ſingularibus totis, hæc non ſciuntur ita eſſe in re vel non eſſe niſi ex parte ſenſuum, igitur intellectus eget lumine ſenſus. Ad ſcd̃am dico ꝙ caſu poſito nec totaliter aſſentiet illi,nec total'r diſſentiet,non totaliter quidem aſſentiet,quia ſibi deeſt lumen quo cognoſcit rem eſſe vel non eſſe,nec totaliter diſſentiet quia nõ habet experimentum cõtrarium. Ad tertiam dico ꝙ intellectiua notitia eſt perfectior notitia ſenſitiua,non autem euidentior,tunc dico ꝙ licet intellectus poſsit cognoſcere qualia prima ſint, hic nõ facit actu recto ,ſed actu reflexo,poſtquam actu recto cognouit illa vera eſſe,modo hæc notitia non ſine ſenſitiua fit. Ad quartam dico ꝙ intellectus non ſe ſolo diſcernit inter ſimile, & veriſimile, ſed auxilio alterius ſenſus, vel auxilio deducti per multa media ex alio ſenſu. Ad quintam dico ꝙ per ſenſum non cognoſcimus veritatẽ formaliter, quia ſenſus non cognoſcit,à propoſitionem eſſe veram,ſed bene per ſenſus ipſos cognoſcimus veritatem fundamentaliter, quia cognoſcimus rem eſſe vel non eſſe. Vnde logici dicunt ꝙ verum cognoſcit ſenſus,non autẽ ſenſus cognoſcit verum. Hæc de diſputatione prima à nobis modo dicta ſint.

*Forte autem & difficultate duobus modis exiſtente non in rebus,ſed in nobis eſt eius cauſa &c. Tex.cõm. primi.*

## DISPVTATIO SECVNDA
### De difficultate cognoſcendi res.

*Num quippiam cognoſcẽdi difficultas ex ipſis ſit rebus, an ex intellectu.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Antonius.* VIdetur ꝙ ſic ex parte rerũ, quia res cognoſcuntur quatenus ſunt actu, at multæ res non ſunt actu,ſed poteſtate vt materia, tempus, motus, infinitum, & id genus, igitur difficultas erit ex parte horum: Secundo intellectus eſt ſumme diſpoſitus ad omnia intelligibilia,qa in eo nulla eſt natura niſi poſſibilitatis,& propterea eſt oĩa fieri,igitur oĩs difficultas eſt ex parte rerum. *Cõm.1.* Tertio ad hoc eſt auctoritas Auer. in hoc.2.qui ait ꝙ difficultas cognoſcendi formas materiales eſt ex parte illarum. Quarto ſenſus corrumpit̃ ab excellenti ſenſili,intellectus autem ab excellenti intellectili vigorat̃, igitur nihil eſt difficile ex parte ſua. Quinto intellectus intelligit cum vult, igitur ex parte ſui nihil eſt difficile. *Alij.* Sexto quæ includunt impeditiuũ cognitionis, ex parte eorũ ſunt cognitu tdifficilia, ſed res naturales includunt materiam,quæ eſt impeditiua cognitionis apud Auer.igit̃ res naturales ſunt cognitu difficiles. Septimo difficultas & facilitas operationis ſecundum calculatores ſumitur pœnes virtutẽ actiuam,non pœnes virtutem paſsiuam,modo intellectus eſt virtus paſsiua omnium intelligibilium. Octauo impoſsibilitas rei agendæ attenditur ex parte rei, igitur difficultas intelligendi ex parte rei antecedens apparet,quia dicunt Deum non poſſe facere infinitum, impoſsibilitate rei quæ eſt infinitum. In cõtrarium videtur Ariſto.in litera.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*De intelligibilibus.* PRO tituli expoſitione.primo debes ſcire ꝙ rerum intellectiliũ,alia ſunt complexa,alia ſimplicia, ſimplicium vero, quædam intelliguntur per hoc ꝙ poſſunt per ſe facere in ſenſibus, & intellectu proprias ſpecies, vt oĩa ſenſibilia,quædam ſunt quæ non poſſunt facere proprias ſpẽs in intellectu, nec in ſenſu, ſed continent quædam quæ faciunt proprias ſpẽs, ex quibus intellectus colligit conceptus compoſitos, quibus illa intelligit,& ita quædam ſunt quæ non per ſpẽs proprias, ſed per cõceptus formatos mediantibus ſpẽbus intelliguntur,verbi cauſa.materia prima non facit propriam ſpeciem in ſenſu,nec in intellectu. Sed continet quædam quæ faciunt ſpẽs,mediantibus quibus intellectus conficit vnum conceptum,quo ita materiam intelligit,qđ non aliud,quædam ſunt quæ nec ſpecies faciunt in ſenſu vel intellectu,nec continent quædã quæ faciunt ſpẽs tales, ex quibus intellectus cõficiat conceptus, nec dicunt ordinẽ ad aliqua quæ faciant ſpẽs vel conceptus. Sed cum intelliguntur per proprias eſſentias intelliguntur vt omnia pure intellectilia, veluti ſpẽs ipſe intelligibiles,actus intelligendi,ipſemet intellectus,phãtaſmata,& id genus,quædã ſunt quæ nec ſpẽs, nec cõceptus ex



ex contentis faciunt, ſed dicunt ordinem ad quædam quæ ſpecies vel conceptus facere poſſunt, vt ſubſtantię ſeparatæ,hæ.n.per conceptus intelliguntur qui non ab his conficiuntur,ſed ab earum effectibus. Secũdo debes ſcire ꝙ trifariã dicitur difficile.Vno modo ob reſiſtentiam, & hoc pacto dicimus eſſe difficile mouere ſaxum ſurſum,quia reſiſtens.Alio modo ob laborẽ,quomodo dicimus difficile eſt vt tres nauim trahant. Tertio dicitur difficile aliquid, quando ad eius oppoſitum eſt inclinatio,& hoc modo idem eſt difficile,quod ineptũ,vt flegmaticis difficile eſt metaphyſicari, quia apti ſunt rhetoricis, quæ ſunt quaſi oppoſita metaphyſi. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ quorundã.* DE quæſito tenent quidam omnem difficultatem cognoſcendi eſſe ex parte intellectus, non aũt ex parte rerum,quę cognoſcuntur perſuadent poſitionem,quia ſi res ipſæ aliquæ eſſent cognitu difficiles ex parte earum, tunc reſpectu cuiuſuis intellectus eſſent cognitu difficiles ex parte earum, tunc reſpectu cuiuſuis intellectus eſſent cognitu difficiles.tenet enthimema,quia oẽ quod per ſuam naturam eſt tale ad quoduis comparatum ſemper eſt tale,& ſic reſpectu intellectus diuini eſſent cognitu difficiles, quare nihil eſſe poteſt cognitu difficile ex parte rei, & per conſequens omnis difficultas eſt ex parte intellectus. *Replica.* Si aũt contra hoc obijceres ꝙ tunc oẽs res eſſent aut æque faciles, aut æque difficiles, poſtquam nulla ex parte rei difficultas eſſe poteſt. Rñdent ꝙ ſm̃ proportionem omnia intelligibilia ſunt intellectui vel æque facilia, vel æque difficilia : & hoc concludit replica:abſolute tñ quædam eſſe poſſunt magis vel minus difficilia. Pro hac poſitione iuniores huius partis certant, quia qñ intellectus cum difficultate intelligit,eſſe poteſt non ob aliud,niſi quia eſt rei intellectili improportionatus, ac rei intellectili non poteſt eſſe improportionatus,niſi aut propter maximam illius entitatem,aut propter minimam.Sed quælibet harum improportionum eſt ex parte intellectus cognoſcentis, nã ꝙ ſit maximo intelligibili improportionatus, hoc eſt quia virtus eius exceditur à cognoſcibilitate obiecti, vt.d. Ariſtot. in text. Quod vero ſit intelligibili minimæ entitatis improportionatus etiam eſt ex parte intellectus, quod probatur per Ariſtot. in libro de ſenſu & ſenſa. vbi ait, quòd ſi viſibile decreſceret in infinitum minus, neceſſe eſſe in infinitum viſum creſcere in maius, ſi debeat viſibile percipere, igitur ad cognoſcendum minimum cognoſcibile requiritur perfectior virtus in cognoſcendo,igitur ꝙ intellectus minima non intelligat,nõ erit niſi defectu eius, & ſic omnis difficultas erit ex parte intellectus. Amplius ſolet argui ens per naturam entis non eſt cognitu difficile, igitur nullum ens per naturam ſuam, & ſic nulla eſt ex parte rei difficultas. Sed hæc poſitio non eſt vera. primo retorquendo primum argm̃ eorum, ſi omnis difficultas cognoſcendi res eſt ex parte intellectus,tunc oĩs intellectus res illas cum difficultate intelligit,& ſic intellectus diuinus.tenet enthimema per vim ſuæ rõnis, quia ſicut propterea quia aliqua res ex parte ſui eſt cognitu difficilis,reſpectu omnis intellectus, ſic ſi difficultas intelligendi aliquam rem eſt ex parte intellectus,erit de omni intellectu.tenet per hoc,quia omne tale per ſe & abſolute eſt de omni. Amplius ſi aliquam difficultas eſt ex parte intellectus ad intelligendum rem aliquam, igit̃ eodem modo ad intelligẽdum oẽm rem. tenet per rõnem eorũ, quia omne quod eſt abſolute tale ad quicquid comparatur,ſemper eſt tale, ſic.n.arguunt ipſi, & ſic intellectus omnia difficile intelligeret, & ita prima principia.Secundo ad idem per eos intellectus ſm̃ proportionem oĩa æque facile intelligit, ſimpliciter autem non omnia æque facile, quia quædam facilius, quædam difficilius vt dixerunt, quæro vel ex parte ſui quædam ſimpliciter facilius intelligit,quædam difficilius, aut ex parte rerum,non ex parte ſui, quia intellectus ex natura intellectus ad nulla comparatur magis vel minus, eſt enim æqualis & reſpectu oĩum potẽtia omnia fieri,igitur ex parte rerum, & ſic habetur intentum. Tertio ſi intellectus quædam cum difficultate recipit, igitur illa cum difficultate in intellectum agunt cognitionẽ: igit̃ non põt eſſe difficile apud intellectum, quin ſit difficile ex parte rei. tenet prima conſequentia, quia agens non aliter cum difficultate agit, niſi quia patiens cum difficultate patitur nec econtra patiens cum difficultate patitur:niſi quia agens cum difficultate agit in illud,igitur ſi omnis difficultas eſt ex parte intellectus, omnis erit ẽt ex parte rei.Ex his apparet hãc poſitionem eſſe falſam, & contra omnes peripateti.

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

PRO dilucidatione ſumo primo ꝙ intellectui vt intellectus nihil eſt facile, nec difficile.deduco, quia non difficultate reſiſtentiæ, qm̃ omnis reſiſtentia eſt ratione contrarij, intellectui vt intellectus nihil eſt contrarium, nec difficultate laboris, qm̃ difficultas laboris eſt ex ſpirituum reſolutione, modo intellectus vt intellectus, ſeparatus eſt ab omni corpore, nec difficultate ineptitudinis.deduco, quia intellectus eſt potentia oĩa fieri, igitur vt intellectus ad nullum intelligibile eſt ineptum. Amplius intellectui vt intellectus nihil eſt ignotum vt dicitur in primo de generatione. Præterea ad primam & propriam perfectionem nihil eſt ineptum, ſed omne intelligibile eſt prima & propria perfectio intellectus,igitur ad nullum eſt ineptus. Secundo ſumo ꝙ nullum intelligibile vt intelligibile cum difficultate intelligitur ab intellectu vt intellectus, aut cum facilitate,probatur,quia non difficultate reſiſtentiæ,quia nõ eſt illi contrarium, non etiam difficultate laboris, quia nec dum intelligitur reſoluuntur eius ſpiritus,nec difficultate ineptitudinis, quia ipſum ſui rõne eſt perfectio intellectus,igitur non eſt ineptum perficere. Tertio dico ꝙ ſi ſumatur intellectus vt nobis copulatus,nihil eſt ſibi facile aut difficile difficultate reſiſtentiæ, deducit̃, quia intellectui vt ſic, nihil eſt contrarium, nec ipſe vt ſic, alicui eſt contrarius, non.n.eſt actio & reactio intellectus, & intelligibilis hoc pacto ſi cõſideretur:vt.3. de aĩa declaraui. Quarto dico ꝙ ſi accipitur intellectus vt nobis copulatus,nihil dicitur facile aut difficile difficultate laboris. declaro, quia licet cauſa laboris ſit ipſorum ſpirituum reſolutio : proprie tñ reſolutio ſpirituũ non eſt niſi propter contrarietatem : vt docet Auer. in lib.de ſubſtantia orbis, & 2.cœ. & propterea ſi qua reſolutio ſpirituum fit,illa non eſt labor proprie, cum nõ ſit merito actionis & reactionis. Quinto dico ꝙ ſumẽdo intellectũ vt nobis copulatus,facile & difficile intelligere poteſt difficultate ineptitudinis, vbi debes ſcire ꝙ ineptitudo intellectus nihil aliud eſt, quam inclinatio eius ad oppoſitum ſcientiæ, eſt aũt oppoſitum ſcĩæ id quod dicitur ignorantia,ſiue error,contingit autem ipſi intellectui hæc inclinatio, vt dixi non per naturam intellectus, ſed quatenus mouetur ab ipſis ſenſibilibus mediantibus

*Marginalia, right page, outer margin: 1.Suppoſitio. — Cõm.19. — 2.Suppoſitio. — 3.Suppoſitio. — Cõm.20. 4.Suppoſitio. — Cõm.3. — 5.Suppoſitio.*

mediantibus ſenſibus: quanto.n.ſenſus facilius aut difficilius pro aliquibus intelligibilibus deſeruiunt, tanto facilior aut difficilior dicit̃ cognitio, pñt autem ſenſus intellectui incpte deſeruire,& magis ad errorem, q̃ ad ſciam multifariã. Primo ratione compl'onis cerebri, vel cõpoſitionis, vel figuræ vt docet Galenus.2.thegnæ. Secundo ex parte affectionis ſpirituum in multitudine paucitate, in claritate & turbulentia, in ſubtilitate & craſsitiæ, in mobilitate & tenacitate. Tertio ex parte diſpoſitionis occultę à ſtellis contractæ, nam dicit Ptolemæus eſſe quoſdam ineptos poeticis, aptos autem rhetoricis, ineptos ſubtilibus, aptos autem craſsis.

*Excer: ſuppoſitionũ.* Ex his colligitur difficultatem vel facilitatẽ intellectus nõ eſſe niſi illius aptitudinem ad contrarium ſciẽtiæ, quæ nõ ex parte ſui cõpetit, ſed ex parte ſenſuum ſibi deſeruientium.

*1. conclu.* His ſuppoſitis pono quaſdam cõcluſiones. Quarum prima eſt ꝙ quædam ſunt intellectui difficilia ex parte rerũ, patet hoc de his quæ non ſunt in actu, cum enim non ſint actu deficiũt in mouendo ſenſus, igitur intellectus illa intelligit difficulter, difficultate ex parte eorum.

*2. conclu.* Secunda concluſio eſt quædam difficulter intelligit, difficultate ſe tenente ex parte ſua. probatur de ſubſtantijs ſeparatis, hæc.n.ſunt ſummæ in actu, & ita ſunt motiua altioris potẽtiæ q̃ ſit intellectus copulatus, & per conſequens intm̃ intellectus non mouetur ab illis, inquantum vt ſic nõ eſt capax cognitionis illorum, & de oculis noctuæ ponit exemplum. Tertia concluſio quædam intellectus intelligit difficulter vtraq; ex parte, deducitur de his quæ ſunt paruæ entitatis, & cũ hoc non ſunt apta mouere ſenſum, vt ſunt ea quæ non per proprias ſpẽs intelliguntur, nec per eſſentiam, ſed per conceptus compoſitos, vt ſubſtantia, & materia, & id genus.

*Primũ excerptum conclu.* Ex his ſequitur ꝙ intellectus facile intelligit ea quæ ſunt apta cauſare ſpẽs proprias in ſenſibus facilitate vtraq; ex parte, difficulter autẽ vtrinq; intelligit ea quæ per cõceptus deprehendit: difficulter ex parte rerum, ea quæ non niſi per eſſentiam intelligi poſſunt. nam hæc non niſi reflexe cognoſcit, difficulter ex parte ſua, ea quæ per conceptus collectos ab eorum effectibus intelliguntur, vt ſubſtantiæ ſeparatæ.

*2. excerptum.* Secundo ſequitur ꝙ intellectus facile facilitate rei intelligit ea quæ per conceptus collectos ab effectibus intelligunt̃, vt ſubſtantiæ ſeparatæ, facilitate ex parte ſua facile intelligit, ea quæ per eſſentiam intelliguntur, vt ſpẽs intelligibiles & id genus, facilitate vtrinque cognoſcit ea quæ faciunt proprias ſpecies in ſenſibus, hæc ex dictis concluſionibus facile deduci poſſunt. Animaduerte tamen vt dixi contra opinionẽ illorum, ꝙ non põt eſſe difficultas ex parte intellectus, quin ſit ex parte rei, nec ex parte rei, quin ex parte intellectus, quia facile & difficile ſunt correlatiua, ſed intelleximus in dilucidatione id qd' eſt difficile ex parte intellectus eſſe principaliter ex parte illius, qd' aũt ex parte rei, eſſe principaliter ex parte rei, & ſic patet dilucidatio: Hæc de dilucidatione.

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

IIS dilucidatis ad obiectiones rñdendum. Ad primam quicquid aliqui dicãt rñdeo ꝙ rõ cõcludit pro dilucidatione. Ad ſcd̃am dico, ꝙ ratio cõcludit ꝙ intellectui vt intell's nihil eſt difficile aut facile. Ad tertiã dico ꝙ dilucidatio nr̃a eſt poſitio Auer. Thomæ, & oĩum peripateticorum. Ad quartam patet ſolutio, intellectui.n. vt intell's nõ eſt difficile cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas, quia oĩ intellectui vt dicemus, ſed intellectui vt per ſenſus intelligit, Ad quintam dico, ꝙ intellectus intelligit cum vult, ſed ea quæ habitu tenet, non aũt oĩa ſimpliciter. Ad ſextam dico, ꝙ res naturales rõne materiæ cum difficultate cognoſcuntur, rõne aũt formæ facile, quia rõne formæ agunt ſpẽs ꝓprias in ſenſibus & in intellectibus. Ad ſeptimam dico, ꝙ difficile & facile ſemper eſt ex parte vtriuſq;, tñ qñq; principaliter eſt ex parte paſsi, vt ſi eſſet receptioni ineptũ, qñq; ex parte agentis, ſi eſſet actioni ineptum & hoc pacto fit in ꝓpoſito. Ad octauam nego ſimilitudinem, qm̃ agens diuinũ eſt infinitum, intell's aũt noſter eſt finitus. Per hęc ad rõnes primæ poſitionis. Ad primam dico, ꝙ illa nihil eſt contra Auer. quia apud ipſum Deus nihil ĩtelligit extra ſe, vt patet.12.meta.& 3.de aĩa. *Cõm.15. Cõm.5.& 1.* Amplius dato ꝙ aliquid extra ſe intelligat, non tñ mouetur à rebus vel terminatur ab illis, & propterea nõ facile nec difficile intelligit. Nam iſta intelligit quatenus eſt cã horũ, quod.n.cum difficultate cognoſcitur ex parte ſua ſp & reſpectu cuiuſuis intell's cum difficultate intelligitur, dũ modo ille moueatur à rebus. Alij concedunt ꝙ res ipſe etiam reſpectu intell's diuini cum difficultate ſunt intelligibiles ex parte earum, at tñ facile intelligũtur ex parte intell's diuini, Auer. 9. cœ. videtur dicere, ꝙ oẽ, qd' eſt ex parte ſui tale reſpectu cuiuſuis eſt tale, qñ eſt per ſe & abſolute tale, non aũt qñ eſt tale per relationẽ, & hic modo eſt in caſu, facile.n. & difficile ſunt relatiua, & ꝓpterea rõ nulla eſt. *Cõm.9.* Ad ſecundã dico, ꝙ intellectus noſter rei minimæ eſt improportionatus defectu rei, quę nõ põt mouere ſenſus, non reſpectu ſui, quia ipſæ põt pati à maiori & minori quouis. Ad verba Ariſt. dico, ꝙ loquitur more Pla. qui voluit viſionem fieri extramittẽdo & ab ipſa potentia viſiua vt actiua, at ſm ipſum eſt totum oppoſitum vel forte rõ concludit, ꝙ eſt difficultas ex parte vtriuſq;, licet principaliter ex parte rei non potentis mouere. Ad tertiam dico, ꝙ nihil eſt difficile intellectui per naturam entis, ſiue inquantum ens, ſed inquã tum tale ens, vel tale, & ſic ex parte rerum taliũ eſt difficultas. Hæc de ſecunda diſputatione.

*Sicut.n. nicticoracum oculi ad lucẽ diei ſe habent, ſic animæ noſtræ intellectus ad ea quæ ſunt omnium naturæ maniſeſtiſsima &c. Tex.cõm.primi*

# DISPVTATIO TERTIA

## De cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum ab intellectu humano.

### In Quinque Quæſtiones diuiſa.

1 *Num intellectus humanus corpori copulatus ſubſtantias ſeparatas valeat intelligere.*
2 *Num beatitudo in Dei cognitione conſiſtat.*
3 *Num Anima ſit capax beatitudinis.*
4 *Num aliquo medio ſit Anima ipſa beatificabilis.*
5 *Num Anima corpori vnita poſsit beatificari.*

CAPVT DVBITVTIONVM PRIMVM.

*Excuſa.1.* HAec diſputatio à me breuibus tangetur, qm̃ ipſam tetigi in lib.3.de aĩa, in libr. de intellectu in cõmẽtationibus quas ſcripſimus in lib. Auer. de felicitate. In procemio libr. phyſi. auſcul. nec remanet aliquid dicere, imo quæcunq; dixero, erunt meta. aſſerenda, promiſi.n. in hoc noſtro dilucidario complere, quæ alibi incepimus, reſoluere, quæ alibi confuſe diximus: eſt.n. liber hic reſolutionis, corrigere ſi qua male alibi



alibi ædidimus, & propterea dilucidariũ appellauimus, in quo non mõ ea quæ nos diximus alibi dilucidamus, ſed quæ alij dixerũt. Cũ igitur quæſtio hæc ſit à me non ſemel dilucidata: propterea pauca expecta tu iunior à me. Arguitur igit̃ ꝙ intell's corpori copulatus poſsit illas intelligere, primo per rõnem Auer. quia ſi nõ, tunc à nullo intelligerẽtur intell'u, & ſic eſſet aliquid fruſtra. *Cõm.5.* Secũdo intell's corporibus copulatus intelligit ſub ratione immaterialis vt dicit̃. 3. de aĩa: igitur maxime immaterialia, quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Tertio intellectus eſt virtus abſtractiua & tãdiu abſtrahit quãdiu inuenit quidditatẽ in hñte quidditatẽ, vt probat Auer. 3. de aĩa, per auctoritatẽ Auẽpa. igitur maxime abſtracta intelligit, quales ſunt ſubſtãtiæ tales. *Cõm.36.* Quarto de ſubiecto demõſtrationis debet eſſe notũ quid eſt, qm̃ qd eſt, eſt dem̃onis principiũ vt primo dicitur de aĩa, at de talibus ſubſtãtijs multa demonſtrat Ariſt. igit̃ debet cognoſcere illarũ quidditates. *Rationes Thomæ.* Quinto intellectus corpori vnitus, eſt perfectior ſeipſo ſeparato: quia vt ſic habet cõplemẽtũ in ſpẽ. Sed intell's ſeparatus põt illas intelligere, igit̃ & vnitus. Sexto nulla forma impeditur à ſuo fine, per vnionem ad proprium perfectibile, cui naturaliter vnitur, ſed finis intellectus eſt illas ſubſtãtias intelligere, & eius perfectibile eſt corpus humanũ, igitur per vnionẽ ad corpus humanũ nõ impeditur à tali fine. Septimo ſi intellectus illas nõ intelligeret, eſſet quia ſuperexcedit̃ ab illis, at intell's eſt æternus & à nullo põt ſuperexcedi: quia nõ eſt organicus ſicut ſenſus, qui corruptione organi corrũpitur. Vltimo omnis generatio aliqñ deſinit. Sed gñatio intell's ſpeculatiui eſt gñatio, igit̃ aliqñ deſinit, ſed nõ deſinit, niſi oĩbus intellectis, igitur intellectus corpori vnitus põt oĩa intelligere, & ita ſubſtantias ſeparatas. Pro parte oppoſita ſolet argui. primo per verba Ariſto. qui ait nr̃m intell'm ſe habere ad illas, vt oculus noctuæ ad lucẽ ſolis. *Antonius.* Secundo intelligibile creatum nõ põt apprendi à ſenſu, igitur ſubſtantiæ ſeparatæ nõ pñt apprehẽdi ab intellectu. tenet cõſequentia, quia maior eſt diſtantia illarũ ab intellectu q̃ intellectilis generati ab ipſis ſenſibus. Tertio non plus põt paſsiua q̃ actiua potentia illi corrñdens, at intell's agens non ſe extendit niſi phantaſmata, igitur poſſis nõ niſi in phãtaſmata. Quarto tũc homo ex puris naturalibus poſſet in beatitudinẽ ꝑuenire. *Alij.* Quinto ſi illas intellectus intelligeret, aut ꝑ illius ſpẽs, aut ꝑ ſpẽs aliorũ, nõ per illius ſpẽs: quia non cadunt ſub phãtaſtica, nec per ſpẽs aliorum, quia tunc non per ſe intelligerentur.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Intellectus multiplex.* ANTEQVAM ad rem veniamus. Primo debes ſcire ꝙ apud peripateticos intellectus interdũ ſumit̃ pro dianæa, ſiue parte rationali, quæ apud Auer. cogitatiua appellat̃. interdũ pro intellectu poſsibili qui eſt ea aĩæ rationalis pars: qua oĩa poſſumus intelligere. interdum pro agente, & hic triplex eſt apud peripateticos, alius vt ſol, & hic eſt primus motor deus vt. 12. meta. dicit̃. *Cõm.38.* Hic enim ideo ſoli ſimilis, quia virtute ſolis oĩa viſibilia videntur ſic virtute huius oĩa intellectilia intelliguntur. Alius eſt vt lux: & hæc eſt ea aliæ pars, qua facimus de potentia intelligibilibus actu intellecta, vt. 3. de aĩa dicitur, hic.n. ſolis lumini cõparat̃, quia vt lumen à ſole: *Cõm.5.* ſic hic intellectus à deo proficiſcit̃. Alius vt mediũ illuminatum, quo oĩa videmus, & hic eſt prima oĩum concluſionũ principia, hæc.n. nos virtute luminis videmus & mediãtibus his illuminatis oĩa alia cognoſcimus, interdum autem ſumitur intellectus pro intellectu ſpeculatiuo: & hic propriæ eſt oĩa ſcita, ſiue oẽs cõcluſiones ſcibiles naturales, & ex ſenſibus memoriis & principiis deductæ, quas mediantibus primis principiis illuminatis ſcimus, & hic duplex eſt: aut in habitu, qualis eſt in nipho dormiente, aut in actu, qualis eſt in nipho nunc vobis legente, & hic aſsimilatur coloribus, quia intelligitur mediante primo principio illuminato, propriæ tamen intellectus à græcis pro poſsibili & agẽte dicitur, qui eſt tum nus, tum nous. Secundo debes ſcire ꝙ ſm peripateticos ipſe intellectus, qui nus dicit̃, bifariã nobis vnitur, aut ꝑ naturam, aut per voluntatem: vnitur enim nobis per naturã quatenus eſt principium eſſendi. Sumus.n. nos rationales ſiue homines per talẽ intellectũ, vtrũ vero creetur vel ſit aĩæ virtus, non ad hũc locum ſpectat, ſed ad tertium librũ de anima. Vnitur autem nobis per volũtatẽ, quatenus vnitur nobis vt principium intelligendi, quia vt ſic non oĩbus vnitur æqualiter, qa nõ oẽs per voluntatem quærunt æqualiter ſtudia. Quæſtio igitur eſt vtrũ intellectus poſsibilis nobis vnitus per naturam, poſsit ſubſtantias ſeparatas intelligere. Subſtantiæ autem ſeparatæ quid ſint, in hoc lib. non ſemel expoſuimus. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione Expoſitor tenet ꝙ intellectus humanus corpori vnitus non põt per ſe intelligere quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum. *Põ Thomæ.* Pro hac poſitione arguit ipſe in his diſputationibus, quas ſcripſit de anima: & prima eius ratio põt hoc pacto vigorari, vnius potentiæ naturalis ſiue, vnius naturæ vnus eſt ꝑ ſe modus operandi, vt dicitur in lib. cœli. Sed intellectus poſſibilis eſt vna natura, & intelligit per hunc modũ quia abſtrahit à phantaſmatibus, igitur per nullum aliũ modum intelligere põt, & ſic nõ poteſt ſubſtantias ſeparatas ſm quidditates intelligere. Secundo omne quod ꝑ ſe intelligitur, aut eſt quidditas materialis, aut contentũ per ſe ſub quidditate materiali. Sed ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt quidditates materiales, nec cõtentæ ſub quidditatibus materialibus, igitur nõ ſunt per ſe intelligibiles. Tertio arguebatur omne quod intelligitur, intelligitur per abſtractionẽ à phantaſmatibus, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ nec per ſe, nec per effectus pñt phantaſmata efficere: igitur non ſunt per ſe intelligibiles. Minor declarabitur, quo ad primã partem, quia non ſunt ſenſibiles, quod ad ſecundam vero, quia nullus eſt effectus hic qui põt æquare potentiam cauſæ, igitur ex nullo poſſumus illas ſubſtãtias intelligere. Amplius finiti ad infinitum nulla eſt proportio, igitur nullius effectus ad Deũ eſt proportio, & ſic ex nullo effectu poſſumus deũ cognoſcere, hanc poſitionem viſi ſunt ſentire veteres. Et Them. pro hac arguit, ſicut intellectus agens ad intellectum potẽtiæ, ſic ſubſtãtia materialis ad ſubſtantiã ĩmaterialem: igitur ſicut primum ad tertiũ, ſic ſecundũ ad quartum. Sed intellectus agẽs non intelligit materiales ſubſtantias, igitur poſsibilis non intelligit materiales. Secũdo arguũt alij plus diſtat primus intellectus, ab intellectu poſsibili, quã intell's poſsibilis ab ipſa dianęa ſiue cogitatiua, ſed dianæa, nõ põt intelligere intellectũ poſsibilẽ. igitur intellectus poſsibilis nõ põt intelligere primum intellectũ. Tertio intellectus poſ's non poteſt ſe cognoſcere per eſſentiam, ſed intellectione aliorum, vt dicitur tertio de anima, igitur à fortiori multo minus abſtractiora. Hæc igit̃ poſitio expoſitoris ſapit antiquitatem, & propter hoc in fine noni huius Ariſt. & Auer. dicunt ignorãtiã ſubſtantiarum ſeparatarũ eſſe in *Cõm.8.*

nobis vt cecitatem, quia vt cecus nullum viſibile videre pōt, ſic intell's noſter nullum illorũ. *Obiectiones* Obijciunt autē huic pōni quidam. primo quia deſiderium naturale eſt ad illas ſciendas, igitur poſſunt intelligi. Secundo quia Ariſt. 10. Ethi. probat ꝙ felicitas hoīs conſiſtit in cognitione veritatis, vt patet cap. 10. in cuius fine infert ꝙ ſapiens eſt feliciſsimus, modo ſapiens eſt qui altiſsimas cōtemplatur cauſas, vt traditur. 6. Ethic. cap. 6. quare patet ꝙ cauſæ altiſsimæ ſunt per ſe cognoſcibiles, ſignum aūt quia dedit inſtrumenta, quibus hō poſſet illas attingere vt intell's illarũ capaces, fruſtra.n. dediſſet hæc. Nec valet dicere iſtud eſſe poſsibile quatenus in alia vita deducetur ad actũ primo quia Ariſt. loquitur in hac vita, vt patet per verba eius in illo cap. Secundo quia de alia vita Ariſt. dubitauit, non aūt de felicitate, igitur ponit eam in hac vita. Tertio ſi intellectus corpori vnitus eſt improportionabilis cognitioni illorum per nullum ſuperaduenticium habitum qui ſuperadueniret intellectui poſt mortem, poteſt ille intellectus reddi proportionalis, quia ille habitus ſiue eſſet vniuerſalis ſiue particularis nunquā haberet pro obiecto aliquid quod nō haberet potentia, nullus.n. habitus eſſe pōt altior potētia. Quarto ad idem, ſi intellectus aliquid cognoſceret poſt mortem, quod dum eſt copulatus non pōt cognoſcere, non eſſet idē intellectus ſpecie, nec numero nūc, & poſtea. Tertio principaliter ad concluſionē arguūt, quia Ariſt. in hoc ſecundo infert. ſi fines eſſent infiniti, nullum eſſet agens per intellectum, quæ conſequentia valet, quia finis oīs eſt ꝑ ſe cognoſcibilis ab intellectu. Quarto etiam arguit. ſi cauſæ eſſent infinitæ, nihil contingeret ſciri, igitur oportet dicere ꝙ oēs cauſæ cognoſcuntur, ēt primæ. Quinto non poſſumus intelligere aliquā rem, niſi per reſpectũ ad propriam illius menſurā, at menſura cuiuſque rei eſt idea in mente Dei, igitur ſi debemus aliquam veritatem intelligere, oportet ſcire *Secunda pō.* ideam in mente dei, & ſic deum. Occaſione harum rationum ſunt qui dicunt intellectum noſtrum poſſe illas cognoſcere, non quantum ad quid ſunt, ſed quantũ ad quia ſunt. Alij dicunt intellectũ corpori vnitũ poſſe cognoſcere illas quo ad quia ſunt, & quo ad quid nō ſunt, vt ꝙ non ſunt corporeæ: non materiales, & id genus. *Obiectiones.* Sed obijciunt etiam, quia illis nomina imponimus, igit̃ ſcimus nomina illorũ, & rō quam nomen ſignificat eſt definitio, igitur poſſumus ſcire illorũ definitiones. Secundo contra primā arguunt, quia vt Ariſt. dicit 2. poſter. non pōt cognoſci ſi res eſt per ſe, quin cognoſcat̃ quid res ſit. Secundo ſi cognoſcitur illas eſſe, cognoſcit̃ quidditas, quia in illis idem eſt quidditas & eſſe. Vltimo cōtra ſecundā arguunt quia omni negatione eſt aliqua affirmatio prior: igitur non poſſunt cognoſci negati- *Tertia pō.* ue, quin præcognoſcantur affirmatiue quid ſint. Hac pōne confutata aliter dicit̃. Et primo ex dictis intellectum humanũ corpori vnitum poſſe intelligere quidditates ſubſtātiarũ ſeparatarũ, tũ per verba Ariſt. 9. huius, tum quia effectus ducit in cognitionē cauſæ, & magis in cognitionem magis cauſæ, eſt aūt effectrix cauſa potior ipſa materia, cum poſsit interdum cauſare ſine materia, materia aūt nunquam ſine efficiente, & magis in cognitionem efficiētis remoti, quia minus pōt effectus eſſe ſine illo, quare patet intell'um poſſe qdditates illarũ intelligere ēt vt corpori vnitus. Sed quid ſit hæc qdditatum cognitio, declarant, conſtituētes in intell'u ſex cognitionis gradus, ꝑ ſimilitudinē ad ſex gradus in ſenſibus. Quorũ primus eſt quo à ſenſu apprehenditur ſenſibile vt pn̄s eſt, qua cognitione viſus colorem cognoſcit, aut lumen, & hæc cognitio intuitiua dicitur, quia eſt ad ipſum ſenſile immediate terminata. Secūdus gradus eſt quo ſenſile cognoſcitur à ſenſu in abſentia, non cognitione īmediate terminata ad ipſum, ſed ad repreſentatiuum illius: vt ad phantaſma qua cognitione phātaſtica imaginatur colorem, qui fuit viſus alias, hæc abſtractiua dicitur, quia non eſt rei in ſe, ſed ſimulachri rei, vt fuit ſuperius declaratum. Ambæ hæ ſunt per ſe cognitiones. Tertius eſt quo obiecti per ſe ſenſilis oppoſitum ſentitur, vt preſens eſt, quo videlicet cognitionis gradu ipſa tenebra videtur: Hæc.n. eſt intuitiua per accn̄s, intuitiua quidē quia terminatur ad tenebrā immediate, per accn̄s vero, quia rōne luminis. Quartus gradus eſt quo huiuſmodi oppoſitũ cognoſcitur, vt abſens, quo videlicet gradu phantaſtica imaginatur tenebram: hæc.n. eſt abſtractiua per accidens: abſtractiua quidem quia immediate terminatur ad phantaſma tenebræ per accidens repreſentatiuum, ꝑ accidens vero quia non terminatur ꝑ ſe ad repreſentatiuum tenebræ. Quintus eſt per cōpoſitionem diuerſorũ ſenſiliũ, & hoc cognoſcendi gradu imaginatrix virtus imaginat̃ hippocentaurum, & id genus hæc nec intuitiua nec abſtractiua eſſe poteſt, cum nec ſit præſentis, nec abſentis ſenſilis. Sextus eſt quo res cognoſcitur non per eius ſpecie, ſed per ſpēm ſui accidentis, & hoc pacto dr̃ lignum videri per colorē, figuram, & id genus, quę etiā cognitio nec eſt intuitiua, nec abſtractiua pp eandem cām. Tot ēt & ſimilibus gradibus poteſt eſſe cognitio intellectiua, alia.n. eſt, quæ īmediate terminat̃ ad ipſam rē, quæ intelligit̃, & hoc pacto intelligit̃ lumen. Amplius, hic pacto ſcd'a intelligentia intelligit primam, & hæc dr̃ intuitiua, ꝑ ſimilitudinem ad intuitiuā ſenſibilem. Scd'a eſt q̃ īmediate terminat̃ non ad rē ipſam q̃ intelligit̃, ſed ad illius repreſentaculũ, quo pacto intell's lumen ītelligere ītelligendo ꝑ ſe luminis ſimulachrũ, & hæc abſtractiua dr̃ per ſimilitudinē ad abſtractiuā ſenſibilem. Tertia nō luminis, ſed tenebræ eſſe vr̃, quæ ſi terminatur ad tenebram dr̃ aliquo pacto intuitiua. Quarta eſt tenebræ nō terminata ad tenebram, ſed ad aliqd̃ repreſentatiuum tenebræ, & hęc dr̃ abſtractiua propter eandem rōnem. Quinta eſt cognitio alicuius ꝑ compoſitionem conceptuum quo pacto intelligit̃ materia, nā hæc intelligitur aggregando plures conceptus vt quod ſit ens, potētia, ſubiectum oīum, & id genus, & hæc cognitio nec dicitur abſtractiua, nec intuitiua. Sexta eſt per accidens, vt qn̄ aliquid cognoſcitur per ſpeciem eius, quod ſibi accidit, veluti ſubſtantia per ſpēm accidentis apud nonnul- *Conclusiones* los. Tunc de mente iſtorum ſunt ponendæ iſtæ concluſiones prima ſubſtātiæ abſtractæ non cognoſcuntur ab intellectu copulato cognitione ītuitiua, patet, quia hæc eſt felicitas vltima, quæ eſt impoſsibilis intellectui copulato. Secunda intellectus copulatus non pōt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione abſtractiua, declarat̃, quia hæc cognitio eſt pp ſimulachrũ, cognitum, at illæ nō poſſunt facere ſpēm aliquā in intellectu. Tertia illæ nō pn̄t cognoſci ab intell'u copulato cognitione oppoſiti illarũ nec intuitiue, nec abſtractiue, patet quia nullum hn̄t oppoſitum, quo eſſent cognoſcibiles. Quarta ſubſtantię ſeparatæ non pn̄t cognoſci ab intellectu copulato per ſpēm alicuius, qd̃ illis accidit, patet, quia nullis ſubſunt accidētibus. Quinta conc'lo ſubſtantia ſeparatæ pn̄t cognoſci ab intellectu copulato ꝑ aggregationem conceptum, quidditatiuorũ, & ęqualitatiuorum,



tatiuorum, nam ab effectibus illarũ pn̄t colligi quædā attributa, quæ illis cōpetũt in quid, vt ens, ſubſtantia, actus, intell's, & id genus, quædā quæ illis competunt in quale vt bonũ vnũ, potēs, & id genus, poterunt igit̃ apprehendi aggregādo hæc, quæ ita illis cōpetunt, ꝙ nullis aliis, & hoc pacto cognoſcitur Deus, ꝙ videlicet ſit ens, infinitũ, neceſſariũ, & primũ, quæ oīa ſimul ſumpta ſolũ Deũ cōpetunt, & hoc pacto de alijs intelligentiis. Ex his apparet ꝙ quidditates ſubſtantiarũ ſeparatarum cognoſcũtur, non accipiēdo quidditates propriæ ſed pro cōceptibus quidditatiuis ab effectibus illarum *Confutatio.* collectis. Hæc ſunt de mente illorũ. Cōtra quā dico primo ꝙ ab hac pōne non diſſentit Expoſitor, immo nec Egidius, oēs.n. nitunt̃ probare ꝙ intell's copulatus non pōt ſubſtantias illas apprehēdere intuitiue, qua cognitionis ſpē ipſæ ſeipſas intelligũt, & pro hac parte Thomas ratiocinatus eſt illis duabus rōnibus. Secūdo dico ꝙ primæ tres rationes factæ aduerſus Thomā. pn̄t reduci cōtra eos, probando illas poſſe intuitiue cognoſci ab intell'u copulato, illa nāque de deſiderio naturali procedit nō tm̄ de cognitione ꝑ aggregationē conceptuũ, ſed de intuitiua, & auget vim ſuā, quia per eos illa cognitio eſt poſsibilis ex parte intell's, & apud Ariſt. dubia eſt alia vita per eos, igitur oportet vt deducat̃ ad actum in aliquo indiuiduo ſpēi hoīs hic. Secūdo argui pōt idē ꝑ rationem de habitibus, qm̄ intell's pōt beari immediate apud eos ſine oī habitu medio, igit̃ ex parte intellectus illa eſt poſ's, & non in alia vita ꝑ habitũ aduēticiũ q tūc accidit, & nō nūc, vt ꝑ eorũ rōnē arguā, igit̃ ab intell'u copulato. Tertio arguo ꝑ tertiā, quia cū illa ſit poſ's, vel attinget̃ hic, vel poſt ſolutionē. ſi hic, habet̃ intentũ. ſi poſt mortē, nō erit idē intell's vt ipſe arguit, & ſic primæ tres rōnes oēs pn̄t deduci contra eos. Hæc de pōnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Suppoſitiones diſputandæ.* PRO dilucidatione oportet primo videre quid ſit beatitudo aīæ, ſiue intell's, & quid ſit cognoſcere Deum intuitiue. Secundo videbimus ſi rōne naturali poſsit probari rationalem aīam eſſe capacē talis beatitudinis. Tertio ſi requiritur aliquod mediũ, quo reddatur illius capax. Quarto ſi homo dum habet intell'm ſibi copulatum poſsit beari hoc eſt ſubſtātias abſtractas & Deũ intuitiue cognoſcere, quibus oībus dilucidatis. patebit poſitio peripateticorũ, verũ excuſatũ me volo à diligenti horum pertractatione, quia de his dilucidatiſsime ſcripſimus nō ſemel, nunc.n. hæc breuibus perſtringā q̄tũ *Quid ſit beatitudo.* videlicet diſputationi nr̄æ cōgruit. De primo dicendũ ꝙ Deus cæteræq; ſeparatæ ſubſtātiæ bifariam intelligi poſſunt. Vno modo intellectione, quæ eſt ipſius Dei effectus. Alio modo cognitione quæ eſt ipſe Deus, intelligit̃ Deus intellectione, quæ non eſt ipſe Deus, ſed ipſius Dei effectus, quotiens intelligitur per compoſitionem cōceptuum qualitatiuorũ & quidditatiuorũ, nam hæc cognitio non eſt Deus, ſed ipſius Dei effectus: eo quia talis cognitio eſt cāta à reb⁹ quę ab ipſo Deo cauſant̃: ideo eſt cognitio, quæ eſt Dei effectus, talis aūt cognitio nō eſt intuitiua, quia non terminat̃ in ipſum Deum immediate, nec abſtractiua, quia nō terminat̃ in aliquod qd̃ ſit ipſius Dei repreſentatiuũ, ꝑpea dicitur nocturna, veſpertina, ſiue obſcura, & ſi dr̃ abſtractiua, nō ꝓpriæ ſic appellat̃, ſed quatenus eſt obſcura, intelligit̃ vero Deus cognitione quæ eſt ipſe Deus, quoties non per compoſitionem conceptuum, nec per abſtractionē phantaſmatis cauſati à Deo intelligit̃, ſed cū intelligit̃ īmediate in ſe, intellectione videlicet quæ eſt ipſe Deus, & de tali cognitione loquuntur peripatetici dum dicunt in abſtractis à materia intellectionem qua intelliguntur eſſe ipſas ſubſtantias abſtractas, nā Deus dum ſic intelligitur non alio intelligit̃ quā ipſomet Deo, qa nec ꝑ ſpēm mediam nec ꝑ actum intelligēdi medium: nec ꝑ lumē mediũ, ſed nullo alio, q̄ ipſomet Deo, hoc pacto Deus ſeipſum intelligit: & cæteri intell's ipſum intelligũt, hæc notitia appellatur intuitiua, quia eſt Dei in ſe immediate. Clara quia eſt ipſmet Deus. Matutina, qa lucida. Ex *Quid ſit fœli.* his apparet quid ſit fœlicitas ſimpl'r. eſt.n. fœlicitas cognoſcere Deum cognitione videlicet quæ eſt ipſemet Deus, hoc patet ex his quæ Ariſtoteles ait. 7. politicæ. vbi ait: Deum fœlicem eſſe nō rōne extrinſeca ſed ſeipſo, modo Deus nō fœlicitatur Deo, niſi cognoſcēdo ſe cognitione quæ eſt Deus, igitur cognitio quæ eſt ipſe Deus eſt vltima & perfectiſsima fœlicitas. verũ hæc intelligas de mēte peripateticorũ quia ſm̄ nos duplex eſt beatitudo, ſ. formalis, & eſt actus cognoſcendi quo Deũ in ſe cognoſcimus & obiectiue, & ſic eſt ipſe Deus ſolũ, quo oēs beamur obiectiue ſm̄ magis & minus. Hęc de primo, verum ſi vis dubōnes & ſolutiones videre circa hæc, quære loca dicta. De ſecundo videlicet vtrum rationalis aīa ſit capax talis beatitudinis & vtrum Deum cognoſcere poſsit intuitiue cognitione, videlicet quæ eſt Deus, nō parua eſt ambiguitas: ipſam.n. eſſe capacē talis beatitudinis theologi aperte tradunt: ſed id quod difficultatē facit, eſt ſi rōne naturali poſsit probari ipſam eſſe capacem talis beatitudinis. Sugerius in eo lib. quem de fœlicitate ſcripſit tenuit hoc eſſe ratione naturali demonſtrabile & perſuaſit rem hanc, quia naturali ratione patet rōnalem aīam appetere ſummum bonũ & maximā ſcīam, at ſummum bonum & maxima ſcīa eſt Deum cognoſcere cognitione quæ eſt Deus, igitur ratione naturali patet rōnalem aīam eſſe capacem talis *Cōfutatio huius rationis ꝑ Sco. 4. ſn̄arum diſtin. 49.* beatitudinis. Sed Scotiſtarũ princeps in his libris, quos in theologia ſcripſit refellit hāc rationem, quia petere videtur principium, debet.n. ratione naturali probari tale naturæ deſiderium in eſſe rationali animę. Aduerſarius.n. diceret deſideriũ naturale non eſſe niſi ad poſſibile, at cognitio hæc eſt aīæ rōnali impoſsibilis, propterea non eſt ad illam deſiderium naturale: vt.n. non eſt naturale deſiderium oculis noſtris videre ſolem eo modo quo aquilæ oculi illum vident, ſic non eſt naturale deſiderium cognoſcere Deum eo modo, quo Deus ſeipſum cognoſcit, & quo cæteræ intelligētię ipſum intelligunt, quare deſideriũ naturale erit ſolũ in cognoſcēdo ipſum Deum cognitione, quæ eſt ipſius Dei effectus, veluti deſideriũ naturale eſt oculis nr̄is videre ſolē viſione minori illa aquilę, quia hæc eſt poſ's, & illius natura *Rō Scoti diſt. 49. q. 8.* oculorũ eſt capax. Hęc igit̃ ratio vt recte ſentit ille princeps nulla eſt, propter hæc aliter probat ipſe hoc eſſe ratione naturali demonſtrabile. primo ex parte obiecti. ſecundo ex parte actus, ex parte obiecti quidem, quia totum ens eſt obiectũ intellectus noſtri, igitur nō quietatur niſi in cognitione ſummi intelligibilis in ſe. declaratur, quia nō quietat̃ in cognitione illius in vl'i, qa ſic illũ cognoſcere non eſt illum cognoſcere, igitur in cognitione ipſius Dei in ſe. Ex parte actus autem, quia quod eſt ſimpliciter perfectionis in aliquo genere, ſi competit inferiori in illo genere, etiam oportet vt ſupiori cōpetat, ſed cognitio intuitiua cōpetit ſenſui, igit̃ multo *Confutatio.* magis intellectui. Sed iſte rōnes ambiguæ ſunt. prima quidem quia ſiue ens ſit obiectum intellectus ſiue non, ſemper conceptus entis cuiuſuis cauſatus eſt à quiddi-

tate materiali, per phantaſmata repreſentata, & ita ens eſt obiectum intell's vt cauſatus à quidditate materiali per phantaſmata repreſentata. Sed replicabis, quia tũc illa perfectiſsima cognitio de Deo rationali aĩæ poſsibilis non eſſet perfectior cognitione ſenſitiua, deducĩt quia nullus effectus põt eſſe perfectior ſua cauſa. Dico quod hæc cognitio de Deo, quæ compoſitione pluriũ conceptuum habetur eſt perfectior ſenſitiua, quia phãtaſma non principaliter concurrit, ſed inſtrumẽtaliter, & ita põt effectus eſſe perfectior ſua cauſa, quia eſſe põt virtute perfectioris agentis. Ad ſecundam concedo qđ cognitio intuitiua eſt poſsibilis intellectu: ſed non reſpectu oĩs cognoſcibilis, quia non reſpectu ſubſtantiæ, nec reſpectu materiæ, ſolum aũt reſpectu obiecti proportionalis, & ſic non oportet eſſe ita in oĩbus, ſi eſt de vno quia põt intell's aliquod cognoſcibile cognoſcere intuitiue & abſtractiue, non autẽ omne pp defectum proportionis.

*Scotus eodem lib. diſ. eadem q. 12.*

Amplius contra eundem argui poteſt, quia ipſe tenet non poſſe ratione naturali demõſtrari intellectum eſſe perpetuum, igitur nec ipſum eſſe capacẽ talis beatitudinis, quia vt ipſe dicit in alia quæſtione eiuſdem libri mortalitas repugnat ſaltem effectualiter fœlicitati: hoc autem dicit Auer. 3. de anima, ait.n. ꝙ qui ponit intellectum mortalem non põt dicere illum poſſe intelligere Deum in ſe: vt deducit contra Alexã, quare ſi ipſi tenent ratione naturali non poſſe probari animæ immortalitatem, coguntur dicere non poſſe probari ratione naturali animam poſſe tali modo beari.

*Cõm. 5. & 36. & 20.*

*Propria rõ.*

Propter hæc videtur mihi eſſe dicendum, vt de ipſa rationali anima, ꝙ videlicet, ſi ipſam eſſe æternam ratione naturali poteſt probari, etiam ipſam eſſe beatitudinis, eiuſmodi capacem poteſt ratione naturali demonſtrari. tenet conſequentia, quia ſi intellectus eſt æternus erit capax eius, cuius eſt capax quęlibet intelligentia. Præterea vt Them. 3. de anima docet. ſi intellectus eſt æternus, quanto intelligibile eſt perfectius, tãto magis eſt illius capax ſ͠m oẽm modum cognoſcẽdi illud eo quia ab illo non põt debilitari: immo vigorãt.

Ex his concludo ꝙ ratione naturali poteſt probari rationalem animam eſſe capacem beatitudinis, eo quia in lib. de intellectu probauimus rationibus naturalibus, ipſam eſſe immortalem. Nam ſi ratione naturali probaĩ aĩam remanere, ratione naturali ſequitur illã poſt mortem habere aliquam operationem, aliter eſſet ocioſa, talis non poteſt eſſe niſi cognitio, & nõ per abſtractionem à phãtaſmatibus, igitur erit cognitio rerum in ſe, & primi entis in ſe, & ſic capax eſt beatitudinis, & huc uſq; potuerũt ptingere peripa. vt Alex. Them. Simpl. Theoph. Eude. Auer. Auempa. Auic. Alga. & breuiter oẽs Arabes & Græci, & Latinorũ magna pars. Hæc de ſecundo.

*An anima ſit capax beatitudinis in media. Prima põ Tho. Secũda põ Sco.*

De tertio catholici diſcrepant, nam alij dicunt aĩam rationalẽ nõ eſſe beatitudinis capacem niſi per medium: nam cum ipſe Deus qui eſt beatitudo nimium excellat aĩam niſi quodam medio aĩa ipſa reddatur capax non poteſt beari. Alij dicunt aĩam eſſe beatitudinis ſuſceptiuam, eo quia aĩæ ad hoc vt efficiatur beatitudinis capax non additur alia natura ab eius eſſentia, cum.n. ipſa ſit quoddã ſuſceptiuũ oĩum formarũ intelligibilium, ipſa maxime ordinabitur ad perfectiſſimum intelligibile. Mihi vero videĩ ꝙ theologi diſcordant à peripateticis.

*Põ phi.*

Ambo.n. volunt Deũ eſſe ſibi & alijs beatificabilibus beatitudinẽ, ſed aliter atq; aliter, quia theologi volunt Deũ eſſe ſibi beatitudinẽ per naturam, & ideo neceſſario, alijs aũt per voluntatem, & ppea contingenter. At peripatetici volunt Deũ eſſe ſibi & alijs beatitudinem per naturam & hoc ait Auer. 3. de aĩa ꝙ Deus qui eſt agens intell's copulaĩ nobis in principio vt agẽs: poſt adeptionem vero intellectus ſpeculatiui vt forma idem Them. & oẽs.

*Cõm. 36.*

Tunc dicerẽ theologice ſentiendo, nullum eſſe neceſſarium medium nec ex parte aĩæ, quia ipſa eſt ſummæ & infinitæ capax: nec ex parte Dei, quia ipſe poteſt alijs intenſius, alijs remiſſius eſſe beatitudo: alijs vero non eſſe. Nam cum Deus volens ſit beatitudo, & ſit cauſa prima: quæ ſ͠m catholicos tam cum media cauſa, q̃ ſine media cauſa poſsit eſſe cauſa, iure ex parte ſui põt eſſe alijs beatitudo nullo medio concurrente. Aĩaduerte ꝙ cũ diximus non eſſe neceſſarium mediũ nec ex parte Dei, nec ex parte aĩæ, intelligo ita ꝙ ſit illud medium beatitudinis effectiuũ ſiue cauſale, nam requiritur bene mediũ quaſi diſpoſitiuum, quo aĩa ad beatificum actũ attollatur, quid vero ſit medium illud in theologicis quære. At ſ͠m peripateticos oportet ponere medium, aliter q̃ cito aĩa eſſet: illa eſſet beata, quia ex parte Dei nihil requiritur, ex parte etiam aĩæ nihil, quare ſubito eſſet fœlix & ſic requiriĩ medium quoddã, quo Deus non ſit oĩbus ſemper beatitudo, nec oĩbus æqualis beatitudo, eo quia non volẽs, ſed per naturam eſt beatitudo, inſuper etiam Deus cauſa eſt prima, quæ nullius eſſe poteſt cauſa niſi per medium apud phos, verum de medio iſto non parua eſt differentia, nam Auer. Alex. Them. & alij medium iſtud autumant eſſe intellectum ſpeculatiuum: hunc.n. intellectum aſſerunt eſſe medium quo Deus vt beatitudo copulatur rationali aĩæ, nunquam vero antea niſi poſt huius intell's adeptionem, de hoc medio copulãdi quære in locis tibi allegatis.

*De medio beatitudinis.*

*Confutatio.*

Sed ſi per tale mediũ duntaxat poſſet rationalis aĩa Deo copulari copulatione beatifica: tunc mulieres non eſſent fœlicitabiles, qm̃ non eſt de iure mulierum adeptio huius intell's, vt declaraĩ. 1. poli. Vnde Mar. Sit mihi vernaſatur, ſit non doctiſsima coniux. Sit nox cũ ſonno, ſit ſine lite dies. & ſic non eſt de iure naturali vt mulieres ſint ſapientes p talẽ intell'm: & tñ eſt de iure naturali vt ſint beatificabiles. Amplius tũc vitioſi poſſent eſſe fœlices, deduciĩ qa vitioſi pñt hũc intell'm ſpeculatiuũ adipiſci vt. d. Auer. in procœmio phy. auſcul. ait.n. ꝙ ſapientes huius tẽporis ſunt praui, & conſtat non poſſe eſſe fœlicẽ niſi ſit ſapiens.

*Põ vera perip.*

Propterea peripateticorũ põ eſt medium copulationis eſſe virtutem heroicam, eſt aũt virtus heroica habitus quidam exiſtens in ſenſitiuo appetitu, quo ille ſine diſſenſu obedit intell'ui recto: cum.n. rõnalis aĩa ſit ſimul ſenſitiua & intellectiua: naſciĩ quodãmõ rebellis beatitudini pp partẽ ſenſitiuã, quæ trahit intell'um ad ſenſibilia intellectioni rectæ repugnantia: ppea cum intell's plenarie ſenſitiuo appetitui prædominatur, tunc rationalis aĩa remanet capax beatitudinis, & tunc beaĩ: quare medium erit virtus illa, qua redditur aĩa rationalis mere intellectiua, & per cõſequens erit heroica vt dicit Ariſt. hæc non mõ à viris: ſed à mulieribus haberi põt: & ppea ambo ſunt beatitudinis participes, id ãt qđ decepit Auer, eſt, qa intell's ſpeculatiuus fuit vt declarator huius virtutis, per illũ.n. ſapientes cognouerũt hoc mõ poſſe perueniri in beatitudinẽ non ꝙ ipſe ſit mediũ copulationis & hoc decepit Auer. Hæc de. 3. De. 4. vero theologi tenent rõnalem aĩam corpori vnitã poſſe Deũ intelligere intellectione quæ eſt Deus hoc de facto fuiſſe in aliquibus nemo debet ambigere, vt tenemus de Moſe, de Chriſto, de Paulo, & de alijs quorum meminit

*Põ rõnalis aĩa corpori vnita intelligere põ Deum.*



meminit ſacra hyſtoria, peripatetici quoq; hoc coguntur concedere: eo quia alij dicunt rationalẽ aĩam poſſe Deũ cognoſcere hac cognitionis forma, poſt intell's ſpeculatiui adeptionem, talẽ aũt adeptionẽ fieri non poſſe aſſerunt niſi dum intellectus eſt corpori vnitus, præterea qui ponunt intellectionẽ talem fieri poſt heroicarũ virtutũ adeptionem coguntur idem concedere, nã heroicæ hæ virtutes acquiri non pñt niſi ab aĩa dum corpori eſt vnita, quare theologi & phi pariter rem hãc cõcedere coguntur. Eſt tamen hæc dña quia theologi dicunt potitatem hanc non reduci ad actum ex puris naturalibus, quia ipſa aĩa dum corpori vnitur, ſem p rõne mortalitatis corporis eſt inclinata ad appetitus ſenſitiuos, modo hæc inclinatio ſaltem effectualiter repugnat beatitudini. Secũdo quia non eſt pfecta beatitudo niſi ſit completa aĩæ videlicet & corporis, at illa corporis nõ eſt potis in vita mortali niſi per miraculum, quare p miraculum deduci põt actũ duntaxat, & ita tales quos diximus miraculo fuerũt beati: Hæc theologi. Peripatetici aũt qui dicunt Deum eſſe ſibi & alijs beatitudinem per naturam, cogũtur dicere rationalem aĩam non niſi dum corpori eſt vnita poſſe beari, quam beatitudinem poſtea detinet, quia ſiue per adeptionem ſpeculatiui intellectus, ſiue per adeptionem: virtutis heroicæ rõnalis aĩa reddatur capax, hæc non poſſunt acquiri niſi dum ipſa eſt in corpore, & ita corpori vnita põt beari & ſic coguñ cõcedere illos fuiſſe beatos per naturam, quia per pure naturalia fuerunt deducti ad actum beatificũ verum in vita hæc non diciĩ beatitudo, quia non eſt cũ ſecuritate, at poſt mortẽ rationalis aĩa cũ ſit perpetua, nec ſit amplius labilis, eſt pfecte beata quicquid ſit de mente Auer. Ex his apparet ꝙ mortalitas nõ repugnat beatitudini temporariæ vt deducit Ariſt. 12. meta. Tũc ad rationes theologorũ patet ſolutio, aĩa.n. põt acquirere heroicam virtutem in vita. tunc non eſt inclinata, poteſt tñ in vita labi p morbos per alias cauſas, & ideo non eſt ſecura nec eſt idem poſſe & aptum eſſe rationalis nãq; aĩa in vita, põt labi poſt heroicæ virtutis adeptionem, non aũt eſt apta, vel inclinata labi, & propterea non eſt ſecura, veluti corpus ſimpliciter ſanum põt ægrotari, non tamen eſt aptum ægrotari. Ad ſcđam dico: ꝙ non alia beatur, aĩa q̃ eius corpus, ideo q̃ cito aĩa beaĩ, corpus beaĩ, verũ illa aĩæ eſt p ſe, & põt eſſe perpetua, illa corporis eſt per accidẽs, & tẽporaria. Rõnes quoq; phorum hic nullæ habenĩ, ſed ſi quæ ſunt in lib. de intellectu, quære. nunc vero ſatis nobis ſit pro dilucidatione tenere Deum eſſe nobis beatitudinem obiectiuam: & poſsibilem in vita, nõ tñ p naturã, ſed ſupernaturaliter. Ex his patet qõnis nr̃æ dilucidatio: de his vero q̃re loca quæ tibi allegaui. Hæc de dilucidatione.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

ANTEQVAM ſoluantur rõnes in principio factæ, ſoluo rationes Thomæ. Ad primam ſoluunt & iuxta eorum poſitionem recte ſatis, tamen iuxta meam poſitionẽ dico ꝙ qñ intellectus intelligit intellectione quæ eſt effectus rerum quæ intelliguntur, ſic ſemper intelligit per abſtractionem à phantaſmatibus vt dicit Thomas, & pro hoc facit qđ inducit de leſione organi phantaſiæ, & de formatione idoli. Sed qñ intelligit intellectione quæ eſt ipſa res, quæ intelligiĩ nõ oportet ipſum intelligere per abſtractionẽ hmõi, nam intelligit hoc pacto ſe, & actus ſuos & ſpẽs intelligibiles, non tamen per abſtractionem à phantaſmatibus, ſed per intellectionẽ, quæ eſt ipſa res, quæ intelligiĩ, & hoc pacto intellectus noſter in ſtatu fœlicitatis intelligit Deum, per hęc ad illud quod induxit de inadæquatione effectus, ſolum.n. concludit per effectum Deum non poſſe cognoſci cognitione quæ eſt Deus, ſimiliter etiã ad illud quod additur improportione. Ad ſecundam illi iuxta eorum poſitionem bene dicunt, tamen iuxta opinionem peripateticorum, concedo ꝙ vlẽ materiale eſt obiectum intellectus, reſpectu intellectionis quæ eſt effectus rerum: non autem reſpectu intellectionis, quæ eſt ipſa res, quæ intelligitur: vnde multa põt intellectus intelligere quæ non continẽtur ſub obiecto intellectus: vt ſuperius declarauimus, nihil tamen intelligere poteſt, quin contineatur ſub ratione intelligendi, quæ eſt ens, eſt.n. ipſum ens non obiectum, ſed ratio intelligendi adæquata intellectui vt ſuperius fuit declaratum. Hęc ad rõnes Thomæ. Tunc ad rationes primi capituli ad eas quidẽ quæ ſunt pro parte affirmatiua, omnes concedo. Ad ea vero quæ alij inducunt contra rationem Auer. quære ſolutionem in lib. de intellectu vltimo tractatu de ſtatu aĩæ capite. 11. ibi.n. declaraui: quo nam modo enthimema Auerrois habet efficaciam: & qũo non. Verum quia ſatis ſufficienter ibi rem pertractaui, nunc ſub ſilentio volui pertranſire, hæc ad rationes pro parte affirmatiua ſufficiant. Ad rationes pro parte negatiua. Ad primam dico ꝙ Auerroes ait ꝙ illud extremam notat difficultatem non impoſsibilitatem. Ad ſecundam dicũt plus diſtare Deum ab intellectu noſtro in eſſe, non autẽ in intelligibilitate ac proportione obiecti. Sed contra per rationem eorum, quia eſt eadem ratio entitatis & intelligibilitatis: quia ſ͠m eos intelligibilitas eſt paſsio entis, poteſt igitur negari antecedens, quia intelligibile creatum põt apprehendi à ſenſu, quia Socrates põt appræhẽdi à ſenſu, & Socrates eſt intelligibile creatum, igitur intelligibile creatum poteſt appræhendi à ſenſu, non tamen ſenſus põt appræhendere intelligibile creatum, quia nõ ſub ratione qua intelligibile, hæc logici & non imperite ſ͠m eorum vias. Ad tertiam dico, ꝙ intell's agens & poſsibilis ſunt potentiæ adæquatæ reſpectu intellectionis, quæ eſt effectus rerum, nõ aũt reſpectu intellectionis, quæ eſt ipſa res: quæ intelligiĩ: vt notari põt. 3. de anima. Ad quartã patuit ſolutio; peripatetici.n. concedunt totum: quia ponunt Deum ad extra comparari neceſſario. Theologi vero negarẽt, & ita eſt tenẽdum, quia Deus vt volens eſt beatitudo aliis, ſibi vero neceſſario. Ad quintam dico: ꝙ intellectus illas intelligere põt, & nec per illius ſpẽs, nec per ſpecies aliorum, ſed cognitione quæ eſt ipſæ res abſtractæ, quæ intelliguntur.

*Cõm. 36.*

*De intellectione intelligentiarum.*

Sed occurres quia tunc intelligere quo anima beatur, non differt ab intelligere, quo intelligentiæ inferæ bearẽtur: dico ꝙ quemadmodũ noſter intell's intelligit ſeipſum intellectione, quæ eſt ipſemet intellectus quam intelligitur, ſic quælibet intelligentia intelligit ſe intellectione quæ eſt ipſamet intelligentia, quæ intelligitur. Amplius vt intellectus noſter beatur intelligendo Deum intellectione quæ eſt ipſemet Deus, ſic intelligẽtia beatur intellectione quæ eſt ipſe Deus quem intelligit. Eſt tamen differentia, quia intelligentia nihil intelligit intellectione quæ eſt effectus rerũ, quæ intelliguñ, at intell's quædam intelligit, intellectione, quæ eſt effectus eorũ quæ intelliguntur: Amplius pfectior eſt intellectio, qua intelligentia ſe intelligit, & intellectio qua Deum etiã intelligit, q̃ ſit intellectio qua intell's nr̃ ſe intelligit, & qua intelligit Deum. Ex his ſequitur ꝙ intelligentia infera, vtpote Gabriel ſiĩ in æuo & Deum, & ſeipſum, & oĩa inferiora

*Excerpt. 1.*

ſeriora intelligit, Deum quidem intellectione quæ eſt Deus ſeipſum intellectione quæ eſt Gabriel, inferiora aũt intellectione, nõ quæ eſt ipſa inferiora vel effectus inferiorũ, ſed intellectione, quę eſt ipſemet Gabriel. *Secundum.* Secundo ſequiť ꝙ Deum intelligit oĩs intelligentia intuitiue & veſpertine: inferiora vero veſpertine dũtaxat. deduciť, quia intelligendo Gabriel ipſum Deũ intellectione q̃ eſt Deus matutine intelligit & intuitiue, intelligẽdo vero ipſum Deũ intellectione q̃ eſt ipſemet Gabriel, veſpertine ipſum intelligit. Sed quia inferiora non põt intelligere niſi intellectione q̃ eſt ipſemet Gabriel, ideo veſpertine illa intelligit duntaxat. *Tertium.* Tertio ſequiť aliquã veſpertinã intellectionem eſſe aliqua matutina ſiue intuitiua perfectiorem. patet, quia intellectio qua Deus oĩa inferiora intelligit eſt perfectior intellectione qua intellectus noſter intuitiue illa intelligeret: quia illa intellectio qua Deus hæc intelligit veſpertine, eſt ipſe Deus. Similiter de cæteris intelligentijs deduci poteſt. *Quartum.* Quarto ſequitur ꝙ Deus ſiue quæuis intelligentia intelligit hæc inferiora, ſcĩa ſiue intellectione quæ eſt cauſa horũ, deduciť quia Deus hæc intelligit ipſo Deo Deus eſt intellectio quæ eſt horũ cauſa, igitur Deus hæc intelligit ſcĩa quæ eſt cauſa horum. Hæc de prima dubitatione. Intelligas autem hæc oĩa ſm peripateticos, quia lib. 12. dicemus quæ ſunt catholice, & quæ peripatetice tenenda. *2. Dubitatio.* Secundo occurres vtrum cognitio Dei qua rationalis anima beabitur, ſit eiuſdem ſpẽi cum cognitione eiuſdẽ per cognitionẽ quæ eſt Dei effectus quęq; per *Solutio.* cõpoſitionem conceptuũ dicitur. Dicendũ ꝙ differũt ſpecie & genere, nã cognitio Dei qua aĩa beať eſt ſubſtantia, eſt. n. ipſe Deus, cognitio vero qua Deũ per cõpõnem intelligimus: eſt accidens. Secundo differunt in rõne cognoſcẽdi, nã Deus in ſtatu beatifico cognoſciť vt lumen, per compõnem vero cognoſcitur vt illuminatum quid. Tertio differunt rõne cauſæ, quia Deus in actu beatifico intelligitur vt forma, per compoſitionẽ vero intelligitur vt agens q̃a vt dicit Auer. cõparať nobis in principio vt agens, in fine aũt vt forma, ex his ſequitur ꝙ beatifica cognitio eſt æquiuoce dicta, nec dici debet cognitio, ſed potius pfectio, vel copulatio, eo quia aĩa rationalis Deo perficitur: & per eſſentiam illi copulatur, quæ etiã vt dixi intelligas peripatetice: quia 12. lib. dicemus de his aliter. Hæc de tertia diſputa.

*Et manifeſtum eſt quòd res habent principium & quòd cauſæ rerum entium non ſunt infinite &c. Tex. cõm. 5.*

## DISPVTATIO QVARTA

De proceſſu in quocunque cauſarum genere.

*Num ſit ſtatus in omni cauſarum genere.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Antonius.* Qvod non arguitur. Et primo ꝙ non ſit ſtatus in cauſis effectricibus. primo quia generationes fuerunt infinitæ, igitur infinita præceſſerũt efficientia. Secundo quia primum efficiens eſt infinitũ, vltimum autem eſt finitum, igitur infinita poſſunt inter hæc mediare efficientia, & ſic poteſt eſſe proceſſus in *Rationes alia.* efficientibus cauſis. Tertio circulationes cœleſtes ſunt cauſæ effectrices eorum quæ hic aguntur. Sed illæ ſunt infinitæ, igitur efficientes cauſæ ſunt infinitæ. Secundo ꝙ nõ ſit ſtatus in cauſis materialibus, primo quia Ariſt. & Plato materiam ipſam volunt eſſe infinitum, igitur poſſunt materiæ eſſe infinitæ. Secundo continuum diuiditur in infinitum: ſed ad diuiſionem ipſius continui ſequitur diuiſio materiæ vt dicitur. 1. phy. igitur in materijs poteſt procedi in infinitum. Tertio diciť ab Auer. *Cõm. 67.* 3. phyſi. ꝙ in rebus ineſt infinitas ob materiam, igitur ipſa eſt infinita. Tertio ꝙ non in cauſis finalibus. primo quia appetitus finis eſt infinitus vt dicitur primo politicæ, vt patet exemplo medici. Secundo non eſt vnus finis omnium, agentium igitur non eſt vnus primus finis. Quarto ꝙ non informis, arguiť. primo quia in numeris eſt proceſſus in infinitum, at numeri ſunt formæ. Secundo generationes ſunt infinitæ, igitur & formæ, quia terminus generationis eſt forma: igitur ſi infinitæ generationes ſunt, & formæ infinitæ erunt. In oppoſitum eſt Ariſt. in textu.

### CAPVT SECVNDVM TITVLI.

Pro tituli expoſitione. Primo debes ſcire ꝙ cauſa, *Quid cauſe actio.* quæ græcè dicitur αἰτια vel αἰτιον multifariam ſolet definiri, Auic. vero in lib. de cauſis inquit, cauſam eſſe principium è quo aliquid in eſſe dependet, hæc. n. deſcriptio ſufficit. Them. autem primo auſculta. phyſicæ in *Qua Them.* procemio inquit, cauſæ apud Ariſto. ſunt efficientes & fines, concauſæ vero forma & poſtremo elementa. Plato vero cauſis addidit exemplarem, concauſis officialem ſiue inſtrumentariam. Supponamus autem nunc cauſas quatuor eſſe, effectricem, finalem, materialem, & formalem, quia exemplaris reducitur ad effectricem, inſtrumentaria ad materiam. Secundo debes ſcire per ſtatum non eſſe in diſputatione intelligendum, tertiam morbi partem, nec quietem, ſed terminum ſiue finem, ad quem ceſſare dicitur multitudo. Hæc de titulo.

### CAPVT SECVNDVM POSITIONVM.

In hac diſputatione aliqui diſtinguunt, quia cauſa- *Diſtinctio 1.* rum alia eſt per ſe, alia per accidens, cauſa per ſe illa eſt quæ per eius naturam tanquam per rationem cauſandi cauſat, vt ædificator per artem ædificandi: per accidens vero illa dicitur, quæ non per propriam naturam cauſat: ſed quatenus eſt accidens ei quod per propriam naturam cauſat veluti ſolemus dicere muſicum ędificare. Amplius ſecunda diſtinctio eſt, quia cauſarum: quædã ſunt eſſentialiter ordinatæ, vt quæ ordine eſſentiali & neceſſario concurrunt ad aliquem effectum, vt ſol & homo reſpectu generationis humanæ, accidentaliter aũt ordinatæ hæ ſunt, quæ quodam accidentali ordine ad effectum aliquem conueniunt veluti pater: auus, & actauus reſpectu Niphi, & dicunt ex alio proficiſci primam diſtinctionem: & ex alio ſecundam, prima nãque exoritur ex comparatione cauſæ ad effectum. Secunda *Secunda.* autem ex comparatione plurium cauſarum ad eundẽ effectum concurrentium: aſsignatur autem ab eis triplex differentia inter cauſas eſſentialiter ordinatas, & accidentaliter ordinatas: prima eſt ꝙ cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſunt. quarum vna ex alia pendet in cauſando, at in accidentaliter ordinatis põt vna ab alia in eſſe depẽdere, non tñ in cauſalitate, patet quia licet Niphus è Iacobo in eſſe depẽduerit, pro generatione Domicij, è Iacobo minime depẽdet. Sed quæres apud hos nũquid *Dubĩ vtile.* in eſſentialiter ordinatis ſolũ vna ab alia in cauſando dependeat. Solet ab eis reſponderi in his qñq; alterã ab altera dependere in cauſando tantum, vt phantaſma in cauſando ſpeciem intelligibilem ab intellectu agente dependet in cauſando tantum. non autem in eſſe,



eſſe, quãdoq; in eſſendo & cauſando veluti ſol & ignis in generatione ignis, quandoq; nec in eſſendo nec in cauſando, ſed ſolum in influendo, veluti baculus & manus in mouẽdo pilã, qñq; nec in eſſendo, nec in cauſando, nec in influendo, ſed ſolum in ordine attingẽdi ceu diciť de pr̃e matreue, quæ ſuis ſeminibus eſſentialiter cõcurrunt. ſic ꝙ dato ꝙ virtus ſeminis patris in infinitum augeretur, adhuc matris ſemen neceſſariũ eſſet. Secũda differentia eſt quia in eſſentialiter ordinatis cauſa prima eſt trifariã prior alijs eiuſdẽ ordinis nã quidem quia vl̃ior, pfectione vero, quia virtute propria cauſat. cæteræ nõ niſi virtute primæ, rõne deniq;, quia eſt alterius ſpẽi. At in accidentaliter ordinatis prima nulla harum prioritate eſt prior. Tertia differentia eſt, quia cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſimul oẽs actu cauſant, accidentaliter vero, nõ niſi vna poſt aliã, hæ drĩæ perſpicuæ ſunt. Hæc de diſtinctionibus. Sed vnũ eſſet circa has diſtinctiones dubitatione dignum ſi hæ diſtinctiones haberent locum in oĩbus generibus cauſarum, & põt dici ꝙ prima diſtinctio ſine dubio in oĩbus locũ habet, vt. 2. patet phy. Secunda autẽ forte nõ habet locũ propriæ niſi in effectiuis cauſis, & ĩ finalibus, quatenus mouens ſaltem intentionaliter, in alijs vero ſecunda diſtinctio locum non habet niſi ſm rationẽ, nõ aũt ſm rem, quia non contingit eiuſdem rei eſſe ſm rem plures materias, nec plures formas, forte aũt ſm rõnem fieri põt, quatenus intellectus cõſiderat eiuſdem compoſiti eſſe plura prædicata formalia, & plures materias ſaltem per diſpoſitiones diuerſas, verũ de hac re in dilucidatione diceť peripatetice, nũc ſatis ad mentẽ horũ. Hæc *Põ Plato.* de diſtinctionibus. Tunc Plato arbitratur in nullis cauſis nec p ſe, nec per accidens: nec eſſentialiter, nec accidentaliter ordinatis eſſe proceſſum in infinitum, aut poſſe eſſe, in eſſentialiter quidem ordinatis non poſſe eſſe: patet per rationes. Ariſt. in textu, in accidentaliter vero non poſſe eſſe, patet quia ſimul eſſe non poſſunt, *Cõm. 5.* quia tunc infinitum poſſet actu eſſe, vt Auer. deducit nec ſuceſsiue, quia eſt deuenire ad primã & ad vltimã, nõ. n. pñt ſuccedere cauſæ infinitę, niſi motus cœli eſſet infinitus, at motus cœli ſingulis. 36. millibus annorum finitur, & ſingulis. 36. millibus reddit idem numero, vel ſm obſeruationes nouas ſingulas. 49. millibus annorũ, videlicet tunc cum caput noni orbis complet reuolutionem ſuam, igitur cauſæ accidentaliter ordinatæ non poſſunt eſſe infinitæ, ſed certo ſtatutæ numero, videlicet, tot quot pñt eſſe ſingulis. 49. millibus annorũ eo, quia completa hac reuolutione eædẽ numero redeũt, & iuxta hanc poſitionem, concedi põt cauſas accidentaliter ordinatas infinitas fuiſſe quia infinities rediit ea- *Confutatio.* dem reuolutio, nõ aũt fuerunt infinitæ. Sed contra hãc poſitionem Ariſt. 2. de generatione li. probauit idẽ numero nõ poſſe redire: ſed bene idem ſpẽ quemadmodũ nec idem motus cœli numero; ſed ſimillimus ſpẽ, hic. n. redire põt ſingulis. 49. millibus annorum: idẽ aũt nume- *Põ aliorum & Scoti. 1 ſenten. diſt 2. q. 2.* ro nunq̃ tu vero lege rõnes Ariſt. 2. de generatione. Alij vero breuibus ſe expediunt, & tres de mente Ariſtotelis erigunt concluſiones. Prima eſt in cauſis eſſentialiter ordinatis cuiuſuis generis non eſt poſſis infinitas. Secunda in accidentaliter ordinatis cuiuſuis generis non eſt poſſis infinitas, niſi ſupponatur ſtatus in eſſentialiter ordinatis. Tertia etiam non ſuppoſito ſtatu in eſſentia- *1. Concluſio.* liter ordinatis, in accidentaliter ordinatis non eſt poſsibilis infinitas. Primam deducunt quia vbi cauſæ illæ eſſent infinitæ non dareť prima, & ita nec vltima: & ita oẽs eſſent mediæ, & ſi mediæ, tũc tota vniuerſitas cauſarũ eſſentialiter ordinatarũ eſſet cauſãta, & cũ non ab aliqua ſuæ multitudinis, quia tunc illa eſſet ſui cauſa, igiť ab aliqua alterius rõnis, & illa erit prima. Secundo ſi in talibus eſſentialiter ordinatis cauſis eſſet proceſſus in infinitum: dabitur tunc infinitum in actu, deducitur ex differentia tertia, quia omnes ſimul actu concurrunt. Tertio ſi in illis eſſet proceſſus in infinitum, tunc in illis non eſſet ordo eſſentialis, quia ordo eſſentialis eſt primi medij & vltimi. Quarto ſi in his eſſet proceſſus infinitus, tũc ſupior eſſet pfectior in cauſando ex drĩa ſecũda: quare ſi infinitus eſt pceſſus in infinitũ eſſet aliqua ſupior, & ſi in infinitũ eſſet aliqua ſuperior, in infinitũ eſſet aliqua pfectior, igiť eſſet aliqua nõ cauſans virtute alterius, q̃a quodlibet cauſans virtute alterius, eſt finitæ pfectionis, & ſic eſt ſimpl̃r prima. *2. concluſio.* Secundam vero deducunt ipſi p rationẽ octaui lib. phyſi. quia cauſæ accidentaliter ordinatæ nõ pñt ſimul eſſe infinitæ, quia tunc daretur infinitum in actu, nec ſucceſsiue eſſe poſſunt infinitæ: niſi eſſet aliqua cauſa alterius ordinis illas perpetuas, & ſic oportet dare ſtatum in eſſentialiter ordina- *3. concluſio.* tis. Tertiam demum probãt quia abnegato ſtatu in eſſentialiter ordinatis, oportet ponere in illis aliquem effectum, igitur aut à ſe: aut ab alio, aut à nullo: non à ſe, vt patuit. 2. de anima, vbi dicitur nihil ſeipſum generat, ſed bene conſeruat, non à nullo, quia à nullo nihil eſt, igitur ab alio, & illud erit prima cauſa, nec valet dicere illam agere virtute alterius: quia tunc ſupponeretur ſtatus in eſſentialiter ordinatis. Hæc illi. *Confutatio.* Hæc poſitio eſt acute declarata, tamen peccat. primo quia licet prima & ſecunda concluſio ſint veræ, tertia eſt falſa. Secundo quia rationes pro prima cõcluſione non ſunt expoſitæ ab eis: & ita vt ipſi deducunt nulla illarum. Quod quidẽ tertia concluſio ſit falſa, deducitur. Primo quia negato ordine eſſentiali in cauſis per ſe, ſequitur vtrũq; cõtradictorium, videlicet ꝙ procedant accidentales in infinitũ & ꝙ finiãtur, ſi enim negatur ordo in primis non erit primum mouẽs, & ſi nõ erit primum mouẽs, nõ erit aliquod quod illas corrumpat per acceſſum & receſſum, & ſic procedent in infinitum, ſequitur etiam quod erũt finitæ, quia nullum erit generans perpetuo illas. Secundo quia ratio eorum nulla eſt, concederet enim cauillator aliquid eſſe effectum, & nec à ſe, nec à nullo, ſed ab alio, & quando infertur, igitur illud aliud eſt prima cauſa, cauillator negaret argumentum, quia adhuc illud aliud poſſet eſſe ab alio, & illud adhuc ab alio, & ſic in infinitum, & ita illa ratio nulla eſt niſi ſupponat ſtatum in cauſis eſſentialiter ordinatis, nec replica eorum eſt ad propoſitum, vt patet intelligenti. Quod vero rationes pro prima concluſione nullę ſint: ducitur, quia omnes ſupponunt ordinem eſſentialem in cauſis, aliter nullæ ſunt, & hoc debuerũt probare & ꝙ omnes ſupponãt ordinem eſſentialem in cauſis. deduco, quia illo negato, prima ratio deletur: quia diceret cauillator nullã eſſe primam, nullamúe vltimam, & nullas medias, quia vna ſemper eſt ab alia, & illa ab alia, & ſic in infinitum, & ſic hæc ratio nulla eſt, niſi ſuppoſita ratione motus, p quam ſupponitur aliquod primum eſſe. Secunda etiã tollitur, quia ſupponit dari cauſas eſſentialiter ordinatas, & propterea infert eſſe infinitum in actu ex tertia differentia. Tertia tollitur per idem, ſupponit. n. ordinẽ eſſentialem. Quarta per idem remouetur, & etiã peccat in logica, quia non valet in infinitũ eſt aliqua cauſa pfectior, igiť illa agit virtute propria, quia logici cõcede-

rent in infinitum eſſe aliquam cauſam perfectiorem, nullam tamen cauſam eſſe in infinitum perfectiorē, & ſic concederent in infinitum eſſe aliquam cauſam perfectionem, & tamen nullam eſſe ſignabilem talē. Quare patet omnes has rõnes peccare per fallaciam petitionis principij, omnes. n. ſupponunt in cauſis eſſe ordinem eſſentialem. Hæc de dubitationibus.

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

*1. Suppoſitio.* PRO dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ in cauſis poſſumus imaginari proceſſum in infinitum aut indirectum, aut ſm ſpeciem, vt Ariſto. dicit in litera, & Auer. cõm. 5. velle videtur per directum ordinem eſſentialē, per ſpēm ordinem accidentalem, & ſic eſt ſenſus ꝙ bifariā põt intelligi ꝓceſſus in infinitū, aut in directum. ſ. per ordinem eſſentialem, aut ſm ſpeciē hoc eſt in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei ſucceſsiue tñ. ſeſe habentes, hæc eſt vna expõ Auer. licet Ioan. aliter interpretetur Auer. Aliter exponit Auer. vt per directum velit ea quę ſunt vnius ſpeciei, & ſm ſpēm, ea quæ ſunt diuerſarum ſpecierum & tunc eſt ſenſus ꝙ in cauſis nõ poteſt procedi in infinitum, nec indirectum, hoc eſt nec in his quę ſunt eiuſdem, nec in his quę differunt ſpecie. Hęc Auer. (*Quæ Auer.*) licet Ioan. peruertat verba Auer. ad alium ſenſum. Sed reuera Auer. literam non percepit, nec ſua expõ ſtare põt cū verbis Ariſt. vt oēs poſſunt videre, ideo melius expono, & dico ꝙ Ariſ. per directum intelligit in eodē genere cauſę. Imaginari. n. poſſumus in vno genere cauſę eſſe aliquod primum, & dari infra illud infinitas cauſas ordine quodā, & hoc pacto eſſet proceſſus in infinitum in directum, & per proceſſum in infinitum ſm ſpeciē, intelligit ſm diuerſas ſpēs cauſarum, ita vt non tm̃ quatuor ſpēs ſint ſed infinitæ, Q. aūt hæc ſit intentio Ariſt. patet primo per diuiſionem quam proponit, inquit. n. atq; conſtat principium quoddam eſſe, & neq; in directum, neq; in ſpecie infinitas rerum cauſas eſſe, ecce qūo per directum intelligit oppoſitum ei quod dixit in ſpecie, ſed in ſpecie eſſe infinitas, eſt illas eſſe infinitas ſm differentiam ſpecificam, igitur per directum intelligit in eodem genere cauſæ. Secundo Ariſt. in eodem textu declarans quid per directū intelligit, inquit vt in materia cum ex hoc aliquid generatur abeatur in infinitum, vt caro quidem ex terra: terra autem ex aere, aer aūt ex igne fiat, & huius nullus ſit finis, & de cæteris ſe exponit in ſingulo genere cauſę, igitur per directum intelligit in eodem genere cauſæ. Tertio ꝙ hęc ſit Ariſt. intentio, patet, quia in toto illo capitulo duo ꝓbat, primo ꝙ non ſit proceſſus in infinitum in ſingulo genere cauſæ, & ſecundo ꝙ nec in diuerſis generibus cauſarum, ſi igitur hæc duo proſecutus eſt, videtur ꝙ hæc duo debuit proponere. Ex his tribus patet error

*Qualis Auer. expoſitio.*

*Contra Auer.* expõnis Auer. & Ioā. & veritas expõnis noſtræ. Redeo igitur ad rem: & dico ꝙ proceſſum in infinitū in cauſis poſſumus fingere dupliciter, aut in eodem ſingulo genere, aut in diuerſis generibus cauſarum.

*2. Suppoſitio* Secundo animaduertendum ſm Auer. cõm. 6. ꝙ in ſingulis generibus cauſarum poſſet intelligi proceſſus in infinitum dupliciter: aut in cauſis quæ per ſe ordinantur, aut in cauſis quæ per accidens ordinantur. Amplius cauſę per accidens ordinatæ poſſunt intelligi vt permanentes, & vt ſucceſsiuæ vt permanētes dicuntur habere ſitū, hoc eſt permanentiam, & coexiſtentiā, vt ſucceſsiuæ dicuntur non habere ſitum ab Auer. ibidem.

*3. Suppoſitio.* Tertio debes ſcire ꝙ ſtatum in ſingulis generibus cauſarum põt probare phy. & metaph. phy. quidem eum probat rõnibus demonſtratiuis, quæ ſumuntur per motū. Metaph. vero aut probat illum ſuppoſito primo in ordine, aut rõnibus dialecticis. Hæc eſt opinio Auer. contra Auic. in multis locis, & hic ait Ariſt. vſum eſſe demonſtrationibus naturalibus, licet rõnibus vniuerſalioribus, prout competunt metaph. (*Cõm. 6.*)

*4. Suppoſitio.* Quarto aīaduertendum ꝙ Ariſt. in textu probat ſtatum in cauſis per ſe ordinatis ſm ſingulum genus cauſæ, at Auer. addit de cauſis per accidēs ordinatis ſm ſingulum genus: quæ additio licet nõ ſit neceſſaria pro expõne Ariſt. eſt vtilis, hoc vnum tamen ſcias Ariſt. non fuiſſe locutum niſi in cauſis per ſe ordinatis ſm ſingulum genus: & de cauſis ſm diuerſa genera, ꝓpea de cauſis per accidens ordinatis non dilucido aliter, ꝗ Ioan. & alij dicant, quia recte dixerunt.

*1. Concluſio.* Probatur igitur ſm Ariſto. primo eſſe ſtatum in efficientibus per ſe ordinatis, & ſupponit Ariſt. ad hoc probandum eſſe primum efficiens, deinde probat ꝙ non poſſunt eſſe cauſæ infinitæ effectrices ſub illo primo & hoc pacto eius rõ eſt ex ſuppoſitione, ꝗ accepit à phy. in li. 8. phy. vnde componitur ſic. In quocunq; genere cauſæ eſt prima non poſſunt ſub illa cauſæ eſſe infinitæ, quia aliter illę non eſſent ab illo primo per ſe, ſed ſolum per accñs, & ſic non eſſet primum, ſed in genere cauſæ efficientis eſt cauſa prima, igitur non poſſunt ſub illa eſſe cauſę infinitæ, & ꝙ hæc ſit rõ Ariſt. lege textum: & intelliges: & hoc pacto oēs cauilli tolluntur.

*2. Concluſio.* Secundo probat Ariſt. ſtatum in materialibus cauſis per ſe ordinatis, & vt patet legenti literam Ariſt. ſupponit primam materiā eſſe, & quærit an ſit proceſſus in infinitū in his, quę generātur ex materia. Tunc vult aliquid fieri ex alio in propoſito eſſe dupliciter, directe, & reflexe, directe quidem, eo modo quo ex puero vir fieri dicitur, reflexe vero eo modo quo ex igne aer, & ex aere aqua, & ex aqua terra, & ex terra iterum ignis reflectendo fieri dicuntur, in oībus. n. his ſupponit primam materiā eſſe. Tūc arguit ſi eſt proceſſus in infinitū in his: quæ à materia fiunt, vel directe, vel reflexe, non directe, quia id ex quo fit aliqd directe, eſt medium inter eſſe & non eſſe, veluti puer ex quo fit vir. Sed poſitis extremis, nõ poſſunt media eſſe infinita, igitur hoc pacto non eſt proceſſus in infinitū, nec reflexe, qa vbi eſt reflexio, eſt reditus ab vltimo ad primum: igitur eſt dare vltimum & primum, & ſic media erunt finita, hæ igitur duę rõnes, videlicet, de agēte, & de materia, ambæ ſunt ex ſuppoſitione, & ſupponūt primum eſſe in ſuo ordine: & qui legit verba Ariſt. hæc põt inuenire.

*3. Concluſio.* Tertio de finalibus per ſe ordinatis Ariſt. idem probat, primo, quia vel eſt aliquid tale, cuius cauſa oīa ſint, & ipſum nullius cauſa, vel nihil tale inuenit̃. Si eſt aliqd, cuius cauſa oīa ſunt, & ipſum cauſa nullius, erit primum in finibus, & ſtatus. Si vero nihil tale inuenitur, tolletur oīs finis. Secundo arguit Ariſt. ꝙ ſi non daretur ſtatus in finibus, tolleretur natura boni deducitur quia bonum eſt quod oīa appetunt. Tertio ſi nõ eſt vltimus finis, nemo ad aliquid agendū conaretur, conſequens eſt impoſsibile: & contra experientiā. conſequentia patet, quia non eſſet dare vltimū terminum actionis. Quarto ſi ſic, nullum eſſet agens per intellectum. tenet argm̃: quia agens per intellectum ſemper agit gratia vltimi termini. Hæc Ariſt. Vbi debes ſcire ꝙ oēs iſtę rõnes ſunt probabiles, & quaſi ex ſuppoſitione. Prima. n. ratio ſupponit tolli oēm finem, ſi tollitur finis vltimus, hoc. n. poſſet negari, quia poſſunt eſſe alij fines per accidens. Secunda ēt ſupponit tolli naturam omnis boni ſi tollitur finis quod non eſt hic notum, poteſt. n. dici



dici eſſe bona ſm quid, quorum vnum ab altero, & alterum ab altero ſemper depēdet. Tertia ſupponit omne agens agere propter finem, quod eſſet probandum ex phy. Quarta ēt ſupponit agens per intellectum agere propter finem vltimum, quod eſt petitum ex lib. phy. vbi probatur nullum agens agere neceſsitate materiæ, & ſic hæ rõnes oēs ſupponunt, poteſt etiam ad oēs dici ꝙ oēs præſupponunt agēs agere propter finem, modo hoc demonſtratur in lib. phy. 2. & ſic oēs ſunt ex ſuppoſitione.

*4. Concluſio.* Quarto probat Ariſt. in formis eſſe ſtatum. Primo, quia ſi non nulla erit prima rõ definitiua. Secundo ſi ſic: non eſſet deuenire ad ſpeciem ſpecialiſsimam, & ſi ſic, non eſſet ſcīa perfecta de aliquo. Tertio ſi in formis eſſet proceſſus infinitus, tunc nihil ſimpliciter ſciretur definitiue, qm̃ oīs ſcientia definitiua eſt per formam, & ſi formæ eſſent infinite nihil ſciretur. Quarto materiæ conuenit infinitudo, igitur formæ finitudo, & ſic in formis eſt ſtatus, hæ ſunt rõnes ſatis probabiles.

*5. Concluſio.* Quinto probat Ariſt. in diuerſis generibus cauſarū eſſe ſtatum: quia ſi non, nihil perfecte demonſtratiue contingeret ſciri. Hæc Ariſt.

*Dubitatio. 1.* Occurres contra dicta, quia ſi eſſet ſtatus in formis: eſſet deuenire ad vnā primā formam quæ eſſet oīum formabilium forma. deducitur: quia vt in ordine agentiū eſt deuenire ad vnum agens, quod eſt oīum agentiū cauſa, aut in eſſendo, aut in cauſando, & in ordine cauſarū materialiū eſt etiam deuenire ad vnam primam oīum materiam, & in ordine finiū ad vnum omniū primum: ſic in ordine formarum ad vnam erit deuenire formam quæ eſt omnium formarū forma vel omnium formabilium forma, hoc aūt eſt falſum: nec rõnes Ariſt. ad hoc intendunt, igitur eſt dubitatio.

*2. Dubitatio.* Secundo videtur adhuc contra Auer. ſtare ꝙ in accidentaliter ordinatis ſit actu infinita multitudo, qa ſm Ariſt. mundus eſt æternus, igitur infinitę fuerunt aīę rationales, & illæ ſunt æternæ igitur infinitum in actu erit.

*Solutio. 1.* Ad primam dici põt ꝙ Ariſt. in ordinibus cæterarum cauſarum probauit ſtatum eſſe ad primam cauſam oīum in ſuo genere, licet in ordine efficientium ſuppoſuit primam cauſam, eſſe & in ordine materialium primam materiam eſſe, & probauit eſſe ſtatum ad illā hoc pacto ꝙ ſub qualibet illarum licet procedere finite: nõ infinite in ordine vero finium probat ſtatum eſſe ad primum finem ſimpliciter ſed perſuadet rationibus probabilibus eſſe veniēdum ad primum finem: dico rationibus probabilibus: quia oēs ille ſupponunt agens agere propter finem: quod non hic ſed in lib. phy. probatur: at in formis probat ſtatum eſſe non ad vnam oīum formarum quia non datur vna prima forma, niſi æquiuoce, ſed ad vnam formam primam cuiuſlibet compoſiti, vt ad vnam primam formam in homine, & ad vnam primam in alio quouis, quæ non eſt omniū ſimpliciter forma: ſed prima ſui ordinis eius compoſiti cuius eſt, & ſic ſtatus in formis differt à ſtatibus cæterarum cauſarum.

*Solutio. 2.* Ad ſecundam nos rñdimus in lib. de intellectu & multifariam, nunc dicimus quicquid occurrit Auer. videtur velle eſſe ſtatum in accidentaliter ordinatis, quæ habent ſitum, & per ea quę habent ſitum, intelligit quę permanent ſitualiter ſimul, vt patet cõm. 6. & hoc ſentit Auic. in ꝗ pluribus locis, & tunc facile eſſet rñdere, aīæ. n. illæ dato ꝙ eſſent infinitæ, non habent ſitum. Videtur autem hæc peripatetica ſolutio, quia Ariſt. 3. phy. ſemper negat infinitū in magnitudine, & in multitudine, quę cauſatur ex magnitudine, & ſic velle videtur nõ eſſe impoſsibile infinitum niſi quatenus eſt magnitudo, vel ex magnitudine cauſatum. Alij vero dicunt duplex eſſe infinitum in multitudine actu, & potētia, actu quidem ſic exponitur, hæc ſunt tot. & non poſſunt eſſe plura, igitur ſunt infinita in actu multitudine, in potentia aūt ſic exponitur, hæc non ſunt tot quin plura poſſint eſſe, igit̃ infinita ſunt poteſtate in multitudine. Tūc ad formam concedunt infinitas fuiſſe & eſſe aīas poteſtate, quia non tot quin plures, & plures potuerūt eſſe, & poterunt eſſe, non tamen aīæ ſunt actu infinitæ, quia tunc eſſent tot, & non poſſent eſſe plures. Hęc ſolutio pro nunc valeat, quantum valere poteſt quia in lib. de intellectu ſatis eſt diſputata.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rõnes nunc facile rñdetur. Ad primam patuit ſolutio. Ad ſecundam dicerent phi ꝙ inter Deum & vltimum quoduis agens eſt finita diſtantia & perfectiua, & dimenſiua ſaltem rõne corporū, quid vero theologi dicant, quære alios. Ad tertiam patuit ſolutio, illæ. n. nõ ſunt per ſe ordinatæ. Ad primā de materia dico ꝙ materia eſt infinita rõne dimenſionum, & ſic dico ꝙ per accidens poſſunt eſſe infinitæ materiæ accidentaliter ordinatæ. Ad ſecundam dico ꝙ probat materias illas eſſe per accidens ſucceſsiuæ infinitas, ꝙ concedo. Ad tertiam dico ꝙ res ſunt infinitæ propter materiam in ſucceſsione, quia. n. materia nunc vnam: nūc aliam recipit formam, ideo res multiplicantur in infinitum. Ad primam de fine dico ꝙ appetitus finis eſt infinitus in accidentaliter ordinatis, vt ſanare infinitas febres. in ordine tñ per ſe eſt ſtatus. Ad ſecundam dico ꝙ diuerſorū diuerſi ſunt fines proximi, vnus tñ eſt omniū ſimpliciter finis. Ad primā de forma ſolet dici ꝙ oēs numeri ſunt eiuſdem ſpeciei & non differunt niſi pœnes multum & paucum, & ſic ſi proceditur in infinitum eſt ſucceſsiue & per accidens: vt. n. in qualibus magis & minus non variant ſpeciē, & in ipſis magnitudinibus maius & minus non variant ſpeciē ſic in multitudine multum & paucum non variant ſpeciem. Ad vltimam patet ſolutio per dicta. Hæc de quarta diſputatione.

*Sed ſi infinite eſſent pluralitate ſpecies cauſarum, non eſſet ita cognoſcere &c. Tex. cõm. 13.*

## DISPVTATIO QVINTA
### De infiniti notitia.

*Num infinitum poſſit cognoſci à nobis.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET videtur ꝙ ſic. Primo Deum poſſumus cognoſcere, Deus eſt infinitus, igitur infinitum poſſumus cognoſcere. (*Antonius.*) Secundo vnaquæq; res per oēs cognoſcitur cauſas, ſed Deus eſt rei cuiuſq; cauſa, igitur vnaquæq; res cognoſcitur per Deū: igitur Deū cognoſcimus, ſed Deus eſt infinitus, igitur vt prius. Tertio infinitum definitur, & de ipſo paſsiones traduntur, & etiā ſibi nomina imponimus, igitur infinitum cognoſcitur. Quarto ſpēs numerorum poſſunt cognoſci, aliter eſſet aliquod intelligibile, ꝙ non poſſet intelligi, ſed illæ ſpēs ſunt infinitæ, igitur infinitum poteſt cognoſci. Quinto duæ cognitiones poſſunt eſſe ſimul in intellectu vel ſaltem duę ſpecies intelligibiles: igitur infinitę per rõnem Ariſt. 4. phy. Sexto totum põt cognoſci, omne totum eſt infinitum, igitur infinitum põt cognoſci. minor ꝓbatur, quia omne totum eſt ſuæ partes, modo partes, cuiuſuis totius ſunt infinitæ, igitur omne totum eſt infinita. (*Rationes Albertillæ.*)

finita. Septimo vl'e cognoſcit̃ à nobis vniuerſale aut eſt aut prædicatur de infinitis, igitur infinita cognoſci poſſunt à nobis. In oppoſitum eſt Ariſto. hic & primo phyſicæ auſculta.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO declaratione tituli debes ſcire ἄπειρον græci latini infinitum vt. 3. phyſi. auſcul. accipitur, trifariam dicitur prout illa particula in, ſiue, A, poteſt aut negare, aut priuare aut contrarium ponere, & ſic poteſt ſumi negatiue, & hoc pacto eſt infinitum id quod nec habet finẽ, nec eſt quantum poſ'e finiri & hoc pacto punctum dicimus infinitum, quia non eſt quantum finibile, veluti dicimus vocem inuiſibilem, quia non eſt color viſilis. Secundo modo priuatiue infinitũ dicitur, quod eſt q̈tum actu ſine principio & fine. tñ eſt aptum finiri, & hoc modo, vt. 3. phyſic. auſcul. dicitur, non eſt reperibile, nihil. n. in rerum natura eſſe poteſt actu ſine terminis, quod ſit aptũ finiri, niſi forte motus cœli ẽm aliquos. eſt. n. apud peripateticos actu ſine principio & fine, quanquam poſsit deſinere vt velle videtur Auer. 12. meta. *Côm. 41.* Tertio dicitur infinitum cõtrariæ, quod quidem eſt ſine principio & fine, & nec eſt aptũ aliqua ex parte finiri, & hoc bifariam eſt, aut actu aut potentia, actu quidem, ſi nec actu habet principium nec finem, nec eſt aptum habere, & hoc poteſt eſſe aut in virtute, aut in magnitudine, aut in multitudine, aut in permanentia. In magnitudine & multitudine non eſt reperibile, vt. 3. phyſi. diſputatur niſi motus & tempus hoc pacto dicuntur apud alios, ptãte vero ꝙ quidem actu eſt finitum, tamen ptãte nec habet principium nec finem vt dicitur. 3. phyſi. & ſic dicitur infinitum oẽ continuum qa infinitas habet partes ſaltem in potentia, infinitum aũt priuatiue non poteſt eſſe niſi actu, qm̃ eſt id quod actu caret terminis, aptum tñ per illos finiri: & ſic non põt eſſe niſi actu. Ad infinitum contrariæ, ſi actu quidem finitum ſit, & ſit aptum diuidi in infinitum, ptãte infinitũ contrariæ dicetur, ſi vero actu careat terminis, nec illos aptum ſit habere, infinitum dicitur actu cõtrarię & ſimpliciter, vt dicitur. 3. phy. Ex his patet titulus q̃onis. non. n. intelligitur de indefinito negatiue, quia de illo nemo dubitat: vnitas. n. & punctum ſunt per ſe intellectilia maxime apud eos, qui tenent illa eſſe in rerum natura, vt logici tenent. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Prima põ Tho.* SVNT quidam qui abſolute dixerunt infinitum nõ poſſe à nobis intelligi. Q: ſi intelligãt per ſe, quo. ſ. ad definitionem quid rei, eſt poſitio expoſitoris, concedit enim ipſum infinitum nõ eſſe per ſe intelligibile à nobis ſub ratione & definitione quid rei: ſub rõne vero & definitione quid nominis, bene concedit ipſum poſſe intelligi, non per ſpeciem propriam, nec conceptu proprio ab illo genito, ſed ſpecie ipſius finiti, ſeu conceptu genito ab ipſa re finita, veluti (vt dicit) ſilentium percipitur ab auditu non. n. per ſpeciem ſilentij, ſed per ſpẽm ſoni, quæ primo & per ſe repreſentat ſonum: per accidens ſilentium, dicitur. n. 9. huius ꝙ eadem ſpecies eſt contrariorum vnius quidem per ſe alterius per accidẽs ſic igitur concedit Thomas ipſum infinitum nõ eſſe ꝑ ſe intelligibile per rõnem quid rei, ſed per accidens per rõnem quid nominis, hæc Thomas in quam pluribus locis, vnde primo phy. exponens tex. inquit, & huius rõ eſt, quia id quod eſt notum apud intellectum comprehenditur ſub ipſo, quãtum ad omnia, quæ ipſius ſunt qđ *Côm. 35.* non poteſt cõtingere de aliquo infinito. Hęc Thomas in expoſitione textus. Vbi patet ipſum velle infinitũ nõ eſſe intelligibile quo ad partes ipſius infinitas, quæ in eo continerentur, nõ aũt negat ipſum poſſe intelligi quantum ad rationem nominis, ad quam ſufficit vt intelligatur per accidens ex ratione ſui contrarij. Hæc ſunt de mente eius tenenda in. 3. phyſi. & 1. & 3. cœli. Pro hac *Rões ꝓ Th.* poſitione aliqui ratiocinãtur. Primo quia infinitum nõ per ſe continetur ſub ente ſenſibile, quod eſt per ſe obiectum intellectus, quod dicitur quidditas rei materialis, igitur non eſt per ſe intelligibile. Secundo ſi infinitũ intelligeretur aut vna aut pluribus intellectionibus, non vna, quia vna intellectio fit ab vna ſpecie, at infinitũ nõ poteſt per ſe ſpeciem efficere in intellectu: quia tũc eſſet in actu, & ita finitum, omne. n. quod eſt in actu: ꝑ eius finitur actũ: nec pluribus: quia tũc oportet fingere plures ſpẽs & ſic plures formæ, & plura accidentia eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. Tertio inter obiectum & potentiam debet eſſe proportio, at inter infinitum & intellectum finitũ nulla eſt proportio, igitur infinitum non poteſt intelligi, iſtæ ſunt tres rationes Thomæ attributæ, quas ego non legi in libris Thomæ, niſi eſſent ſuorum ſequacium. Iuxta hanc poſitionem ſoluuntur obiectiones, prima quidem, quia concedit̃ deũ cognoſci poſſe, non tamen ſub ratione infiniti: & hoc rationabiliter: quia virtus & perfectio rei non cognoſcitur niſi per maximum effectum in quem põt, vt dicit̃ primo cœli. Sed nihil eſt hic infinitũ, qđ Dei virtuti ſit *Côm. 116.* adæquatum, igitur perfectio Dei quãta ſit cognoſci nõ põt, & per idẽ ad ſecundum, conceditur. n. primam cauſam poſſe cognoſci, non tñ ſub ratione infiniti per idẽ. Sed replicabis vt replicãt. Primo qa deus põt cognoſci *Replica. Prima.* à nobis vt creator, ſed vt creator eſt infinitus, igit̃ vt infinitus. Secũdo Deus intelligit̃ à nobis vt eſt oĩum vltimus finis, igit̃ vt infinitus antecedens eſt Ariſt. in tex. de *Secunda.* duco cõſequentiam, quia ex oppoſito cõſequentis infertur oppoſitum antecedentis, quia detur oppoſitum ꝙ non intelligatur vt infinitus, igitur intelligetur vt finitus, & ſic poſſet ipſo vltimo fine intelligi, vlterius quia poſſumus intelligere maius bonum ipſo Deo. Tertio *Tertia.* intellectus componit infinitum cum Deo, & diuidit illud cum omni alio. igitur Deus poteſt intelligi vt infinitus, qm̃ omnis cõpoſitio vel diuiſio ſupponit per ſe intellectum Simplicium. Licet poſtea magis patebit veri *Sol ad primã.* tas hęc, tamen iſtæ replicæ non cogunt. prima quidem non, primo quia Deum non cognoſcimus vt creatorẽ cognitione naturali, de qua intelligit Tho. ſed cognitione ſupernaturali. Secundo non valet, cognoſcitur Deus vt crator, & vt creator eſt infinitus, igitur cognoſcitur vt infinitus, ſicut non valet cognoſco coriſcum vt veniens, & vt veniens eſt nunc diſtans à polo ſeptẽtrionis gradibus. 40. igitur cognoſcitur vt diſtãs gradibus. 40. Ad ſecundum per idem dicitur, concedo. n. ꝙ *Ad ſecundam.* Deus cognoſcitur vt vltimus finis, non tamen ſequitur ipſum cognoſci vt infinitum per idem, & quando dicit̃ detur oppoſitum conſequentis, ꝙ non cognoſcatur vt infinitum, detur & negatur, illum tunc cognoſci vt infinitum, ſicut licet coriſcus veniens non cognoſcatur vt diſtans. 40. gradibus, non propterea ſequitur ipſum cognoſci vt propinquus cognoſcitur, igitur Deus vt ſummum bonum: & vltimus finis & ita vt non finitus, nec vt finitus, tamen vt infinitus, cauſa eſt quia ratio vltimi finis eſt prior ratione finiti & infiniti; ſunt. n. finitum & infinitum modales differentiæ apud eos, quæ adueniũt in ſecundo ſigno naturæ propterea in illo priori quo,

Deus



Deus ipſe intelligitur vt vltimus finis, nec intelligitur vt finitus nec vt infinitus, ſed intelligit̃ vt non finitus. Ad tertiã dico ꝙ rõ concludit infinitũ poſſe intelligi per rationẽ noĩs, & ad hoc ſufficit vt intelligat̃ per ſpẽm finiti, & hoc pacto infinitũ põt aut cõponere aut diuidere. Ad ſecundã rõnem principalẽ rñdet ipſi infinito nomẽ poſſe imponi, non tamen ꝑꝑ hoc eſt intelligibile. Amplius concederet ipſum poſſe definiri, ſed definitione quid noĩs. Replicãt primo quia nihil põt voce exprimi, ꝙ non mente concipit̃ vt dicit̃ in li. de interpretatione, & 4. met. habetur ꝙ ſi nihil intelligit̃, nihil ſignificatur amplius intell's cognoſcit dñam inter ipſum infinitum & ipſum finitũ, inter ens & nõ ens, igit̃ extrema cognoſcit. Præterea priuationes & negationes intelligibiles ſunt quũ de ipſis enunciationes fiant. Dico ꝙ iſti nolũt Thomã intelligere, ipſe. n. voluit ꝙ infinitũ ſit intelligibile non tm̃ per ſe: quia non per propriã ſpẽm ſed per accñs ſicut ſilentiũ per ſpẽm ſoni, ſic infinitũ per ſpẽm finiti, & quia intelligitur per accñs, ideo imponimus nomen. Amplius & definimus ipſum definitione, q̈d noĩs, & ſic concedo ꝙ infinitũ mente concipitur, ſed non ꝑ propriam ſpẽm, ſimiliter cõcedo ꝙ ſi nihil intelligitur: nec per ſe, nec per accñs: nihil ſignificatur. Amplius cõceditur ꝙ intell's intelligit dñam eo modo quo põt poni dña inter ens & nihil, inter finitum & infinitum: & ꝑpea ambo extrema cognoſcit, non tñ eodem modo, quia finitũ per ſe, infinitum per accñs. Similiter cognoſcunt̃ negationes & priuationes, oẽs. n. cognoſcuntur per ſpẽs habituum, nam oĩs ſpẽs eſt per ſe repreſentatiua alicuius & per accñs oppoſiti illius & hoc habet quia ſpẽs & breuiter conceditur infinitũ poſſe intelligi, intellectione quidem, non cuius origo eſt ipſum infinitum, ſed ipſum finitum, à ſpẽ. n. finiti originatur cognitio infiniti. Ad tertiam principalem, dicit̃ ꝙ infinitæ ſpẽs numeri non per ſe cognoſcuntur, ad maiorem dicitur ꝙ intelligitur de illis ſpẽbus, quarum indiuidua per ſe ſentiri poſſunt, & hoc pacto non ſunt ſpẽs numerorũ. Replicatur quia per vnum ſolem poſſumus cognoſcere infinitos, igitur per vnum numerum infinitos numeros, ſic poſſunt cognoſci infinitæ ſpẽs numerorum per cognitionem vnius ſpẽi, dato ꝙ non per ſe ſentiantur oĩa indiuidua illarũ. Dici põt ꝙ per hanc replicam nõ habetur plus, niſi ꝙ infinita cognoſci poſſunt per ſpeciem finiti, & ita confuſe & per accñs quod Thomas tenet. Præterea aliter ego dicerem ad tertiam ꝙ numeros eſt vna ſpẽs, & cæteri numeri infiniti ſunt indiuidua, modo indiuidua cognoſcuntur in ſuis vniuerſalibus: & ſic oĩa illa cognoſcuntur, vt dicetur. Ad quartã dicitur primo negando ſimilitudinem, quia comparat̃ corporib⁹ vt forma: at intell's ſpeciebus vt materia: mõ bene vna materia poteſt eſſe plurium formarũ vt vna materia iſti poteſt eſſe plurium formarum elementariarum: vna tñ forma non põt eſſe niſi vnius ſubiecti, quia vnam formã habere plus vno ſubiecto eſt impoſ'e, vt dicitur in lib. de ſubſtantia orbis, non tñ vnum ſubiectum habere plus vna forma eſt impoſ'e, & ſic concedi poteſt intell'um habere plures ſpẽs, non tñ infinitas: qa ſua capacitas eſt finita. Hæc ſolutio confutatur, quia ſi intell's poteſt recipere duas, adhuc videtur poſſe recipere infinitas, & hoc ſi eſſet aliquod agens potens illas ſibi dare, eſt. n. ipſe oĩa fieri. Dici põt defendendo illam ſolutionem, ꝙ ẽt dato ꝙ intell's ſit capax duarũ ſimul, non ſequitur vt ſimul infinitarum ſit capax: ẽt ſi aliq̈đ agens eſſet præſtans, quia infinitæ ſpẽs dicerent perfectionem infinitam, cuius intell's non eſt capax. Dicitur ſecundo ad principalem, ꝙ enthimema Ariſt. intelligit̃ qñ eſt tanta repugnantia de duobus, quãta de infinitis, vt eſt de corporibus, repugnat. n. duo corpora eſſe in eodẽ loco, quia tunc ſi fieri poſſet, eſſet penetratio poſſibilis, at non ſic de ſpẽbus, & hæc eſt melior rñſio: quia non eſt æqualis repugnantia de duabus & de infinitis ſpẽbus. Vlterius arguunt contra rões. Ad primam. n. negant obiectum intell's eſſe quidditatem rei materialis. i. vniuerſale ſenſibile. & probant, quia tunc aliquis habitus eſſet amplior intellectu: vt met. quę eſt de ente. Sed nos diximus apud peripateticos vl'e ſenſibile eſſe obiectum intell's. Tunc ad rõnem dico, ꝙ potentiæ nõ per obiecta ſecantur, ſed per res de quibus ſunt. vt dicit̃ 3. de aĩa modo idem eſt ſubiectum intell's & metaph. vt ens, nõ aũt idem obiectum, quia habitui nullum debet aſsignari obiectum. Anticimenon. n. hoc eſt obiectum peripatetici ſolum ad potentias referunt. Ad ſecundam rñdent ꝙ infinitum vnica intellectione põt intelligi, & vlterius concedunt ſpẽm poſſe cauſari ab infinito: per hoc tñ dicunt non ipſum infinitũ finiri, ſed illud in quo recipitur ſpẽs. Sed hæc ſolutio friuola eſt. primo: quia ſi infinitum eſſet, non poſſet cauſare ſpẽm, quia vel finitã, vel infinitam, non infinitam, quia nihil eſt capax infinitæ perfectionis, ſi finitam: igitur poteſt aliquod finitũ eſſe æquipotẽs infinito quia põt producere tm̃ & ęqualem effectum. Secundo. rõ Thomæ ſtare videt̃, quia ſi infinitum cauſat ſpẽm in intellectu, eſſet in actu: omne enim cauſans ſpẽm in intellectu eſt in actu. 9. huius, & 3. phy. dicitur ſemper extimatur ſpẽs mouens, igitur ſi infinitum efficeret ſpẽm, eſſet in actu, ſed oẽ quod eſt in actu, habet formam. vt patet apud oẽs, & oẽ habens formam eſt terminatum, quia omne finitum finitur ꝑ formam. 3. phy. & ſic ſequitur illud eſſe finitum. Tertio *Côm. 67.* arguunt contra aliud dictum Thomæ, dixit. n. Thomas ꝙ omne quod intelligitur vnica intellectione, intelligitur vnica ſpẽ, modo hoc eſt falſum, nam mõs aureus vnica intellectione intelligitur, & tñ non per vnicã ſpeciem ſed per ſpẽs auri & montis. Sed miror hos. Thomas. n. loquitur de his quę vnica intellectione & per ſe intelligũtur, modo licet mons aureus vnica intellectione intelligatur: tñ nõ per ſe intelligitur, quod. n. per cõpoſitionem intelligitur, per accñs intelligitur, & non ꝑ ſe, ſolum. n. ſpẽbus partium: vel contentorum, vel accidentium intelligitur. Sed forte replicabis, igitur Deus ꝑ *Replica bona.* accñs intelligeretur quia per compõnem intelligitur. Amplius & materia & ſubſtantia & id genus. Reſpõdeo quod per ſe intelligi eſt dupliciter. *De cognitione ſubſtantiæ.* Vno modo per ſe ſimpliciter, quod circũſcripto omni alio de ſe habet naturam, qua põt intellectum mouere ad cognitionẽ & hoc pacto nullum illorum per ſe intelligitur, nullũ. n. illorum habet naturam quæ põt intellectum mouere ad cognitionem omnibus alijs circunſcriptis, hoc. n. modo ſola per ſe ſenſibilia ſunt per ſe intelligibilia. Alio modo aliquid per ſe intelligi dicitur quod proprio conceptu ſimplici vel compoſito põt cognoſci, & hoc mõ quodlibet illorum põt cognoſci, non tñ infinitum qm̃ infinitum non eſt aptum proprio cõceptu ſimplici vel compoſito intelligi, ſed ſolum per accñs vt per ſpẽm, & conceptum rei finitæ. Vel forte dici põt per ſe intelligibile eſſe dupliciter. vno modo quod põt propriã ſpẽm facere, & hoc pacto nullum illorum per ſe eſt intelligibile. alio mõ ꝙ per ſe eſt coniunctum, vel habitum ad aliquid quod põt propriam ſpẽm facere, & ſic quodlibet

bet illorum eſt per ſe intelligibile. Infinitum aũt nec per propriã ſpeciem, nec eſt coniũctum alicui per ſe, quod propriam ſpeciem facit, quia quod nihil eſt, nec per ſe nec per accñs alicui coniungiẽ. Vel facilius dici põt, ꝙ per ſe intelligibile dr̃ vno modo ꝙ proxime eſt origo & principiũ ſuæ intellectionis & ſic per ſe ſenſilia ſunt ꝑ ſe intellectilia, qm̃ ſunt proxima origo & principiũ intellectionis eorum. alio modo dicitur per ſe intelligibile quod eſt remota origo vel principium ſuæ intellectionis: & hoc pacto Deus: & ſubſtantia: & materia ſunt ꝑ ſe intelligibilia, qm̃ ſunt remotæ origines intellectionis, niſi.n. materia ſuſtineret formã non poſſet forma eſſe proxima origo intellectionis materiæ, & niſi ſub̃a ſuſtineret per ſe ſenſibilia non poſſent ſenſibilia eſſe proxima origo intellectionis ſubſtantiæ, & niſi Deus eſſet cã rerum intelligibilium, nõ poſſent res ipſæ eſſe proxima origo intellectionis Dei: at mons aureus per accñs intelligitur & infinitum ſilr̃, quia nec proxime nec remote pñt eſſet origines intellectionis eorum, & ſic ſolum per accñs intelliguntur. Tertio replicant contra illud quod Tho. dixit: voluit.n. poſſe plures ſpẽs in habitu eſſe, non tñ actu, quia habitu eſſe plures ſpẽs eſt illas non actu, ſed reuocatiue eſſe in intellũ, actu vero eſſe, eſt illas formal̃r eſſe. Contra obiiciũt, & põt rõ ſua habere vim de ſyllõ. vbi intellectus ſimul tres propoſitiones intelligit, dico rõnẽ habere vim de ſyllõ, qa ibi videtur eſſe actu cognitio oĩum. Dico primo ꝙ oẽ qđ ĩtelligiẽ, intelligiẽ vt vnũ, & ſiclicet ipſe ſyll̃s ſint plures propõnes eſt vnus ſyllogiſmus. Amplius licet propõ ſit vna, eſt plures termini, & ſiue propõnem ſiue ſyll̃m intellectus intelligat, ſemper vt vnum intelligit, & quum dicitur: intelligiẽne iſtud vnum pluribus, vel vna ſpecie? dico ꝙ nec ſyllogiſmus, nec propoſitio per ſpeciem intelligitur. dices ſaltẽ termini vel res præſentate ꝑ terminos plurib⁹ ſpeciebus intelliguntur, maxime in propoſitionibus negatiuis, videlicet in hac, nigrum non eſt album, videẽ.n. ꝙ res importatæ per terminos pluribus ſpeciebus intelliguntur. põt dici ꝙ pluribus ſpẽbus extrema intelligũtur, quia tñ ipſum quod intelligitur eſt vnum, ideo ex illis ſpẽbus efficitur quodammodo vna ſpẽs vnitate repreſentatorum, quia repreſentata ſubeunt rõnẽ vnius: ideo ſpẽs ſubeũt rationẽ vnius repreſentatiui, & ſic nõ habes plura & diſtincta eſſe in eodẽ ſubiecto, melius tñ de hoc dicetur in.5. Vltimo refellunt tertiam rõnem, quia inter obiectum & potentiam põt intelligi triplex proportio aut numeralis hoc eſt, ꝙ ſi potentia eſt vna numero obiectum debet eſſe vnum numero, & hoc nõ, qa vna potentia numero põt eſſe multorũ numero, aut põt intelligi proportio perfectionis hoc eſt ꝙ quantæ perfectionis ſit potentia non maioris ſit obiectũ, & hoc etiam non, quia viſus põt videre ſolem, & tñ infinities ſumptus non videret ſolẽ, aut põt intelligi de proportione commenſurationis, qualis eſt inter finitum & finitum, hoc eſt ꝙ ſi intellectus eſt finitus obiectũ ſit finitum, & hoc minime, quia ſi finitum poteſt mouere intellectum, igitur & infinitum velut cœlum à Deo põt moueri. vbi nunc ab intelligentia mouetur. Ex his cõcludunt ꝙ inter ob̃m & potentiã debet eſſe proportio, quæ eſt inter motiuũ & mobile, hæc aũt potius diſsimilitudinem, ꝗ ſimilitudinẽ expoſcit, & ſic videtur rõ Tho, nulla. Sed contra, quia Tho. probauit inter intell̃m & infinitum non poſſe eſſe proportionem motiui ad mobile, primo qa ſi infinitũ poſſe intell̃m mouere eſſet in actu, & ſi eſſet in actu: haberet formam, & ſic finiretur.

*Vtrum plures ſpẽs poſſit actu eſſe in ente.*

Amplius probauimus non poſſe mouere, quia vel finita aut infinita motione, & probauimus nullo horum modorũ fieri poſſe. Ex his ſequitur, ꝙ poſitio illa eſt probabilis: tamen nec expoſuit de quo infinito intelligit: nec qua ſpecie cognitionis ipſum infinitum ſit ignotũ. Logici vt Albertilla & cæteri tenent primo ꝙ infinita poſſunt cognoſci conceptu vl̃i. probãt, quia habeo vel habere poſſum conceptum ſpecificũ hominis, in mente mea, qui eſt ſignum oĩum iſtorum, & ſic videtur ꝙ infinita intelligi poſſunt in propoſitione vl̃i. Secundo dicunt infinita cognoſci poſſe conceptu particulari probant, quia iſtum lapidem cognoſcere poſſum conceptu ſingulari, & iſte lapis eſt infinita, qa eſt infinitæ ſuæ partes, igitur infinita cognoſcere poſſum conceptu particulari; multas alias concluſiones ponunt pro hac parte, quas omitto, quia non intendo eſſe captiũculator, pro mente tamen Ariſt. tenent intell̃m non poſſe cognoſcere infinita quodlibet ſm̃ propriã rationẽ, quia impoſ̃e eſt me habere in mẽte mea infinitas rationes, & hoc voluit Ariſt. (vt dicunt) dum ait infinitum eſſe ignotum vt infinitum, quia intellectus non põt cognoſcere infinita quodlibet ſub ꝓpria ratione. Hæc poſitio eſt mãca, qa non diſtinguit de quo infinito loquitur. Propterea alij dicunt aliud eſſe de ratione infiniti in ſe, aliud de eo cui hæc ratio attribuitur, attribuitur.n. numero partiũ magnitudini, & virtuti. Tunc dicunt ꝙ ſi loquimur de eo cui attribuitur, põt eſſe multiplex, nam loquendo de virtute, cui attribuitur, ſic tenent illud poſſe cognoſci, vt patet de ipſo Deo: immo Deus poteſt cognoſci & quo ad virtutem, & quo ad rationem infiniti apud eos, ſi loquimur de numero, cui attribuitur infinitas, ſic nec ſimul nec ſucceſsiue intelligi poteſt. Tertio dicunt ꝙ loquendo de magnitudine infinita contrariæ, cui attribuitur ratio infiniti minime cognoſci põt, quia eſt impoſsibilis eſſe. Quarto dicunt ꝙ loquendo de magnitudine infinita priuatiue, cui attribuitur ratio infiniti, nõ poteſt cognoſci. patet: quia illam eſſe implicat contradictionem, ſimiliter dici põt de infinito priuatiue in multitudine: & breuiter ſi loquimur de eo cui attribuitur ratio infiniti, ſiue ſit magnitudo ſiue numerus, ſiue contrariæ, ſiue priuatiue, nullum illorum põt per ſe intelligi. Sed loquendo de eo cui attribuitur hoc eſt de virtute cui attribuiẽ infinitas: ſic põt ꝑ ſe intelligi. At ſi loquamur de ratione formali infiniti ſic infinitum põt à nobis intelligi. probant, quia intell̃s infinitum ſub hac ratione intelligit ineſſe vel non ineſſe alicui, igitur infinitum intelligit ſub ratione infiniti. Et hoc pacto concludunt ꝙ infinitum ſumptũ pro ijs qbus attribuiẽ nõ põt intelligi, niſi ſit infinitum ꝑfectione vt Deus, infinitum vero ſumptum pro rõne infiniti põt intelligi. At ſi loquimur de infinito poteſtate, ſic tenẽt ipſum poſſe intelligi q̃tum ad ipſum cui rõ infiniti attribuiẽ & quantũ ad rationem infiniti. Eſt.n. maxima apud eos, ꝙ infinitum taliter põt intelligi, qualiter eſſe põt. Hæc illi. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. primo quia quæro qd ꝑ rõnem formalem infiniti velint, aut.n. volunt rõnem qd rei, aut rõnem quid noĩs, ratio.n. formalis apud peripateticos definitio eſt, vt ſupius demõſtrauimus, non pñt velle rõnem qd rei, quia ſm̃ eos nullũ infinitorum eſt, igiẽ nullũ illorũ põt definitione quid rei definiri. Si velint ꝑ rõnem formalem definitionẽ noĩs, tũc nõ differũt à Thoma, erit.n. tũc ipſum infinitũ nõ per ſe: ſed ꝑ accñs ĩtelligibile: qa (vt diximus) definibile definitione qd noĩs definiri põt, dato ꝙ nõ ſit ꝑ ſe intelligibile, ſed ſolum

*Qualis põ Tho.*

*Põ logicorum.*

*Confutatio.*

*Põ aliorum.*

*Confutatio*



ſolum per ſpẽm ſui oppoſiti. Scđo peccant quia non eſt peripateticũ velle infinitum pro re cui attribuitur rõ infiniti, ſi ſumiẽ in virtute, poſſe intelligi à nobis, primo quia peripatetici nullũ infinitum permanẽs ponũt, ſed ſolum in potentia ſiue ſucceſsiuũ vt motũ & tp̃s, Deũ aũt non in virtute, ſed in permanentia ponũt infinitũ. Scđo qa dato ꝙ ita eſſet, adhuc (vt recte Thomas ſentit) non eſſet vt ſic à nobis intelligibile quia virtus non cognoſcitur niſi per maximũ primo cœli. Ad nullũ eſt hic maximũ, quo poſſum⁹ Deũ cognoſcere vt infinitũ. Præterea nec creatio eſt hoc maximũ, primo qa creatio eſt credita. ſcđo qa Auic. & Them. dixerũt formas creari à datore formarũ, quẽ non poſuerunt infinitũ niſi in permanentia, quare hæc poſitio non eſt peripatetica.

*Cõm.116.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

NVNC oportet dilucidare opinionem peripateticorum. Dicamus igitur primo quod infinitũ põt ſumi pro eo cui attribuitur rõ infiniti, & ꝓ rõne infiniti, cui nihil correſpondet præter conceptionem, ad quam intell̃s ducitur ſpẽ rei finitæ, vt dictum eſt. Amplius & per rõnem rei cui aliquid correſpondet præter conceptionem: rõ.n. rei ſemper habet aliquod ſibi correſpondet præter conceptionem: rõ vero noĩs eſſe põt ſi nihil prę̃ter conceptionem rñdet, ſi pro re cui attribuitur hæc, rõ hæc põt eſſe in virtute, in multitudine, in magnitudine, & in duratione. Præterea põt eſſe aut actu aut poteſtate: & ſi actu, aut contrariæ aut priuatiuæ vt dictum eſt. Amplius loqui poſſumus de cognitione vl̃i, & particulari, vt dictum eſt. Tunc dico ꝙ ſi loquimur de infinito pro re, cui attribuitur, ſi illud eſt actu contrarię vel priuatiuæ, ſiue in virtute, ſiue in multitudine, ſiue in magnitudine, cognitione vl̃i põt à nobis cognoſci, non ãt cognitione particulari, hæc concluſio eſt Auer. hic. Et 3. de aĩa. vnde hic inquit & intendit ꝙ intell̃s qui eſt finitus non põt cognoſcere infinitum ita ꝙ comprehendat illud in actu, hoc eſt rõne particulari, & nõ in potentia, hoc eſt rõne vniuerſali, & diximus in actu, quia vniuerſale comprehendit res infinitas, ſed in potentia, nõ in actu. Hæc Auer. Ex quibus patet infinitum ipſum ꝓ re ſumptum eſſe intelligibile ſub rõne vniuerſali, & inquit. Impoſ̃e eſt.n. nos intelligere lineã infinitã, niſi qñ accęperimus eã finitam, & iterando eam infinities, ecce ꝙ vult ꝙ lineã infinitam intelligamus per quandã ſimilitudinẽ cum finita, ꝙ non põt eſſe niſi quatenus ambe conceptu vniuerſali cõcipiuntur, ſimiliter virtus infinita intelligi põt per rõnem vl̃em, quæ fit per additionem & replicationem virtutis finitę vt de linea dictum. Amplius ſcđo dico ꝙ loquendo de infinito pro re, ſi loquimur de infinito in potẽtia, vel de infinito in duratione, quodlibet horũ põt cognoſci in vniuerſali & in particulari, per rõnem infiniti, quid noĩs, & quid rei. patet hæc cõcluſio. Primo de infinito in duratione, quia motum cœli, & motorẽ in particulari & vl̃i cognoſcimus, & quid noĩs & quid rei. Scđo patet de infinito in potentia, quia lapidẽ cognoſcimus, & quid noĩs & quid rei, qui eſt infinitus poteſtate. Tertio dico ꝙ ſi loquimur de infinito pro rõne infiniti, non quidem quid rei, ſed quid noĩs quodlibet illorum põt cognoſci ſub rõne infiniti quid noĩs, vt infinita virtus põt cognoſci rõne qd noĩs, cui rõni nihil corrñdet in mente, niſi cõceptio, magnitudo, & multitudo, ſimiliter oĩa hæc cognoſci pñt rõnibus quid noĩs quibus nihil in mente corrñdet præter conceptiones ad quas conceptiones intell̃s ducitur ſpẽ finiti, cuilibet illorũ oppoſiti, & hæc eſt de intẽtione Ariſt. 3. phy. vbi inq̃rit rõnem infiniti. Sed occurres, vtrum huic noĩ infinitum, rñdeat aliquid prę̃ter rõnem in mente & videẽ ꝙ ſic: aliter eſſet nomen ſecundæ intẽtionis & ſic hæc prædicatio, motus eſt infinitus eſſet ꝑ accñs, quia termini accñtalis de termino per ſe ſignificatiuo. ſi vero rñdet aliquid præter rõnem in mẽte, tũc ſub illa rõne eſſet infinitum intelligibile, & ſic voluerũt quidam, dũ expoſuerunt ipſum infinitum eſſe per ſe intelligibile per rõnem infiniti, dici põt ꝙ illi noĩ infinitũ, in magnitudine, multitudine, virtute, in actu & cõtrariæ, & priuatiuæ, nihil corrñdet præter rõnem in mẽte, & non ſequiẽ illos terminos ſiue noĩa eſſe ſecundæ intentionis, quia mons aureus, & hippocentaurus, & id genus noĩa ſunt quibus nihil corrñdet præter conceptionem, & tamen ſunt termini primæ intentionis ſm̃ logicos, quia ſignificant rem, quæ eſt vel ac ſi eſſet. Illi nomini infinitum in potentia & in duratione, & id genus præter intentionem ſiue rationem mentalem correſpondet aliquid in re, & propterea hæc ſunt per ſe intelligibilia ſm̃ illam rõnem, & ſic poſſunt intelligi per rationẽ quid nominis & quid rei. Hæc de dilucidatio.

*1. Concluſio.*

*Cõm.11.et 13.*

*Cõm. 19.*

*Cõm. 13.*

*2. Concluſio.*

*3. Concluſio.*

*Dubiũ optima.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis: ad rationes. Ad primam logici riderent quia non ſequitur coriſcum cognoſco: coriſcus eſt criſpus, igitur cognoſco criſpum, bene.n. ſequitur, igitur criſpum cognoſco. Amplius negatur minor ſm̃ peripateticos, qm̃ Deus non eſt infinitus, licet ſm̃ veritatem Deus ſit infinitus virtute: & perfectione. Ad ſecundam per idem. Ad tertiam patuit ſolutio. Ad quartam dico ꝙ numerus eſt ſpẽs ſpecialiſsima, & variationes illę ſunt indiuidua: modo concedo ꝙ per rõnem vniuerſalẽ oĩa illa cognoſco, non autẽ per rationẽ particularẽ cognoſcendo quãlibet. Ad quintã patet ſolutio in defenſione Thomæ. Ad ſextam concedunt logici totum poſſe cognoſci, & infinitum poſſe cognoſci, non aũt poſſe cognoſci infinitum. Ad ſeptimam patuit ſolutio per dilucidationem. Hæc de quinta diſputatione ſatis.

FINIS SECVNDI LIBRI.

# TERTII LIBRI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

## In Tres Diſputationes diuiſa.

1 *Si Matematicus abſtrahit ab efficiente & fine.*
2 *Si genus prædicatur per ſe de differentijs.*
3 *Si idem numero nunc ſit in vniuerſo tempore.*

## PRÆFATIO.

HACTENVS magnanime Comes Andrea Carapha, Ariſto. in lib. 2. de his quæ generatim veritati cõpetũt, determinauit, vbi quinque diſputationes tibi miſſas confecimus. At nunc Ariſt. ſpeciatim ad ea deſcendit, quæ huic deſignatæ ſcientiæ, quæ metaph. dicitur, conueniunt. Ante tamen quam rem aggrediatur, more boni meta, ac dialectici, omnia

omnia fere, quæ in hoc lib. pertractaturus eſt, proponit diſputatiue. Vbi has diſputationes confecimus, quas rurſus tibi recenſendas mittimus, quas rogo tuo conſultiſsimo ingenio recenſeas atq; recognoſcas, nã ſi illas à tuo ſpectatiſsimo conſultu commendatas perſenſero, ædere non dubitabo. Vale.

## DISPVTATIO PRIMA
### De abſtractione Mathematici.

*Num Mathematicus abſtrahat à fine, & ab efficiente.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Rõnes Anto.* VIDETVR ꝙ Mathematicus non abſtrahat ab efficiente & fine. Primo quia non abſtrahit à medio demonſtrationis, modo medium demonſtrationis eſt cã effectrix notitiæ conclõnis, igitur non abſtrahit ab efficiẽte. minor probatur, quia .1. Poſterĩ. dicitur ꝙ principia demonſtrationis ſunt cauſæ concluſionis at medium non põt eſſe cauſa materialis, quia non ingredĩ concluſionem, nec põt eſſe cã finalis vel formalis vt patet, igĩ effectrix duntaxat. Secundo ꝙ non abſtrahãt à fine arguitur, quia non abſtrahunt ab ente, igitur nec bono, ſed bonum habet rõnem finis, igitur nõ abſtrahunt à fine. *Rõnes noſtræ. Cõm. 1.* Tertio mathematicus nõ abſtrahit à forma vt dicitur .1. phy. igitur nec à materia, quia forma & materia ſunt relatiua .2. phy. & 4. phy. *Cõm. 26. Cõm. 11.* Sed ſi non abſtrahit à forma nec à materia, non abſtrahit ab aliis cauſis. Quarto, vt dicitur .2. Poſterĩ. & 2. phyſi. & 7. huius mathematicus non abſtrahit à materia intelligibili: ſed bene à materia ſenſibili. In oppoſitum eſt Ariſt. in tex. preſenti vbi probãdo ꝙ in ĩmobilibus nõ eſt finis, nec efficiens, probat per hoc quia mathematicæ non demõſtrant per finem, nec per effectricem cauſam, igitur mathematicus abſtrahit à fine & efficiente.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Vnde mathematica dcã ſit.* MATHEMATICA græce latinę eſt diſciplina, verũ per excellentiã his ſciẽtiis conuenit, quę de quãtitatibꝰ ſunt: vt de numeris, & de dimẽſionibus, quia vt Ariſt. dixit .2. huius: ſunt ſcĩæ certiſsimæ, vnde .1. Poſterĩ. dicĩ ꝙ mathe. ſunt adeo certæ, ꝙ in illis cõmitti non põt paralogiſmus nec in dictione, nec extra dictionem, eo ꝗ medium ſcribitur in puluere, cuius æquiuocatio ſtatim per exemplum tollitur, & ideo per illarũ certitudinem per excellentiam nomen ſibi compararunt diſciplinæ, vt nulla alia dicatur diſciplina, niſi matheſis, quæ in his habetur. *Quæ abſtractio & quotuplex. Cõm. 5. & 18.* Secundo debes ſcire ꝙ duplex eſt abſtractio, altera intellectus agentis, altera intellectus poſſis: abſtractio intellectus agentis eſt illa quæ eſt ſpẽi à phantaſmatæ: & de hac loquitur Auer. 3. de aĩa forte, dum dicit intellectum agentem eſſe poſitũ vt abſtrahat intelligibilia, & faciat de potẽtia intelligibilibus actu intellecta, & de hac nõ intelligit qõ. Alia eſt abſtractio intellꝰs poſſis, & hæc eſt duplex, quædam eſt cõpoſitiua, & hoc pacto intellectus poſsibilis ab ipſis ſingularibus propoſitionibus per dianoeam repreſentatis abſtrahit vlẽm propõnem: quæ eſt principium artis & doctrinæ, vt dicitur .1. phy. & dictum eſt .1. huius. *Cõm. 5.* Alia eſt abſtractio ſimplex: quæ eſt cõſideratio quædã ſimplex, & hæc eſt duplex. Alia quidem priuatiua: & hæc eſt cognitio alicuius prioris in aliquo ſigno, in quo non conſideratur ſuũ poſterius, & de hac habetur .2. phy. dum dĩ abſtrahentiũ non eſt mendacium. Alia eſt abſtractio poſitiua & hoc pacto intellectus abſtrahit vlẽ intentionale ab his ſingularibus conſiderando in illis ſimilitudinem, in qua conueniunt: & de hac loquitur Auer. 12. huius. *Cõm. 4.* Prima quidem abſtractio, quæ eſt ſyllogiſtica, non poteſt eſſe niſi à notis. Amplius & tertia quæ eſt poſitiua non poteſt eſſe niſi à notis. At ſecunda quæ eſt per negationem eſſe poteſt non à notis, poſſum.n. conſiderare aĩal abſtrahendo ipſum ab oĩbus inferioribus non conſiderando illa, quia hæc non eſt aliud quã conſiderare aĩal nullis poſterioribus conſideratis, & de hac intelligit diſputatio, eſt.n. ſenſus ſi mathematicus demonſtrando & cõſiderando abſtrahat ab efficiẽte & fine, hoc eſt cõſideret & demonſtret nulla ratione habita de fine & efficiente. Quid vero ſit efficiens, quidúe finis, ſuperius patuit, nunc ſupponamus. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

QVIDAM de diſputatione dicunt duplex eſſe agẽs; *1. poſitio.* duplicem quoq; finem, nam aliud eſt agens ſiue efficiẽs per motum, vt naturale, aliud ſine motu, vt Deus. Similiter dicunt finem duplicem eſſe, alius eſt qui motu attingitur, alius ſine motu: primus finis corrñdet primo agenti, ſecundus vero corrñdet ſecundo. Secundo accipiunt ꝙ finem reperiri in aliquibus eſt aut quia ipſum eſt finis, veluti in Deo reperĩ finis, quia ipſe eſt omniũ finis, alio modo quia ordinatur in finẽ veluti in potione eſt finis, quia ordinatur in ſanitatem. Tunc de diſputatione dicunt primo ꝙ in mathematicis nullo modo reperitur ratio efficientis, quia nec per motum, nec ſine motu: & hoc pro tanto, quia mathematica vt talia non habent eſſe reale, ſed ſolum in mente. Secundo dicunt ꝙ in mathematicis non poteſt eſſe finis niſi quatenus ipſæ ad finem ordinãtur cõem, videlicet, ad primã cauſam. quæ eſt oĩum rerũ finis. *Confutatio.* Sed hæc poſitio nõ eſt conſona. Primo quia videtur ſecunda concluſio repugnãs primæ, nam ſi in mathematicis eſt finis vt ordinatur ad cõem finem, oportet ponere agens, quia finis ſignificat agẽs ſignificatione neceſſaria vt dicĩ .2. cap̃. de ſubſtantia orbis. Amplius hic finis, qui eſt in mathematicis aut corrñdet efficienti primo modo, aut ſecundo modo, aut nec primo, nec ſecundo modo. ſi nec primo nec ſecũdo modo, adhuc dabitur aliquis alius finis præter eos quos enumerarunt, & nõ dederunt, & ita inſufficientes eſſent, ſi non correſpondet efficienti aliquo illorum quos vis modo, habebitur contra primam concluſionem, in qua negauit pœnitus efficiens. Tertio ſi mathematica habet finem, vel ille conſideratur à mathematico, vel non. ſi ſic, igitur per illum poſſet demonſtrare, contra Ariſtotelem in textu. Si vero ille finis non conſideratur à mathematico, tunc nõ recte dicitur mathematica habere finem, ſic.n. poſſemus dicere ꝙ habẽt materiam & oẽs cauſas quas non conſiderat mathematicus. *Põ Alex. & Auer.* Alij vt Auerro. in procemio libri phyſi. & Alexander velle videntur mathematicas ſcientias non habere finem: quia non faciunt ad fœlicitatem, ſiue copulationem intellectus agentis cum poſſi nec principaliter, nec diſpoſitiue, vt naturalis ſcĩa, & metaphyſica, & ꝑpea dicitur ibidem ipſas nõ eſſe enumeratas niſi ꝑp exercitiũ, vt videlicet intellectus ſeſe exerceat in abſtrahẽdo, ad hoc vt facilius habilitetur ad abſtrahendum ſimplr̃ abſtracta. *Confutatio.* Sed hæc ſolo eſt vera forte, ſed non ad literam: nam Ariſt. in textu velle videtur per finem cauſam, per quam in mathematicis poſſet demonſtrari vt patet per rationem quam inducit per Ariſtippum. Hæc de poſitionibus.



### CAPVT DILVCIDATIONVM QVARTVM.

VT diximus mathematicum abſtrahere ab agente & à fine, eſt ipſum definire, & demonſtrare, nec per finem, nec per efficientem. Tunc dico iuxta poſitionem aliã Auer. 1. phy. quinque. *Cõm. 1. 1. Concluſio.* Primũ eſt ꝙ mathe. abſtrahit ab omni genere cauſarum, hoc eſt non conſiderat aliquod genus cauſæ. probatur, quia quicquid conſiderat mathematicus eſt quantum, aut continuum aut diſcretum, quorum nullum vt conſideratur à mathematico poteſt eſſe cauſa. Secundo ratio cauſæ ſpectat ad metaphyſicum: igitur non ad mathematicum. Sed replicat iunior, quia mathematicus ſcit, igitur per cauſam, & quoniam illius eſt cauſa, non autem poteſt ſcire per cauſam, & quoniam illius eſt cauſa, niſi ſciat cãm, igitur conſiderat genus cauſæ. dico vt logici ꝙ cauſam ſcit, & qm̃ illius eſt cauſa ſit, non tñ ſcit cauſam, neque ſcit qm̃ illius eſt cauſa, vel dico mathematicum ſcire per id quod eſt cauſa, & qm̃ illius eſt cauſa, hoc eſt ꝑ aliquid quod eſt cauſa propria, tñ per habitum mathema. non ſcit illud medium eſſe cauſam, nec propriam, nec cõem, ſed per habitũ logice, vel meta. *Secunda.* Secundũ eſt ꝙ mathema. nec per finem, nec per efficientem cauſam, nec per materiam demonſtrat probatur ex textu. Non enim demonſtrat mathe. vt naturalis facit, qui demonſtrat oculos exiſtere in capite vt melius videãt, nec hominem eſſe erectæ figuræ ꝑp copiam caloris & ſpirituũ. prima.n. rõ eſt à fine. ſecunda ab efficiẽte, nec demonſtrat aliquid per materiã vt facit naturalis qui demonſtrat pilos eſſe in femore ex copia vaporum. Mathe. igitur nec per finem, nec per materiam, nec per efficiens demonſtrat. *Tertia.* Tertiũ eſt mathe. demr̃at per formam duntaxat, declaratur, quia demr̃ationes mathe. ſunt potiſsimę, modo potiſsima demr̃atio eſt per genus cauſæ formalis vt dicit Them̃. Amplius nõ demr̃at niſi per definitionem, ſed definitio ipſa nihil aliud dicit quã rei formam. *Quarta.* Quartum eſt ꝙ licet mathe. demonſtrat ꝑ formam, non tñ conſiderat formam, nec ſe per formã aut definitionem demonſtrare: nec ſe ſyllogizare, nec aliquid tale, & hoc vt mathe. deducitur quia conſiderare formam eſt metaph. conſiderare ſe demonſtrare ꝑ formam vel definitionem eſt actus reflexus, qui eſt logici, & ꝑpea ſi hæc mathe. conſiderat, non quo mathe. eſt conſiderat: ſed quo aut metaphyſicus, aut logicus. *Dubitatio.* Sed occurres mathematicus demonſtrat per formam tm̃, aut demonſtrat per notum ſibi, aut per ignotum: non per ignotum, quia eſſet contra præcepta demonſtrationis: ſi per notum, igitur demonſtrando per formam, erit ſibi omnino nota forma. *Solutio.* Dici poteſt ꝙ mathematicus demonſtrat per formam: & id quo demonſtrat eſt ſibi notum, non tñ inquantum forma, illud eſt ſibi notum. Logici vero dicerent formam eſſe mathematico notam, quia hoc eſt ſibi notum: & hoc eſt forma, igitur forma eſt mathematico nota: non tamẽ mathematico nota eſt forma, quia ſub ratione qua forma, & hæc ſolutio ſecundum rem eſt eadem ꝙ prima. Si igitur demonſtrat mathematicus per ſolam formam, quia per id ſolum quod eſt forma, non tñ eſt ſibi notum illud ſub rõne formæ. Pro mente textus ſit. 5. concluſio mathematicus abſtrahit à fine & ab efficiẽte in demonſtrando. patet, quia per nullum genus cauſæ demonſtrat niſi per formam, quæ tñ nõ ſibi ſub ratione formæ eſt nota. Animaduerte ꝙ nonnulli tenent mathematicos non conſiderare cauſam, nec per aliqđ genus cauſæ demonſtrare: ſed demõſtrationes eſſe per aliquod medium, quod meta. & logicus conſiderando repetit eſſe cauſam, verum tu conſidera. qm̃ nihil eſt in buſſulo. Hæc de dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam iam viſum eſt, ꝑpea ad primam dico iuxta dilucidationem ꝙ licet mathe, conſiderat id qđ eſt medium demonſtrationis, non tñ vt mathe. conſiderat medium, vt medium nec medium vt cauſa, nec medium vt definitio. hæ.n. cõſiderationes alterius ſunt generis, quia ſufficit mathe. vt demr̃at per ſibi notum: licet non per ſibi notum ſub rõne alicuius cauſæ. Ad ſecundã ſimiliter dico ꝙ abſtrahit à fine in demonſtrãdo atq; conſiderando, nam licet res mathe. habeant finem, non tñ conſiderantur ab eo vt habet finem, vel agens, eſt.n. altioris negocij. Ad tertiam dico ꝙ mathe. non abſtrahit ab eo qđ eſt forma: vel definitio: tñ abſtrahit à forma, quia id per qđ demr̃at. non eſt ſibi notum, nec ſub rõne formæ nec ſub rõne definitionis, nec ſub rõne medij, abſtrahit aũt & à fine, & ab eo quod eſt finis, præterea & ab efficiente, & ab eo qđ eſt efficiens, quia non demonſtrat per id quod eſt finis, nec per finem, nec per id quod eſt efficiens, nec per efficiens. Ad quartã dico ꝙ mathe. non abſtrahit ab eo quod eſt materia intelligibilis, hoc eſt ſubiectum paſsionũ quia cõſiderat cõtinuum, de quo oẽs paſsiones demr̃t: tñ abſtrahit à materia intelligibili, quia nec illud cõſiderat quatenus intellectilis materia, nec ꝑ illud demõſtrat quatenus materia eſt intellectilis. Hæc de prima diſputa.

## DISPVTATIO SECVNDA
### De prædicatione generis de differentijs.

*Num genus de differentijs per ſe prædicetur.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Rationes Ant. Prima.* SOlet argui ꝙ ſic. Primo, rõnale per ſe eſt hõ, igitur rationale ꝑ ſe eſt animal, ab inferiori ad ſuperius. añs probatur per conuerſionem: nam homo per ſe eſt rationale, igitur per conuerſionem rationale per ſe eſt homo: vt.n. neceſſarium in neceſſarium cõuertitur: ſic per ſe in per ſe. Secundo expoſitoriæ arguitur hoc per ſe eſt aĩal demonſtrato hoĩe, vel Socr. hoc per ſe eſt rationale demonſtrato eodem, igitur rationale per ſe eſt aĩal. tenet ſyllogiſmus virtute expoſitionis. & etiam quia ſicut ex neceſſarijs nõ niſi neceſſarium, ita nec ex his quæ ſunt per ſe: ſequitur niſi quod eſt per ſe. Tertio rationalitas eſt aĩalitas, igitur rationale per ſe eſt aĩal. tenet enthymema per regulã .7. huius. vbi dicitur tunc eſſe prædicationem per ſe qñ abſtractum de abſtracto prædicatur. añs probatur, quia rationalitas eſt humanitas vt patet, & humanitas eſt animalitas, igitur rationalitas erit animalitas. Quarto ſi genus prædicatur de differentia & non per ſe, ſed per accñs, ẽt per accñs prędicabitur de ſpẽ. tenet enthymema, quia qñ aliquid prædicaĩ de prædicato, prædicaĩ de ſubiecto: & eodẽ mõ, per regulam prioriſticam. Quinto enthymema hoc valet, rationale eſt homo, igitur rationale eſt aĩal, igitur eodem addito vtriq; valebit rõnale per ſe eſt hõ, igitur rationale per ſe eſt animal, regula eſt primi priorum, ꝙ rationale ſit per ſe homo, patet quia ponitur in ratione hoĩs, igitur homo prædicatur per ſe de rõnali ſaltem ſecundo modo. Sexto ſi rõnale eſt aĩal, ſed non per ſe, rationale erit ens, & non per ſe. tenet enthymema ꝑ eandem rõnem per quã probari ſolet rõnale non eſſe ꝑ ſe aĩal, quia in definitione hoĩs eſſet nugatio, quia ens

ſemel includeretur in rõne aĩalis, & ſemel in ratione rationalis, igiť homo eſſet bis ens, aut oportet dicere ens nõ includi in ratione rationalis, & ſic habetur intentũ: hoc.n.modo probant iſti genus non prædicari de dr̃ia. Septimo rationale eſt per ſe ens, igitur aut ꝑ ſe ſubſtantia, aut per ſe accidens, non per ſe accidens, igitur per ſe ſubſtantia: vlterius eſt per ſe ſubſtãtia: igitur aut corporea, aut incorporea, ſi per ſe corporea: igitur per ſe corpus, ſi per ſe corpus: aut per ſe aĩatum, aut per ſe inanimatum, non per ſe inanimatum, igitur per ſe aĩatum, vlterius per ſe aĩatum, aut per ſe ſenſitiuum: aut per ſe inſenſitiuũ. ſi ꝑ ſe ſenſitiuũ, igitur per ſe aĩal, & ſic habeť propoſitum. Octauo ſi genus non per ſe de differentia prædicatur, tunc per accidens oportet vt prædiceť, quia omne quod prædicatur, aut per ſe aut per accidens neceſſe eſt prædicari, tunc ſi per accidens, aut quia accidens de ſubiecto, aut quia ſubiectum de acidẽte aut q̃a accidens de accidente vt.5.huius Ariſto. & Auer. de-

*Cõm.23.* clarant, ſed nullum horum eſt, igitur nõ prædicatur per

*Cõm.10.* accidens. In oppoſitum eſt Ariſto. & Auer. in hoc.3. vbi ſyllogiçat ſic, genus non prædicatur de differentiis, ens prædicatur de differẽtiis, igiť ens non eſt genus, in quo apparet genus non prẹdicari de differentijs. Secũdo & efficaciſsime, ſi genus prædicatur per ſe de differentijs, tunc differentia eſſet generis ſpẽs, deducitur, quia non videtur ꝙ magis homo ſit aĩalis ſpẽs, quã rationale, de vtriſq;.n. per ſe, & eodem perſeitatis modo prædicatur, igitur qua ratione eſt genus ad hominem, eadem rõne erit genus ad rationale, & cum omne genus oportet vt deſcendat in ſpẽs per dr̃ias, ſequitur aĩal deſcendere in rõnale per dr̃ias, quæ non videntur, nam eodem modo quærerẽ de illis, & hæc rõ videtur pro mẽte Ariſt. cũ.n. ens prædicetur æqualiter de oĩbus ꝑpea voluit ipſum non eſſe genus, & ita per contrarium genus erit, quod non æqualiter de omnibus ſub eo cõtentis prẹdicatur, ſed de ſpecie per ſe de differentijs per accidens.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

LICET genus & differentia in præſenti diſputatione audiri poſsĩt pro ſecũdis intellectis, de quibus eſt logicus, tñ in propoſito pro primis intellectis audiendæ ſunt, genus quidẽ pro eo vl̃i quod de pluribus differentibus ſpẽ eſt prædicabile in eo quod quid. Differẽtia vero pro eo vl̃i quo ſpẽs abundat a genere, quodq; eſt de pluribus in quale prædicabile. Secũdo aĩaduerſione dignum ꝙ aliud eſt prædicari, aliud enuntiari, põt.n. idẽ de ſeipſo enũtiari, hæc.n. eſt vera enuntiatio, homo eſt homo, non tñ eſt p̄dicatio, oĩs.n. enũciatio ex noĩe conſtat & verbo, at propõ ex prædicato & ſubiecto. Eſt.n. ſubiectum aut id de quo aliud dicitur, aut id cui aliud ineſt, homo quidẽ.n. ſubiectũ eſt, quia de eo dicitur aĩal aut q̃a ſubiicitur albo, p̄dicatũ vero aut qđ dicitur de alio, aut quod alteri ineſt, nihil aũt de ſe dicitur: non.n. in illa. homo eſt homo eſt aliquid, qđ determinatæ p̄dicatur, nec determinatæ ſubiiciať, aut ſibi ſubiicitur, ꝑp quod dr̃ enuntiatio vera ab eo qđ res eſt vel nõ eſt, vt dr̃ in prædicamẽtis, propoſitio aũt vera ab eo qđ p̄di-

*Quot modis prædicari ꝑ ſe.* catũ cõpetit ſubto pro aliquo vel pro aliquibus. Tertio debes ſcire ꝙ p̄dicari ꝑ ſe põt multifariam dici. Primo qñ id quod eſt naturale ſubiectũ ſubiiciť, & id qđ eſt naturale p̄dicatũ p̄dicatur, & hoc pacto.1.poſte. diciť. hanc eſſe ꝑ ſe p̄dicationẽ lignũ eſt albũ, hãc etiã hõ eſt aĩal, eo q̃a in vtriſq; qđ eſt naturale ſubiectũ ſubiiciť, & qđ eſt naturale p̄dicatũ, prædicať, qua rõne hæc erit ꝑ accñs & innaturalis, albũ eſt lignũ, aĩal eſt hõ, q̃a id qđ eſt nãle p̄dicatum ſubiicitur, & id quod eſt nãle ſubm prædicatur. Scđo dr̃ prædicatio per ſe quoties p̄dicatũ eſt in rõne dicẽte quid eſt ſubiecti, & hoc poniť primũ ſignificatũ per ſe in.1.poſt. vt aĩal & rõnale de hoĩe hoc pacto per ſe p̄dicãtur. Tertio dr̃ p̄dicatio per ſe quotiẽs ecõtra ſubm eſt in rõne p̄dicati, vt naſus eſt ſymmus, numerus eſt par, vel impar, hõ eſt diſciplinæ capax, & id genus, & hoc eſt ſignificatũ verbi per ſe ſm vt patet etiã.1.poſt. Quarto dr̃ p̄dicatio ꝑ ſe quotiens prædicatũ ineſt ſubto ſine ſubto medio vt.5.meta. diciť ſupficies eſt per ſe alba, & corpus per accñs, quia per mediũ, qđ eſt ſuperficies. Quinto dr̃ prẹdicatio per ſe quotiens eſt talis ſine cã quod eſt dicere quoties eſt tale per ſuã nãm, quo ſenſu diceremus hoĩem eſſe per ſe hoĩem, quia eſt talis ſine cã. Sexto p̄dicatio dr̃ quoties prædicatũ ineſt ſoli ſubto, & ſeparatim, & hoc pacto ridere prædicatur per ſe de hoĩe, q̃a ſolus hõ ridet, oĩbus.n. his modis p̄dicatio per ſe dici põt, vt partim.1.poſt. partim.5.huius colligi poteſt. Hæc de titulo dicta ſufficiant.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

HAC in diſputatione ſoluũt quidam ſine diſtõne, & dicunt ꝙ genus non prædicatur per ſe de dr̃ia: & ꝑpea hæc nõ eſt per ſe rõnale eſt aĩal, & id genus, probãt hãc rõne Auicen.5. ſuæ meta. hoc pacto materiale eſt extra rõnem formalis, genus dicit cõceptũ materialẽ, dr̃ia cõceptũ formalem, igiť genus nõ p̄dicatur per ſe de dr̃ia.

*Rationes aliorum 1.* Alij probant idem ſic, genus nõ eſt de rõne differentię, igitur non p̄dicatur per ſe de dr̃ia. antecedens accipitur 4. Topi. Vbi dr̃ ꝙ genus nõ ponitur in definitione differentiæ. Secundo arguũt quia ſi genus prædicareť per ſe de dr̃ia, tunc eſſet nugatio dicere, hõ eſt aĩal rõnale, vel vnus hõ eſſet duo aĩalia, vt probat Ariſt.4.topi. nã aut aĩal incluſum in rationali quidditatiue eſt idẽ aĩal, quod includitur in aĩali, aut aliud. ſi idem, igitur nugatio. ſi aliud, tunc idẽ hõ eſt duo aĩalia, vel bis aĩal. Tertio arguunt, primo diuerſa in nullo conueniunt, ſed dr̃iæ diuiſiue generis ſunt primo diuerſæ in genere, igiť non conueniunt in gñe, & ita genus non põt per ſe de differentiis p̄dicari. minor patet, quia genus per dr̃ias ĩmediate deſcendit: igitur illæ in ſuo genere ſunt primo diuerſæ. Quarto oẽ cõtrahibile & potentiale eſt extra rõnem contrahentis, & actualis, ſed genus eſt cõtrahibile & potentiale, dr̃ia eſt contrahens & actuale, igiť genus eſt extra rõnẽ dr̃ię, & ita nõ põt prædicari per ſe de dr̃ia.

*Obiectio Ioan.* Sed cõtra hãc põnẽ obiicit Ioã. multifariã primo genus importat eandem formã cũ dr̃ia, igitur prædicať de illa ſm eandem formam, & ſi prædicatur de illo ſm eandẽ formã: igitur de illa prædicabitur formal̃r, & ſi de illa prædicatur formaliter, igitur per ſe. Scđo per Boet. oẽ diuiſum prædicatur per ſe de diuidẽtibus, quia diuiſum nõ eſt aliud q̃ ipſa diuidẽtia, ſed genus diuidiť per dr̃ias vt dr̃ in lib. Porph. igitur genus prẹdicať per ſe de dr̃iis. Tertio quod eſt aliquid per ſuã formam, eſt illud per ſe, ſed rõnale eſt aĩal per ſuam formã, igitur eſt aĩal per ſe. maior habetur.5.meta. hẹc rõ parum differt à prima.

*Commen.13. Poſitio Ioan.* Propter hæc Ioan. tenet aliter & diſtinguit, & dicit ꝙ genus vno mõ põt ſumi pro forma gñali, & hoc modo aĩal non eſt aliud q̃ forma aĩalis, alio modo ꝓ compoſito ex forma generali & forma ſpecifica ſumpto, tñ ſub rõne formę gñalis, & hoc mõ aĩal eſt compoſitũ ex forã generali, & ſpecifica, ſed ſub forma aĩalis ſumptũ. Eodẽ mõ dr̃ia ſumi põt. vno nãq; modo pro forma ſpecifica vt rõnale pro aĩa rõnali alio modo ꝓ aggregato ex forma gñali & ſpecifica, ſumpto tñ ſub rõne forã ſpecificę. Tunc



Tunc Ioan. dicit quædam quorum primum eſt ꝙ ſumẽdo differentiam & genus pro formis ſimplicibus: hoc modo genus nõ prædicatur per ſe de dr̃iis, & hoc probant rõnes oppoſitæ. Secundo dicit ꝙ ſumẽdo genus & differentiam pro aggregatis, ſic genus per ſe prædicatur de dr̃ia, quia hoc pacto ſumendo rõnale eſt per ſe aĩal, quia eſt aĩal per ſuam formam, igitur per ſe. Tertio dicit Ioã. ꝙ genus nõ prædicať per ſe primo, mõ vel ſecundo modo per ſe, loquendo de his vt loquiť Ariſt.1. Poſteř. ſed loquendo de his vt loquitur Ariſto.5.huius pro eo, videlicet, qđ prẹdicatur de aliquo ſine cã media quo ſenſu diximus hoĩem eſſe per ſe hoĩem. Niſi quis velit oẽ illud eſſe per ſe in primo vel ſecundo mõ vt loquitur in.1.Poſt. quod reducitur ad illa prædicata illorũ modorũ, modo hæc prædicatio rõnale eſt aĩal eſſet per ſe primo modo reductiue, q̃a eſt eſſentialis. Hæc Ioan.

*Confutatio.* Sed hæc põ videtur peccare in fundamento. Primo q̃a credit in vno cõpoſito eſſe tot formas, quot ſunt prædicata per ſe: modo hoc non eſt certum, ĩmo famoſior eſt põ oppoſita, ideo non debuit per incerta determinare.

*Cõm.27.* Secundo quia ſm Auer. quẽ tantopere magnifacit, nullum vl̃e põt eſſe cõpoſitum, quia vt recitauimus.1.huius ex intentione eius in pluribus locis: maxime in hoc prĩo vl̃ia ſunt formę, aĩal.n. nihil aliud eſt q̃ aĩalis forma, vt album nihil aliud q̃ albedo, & hõ nihil aliud q̃ hoĩs for-

*Cõm.21.* ma.7.huius, veluti nigrum nihil aliud q̃ nigredo, igitur nullum compoſitum põt eſſe genus nec dr̃ia, oẽ.n. cõpoſitum habet formam, & oẽ tale eſt indiuiduum ſm Auer. & hoc modo illa diſtinctio eſt falſa ſm doctrinã ſui principis. hæc.n. ſunt certiſsima apud Auerro. Hęc de poſitionibus ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1. Suppoſitio.* PRO dilucidatione debes ſcire. Primo ꝙ rationale & quæuis dr̃ia non differt à rationalitate, ſiue aĩa rõnali quantum ad rem, ſimiliter nec aĩal & aĩalitas. ſiue aĩalis forma, eſt.n. idem forma partis & totius apud Auer.7. huius, differunt vero ſolum, quia rõnale ſumitur per modum totius, & aĩal per modum totius, & propterea poſſunt vere prædicari de ſubiectis vt de hoĩe, de Soc. & id genus, rõnalitas vero & aĩalitas quia ſumũtur per modum partis de nullo prædicantur niſi de ſeipſis, vt di-

*2. Suppoſitio.* cit Auic. eſt.n. æquinitas tm̃ ipſa. Secũdo debes ſcire ꝙ ſiue dentur plures formę in vno cõpoſito, ſiue non aĩal & rationale ſunt diuerſa prædicata. Si.n. dantur plures formæ, erunt diuerſa p̄dicata ſumpta à diuerſis formis. ſi aũt non ſunt plures formæ, erunt diuerſa prædicata ſumpta à diuerſis rõnibus concipiẽdi aliquid ſub eadẽ forma, cum.n. vna ſit anima quæ ſit vegetabilis, ſenſibilis, & rõnabilis, aĩa rõnalis põt concipi ſub diuerſis rationibus, vt.n. concipitur quatenus eſt principium ſenſus & motus, reponit hoĩem indiuiduũ in genere aĩalis vt conſideratur quatenus eſt principium nutritionis & gñationis iſto modo reponit Soc. in genere viuentis. ſi autem conſideratur vt eſt principium intelligendi, reponit ipſum in ſpecie, quare ſiue ſint diuerſæ formæ, ſiue vna, ratio differentiæ: videlicet rõnalitas & rõ generis

*3. Suppoſitio.* erunt ſemper diuerſæ. Tertio debes ſcire ꝙ licet nõ deť compoſitum ſpecificum præter ſingularia compoſita ſm Auer. bene tñ poteſt concipi compoſitum ſub rõne ſpecifica; cui conceptioni nihil correſpondet in re prę ter ſingularia, at genus & differentia poſſunt cõibus rationibus concipi, conceptione, cui correſpõdet aliq̃d præter ſingularia, quia ſibi correſpondet forma, quæ eſt res præter ſingulare quæ forma eſt vl̃e poteſtate ſm Auerroem. His acceptis, dico primo ꝙ ſumendo genus

*1. concluſio.* & differentiam per modum partis, nullo modo genus de differẽtia prẹdicatur, patuit quia ſic ſumendo genus non niſi de ipſo prædicatur.

*2. concluſio.* Secunda concluſio ſumendo genus & dr̃iam per modum totius, genus non p̄dicatur de dr̃ia per ſe primo modo, nec per ſe ſecũdo modo, vt loquitur Ariſt.1.poſte. nec ꝑ ſe pro eo quod competit ſoli vt loquiť.5.huius, nec econtra, differẽtia de genere vllo horum modorum, hæc cõcluſio patuit, quia genus non poniť in rõne dr̃iæ, nec econtra differentia in ratione generis. Amplius nec in ſecundo mõ genus de dr̃ia, quia differentia non ponitur in definitione generis & per idem nec econtra, præterea nec genus p̄dicatur de dr̃ia ſola, nec differentia de ſolo genere, & ſic patet concluſio.

*3. concluſio.* Tertia concluſio genus prædicať ꝑ ſe de dr̃ia ſumendo per ſe prædicari pro eo quod naturali p̄dicatione p̄dicať, & etiã per ſe pro eo qđ ſine ſubiecto medio p̄dicať, præterea & ꝑ ſe etiã pro eo quod prædicať ſine cã media, hæc patet, q̃a genus eſt in plus q̃ dr̃ia: igiť põt eſſe naturale prædicatũ ad illã. Amplius genus eſt dr̃iæ immediatum prædicatũ, & dr̃ia generi immediatum ſubiectũ, igiť põt prẹdicari de illa prædicatione immediata. Tertio etiam prædicatur per ſe q̃a per naturam, & ſine cauſa media, nã rationale eſt aĩal ꝑ naturam, atq; per eius formam, quia vna eſt forma animalis & rõnalis.

*4. concluſio.* Quarta concluſio differentia põt, prædicari de genere per ſe, pro eo quod non per ſubm medium prædicať, & pro eo qđ ſine cauſa media prædicať non tñ pro eo qđ eſt naturale prædicatũ. patet hæc ex dictis, aĩal enim eſt rationale, non per cauſam mediam nec per aliud q̃ per naturã rationalis, quia tñ aĩal eſt in plus q̃ rationale, hac ratione prædicatio eſt per accidẽs prout diſtinguitur contra naturalẽ. Amplius cũ prædicatur de animali, ſine ſubiecto medio prẹdicatur.

*5. concluſio.* Quinta concluſio ſpecies non prædicatur ꝑ ſe de differẽtia, primo modo vt loquitur Ariſt.1.poſter. ſed bene ſecundo modo, & pro eo quod competit ſoli, præterea ꝓ eo quod competit ſine medio ſubiecto. Amplius pro eo quod competit ſine cauſa media per naturã, non tñ pro eo qđ prẹdicatur naturali prædicatione patet hæc concluſio: quia ſpẽs nõ ponitur in illius definitione. Secundo prædicatur ſecundo modo quia differentia ponitur in ratione ſpeciei, præterea competit ſoli, quia conuerſim maxime de differentia vltima. Amplius ſine ſubiecto medio, q̃a hæc eſt immediata, rationale eſt homo, etiam ſine cauſa media per naturam, quia rationale ꝑ ſuam formam eſt homo, ſed quia homo eſt naturale ſubiectum differentiæ, quia differentia videtur ſe habere per modum qualis, ideo non prædicať naturali prædicatione de dr̃ia.

*6. concluſio.* Sexta cõcluſio dr̃ia prædicať primo modo dicendi ꝑ ſe de ſpẽ prædicatione naturali. prædicatione ſm ſolũ, immediata, ꝑ naturã, & ſine cauſa media, non tñ ſecundo modo, prædicať quidẽ naturali prẹdicatione, quia dr̃ia eſt naturale prẹdicatum & homo naturale ſubiectũ, quia dr̃ia ineſt ſibi vt quale, prædicatione primo modo quia ineſt in rõne dicente quid eſt, prædicatione dicente de ipſa ſola: quia cum illa conuertiť: prædicatione immediata hoc eſt ſine ſubiecto medio, quia primum & mediatũ ſubiectũ dr̃iæ eſt ipſa ſpecies, ſine cauſa media, quia nulla eſt forma vel cauſa media, qua de illa prædicatur. Quod autem non prædicetur de ſpecie ſecundo modo dicendi per ſe, vt loquitur.1.poſt. patet, quia ſpecies non ponitur in ratione differẽtiæ. Ex his ſequitur concluſio pro mẽte Ariſt.

ꝙ loquendo de prædicatione dicente quid eſt. nec genus: nec ſpẽs de differẽtia prędicatur ꝑ ſe. Et hoc volũt quidam dicere: quum dicunt genus eſſe extra eſſentiã differentiæ: amplius genus non eſſe de rõne formali illius: rurſus ꝙ genus & dr̃ia non ſunt idem formaliter. Si enim per hæc intelligunt ꝙ genus non per ſe prædicat̃ de differentia prædicatione dicente quid eſt, vt eſt primus modus dicẽdi per ſe. 1. poſte. poſitus, recte ſentiũt. Sin aliter velint, eorum põ non eſt peripatetica, hoc ẽt expoſitor intelligit in textu: & oẽs alij. Ex his ſequitur ꝙ genus ꝓdicatur de dr̃ia per accñs, ſumendo ꝑ accñs vt ſumitur poſteriorũ primo, pro eo quod prędicat̃ naturaliter hoc eſt nec per ſe primo mõ, nec ſcd̃o modo. Non tñ per accñs vt ſumitur. 5. huius, ꝓ eo quod vel eſt ſubiectũ de accñte, vel accñs de ſubiecto: vel accñs de accñte. Hæc ſunt peripateticæ dicta. Patet ẽt qbus modis per ſe genus de dr̃ia prædicat̃: nam prædicat̃ per ſe prędicatione naturali, per ſe, quia non per ſubm mediũ, per ſe, quia non per cãm mediam, ſed per formã & naturam dr̃iæ, non aũt per ſe, prędicatione dicente de ſola dr̃ia. Patet. 3. de dr̃ia prædicat̃ per ſe de genere prædicatione quia non ꝑ ſubiectũ mediũ per ſe, quia non per cãm mediam, non tñ per ſe, quia de ſolo genere, nec per ſe ꝓdicatione naturali, nec per ſe in rõne dicente qd eſt ſubiectũ, nec per ſe in rõne dicente quid eſt prædicatũ. Quarto patet ſpẽm prædicari per ſe de dr̃ia, ꝑ ſe, qa ſine medio ſubiecto: per ſe, quia ſine cã media, per ſe, qa de ſola dr̃ia, non aũt per ſe in rõne dicente quid eſt, ſed bene per ſe ſcd̃o modo dicendi per ſe primo poſterio. dicto, nec per ſe prædicatione naturali. Vltimo patet differentiam prædicari omnibus modis per ſe de ſpẽ, pręter per ſe ſecundo modo dicendi per ſe in lib. poſte. enumerato, nam de illa prædicatur per ſe in rõne dicẽte quid eſt, per ſe, quia ſine ſubiecto medio, per ſe, quia ſine cauſa media, per ſe, quia de illa ſola per ſe, quia naturali prædicatione. Hæc de dilucidatione.

Excerptum.

### Caput ſolutionum quintum.

His viſis nunc ad rõnes rñdendum eſt. Ad primã ſoluunt quidã, ſed quia eorum ſolutio eſt in lib. primo confutata, propterea dico aliter, & nego cõſequentiã, quia licet homo ſit per ſe rõnalis, non debet conuerti ꝙ rationale ſit per ſe homo. cauſa aũt eſt, quia regulæ conuerſionum debẽt intelligi ſolum in propõnibus de ineſſe, & de neceſſario ineſſe, non aũt de his quæ ſunt ꝑ ſe, aut de his quæ ſunt per accñs. cauſa aũt eſt, quia neceſſariũ non variat ineſſe, ipſum aũt per ſe & per accñs variant ipſum ineſſe, & tu lege librum priorum. Ad ſecundam rñdent quidam ſuo modo, ego aũt magis ad vim rõnis dico ꝙ in ſyllogiſmo expoſitorio medium debet eſſe hoc aliquid, hoc eſt ſimpliciter idem, & eodẽ modo, quod quidem nõ eſt in propoſito, nam hoc demonſtrando Socr. eſt aĩal per ſe, & hoc demonſtrando idem eſt rõnale per ſe: nõ tñ eodem modo ſimpliciter, quia Socr. eſt aĩal per ſe, vt aĩal eſt quid potentiale, eſt aũt per ſe rationale vt rõnale: eſt quid actuale: & hoc modo non ſeruatur ſimpliciter identitas. Vel dici põt ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius non habet locũ niſi in propõnibus de ineſſe, & de neceſſario ineſſe, in alijs vero tenet per accñs gratia materiæ. Ad tertiam dico ꝙ illa eſt falſa, rationalitas eſt animalitas, & illa, humanitas eſt rationalitas, & illa humanitas eſt rationalitas, & qñ dicit Ariſt. in. 7. huius ꝙ qñ eſt prædicatio per ſe, tunc valet à concretis ad abſtracta, dico ꝙ loquitur in accidentibus: non aũt in ſubſtantijs. Alij vero aliã ſolutionem fingunt, quæ eſt ſm eorum opinionem. Ad quartam patet ſolutio ex dilucidatione. Ad quintam dico ꝙ regula. Ariſt. intelligitur eodem addito vtrobiq;, quod nec minuit, nec priuet, nec variet eſſentialiter, modo ꝑ ſe additum antecedenti variat ipſum de ſpecie in ſpẽm. Ad ſextam dico ꝙ aĩal eſt ens per ſe: & rõnale eſt ens ꝑ ſe, quia ens prædicatur per ſe de quolibet, vt dicitur in textu, & conceditur ꝙ in vtroq; formaliter ens includitur, non autem eſt nugatio, requiritur. n. ad nugationẽ ꝙ bis idem repetatur, per ſe & immediate: quod nõ eſt in propoſito, ens. n. repetitur bis formaliter, nõ autem immediate, ſed per aĩal, & per rationale, & hoc pacto vt contrahitur per aĩal extra rõnem eſt rationalis, & hoc modo non bis repetitur primo & immediate, hoc autem ideo eſt, quia ens aĩal eſt extra eſſentiam entis rationalis, non autem ens extra eſſentiam entis. Ad ſeptimam dico ꝙ rationale eſt per ſe ens, vt ipſum ens ſupponit ſimpliciter, non autem vt ſupponit pro ſubſtantia vel pro accidente. Vel dici põt ꝙ ens nõ ſolum prædicatur per ſe de generibus ſed de differentijs: & hoc modo poſſet dici ꝙ rationale eſt, nec vt ſumitur pro ſubſtantia, nec vt ſumitur pro accidente ſed vt ſumitur pro differentijs ſubſtantiæ, & ſic tollitur diuiſio. Ad vltimam patet ſolutio in dilucidatione. Sed ꝓꝑ ea quæ quidam hic dicunt, dubitarent iuniores ꝓꝑ quàm cãm ex propoſitionibus veris, non ſequitur concluſio niſi vera, & ex neceſſarijs non niſi neceſſaria, & ex propoſitionibus per ſe non ſequitur ſemper concluſio per ſe, ad hoc problema rñdet Ariſt. 2. prio. quia videlicet añs quod eſt aggregatum ex propoſitionibus non põt eſſe verum, quin ẽt & conſequens ſit verum, contra aũt cõſequens eſſe põt verum, & añs falſum, huius aũt rei cauſa eſt, quia conſequens ſeſe habet vt ſuperius ad añs, & ꝓꝑea Ariſt. in lib. prio. 1. cap̃. de medij inuentione prædicatũ appellat conſequens: ſubiectũ añs, eo quia prædicatum proprie eſt ſemper ſuperius ad ſubiectũ, licet gratia materiæ interdum conuertatur cum ſubiecto: & per idem non põt añs eſſe neceſſarium, quin conſequẽs ſit neceſſarium, quia vbi añs ſit neceſſarium, & conſequens contingens, cum contingens ſit, quod põt nõ eſſe: põt añs eſſe verum & neceſſarium conſequente nõ exiſtente: omne. n. contingens põt non eſſe: ex per ſe autem põt ſequi per accidens. Cauſa eſt quia licet conſequẽs ſit per accidens, tñ eſt verum & neceſſarium, qd' enim eſt per accñs, poteſt eſſe neceſſarium, & hac rõne antecedens põt eſſe per ſe, abſq; eo quod conſequens ſit per ſe, non tñ verum vel neceſſariũ ſine veritate neceſſitateúe conſequens: hæc poteſt eſſe cauſa problematis: de hoc problemate quære in primo lib. diſputatione. 8. in cap̃. 5. circa finem. Secundum problema eſt quid eſt abſtractum in accidentibus, videtur. n. ꝙ non poſsit eſſe abſtractio à ſubiecto, qm̃ habitudo ad ſubiectum actualis eſt de eſſentia accidentis: vel ipſummet accidens, igitur non põt abſtrahi à ſubiecto: quidã multiplicant abſtractiones, volunt. n. ꝙ concretum ſit multiplex: aliud ad ſubiectũ, aliud ad ſuppoſitũ, aliud ad fundamentum, abſtractum ẽt triplex, à ſubiecto, à ſuppoſitis, à fundamento, in ſubſtantijs quidem concedunt vnum concretum, vnumúe abſtractum illi concreto correſpondens, concretum eſt homo: quia ſuppoſita concernit: abſtractum humanitas: quę eſt tm̃ ipſa. In accidentibus abſolutis concedunt duplex cõcretum & duplex abſtractum. concretum ad ſubiectum, album, abſtractum à ſubiecto, albedo, concretum ad ſuppoſita,

Primum problema quare ex veris nõ verũ ex per ſe aut non per ſe.

Secundum problema de abſtractis accidentibus.



ſuppoſita, albedo, abſtractũ à ſuppoſitis, albedinitas. In relatiuis concedunt triplex concretum: triplex quoq; abſtractum, concretum ad ſubiectum pater, abſtractum à ſubiecto, paternitas, concretum ad ſuppoſita paternitas abſtractum à ſuppoſitis: patrinitas, concretum ad fundamentum, patrinitas, abſtractum à fundamento quidditas patrinitatis. Vel ſic cõcretum ad oĩa pater eſt, abſtractum à ſubiecto paternitas: à fundamento vt patrinitas, à ſuppoſitis vt patrinitatis quidditas, ſunt enim noĩa ad placitũ. cauſa aũt eſt, qa omne prius põt abſtrahi à poſteriori: modo in ſubſtãtia prior eſt natura quam ſuppoſita, ideo poteſt in ſubſtantia eſſe concretum & abſtractum ad ſuppoſita. Amplius prius eſt accidẽs ad ſe quam ad ſubiectũ apud eos, & prius natura accidentis quam ſuppoſita, ideo in abſolutis eſt duplex abſtractum & duplex concretum: à ſubiecto & à ſuppoſitis, in reſpectiuis aũt prius eſt relatio quã habitudo ad fundamentum, ideo in relatiuis fecerunt tres abſtractiones, iuxta tres concretiones. Sed contra hanc poſitionem inſtabimus. in. 7. vbi ſm opinionem peripateticorum declarabimus ꝙ actualis habitudo accidentis ad ſubiectum eſt aut ipſummet accidens, aut de ratione eius, & ideo nulla poteſt eſſe abſtractio, & propterea apud peripateticos non differunt album & albedo, nec pater & paternitas, nec aquilũ, & aq̃uilitas, ſicut apud eos idem eſt homo, & forma hoĩs, idem aĩal & aĩalitas, ſiue forma animalis, quia idẽ eſt forma totius, & forma partis apud eos: vt dicit Auer. 7. huius, ſola autem hæc eſt dr̃ia quia concretũ videtur concernere certum ſubiectũ & ſtabilitũ vt albũ niuẽ vel cygnũ, nigrũ aũt coruum, aut æthiopẽ, aut carbonẽ, abſtractũ vero concernit ſubiectũ indeterminatæ vt albedo ſubſtantiam, nõ autem magis hanc vel illam: nigredo ſimiliter, propter quod apud Ariſtotelem omne accidẽs connotat ſubiectũ, quia aut proprium aut cõe, ſi propriũ quidem fuerit, ſubiectũ proprium connotat, ſi cõe ſit, cõe eſt tñ hæc dr̃ia ꝙ abſtractum connotat ſubiectũ in obliquo, cõcretũ in recto. cauſa eſt, quia abſtractũ cõnotat ſubiectũ vt terminũ habitudinis, concretũ vt ſubiectũ habitudinis, verum de his dicemus in. 7. huius diſputatione prima, quia licet hæc ſint ſm opinionẽ peripateticorum dicenda: ſm veritatem eſt aliter ſentiendum, vt in libro illo dicemus. Hæc de ſecunda diſputatione.

Cõm. 36.

# DISPVTATIO TERTIA

## De Identitate & diuerſitate ipſius nunc in tempore.

*Num ſit idem nunc in vniuerſo tempore.*

### Caput dubitationum primum.

De hac diſputatione diligenter dictum eſt in lib. 4. phyſicæ auſculta. propterea quædã raptim dicemus, vt exteris ſatisfactũ ſit. Qd' vnũ ſit nunc in toto tempore arguitur. Primo ipſum nũc nõ poteſt corrumpi, igitur vnum eſt nũc æternũ. antecedens patet, quia ſi corrũpitur vel in nunc, vel in tempore, nõ in nunc, quia nihil corrupitur in ſeipſo, nec in tẽpore, igitur non poteſt corrũpi. Secundo Ariſt. 4. phyſi. expreſſe tenet ꝙ idem ſit nunc in tempore toto. In contrariũ arguitur, quia tunc omnia eſſent ſimul.

Tex. cõm. 104.

### Caput tituli ſecundum.

Idem vt ſumitur topicorum primo capite quinto triſariã dicitur, aut numero, aut ſpecie, aut genere. Numero quidem eadem dicũtur, quorum noĩa plura, res aũt vna, eſt vt tunica & veſtis. Specie vero eadem ſunt, quæ cum ſint plura, indifferẽtia tñ ſm ſpeciem ſunt, vt homo homini, & equus equo. Genere autẽ quæcunq; ſub eodem genere ſunt vt equus homini, in propoſito quærimus ſi idem numero ſit nunc in toto tempore, quod quidem dicitur ab Ariſtotele idem ſm ſubſtantiam. Tempus autem eſt primi mobilis motus, aut illius aliquid vt. 4. phyſi. eſt dictum, motus. n. cœli abſolutæ motus eſt, vt vero menſura cæterorũ motuum tẽpus dicitur. Et hac ratione tempus vnum numero eſt: veluti & motus primi mobilis vnus eſt. Nunc quod græcè νῦν latine eſt tum momentum, tum apud ineptos inſtans, quod quidem id eſt, quod partem tẽporis præteritam cum futura copulat. Vlterius debes ſcire ꝙ vnum eſſe in nunc in oĩbus temporibus, quę ſimul ſunt, nemo dubitat, quia oẽs dicũt plura eſſe tempora vulgaria, vt ſunt motus horologiorum, cum motus alicuius poſsit eſſe ipſius alterius, ſed qõ quærit ſi in vnoquoq; tpe ipſum nũc ſit idẽ in toto illo, vt in tẽpore mẽſurante motum tortucæ nunc ſit idem in toto illo. Hæc de titulo.

### Caput poſitionum tertium.

De diſputatione recitatur poſitio expoſitorum ab aliquibus, ſatis leuiter & ſuccinctæ, qm̃ eam non recitant vt veritatis inuẽtores, ſed vt cõtradictores, eſt igit̃ hæc põ ꝙ idem ſit nunc ſm ſubam in toto tpe, ſm eſſe vero, cõtinuo aliud atq; aliud. Hæc breuiter. Ratio poſitionis eſt quia ſubſtantia ipſius nũc corrñdet ſubſtantiæ ipſius mobilis, variatio vero ipſius nũc ſm eſſe correſpondet variationi ipſius motus, igitur cum mobile ſit idem ſm ſubſtantiã, nũc ipſum erit idem ſm ſubſtantiam, at cum motus ſit alius & alius, ipſum nunc ſm eſſe erit aliud atq; aliud. Sed obijciunt. Primo quia vt arguit Ariſt. tunc quæ fuerunt in milleſimo anno eſſent nunc. deducitur, quia ſemel eſſe dicuntur, quæcunq; in eodem nũc indiuiſibili ſunt, nec valet dicere ꝙ oĩa eſſent ſimul. ſi eſſent in eodem nunc ſm rõnem, ſed quia ſunt in eodem nũc realiter, non oportet illa eſſe ſimul, primo quia tunc oĩa eſſent ſimul realiter deducitur, qa eodem modo aliqua dicunt̃ eſſe ſimul, qũo ſunt in eodem nunc, igitur ſi omnia eſſent in eodem nunc realiter omnia eſſent ſimul realiter. Secundo principaliter arguitur ipſa nunc ſunt termini temporis, igitur ſunt diuerſa ſm eſſe & ſubſtantiã, tenet argumentum, quia cuiuslibet continui termini ſunt diuerſi & diſtincti. Tertio accipio ipſum nũc quod eſt indiuiſibile ſm ſubſtantiam, cum ſit indiuiſibile in genere quantitatis: oportet eſſe aut continui terminũ, aut diſcreti partẽ, nõ poteſt poni pars tẽporis tanq̃ eius, quod eſt diſcretũ, quia tũc tempus eſſet abſolute numerus, & nullo modo continuum. ſi ponitur terminus continui, igitur oportet eſſe aliud atq; aliud, eo quia terminat aliam atq; aliam continui partem. Nec valet dicere ꝙ poteſt terminare diuerſas continui partes ſecundum diuerſa eſſe, quod tamen ſecundum rem eſt idem. Primo quia tunc illa diuerſa eſſe acciderent ipſi nunc ſm ſubſtantiã: quia oĩs variatio eſt accñs ei cuius eſt. & ſi illa eſſe eſſent accñs, tunc ipſum nunc per accñs eſſet terminus continui. Secundo vel illa eſſe ſunt de genere quãtitatis, vel qualitatis, vel alterius. ſi de gñe quãtitatis, tũc illa ſufficiunt ad terminandũ propriũ continuũ. ſi ſint alterius generis vt qualitatis, tũc qualitas ꝑ ſe eſſet ratio terminãdi continuum. Tertio principaliter ſi idem nũc ſm ſubſtantiã flueret in toto tpe, igit̃ tp̃s, qd' eſt eius fluxus cõponeretur

Obiectiones.

retur ex indiuiſibilibus, deducitur per rationem Ariſt. in.6.phy. quia vbi nunc flueret per tp̄s, nunc menſuraret ipſum pertranſeundo ſemper ſibi æquale. Vltimo ſi ipſum nunc ſm eſſe variatur, tunc illius variationis erit aſsignare aliquam menſuram, illa itaq; ſiue ſit tẽpus

*Poſitio.2.* ſiue nunc, ibitur in infinitum. Sed quo nam modo pō expoſitorum defendi pōt, in dilucidatione dicemus. Propter hæc aliter dicunt, & videntur velle ꝙ idem numero nunc ſm ſubſtantiam eſſe in toto tempore pōt intelligi dupliciter, vel ſm deſignationem, vel ſm permanentiam. Dicitur idem nunc numero manere ſm ſubſtantiã in toto tẽpore ſm deſignationẽ, quia quodcunq; nunc in tp̄e ſignetur, illud eſt vnũ ſm ſubām & rem, in toto illo tp̄e, in quo ſignaẽ, aliud atq; aliud ſm rationẽ, quia in illo tp̄e in quo ſignatur eſſe idem, habet rationẽ finis & principij, & ſic eſt aliud ſm rationẽ, verbi cauſa, ſi in præſenti tp̄e ſignetur ipſum nunc, tale inuenitur in toto tp̄e pñti idem ſm ſubſtantiam, & aliud atq; aliud ſm rationẽ, quatenus eſt principium & finis, & ſi ſignetur hinc ad mille annos ſemper eodem modo reperitur. Secundum permanentiam vero nunc diciẽ eſſe idem ſi nec fuiſſet, nec eſſet, nec futurũ foret aliud, ſed ſemꝑ idẽ, tunc dicũt ꝙ ſi loquimur ſm deſignationẽ, ſic idẽ numero eſt in tp̄e. probatur, quia in quouis tp̄e ſignetur, eſt idẽ numero ſm ſubſtantiã: & aliud atq; aliud ſm rōnem. ſi loquimur ſm permanentiã, ſic rō-

*Confutatio.* nes contra. Expoſitores procedunt pro hac parte. Sed hoc quod dicũt eſt verum, tñ non poteſt accõmodari

*Te.c.104.* verbis Ariſt. in.4. lib. phy. nam Ariſt. expreſſe vult ipſum mobile eſſe nunc ſm ſubſtantiã, eſſe tñ diuerſum, mobilis appellat nunc ſm eſſe, & licet enitantur verba

*Alia poſitio.* hæc interpretari, reuera non pñt. Alij vero peritiores volunt Ariſtot. eſſe locutum ad imaginationem mathematicorum vt nos in lib. phy. tetigimus, imaginantur. n. mathematici pũctum ſui fluxu lineam efficere, lineam vero ſuperficiem, ſuperficiem corpus, ſic etiam momentum ſiue nunc imaginantur ſui fluxu efficere tempus, in qua imaginatione ipſum nunc eſt idem ſm ſubſtantiam, aliud atq; aliud pro alia atq; alia parte fluxus. Hæc expoſitio pulchra eſt & poteſt conuenire verbis Ariſt. verum oportet ipſam aptare ad ſenſum phyſicum, in quo ipſe loquitur. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1. Suppoſitio.* PRO dilucidatione tanti quęſiti accipiamus. Primo mobile ipſum qđ in motu locali remanet à principio vſq; ad finẽ poſſe trifariam conſiderari, aut quo ad eius ſubſtãtiam, qua in toto motu manet idem, aut quo ad eius mutationẽ, ſiue eſſe, quo continuo aliud atq; aliud eſt, aut quo ad eius mutatum eſſe: quo ipſum diciẽ mu-

*2. Suppoſitio.* tatũ eſſe. Secundo accipio ꝙ cuique menſurabili correſpondere debet ſua propria menſura. Quo fit vt ipſi mobili triplex correſpondeat menſura. Alia quidẽ qua menſuratur eius ſubſtantia qua ipſum manet vnum idemúe toti motui ac in toto tempore illum menſurante. Alia autem qua menſuratur eius eſſe ſiue operatio ſiue motus. Alia denique qua menſuratur eius mutatum eſſe, menſura igitur qua menſuratur eius, ſubſtantiæ, quæ in toto tempore motuq; eadem manet, non poteſt eſſe æternitas, quia æternitas eſt ſimpliciter independens, quæ Deo competit, nec æuum, quia illa eſt eorum, quæ nullo pacto variationi ſubſunt: quæq; menſura intelligentijs competit, nec eſſe poteſt tempus, qm̄ ſubſtantia mobilis tp̄e non menſuratur vt dicitur. 4. phyſi. ſed eius eſſe ſiue motus. Erit igitur hæc mẽſura mobilis vnitas, quemadmodum. n. Dei vnitas eſt eius æternitas, & intelligentiæ vnitas eius æuum, ſic vnitas ſubſtantiæ cuiuſq; mobilis eſt eius mẽſura, hanc ſubſtantiæ mobilis menſurã græci nunc appellant phyſicum, ſiue cauſale, nam quemadmodum à Deo proficiſcuntur intelligẽtiæ, & ab intelligẽtijs mobile ipſum ſiue ſit cœlum ſiue aliud quoduis, & ab ipſo mobili motus, ſic ab æternitate æuum ab æuo vnitas illa mobilis, ab illa motus & tempus, quare nunc phyſicum vel cauſale dicitur, quatenus eſt cauſa motus & temporis: & phyſicum quia phyſici conſiderant rerum cauſas, eſt. n. illa vnitas cauſa vel vt materia vel vt effectrix motus & temporis. Menſura autem qua menſuratur eius eſſe ſiue motus, eſt tempus, vt per cæteras menſuras potes deducere, quia nō poteſt eſſe æternitas, nec æuum, nec nunc cauſa, vel cauſale, menſura autẽ qua eius mutatũ eſſe menſuratur, eſt nũc quod eſt effectus ſiue mathematicum, quod quidem eſt indiuiſibile tẽporis, quo tẽporis partes copulantur ad vnum communẽ terminũ hoc nunc græci nunc effectum appellant: quia ab ipſo nunc cauſa proficiſcitur, è quo & motus & tẽpus effectiue & vti è materia proficiſcuntur. Alij nunc mathematicum argumento, quod ſimile eſt puncto de quo mathematici conſiderant. Ex his apparet duplex eſſe *Excerptum* nunc ipſum, alterum quod eſt cauſa, alterum quod eſt effectus: nunc quod eſt cauſa eſt ipſius mobilis vnitas, vt dictum eſt. Nunc quod eſt effectus eſt ipſius tẽporis vnitas, ſiue inſtans, quo tẽpus ipſum eſt vnum. Tertio *3. Suppoſitio.* accipio ꝙ diſputatio non quærit, vt in titulo dictum eſt, ſi idem nunc ſit in toto tẽpore, hoc eſt oĩbus tẽporibus ſimul ſumptis, quia (vt dictum eſt in.4. phy.) vulgaria tẽpora ſunt plura, vt oẽs motus omnium horologiorum, modo patet vnum eſſe nunc primum, quod eſt momentum primi motus, quo omnia illa tẽpora ſunt ſimul, & per quod omnia eorum nunc ſunt in illo vno communi, ſed quærit ſi dato vno quodam particulari tempore. verbi cauſa. illo quo mẽſuraretur motus tortucæ, in toto illo ſit vnum & idẽ nunc, hoc ſatis amplæ dictum eſt in titulo. Quarto accipio idem eſſe nunc *4. Suppoſitio.* in toto aliquo tẽpore poſſe intelligi bifariam, quatenus totum (vt dicit Ammo.) poteſt ſumi categorematicæ, & ſyncategorematicæ, ſi intelligitur vt ipſum totum, ſumitur categorematicæ, ſic eſt ſenſus, vtrum in toto tẽpore menſurante motum tortucæ, quod diuiditur in præteritum & futurum ſit idem nunc, quod præteritũ finit, & futurum incohat, an alterum ſit nunc finis, alterum nunc principium. Si autẽ intelligitur vt ipſum totum, accipitur ſyncategorematicæ, erit ſenſus, vtrum in ſingula parte tẽporis vnum nunc ſit nunc, vtpote, quod fuit heri, illudmet ſit hodie, & ſic in omnibus. Vltimo accipio ꝙ eſſe idem nunc in toto vno tẽpore, *5 Suppoſitio.* quouis modo ſumendo totum, poteſt intelligi aut ſm ſubſtantiam hoc eſt ſubiectum, aut ſm eſſe hoc eſt formam, poſſum enim intelligere vnum eſſe nunc in toto tẽpore, aut ſm rem ſubiecti, aut ſm rem formæ vt albũ & dulce intelligere poſſumus eſſe vnum ſm rem ſubiecti, aut ſm rem formæ, & ſecundum rem formæ, poteſt adhuc intelligi ſecundum imaginationem mathematicam, aut ſecundum imaginationem phyſicam, quod quia in poſitionibus dictum eſt, omitto. Ex his *Dilucidatio.* apparet quòd quæſtio debet bifariam dilucidari. Vno modo ſi in toto vno tempore eſt idem nunc quod eſt cauſa. Secundo ſi eſt idem nunc quod eſt effectus, & ideo dicimus quòd loquendo de ipſo nunc quod eſt cauſa,



cauſa, ſiue loquamur de toto tẽpore categorematicæ, ſiue ſincategorematicæ, eſt idem in toto illo ſm ſubiectum, & aliud ſecundum eſſe declaratur, quia ſubſtantia mobilis eſt eadem ac vna in toto tẽpore quouis modo ſumendo totum, at eſſe eius eſt aliud, quia illa ſubſtantia, vt ſtat ſub altera motus parte, eſt altera ab eamet vt ſtat ſub altera, vt de coriſco dixit Ariſtoteles. Et hoc pacto expoſitores latini intellexerunt, & Themiſtius, & omnes græci, vt patet.4. phyſico. Si autem loquamur de ipſo nũc quod eſt effectus, quod eſt indiuiſibile temporis, ſic etiam quouis modo loquamur de toto tempore, eſt idem ſecundum ſubſtantiam, & aliud ſecundum eſſe. probatur, quia eſt idem ſecundum rem ſubiecti, & aliud ſecundum rem formæ. verbi cauſa. ſi loquimur de toto categorematicæ, ipſum nũc eius partes copulans eſt idem ſecundum rem ſubiecti, qm̄ eius ſubiectum eſt ſubſtãtia mobilis, quæ eſt vna eademq;, alterum vero ſecundum rem formæ, quia vt principiũ differt à ſemetipſo, quatenus eſt finis, & ſi loquimur de toto tẽpore ſyncategorematicæ, ſecundum rem ſubiecti eſt idem, vt dictum eſt, quia omnia nunc inſunt eidem ſubiecto, ſecundum rem formæ eſt aliud, nã aliud eſt in præterito, & aliud in futuro, immo in quauis parte temporis ſunt infinita, & hoc pacto recte dicunt illi, hoc igitur pacto pōnes poſſunt cõciliari. Nam veteres expoſitores locuti ſunt ſemꝑ de ipſo nũc, qđ eſt cauſa.

*Dubitationes.* Iuniores de ipſo nũc qđ eſt effectus. Sed occurres primo, quia ſi per nunc qđ eſt cauſa intelligiẽ vnitas ſubæ mobilis, tũc Ariſt. æquiuocaſſet. Secũdo videtur ꝙ vnitas mobilis nō poſsit eſſe menſura mobilis. qa tunc multotiẽs ducta rederet mobile. Tertio pro mẽſura mobilis ſufficit æuum, eſt enim æuum menſura cuiuſq; ſubæ.

*Solutio.* Ad primam dico ꝙ Ariſt. nunquam vtitur æquiuocatione, cum ſemper cum loquitur de ipſo nunc, vtatur diſtinctione. Ad ſecundam ſolet dici menſuram eſſe bifariam, alteram contentiuam, qua motus tempore menſurantur, & hac menſura per replicationem mẽſurari ſolent motus, alteram coexiſtitiuam, & hac mẽſura Deus æternitate, ſubſtantia æuo, & mobile vnitate menſuratur. Prima quidem non diciẽ menſura niſi excedat menſurabile. Secunda vero dicitur menſura, etiã ſi æque ſit modo menſuratæ rei coexiſtat. Ad tertiam dico quòd æuum licet ſit vnitas ſubſtantiæ, tamẽ eſt vnitas ſubſtantiæ, quæ non ſubiicitur motui. Vnde æuum eſt ab æternitate, vt intelligentia ab ipſo Deo, & ab æuo tempus, ſed ordine quodam, nã ab æuo eſt nunc quod eſt cauſa, ab ipſo nunc quod cauſa eſt motus & tempus. Et de dilucidatione hactenus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rationem dico cum Auic. ꝙ nec motus nec tempus, nec momentum corrumpitur, & tamen nō eſt motus omnis æternus, nec momentum æternum. Quia vt dicit Auic. quædam corrumpuntur, quia ipſa ſunt quæ corrumpuntur, vt ſubſtantiæ compoſitæ & id genus, quædam corrumpũtur, quia ipſa ſunt, quibus alia corrumpuntur, vt alteratio, & generatio corrumpiẽ, quia per ipſas aliquid corrũpitur, & hoc modo momentum corrumpitur potius. Et qñ dicitur vel in nũc, vel in tempore dico ꝙ neutro modo, ſufficit enim ꝙ corrumpatur aliquid in tempore vel nunc cum quo ipſum corrumpatur. Hæc eſt ſolutio Auicẽnæ. Ad verba Ariſto. patet ſolutio. Hæc de tertia diſputatione.

FINIS TERTII LIBRI.

# LIBRI QVARTI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In Quinque diſputationes diuiſa.


1 *Num Ens de omnibus vniuocæ prædicetur.*
2 *Num negatio habeat diſtinctam formalitatem ab affirmatione.*
3 *Num vnum eſt ens eandem ſubeant naturam.*
4 *Nũ propria paſsio differat à ſubiecto ſuo, & quomodo.*
5 *Num in omni cauſato differat eſſe ab eſſentia.*


## PRÆFATIO.

HACTENVS Andrea Carapha Comes magnanimè circa veritatis inueſtigationem quæſtiones in vniuerſo metaphyſicæ lib. diſſoluendas in.3. lib. diſputauit Ariſ. At nũc incipit veritatẽ illarum more ſcientum pertractare. Ante tamen vniuerſæ metaphyſicæ ambitum dimetitur tria (vt Auer. inquit) ſtatuens ſubiectum, quod quidem nos primum genus, vel prædicatum primum appellauimus. Specierum generis affectus, vt vnum multa, idem, diuerſum & cætera id genus, demum & affectuum ſpẽrumq; entis principia atq; ſuppoſitiones ſiue axiomata addens, quæ ex rōnibus cõficiuntur metaphyſicis: in his quinque confecimus diſputationes, licet longe plures alij ſcripſerint, quas vt cæteras priores tibi recenſendas mitto, eas quæſo legas, perlegas, cenſeas atq; recenſeas, nō enim deſunt naſuti atq; maledici: quos nulli facere non verebor: ſi has oẽs à tuo ſpectatiſsimo ingenio cõmendatas eſſe intellexero, nec ædere recuſabo. Vale.

*Ens autem multis modis dicitur, ſed ad vnum, & ad vnã aliquam naturam & non æquiuoce.*

## DISPVTATIO PRIMA
De vniuocatione entis.

*Num Ens de omnibus entibus vniuoce prædicetur.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD non arguitur. Primo quia Porphyrius ait: ſiqs oĩa entia vocet, æquoce nũcupabit. Secundo de infinitis nihil vnum prædicatur: at entia ſunt infinita, igitur de ipſis nihil vnum prædicatur: & ita ens nō poteſt vniuoce prædicari de oĩbus. Tertio ſi ens vniuo *Rōnes aliorũ.* ce de oĩbus prædicatur: tunc prędicatur formaliter de modis, quibus ipſum ens diuideretur, vt definito & infinito, hoc eſt falſum, quia ſemꝑ cõtrahẽs nō includit formaľr ipſum cõtrahibile, ĩmo oẽ cõtrahibile eſt extra rōnem formalẽ cõtrahentis. Quarto quęcũq; in aliquo cõi vniuocanẽ: hñt aliq̃ ſiľitudinẽ, ſed nō pñt prima cã & cauſatũ ſiue ſuba & accñs hr̃e aliq̃ ſiľitudinẽ. Primo qa inter finitũ & infinitũ nulla eſt ſiľitudo. Secundo qa inter artẽ & artificiale nō pōt eſſe ſiľitudo, igiẽ nec inter primã cauſam & cauſatũ. Quinto arguitur ſi ens ꝓdicatur vniuoce, ſumatur ens qđ ꝓdicaẽ de Deo, vel eſt neceſſe eſſe, vel nō neceſſe eẽ, ſi neceſſe eſſe, cũ illud ꝓdiceẽ

de creaturis,tunc vnumquodq; aliud:de quo ens dicit̃: erit neceſſe eſſe.ſi aũt ſi non neceſſe eſſe: igitur in Deo erit aliquid non neceſſe eſſe. Sexto ſi ens prædicet̃ vniuoce de oĩbus, tunc in omni re de qua prædicat̃ eſſet compõ ex entitate cõi, & entitate particulari. deducit̃, quia in oĩ re erit entitas cõis prædicabilis vniuoce, & hoc ens de quo dicit̃, præterea in omni re erit aliqd potẽtiale & contrahibile,& aliquod actuale & contrahẽs, & ſic in oĩ re erit compõ,& ita in Deo. In contrariũ vr̃ textus, vbi dicitur ꝙ ens multipl'r dicitur ſicut ſanũ:mõ inter æquiuocum & vniuocũ non datur mediũ, igit̃ cũ non ſit æquiuocum: erit vniuocũ. Scđo ſi ens non eſſet vniuocum,tunc genus prædicatur ꝑ ſe de dr̃ia,deducitur:quia hæc eſt vera, rõnale eſt ens, vel igit̃ ipſum ens ſumitur pro ſuƀa, vel pro accñte, vel pro cõi ente vniuoco,non pro accñte:& non pro vniuoco cõi, igitur ꝓ ſubſtantia,& ita genus de differentia prędicabitur ꝑ ſe.

## CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid ens.* ENS quod græcè ὄν dicit̃, hic ſumitur tranſcẽdenter, vt eſt cõe cauſæ primæ,&.x.prædicamẽtis,nã Plato vbiq; ens,quod ὤν dicitur ſumit prędicamental'r pro eo quod eſt cõe prædicamẽti tñ, & ꝓpea ait vnum quod eſt in prima cauſa,eſſe ante ens. At Ariſt. aſſerit ens dici æqualiter vni,quia ſumit ens tranſcẽdẽter vt cõe oĩbus. *Quid æquiuocum & vniuocum.* Quid vero æquiuocũ, quidúe vniuocum ſit, dicamus. Nã vt doctiſsimus Boe. inquit in p̃dicamentorũ lib. oĩs res aut noĩe,aut definitione indicatur,igitur res oẽs aut eodem noĩe eademúe rõne coniunguntur,vt homo & aĩal, quia vtraq; aĩalia dici pñt, & vtraq; vna definitione iunguntur:& ſic vniuoca appellãtur. Alia vero nec noĩe nec rõne coniunguntur vt lapis & ignis, & hęc diuerſiuoca dñr. Alia quæ diuerſis noĩbus nuncupantur, definitione conueniunt vt gladius & enſis,& hæc multiuoca dici ſolent. Alia quæ noĩe quidẽ congruunt, rõne vero diſcrepant vt hõ verus & hõ pictus & hæc æquiuoca appellantur. Ex his ſequitur primo æquiuocũ ꝓprie non dici niſi de noĩbus, ſm peripateticos quemadmodum vniuocum, multiuocum, & diuerſiuocum, ſolum de noĩbus dici ſolent. Scđo ſequitur ꝙ res, quę per noĩa ſignificantur non dñr vniuoce,nec æquiuoce,nec multiuoce,nec diuerſiuoce,quia cum ipſe non ſunt voces,non pñt eſſe vniuoce, vel id genus. Hæc peripatetici. Tertio declaremus quid ſit vniuoce prædicari, aliqui vim faciunt in verbis, dicunt.n.aliud eſſe vniuoce *Quid vniuoce prædicari apđ aliquos.* prædicatum,& vniuocum prædicatum. Nam vniuoce prædicatũ eſt illud quod formaliter & quidditatiuæ p̃dicatur vt aĩal de hoĩe: vniuocũ p̃dicatũ eſt quod prædicatur vt vnum,& ſic album eſt vniuocum prędicatũ de niue & cygno,quia de illis prædicat̃ vt vnũ,non aũt eſt vniuoce prædicatũ, quia nõ quidditatiuæ & formaliter p̃dicatur de illis. Sed licet hic dicendi modus videatur apparens,non tñ eſt peripateticus:nullus.n.peripate. vteretur hoc dicendi mõ. *Confutatio. Modus peripa.* Propterea Boe. in lib. Porph. ait id vniuoce prædicari, quod p̃dicat̃ vt genus, id aũt ęquiuoce,quod p̃dicatur vt vox plura ſignificãs, hæc Boe. in ſcđa eius æditione capite de ſpẽ. In prædicamẽtis vero capite de ſuƀa inquit, nomẽ aliqđ vniuoce de aliqua re p̃dicari quoties ipſum nomen de illa re p̃dicat̃:& eius rõ de illa eadẽ re,ita vt illa rõ ſit illius de quo p̃dicat̃, & hoc addit ꝓ tãto qa albũ de corpore p̃dicat̃, & rõ albi ẽt de corpore,nõ tñ ita vt rõ albi ſit rõ corporis, & ꝓpea nõ vniuoce p̃dicat̃ de corpore,igit̃ vniuoce p̃dicari eſt qñ p̃dicat̃ de aliqua re ſm rõnẽ illius rei, vt aĩal de hoĩe. Hæc ſunt peripatetice dicta. Hæc de titu.

## CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

*Põ antiqua.* DE diſputatione hac fuit antiqua põ, ꝙ ens ſit nomen æquiuocũ,hanc põnẽ tribuit Porph. Ariſt. per hãc rationẽ quia ſi vnum eſſet cõe oĩum ens, vniuoce oĩa entia dicerentur,quod eſt falſum,quia ſunt.x.prędicamenta quaſi decẽ rerum principia prima, quibus ſolũ cõe nomen eſt, & nihil aliud vt Porphy. dicit. Huius põnis eſſe videt̃ Boe. & ibi & in prædicamentis. Simpl'. etiam in lib. prædicamentorum aperte hanc põnem fatetur, vt dicemus. Præterea huius põnis eſt Rabbimoſes & alij plures, pro hac poſitione arguitur. Primo per auctoritates vt in textu de exemplo, dicitur.n.ens dici vt ſanum de ſanis, ſed ſanum dicit̃ æquiuoce. Scđo.7. huius dicitur ꝙ qualitates & quantitates dicuntur ens metaphorice. Tertio.1.phy. dicitur eſſe principium cõtra Parmenidem & Meliſſum ens dici multipliciter. Quarto ſi ens eſſet vniuocum,tunc eſſet genus,hæc cõſequentia eſt Boetij & Porphyrij, quia ens diceretur in quid de pluribus differẽtibus ſpecie. Quinto ſi ens eſſet vniuocum,prędicaretur ſub ratione vl'is,& non ſub rõne dr̃iæ,igitur ſub rõne generis. Sexto ſi ens eſſet vniuocum, tunc ens in.x.prædicamenta deſcenderet ꝑ aliquas dr̃ias,hoc eſt impoſsibile, qa ſint illæ.A.B.& quæritur vel ſunt ens,vel non ens, ſi ens,tunc eſſet nugatio in conceptu cuiuſlibet prædicamenti. Si non ens, igit̃ non ens erit de intellectu entis. Septimo ens non prædicatur vniuoce de his, quæ ſunt ſub extremis contradictionis: at ſubſtantia & accñs ſunt ſub extremis contradictionis,quia ſubſtantia non alteri ineſt, accñs alteri ineſt, igitur ens non põt eſſe illis vniuocum. Octauo primo diuerſis nihil eſſe põt cõe vniuocum. Sed prima cauſa & cauſatum,&.x.genera ſunt primo diuerſa,igit̃ nihil illis eſt cõe vniuocum. Nono vbi tñ eſt vnitas attributionis,non põt eſſe vniuocatio,at ens eſt vnũ attributione tñ, vt dicit̃ in litera. *Confutatio.* Hæc põ primo occurſu videtur falſa,non.n. videtur ens puræ æquiuocum. Primo quia tunc de oĩbus entibus non eſſet vna ſcĩa, quæ dicitur metaphyſica,& hæc ratio eſt Auer. cõm.2. huius quarti. Secundo ſi ens eſſet æquiuocum, tunc hæc eſſet falſa, omne ens eſt vnum, quia hæc eſt falſa, omnis canis latrat: de æquiuoco.n. nihil poteſt vniuerſaliter p̃dicari ſm logicos,igitur ipſum ens non poteſt eſſe pure æquiuocum. Tertio Ariſt. in prædicamentis nullibi aſſerit ens eſſe æquiuocum.x.prædicamentis, igitur mẽtitur Porphy. *Poſitio.2. Triplex vniuocum.* Alij vero diſtinguunt de vniuocatione: volunt.n. trifariam vniuocum dici, phyſicæ, logicæ, & metaphyſicæ, vniuocum phyſicæ appellant nomẽ, cui correſpondet aliqua natura in mente vel in re præter ea de quibus vniuoce prædicatur. vt huic nomini homo rñdet humanitas, quæ eſt, quædam natura præter Socratem,& Platonem,de quibus homo vniuoce prędicatur,& hoc dicitur phyſicæ vniuocum, pro quanto rñdet illi vnitas naturæ, logicæ vniuocum dicitur nomen, cui rñdet in mente aliqua intentionis vnitas ſub rõne logica cõceptæ, vt aĩal, quia ſibi corrñdet in mẽte prima intentio ſub rõne generis concepta. Amplius rõnale ẽt, quia ſibi corrñdet aliqua prima intentio ſub ratione differentiæ apprehenſa. Metaph. dicitur vniuocum nomen cui in re corrñdet aliquod conceptibile p̃ter ea de quibus vniuoce prædicatur, quod quidem eſt vnum realiter, & in illo priori, in quo non attribuitur ſibi aliqua intẽtio logica, vñde patet vniuocum logicæ differre ab vniuoco metaphy. quantum ad hoc ꝙ vniuocum logicũ actu conſideratur ab intell'u ſub aliqua ratione



ratione logica, metaphyſicæ vero vniuocũ nõ actu conſiderat̃ ab intellectu ſub aliqua ratione logica, ſed vt eſt cõſideratũ vel conſiderabile circũſcripta omni logica intentione eſt ita animal in illo priori,in quo conſideratur vt vnũ minori vnitate quam ſit hoĩs & æqui eſt vniuocũ metaphyſicæ,in quo aũt conſideratur vt vnũ genere vel ſpecie, eſt logicæ vniuocum. Amplius patet vniuocũ meta. differre ab vniuoco phyſicæ, quia vniuocum metaphyſicæ eſt vnũ vnitate cõceptus abſtrahibilis à re in aliquo priori, in quo eſt vnius minori vnitate illa re, vniuocũ vero phyſicæ eſt vnũ vnitate naturæ, abſtrahibilis ab illa re. differt aũt apud eos natura & conceptus quia natura oĩs cõponitur ex re & re vel realitate,& realitate, vt hõ vel equus, at cõceptus põt eſſe ſimpl'r ſimplex, vt cõceptus entis, qui in priores cõceptus non eſt reſolubilis, de his in primo libro ſatis dictum eſt,igitur vniuocũ phyſicæ eſt id quod eſt vnum vnitate naturæ, vniuocũ logicæ eſt quod eſt vnũ vnitate conceptus ſiue intentionis actu apprehenſæ ſub aliqua logica ratione vt ſub ratione generis, vel differẽtiæ, vel alicuius id genus, vniuocũ meta. eſt, quod eſt vnũ vnitate intentionis vel conceptus abſolute conſiderabilis circũſcripta omni ratione logica. Quare vniuocũ logicæ, & vniuocũ metaphyſicæ differũt vt vl'e actu, & vl'e poteſtate, quatenus logicæ vniuocũ eſt vnũ actu vniuocum, metaphyſicæ vero eſt aptitudine vniuocũ. Præterea. Omne quod eſt metaphyſicæ vniuocum eſt vel poteſt eſſe logicæ vniuocũ, & etiã econtra, quod vero eſt phyſicæ vniuocum, illud omne eſt metaphy. vel logicæ vniuocum, non tamen econtra, quia omne quod eſt vniuocum vnitate naturæ, eſt vnum vnitate cõceptus, vel intentionis, non autẽ omne quod eſt vnum vnitate intẽtionis, vel conceptus eſt vnum vnitate naturæ, vt lib.1. dictum eſt de mente horũ. Hæc eſt eorũ diſtinctio. *Concluſiones.* His ſic ſumptis deducunt tres cõcluſiones, quarũ prima eſt. Ens cõmuniter ſumptum non eſt omnibus *1. concluſionis expoſitio.* entibus vniuocũ phyſic. Secunda ens cõiter ſumptum eſt vniuocum logicæ omnibus. Tertia ens cõiter ſumptum eſt metaphy. vniuocum. Primam deducũt, quia cõceptui entis in mente ſumpto nõ corrñdet vna natura in re extra, quia ſolũ illi corrñdent decẽ rerũ genera: *Expõ ſecũda:* quæ nõ ſunt eiuſdẽ naturæ vt oẽs ſciunt. Secundã vero deducunt, quia nomini ens in voce vel in mente, vel in ſcripto correſpõdet quædã prima intẽtio, quam intell's actu cõcipit ſub rõne alicuius ſcđæ intẽtionis. Nã licet actu nõ concipiat̃ ab intell'u ſub rõne generis, vel ſpẽi, vel dr̃iæ, vel proprij, vel accidentis cõcipitur, ſub rõne *Expõ.3.* vl'is tranſcẽdentis, quæ ratio eſt logica. Tertiã vero ꝓbant per hoc quia hoc nomẽ ens ſignificat aliquẽ vnũ conceptũ realem abſtrahibilem ab oĩbus entibus ſm quem ens de omni ente vniuoce & realiter prædicat̃. *Duplex conceptus.* Vbi debes ſcire apud hos ꝙ duplex eſt conceptus, formalis, videlicet, & obiectiuus, formalis quidẽ eſt actus intelligendi, quo res cõcipitur, vt actus intelligẽdi, quo homo intelligitur vt vnus cõis oĩbus hoĩbus, eſt conceptus formalis vniuocus: obiectiuus vero eſt ipſummet obiectũ actu repreſentatũ, vel præſentabile ꝑ ſpẽm intelligibilẽ vel actũ intelligendi ipſi intellectui, volunt igit̃ ꝙ iſti nomini ens in voce correſpondet in re nõ natura: ſed cõceptus, ideſt obiectũ quoddam intelligibile aliud ab oĩbus entibus nõ ſm rem, ſed ex natura rei naturaliter prius oĩbus entibus, quod in illo priori eſt vnũ *Rationes.3. cõcluſionis primæ.* vniuocũ metaphyſica vniuocatione, probant vero hãc multifariã. Primo oĩs cõceptus de quo ĩtellectus eſt certus, dubitans de his quæ ſub illo continentur, eſt alius & vnus ab illis, de quibus intellectus dubitat. Sed intellectus eſt certus de conceptu entis, & dubitat de conceptu ſubſtantiæ vel accidentis, vt patet in lumine; igitur conceptus eius eſt alius & vnus vt dictũ eſt. Hæc ratio fuit diſputata primo huius ideo nunc breuiter hoc pacto ſit reſumpta. *Secunda.* Secundo oẽ quod prædicatur de pluribus ſm idem nomen & eandem rationem, eſt vniuocum illis. Sed ens prædicatur de oĩbus ſm idem nomẽ, quia de omnibus dicit̃ hoc nomẽ ens, & ſm eandẽ rationem, quia ſm eundem entis cõceptum, igitur vniuocæ. *Tertia.* Tertio primũ principiũ eſt vniuocũ, igit̃ ens. tenet *Quarta.* enthymema, quia primũ principiũ eſt ex ente. Quarto ſi ens non eſſet vniuocũ ſubſtantiæ & accidẽti, nũq̃ intellectus noſter poſſet habere conceptũ de ſubſtantia. deducunt, quia vel haberet illum ꝑ ſpẽm propriã ſubſtantiæ, & hoc non, quia ſubſtantia non cognoſcitur ꝑ propriam ſpẽm, vt patet, quia eius abſentia non cognoſcitur, vel per ſpẽm accidentis, & tunc vel immediate & hoc non, quia non põt cõceptum ſubſtantiæ ab accidentibus intellectus abſtrahere niſi quatenus accidens & ſubſtantia cõueniunt, nihil enim immediate abſtrahitur ab aliquo, niſi ſit illi cõe, quia abſtrahere eſt ire ad ſuperius, igit̃ oportet primo abſtrahere id in quo conueniunt & tale eſt ens, igitur ens eſt commune vniuocum ſubſtãtiæ & acidenti. *Quinta.* Quinto ens diſtribui poteſt pro oĩbus entibus igitur eſt vniuocũ, quia nihil diſtri*Sexta.*buitur niſi vnum. Sexto ens eſt obiectum vnius potentiæ vt intellectus, igitur vnũ & vniuocum. tenet conſequentia per eos. Plures rationes potes legere prima di*Confutatio.*ſputatione huius. Sed hæc poſitio nec quo ad diſtinctionem, nec quo ad poſitionem eſt peripatetica, quo quidem ad diſtinctionem. quia ab Ariſt. Boetio, & Simplicio, & aliis bonis peripateticis ſolum illud eſſe vniuocum habemus, quod ſecundum idem nomẽ & eandẽ rationem prædicatur. *Cõm.1.* Vbi Boetius in prædicamentis per rationem, quæ græce eſt logos, exponit definitionem vel deſcriptionẽ. Modo omne definibile vel deſcriptibile eſt vniuocum ſub ratione alicuius vniuerſalis de mente omnium peripateticorũ. Præterea ſi vniuocum phyſicæ eſſet illud quod eſt vnum vnitate naturæ, tunc angelus eſſet vniuocum phyſicæ, modo angelus non eſt phyſicæ vniuocum, quia de ipſo non phyſicus, ſed metaphyſicus pertractat, & tamen eſt vnus vnitate naturæ, quo vero ad poſitionem, quia prima diſputatione libri primi per ſex rationes demõſtrauimus ipſum ens non poſſe eſſe vnum vniuocum ſecundũ peripateticos aliqua vniuocationis ſpecie, rationes vero vide illic. Præterea iſti probant ſpeciem & genus dicere naturam cõem, quia in illa cõueniunt indiuidua circumſcripta operatione intellectus: à pari videtur ꝙ ens dicat naturam cõmunem, quia in ẽnte conueniunt oẽs res circũſcripta operatione intellectus apud eos, ſed facile decipitur arguens. *3. poſitio Tho.* Tertia poſitio Thomæ attributa eſt primo ꝙ ens eſt vniuocũ vnitate cõceptus formalis. Secundo ꝙ eſt vniuocũ vnitate cõceptus obiectiui nõ pręciſibilis, ſed pręciſi, hic eſt qui eſt alius à cõceptu ſubſtantiæ & accidentis dũ intelligitur, nõ autem anteq̃ intelligatur. Vbi debes ſcire apud hos ꝙ cõceptus formalis eſt actus intelligendi, quo actu entia concipiunt̃ quatenus ſunt ens cõceptus vero obiectiuus p̃ciſus eſt ens quod actu concipitur præter entia, quod tñ nihil eſt præter entia circũſcripta operatione intell's, igit̃ differt hæc poſitio ab illa, vt dicũt quo ad vnum tñ, quia

illi volunt præter oẽm actum intellectus ens dicere cōceptum ſiue entitatem aptam cōcipi & hoc modo antequam intelligatur: cui correſpondet vnitas vniuocationis. Thomas vero vult ipſi enti nihil corrñdere pręter actum intell's præter entia, at dum actu vt intelligit̃ corrñdet aliquid præter entia quare dum concipitur, eſt alius & vnus, antequã vero intelligitur nihil eſt pręter entia. *Cōcluſio Tho.* Et hoc modo de mente Thomæ oportet dicere tria. Primum ens non eſſe phyſicæ vniuocum, vt illi tenent. Secundum ens non eſſe metaph. vniuocum, quia nihil ſibi corrñdet, niſi dum actu cōcipitur vt vnũ oĩbus commune. Tertium ens eſſe vniuocum logice, quia dum concipitur eſt vnum omnibus. Hæc dicunt de mente Thomæ. Sed ego nolo diſputare an hæc ſit Tho. poſitio, vel ne. Scio enim ꝙ defenſores eius facile hoc facere poſſunt.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione hui' diſputationis debes ſcire vt colligitur à Boetio, & Simplicio in prædicamentis qđ, æquiuocum eſt multifariam, nam aliud caſu, aliud cōſilio, dicitur quidem æquiuocum caſu, vt Alexan. Priami filius, & Alex. magnus, caſus.n.id egit vt vtriq; idẽ nomen imponeretur: æquiuoca autem conſilio ea ſunt quæcunque hoĩum voluntate ſunt poſita, & horum aliqua quidem ſunt ſm̃ ſimilitudinem vt homo pictus, & homo verus. Alia ſm̃ proportionem vt principiũ, principium nãq; eſt in numero vnitas, in lineis punctus. Alia quæ ab vno deſcendunt vt medicinale ferramentum medicinale pigmentum, ab vna.n. medicina ęquiuocatio iſta deſcendit. Alia attributione ad vnum, vt ſana ſunt: nam cibus ſanus eſt, potio ſana: vrina ſana, & aĩal ſanum, omnia.n. referuntur ad aĩal, quod eſt ſanũ formaliter, cætera vero ſana ſunt attributione, vt vrina ſana, quia ſignum ſanitatis, cibus ſanus, quia conſeruatiuus ſanitatis, potio ſana, quia cauſa eſt ſanitatis. Hæc declarat Boe. in prædicamentis. Tunc de mente Boetij & aliorum peripateticorum ſunt dicenda multa.
*1. Concluſio* Primo ꝙ ens eſt æquiuocum omnibus entibus. *2. Concluſio.* Secundo ꝙ non eſt caſu æquiuocum. *3. Concluſio.* Tertio ꝙ eſt æquiuocũ *Quarta.* conſilio per attributionem tm̃, quia non per ſimilitudinem, non proportione, non deductione ab vno. Ex quibus ſequitur ꝙ vt ſanum dicitur formaliter de aĩali tm̃, de cęteris per attributionem, ſic ens dicitur formaliter de ſubſtantia per attributionem, de cæteris. Primã deduco, quia ens ſm̃ nomen tm̃ de oĩbus dicitur, non autem ſm̃ rationem, quia oĩs ratio vel eſt definitio, vel deſcriptio: modo neutro modo ens ſm̃ rationẽ de entibus dicitur. Hanc primam concluſionem. Philopo. 1. priorum partitione ſecũda hoc eſt capite de inuentione medij, his verbis explicat dicens. putauerunt quidã ens vt genus prædicari de decem prædicamentis: oſtenſum eſt aũt hoc non eſſe verũ, ſed ꝙ ipſum ens eſt ęquiuoca vox in diuerſa ſignificata diuiſum. Hęc ille. Secũdam etiã, quia non caſu ſed conſilio atq; voluntate oĩa dicuntur entia. Tertiam vero probo, quia ſola ſubſtantia eſt ens formaliter. 7. huius, cætera ſunt habitudines ad ens, quibus oĩbus patet ens formaliter non eſſe niſi ſolam ſubſtantiam, cętera ſunt entia attributione ad illã vt Ariſt. & Auer. exponunt in textu. *1. Excer.* Ex his ſequitur primo ꝙ enti in mente, vel nomini ens in voce nihil correſpondet formaliter præter ſubſtantiam, quemadmodũ nec ſano præter animal. Nam accidentia non formal'r illi correſpondent, quemadmodum vrina & cibus nec ſano, ſed reſpondent per attributionem ad ſubſtantiã, vt vrina & cibus rñdent ſano per attributionem ad animal. *Secundum.* Secundo ſequitur pro ſolutione quæſtionis ꝙ ens non vniuoce, ſed æquiuoce de omnibus entibus prædicatur, non quidem caſu ſed conſilio, & non ſimilitudine vel ꝓportione ſed attributione. Hęc pro ſolutione diſputationis. Hęc pō eſt oĩum antiquorum etiam Parmenidis, ipſe.n. dum dicit ens eſſe vnum infinitũ & immobile, voluit ſolam ſubſtantiam eſſe ens formaliter, & inter ſubſtãtias ſolum Deum, Deus.n. eſt ens formaliter, cætera aũt ſunt entia eſſentia & entitate diuini entis & ſic concedit ens eſſe vnum tm̃, hanc ẽt Plato opinatur vt primo huius patuit. *Confutatio.* Pro hac dilucidatione faciunt nonnullæ rationes factæ pro prima poſitione veterum; & primo facit auctoritas Ariſt. & Auer. hic vbi aiunt, ens dici multipliciter veluti ſanum de ſanis. *Cōm. 1.* Sed ſanum de ſanis non dicitur vniuoce ſed æquiuoce, igitur ens de entibus. *Solutio aliquorum.* Soluunt aliqui, & volunt ex verbis *Ad primam rationem.* Ariſt. colligi ens ipſum eſſe analogum, quia inter entia eſt ordo eſſentialis: & attributionis ad vnũ, quod eſt primo & principaliter tale, cum quo tñ ſtare dicunt ipſum eſſe vniuocum, quia ab oĩbus illis pōt abſtrahi vnus cōceptus in quo vniuoce conueniunt. Confirmant hoc primo, quia in ſpeciebus generis eſt ordo eſſentialis, & tñ eſt vniuocatio, aliter genus nō diceretur in quid de ſpeciebus. Præterea Ariſto. 7. phy. ait in genere latere æquiuocationes, quod non eſt verum niſi de ęquiuocatione phy. & hoc modo cum æquiuocatione phy. & ordine eſſentiali ſtat vniuocatio cōceptus, & non naturæ, ad propoſitum dicunt ens eſſe analogum ęquiuocatione naturarum, & vniuocum vniuocatione conceptus. *Replica.* Sed hæc ſolutio eſt peruerſio textus, non expoſitio iſti enim non videtur intelligere quid ſit ordo attributionis, credunt.n. ordinem eſſentialem eſſe ordinem attributionis, & errant, peripatetici.n. vt Boetius exponit in *Cōm. 1.* lib. prædicamentorum, volunt tunc inter aliqua eſſe ordinem attributionis quoties vnum illorum eſt tale formaliter cætera ſunt talia attributiue, denominatiue, vel non formaliter, vt ſana. Solum.n. animal eſt formaliter ſanum, quia ſolum aĩal eſt tale ſanitate, quę eſt ſibi forma, cætera ſunt ſana attributione ad animal ſanum formaliter, quia vel ſigna vel cauſæ ſanitatis, & ita non ſunt ſana ſanitate, quæ ſit forma illorum non.n. vrina ſana eſt ſanitate quæ eſt forma vrinæ, ſed ſana ſanitate animalis, cuius ipſa eſt ſignũ. Ex his ſequitur ꝙ ea quæ ſunt per attributionẽ aliquid, non poſſunt in illo æque formaliter conuenire, ſed vnum in illo formaliter conuenit: cætera in illo conueniunt attributione, & hoc modo non poſſunt in illo vniuocari, & per conſequens cum ordine attributionis in aliquo non pōt ſtare vniuocatio in illo, quicquid ſit de ordine eſſentiali, de quo alias. Ex his ſyllogizo dilucidationem ſic. Quęcunq; ſic ſeſe habent in ente, ꝙ aliquod illorum eſt ens formaliter cætera ſunt entia attributione ad illud ens formaliter, non poſſunt in ente vniuocari. Sed decem prædicamenta ita ſeſe habent ad ens ꝙ ſubſtãtia eſt ens formaliter, & nouem prædicamenta ſunt ens attributione ad ſubſtantiam, igitur non poſſunt in ente vniuocari, minor eſt Ariſt. & Auer. in textu, & ſic patet reſponſionẽ eſſe nullam, non.n. eſt ſimile de ſpeciebus reſpectu generis, & de prædicamentis reſpectu entis: nam in ſpeciebus non eſt dare aliquam ſpẽm quę ſit formaliter tale, & cæteræ ſint attributione ad illam talia, non.n. homo eſt formaliter aĩal, & cætera aĩalia animal attributione ad hoĩem. *Secunda rō Cōm. 16.* Secundo eſt auctoritas Ariſtot. 7. huius & Auer.



Auer. vbi dicitur ꝙ ſola ſubſtantia eſt ens formaliter, & cętera non ſunt entia, niſi ſicut ſolet dici non ſcibile eſſe ſcibile, & vas ſalubre, vbi patet ens non poſſe illis vni*Solutio aliquorum.* uoce conuenire. Reſpondent aliqui ꝙ verba Ariſt. debent intelligi nō ſimpliciter, ſed pro tanto pro quanto inter ſubſtantiam & cætera prædicamenta eſt ordo ꝑfectionis, modo cũ tali ordine analogie ſtare pōt vni*Replica.* uocatio conceptus. Sed hæc ſolutio dubia eſt primo qa Ariſt. vtitur eodem exemplo, quo vſus eſt in quarto de ſanis, vult.n. ens ita dici de decem prædicamentis velut ſanum de ſanis, igitur non de ordine perfectionis, ſed attributionis loqtur, & ſic pōt ſyllogizari ratio vt pri'. Secundo ſi ita eſſet, Ariſt. non concluderet cętera accidentia non poſſe habere quidditatem ſine ſubſtantia, vult.n. ſolam ſubſtãtiam habere quidditatem per propria ſui generis, accidentia autem niſi per ſubſtantiam: igitur accidentia non ſunt entia niſi attributione ad ſubſtantiam, & ita nō ſtat vniuocatio, vnde vis verborum Ariſt. eſt vis illa, quæ notatur in hoc. 4. lib. quia vtit̃ illiſmet verbis, & illomet exemplo. De auctoritate lib. phy. nunc taceo quia poſſunt euadere, ſcio tñ bene nō eſſe eorum euaſionem ad mentem peripateticorum vt patet per Alexan. Them. Simpl. & Auer. ibidem. Sed quolibet proferente contrarium ſtultum eſt ſolicitum *3. Ratio.* eſſe, vt dicitur. 1. Topic. Tertio arguitur per rationes, & primo quia ens pręducatur vniuoce & in qđ de pluri*Solutio.* bus differentibus ſpecie, igitur genus. Reſpondent ꝙ non ſufficit iſtud, ſed oportet addere ꝙ de nullis differentijs pręducetur, modo licet ens prædicetur in quid & vniuoce de pluribus ſpecie differentibus, quia tamẽ prædicatur de aliquibus differentijs, vt de rationali & *Confutatio.* irrationali, propterea non eſt genus. Sed cōtra arguo, quia hæc conſequentia eſt Boe. in lib. Porphyrij in ſecunda ęditione, ſupra illo verbo, ſiquis oĩa vocet entia, æquiuoce nuncupabit, vbi facit enthimema hoc. videlicet ens vniuoce prædicatur, igitur eſt genus, deducit ꝑ hoc, quia vniuoce cōiter prædicari eſt prædicari vt genus. Quod ſi ipſi negabunt Boe. non eſt mirum ſi nos *Quarta.* negamus ipſos. Quarto arguitur omne vniuocũ comparatur illis quibus eſt vniuocum, aut vt genus, aut vt differentia, aut vt accñs, aut vt ſpecies, aut vt propriũ. Sed non pōt ens ipſum ipſis entibus comparari niſi vt genus, igitur eſt genus antecedens patet, quia omne vniuocum comparatur eis: quorum eſt vniuocum ſub rōne alicuius vl'is modo nō plura ſunt vniuerſalia, quã quinque, igitur vt prius. Reſpondẽt ꝙ non tm̃ quinque ſunt vniuerſalia, ſunt.n. quinque vniuerſalia, prædicamentalia verum eſt quoddam vl'e tranſcendens vt ens & vnũ, & id genus. Porphy. igitur enumerauit vl'ia pręducamentalia tm̃, & non oĩa. Sed hæc ſolutio eſſe videt̃ contra peripate. quia apud peripa. vniuerſale eſt prædicatum, modo quinque ſunt tm̃ prædicata met. & quatuor topica, ſiue dialectica vt in lib. topico. oẽs determinant, topica.n. prædicata ſunt aut proprium aut definitio, aut genus, aut accidẽs. Meta. vero ſunt quinque, q̃ *Cōm. 27.* Porph. enumerat. Præterea ſm̃ Auer. omne vl'e eſt forma, vt patet. 1. meta. & alibi pluries, ſed ens non eſt forma, igitur non pōt eſſe vl'e. Præterea ſi ens eſt vl'e, tunc infinitum & finitum erunt differentiæ particulares. tenet argm̃, quia differentiæ ſunt correlatiue ad id cuius ſunt differentiæ: quare ſi ens eſt vl'e, differẽtiæ non poſſunt eſſe niſi particulares, vltra ſi ens eſt vl'e, & ipſum infinitum quo ens diuidit̃ eſſet particulare, tunc Deus conſtitueretur ex vl'i, & particulari, quod non cōcederent ipſi, nec peripatetici. *Quinta ratio* Quinto arguitur ſi ens eſt decem prædicamentis vniuocum, tunc ipſum deſcenderet ad illa per drĩas, quæ ſint. A. B. & quæritur vel. A. B. drĩæ ſunt ens formaliter, vel non. Si non, igitur non ens formaliter includeret̃ in aliquo ente formaliter. Si ſic, igitur in conceptu cuiuſlibet prędicamenti includeret̃ bis ens. *Solutio.* Soluũt & dicunt. A. B. non eſſe ens formaliter, ſed ens realiter, nec eſt impoſſibile, aliquod non ens formaliter includi in ente aliquo formaliter, dummō ſit ens realiter. *Confutatio.* Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt. Primo *Cōm. 10.* quia Ariſt. 3. huius & Auer. & oẽs probant ens non eſſe genus, quia prædicatur de oĩbus differentijs, vel igitur intelligunt ipſum prædicari de oĩbus differentijs realiter vel formaliter. Si realiter, per hoc nō tollitur ipſum eſſe genus, quia omne genus prædicat̃ de drĩjs realiter. Si formaliter, habetur ꝙ ens prędicatur de. A. B. formaliter quod negarunt. Secundo mirum eſt quo nam mō drĩa poſſit eſſe non ens formaliter & includi formaliter in aliquo ente. Primo qa illud in quo formaliter includeretur, non eſſet formaliter ens, quia differentia magis conſtituit rem, cuius eſt differentia, quam illud cōe cuius eſt diuiſiua, igitur ſi. A. nō eſt ens formaliter, conſtitutum per. A. formaliter, erit non ens formaliter. Secundo omne quod eſt formalius eſt per ſuam differentiam, quam per ſuum genus vel ſuum cōe: igitur aliquod ens quod per. A. conſtituitur formalius eſt per. A. quam per ens, ſed. A. eſt non ens formaliter, igitur tale ens quod per. A. conſtituitur erit formalius non ens quã ſit ens. Tertio. A. conſtituit. C. ens formaliter aut in eſſe formali, aut in non eſſe formali. Si in eſſe formali, igitur A. eſt ens formaliter, aliter. A. conſtitueret aliquam rem formaliter ſub tali eſſe, quo ipſum. A. non formaliter eſſet. Si in non eſſe formali, igitur. C. erit non ens formaliter. Quarto obliti ſunt eorum rōnis factæ. 3. huius. Arguebant.n. ens non prædicari de ipſis differentijs, qa tunc eſſet nugatio, dicendo, homo eſt animal rationale, quia ens in animali ſemel formaliter includeretur, & ſemel formaliter, in rationali: & per hoc vbiq; concludunt ens non prædicari formaliter de differentijs, quæ ratio eſt vniuerſalis de oĩbus differentijs, quare ſibi cōtradicunt. Quinto valet. C. eſt ens, igitur. C. eſt. B. vel. A. ponendo. B. vel. A. eſſet differentias ęquatas enti, quibus omne ens diuiditur, igitur valet. C. eſt ens formaliter, ergo. C. eſt. A. vel. B. formaliter, quia quando ad antecedens eſſe ſequitur conſequẽs eſſe, eodem addito vtrobiq; ad illudmet, ſequitur idem, vt patet primo priorũ. Valet ꝙ. C. ſit. A. vel. B. formaliter, igitur. A. &. B. includunt ens formaliter, aliter conſequentia non eſſet formalis. *Sexta ratio.* Sexto primo diuerſa in nullo conueniunt, ſed prima cauſa, & cauſatum ſunt primo diuerſa, ſimiliter ſubſtantia & accidens, igitur in nullo conueniunt. *Solutio.* Reſpondent ꝙ Deus & creatura ſunt primo diuerſa in realitate, non autem in conceptu reali: ſimiliter ſubſtantia & accidens. *Confutatio.* Sed contra, quia tunc nulla eſſent ſimpliciter primo diuerſa, quia oĩa ſaltem in conceptu reali conuenirent, & ſic nulla ſimpliciter eſſent primo diuerſa, quod eſt contra Ariſtot. 5. huius. Præterea ſi Deus & creatura conuenirent in conceptu reali entis formaliter, tunc tam Deus, quam creatura eſſet formaliter ſeipſo ens, & ſic creatura eſſet ſeipſa per eſſentiam formaliter ens, quemadmodum Deus: hoc non concedũt peripatetici, quia volunt Deum eſſe ens per eſſentiam, cætera eſſe enticia participatione entis diuini. Ex his patet dilucidatio.

CAPVT

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

AD rationes factas capite primo, pro prima parte patuit ſolutio, quia faciunt pro nobis. Ad rationes autē oppoſitas patet ſolutio in dilucidatione. Reſtat nunc ſoluere rationes aliorum factas pro tertia eorum concluſione, & rationes etiam factas cōtra poſitionē antiquorum Porphyrij, & aliorum. *Solutio ad primam.* Ad primam igitur dico ꝙ ſylľs debet ſic formari. Oīs conceptus de quo intellectus eſt certus, formaliter incluſus in aliquibus conceptibus, de quibus ītellectus eſt dubius, eſt vnus & alius ab illis, de quibus eſt dubius. Sed ens eſt conceptus de quo ipſe intelľs eſt certus formaliter incluſus in DEO & creatura ſubſtantia & accidente, de quibus intellectus eſt dubius, igitur ens eſt vnus conceptus & alius à Deo creaturaúe, ſubſtantia & accidente. minor patet, quia peripateticus diſputans cum Thalete milexio de aqua an ſit prima cauſa, certus eſt de aqua ꝙ ſit ens dubitant ambo an ſit prima cauſa, vel cauſatū, igitur ens eſt conceptus de quo intellectus eſt certus formaliter incluſus in prima cauſa & cauſato, quia tam prima cauſa quam cauſatum eſt ens formaliter, igitur patet minor. maior aũt conceditur ab omnibus. Hæc eſt ratio eorum, & primo Aui. poteſt etiā de ſubſtantia & accidente eadē minor perſuaderi vt patet per eos. Nunc reſpondetur primo iuxta poſitionem logicorum, dicendo quòd minor eſt falſa, quia vel ſumitur ens in ſuppoſitione formali, & ſic eſt falſa, quia intellectus diſputantium eſt certus de ente, de ente tamen non eſt certus, veluti ſumus certi de ueniente, de nullo tamen veniēte ſumus certi, quia non de Socrate, qui venit ſumus certi. Sic philoſophi diſputantes de aqua an ſit prima cauſa an cauſatum, ſunt certi de ente, quia cognoſcunt ens, de ente tñ non ſunt certi. Similiter diſputantes de lumine ſunt certi de ente, de ente tamen non ſunt certi. Si vero ſumitur ens in ſuppoſitione ſimplici vel cōmuni pro ente ſimpliciter ſumpto, vt ſic nō aſſumitur ſub maiori, & cōmittiť paralogiſmus accidentis, non enim ens vt ſic eſt conceptus, quia nullus eſt conceptus: & propterea hæc ratio nulla eſt, ſic Albertilla & cæteri eniterentur ſoluere, breuiter igitur negatur minor quia ens non eſt conceptus de quo intellectus ſit certus, licet certi ſint intellectus diſputantium de conceptu entis, ſiue de ente. *Alia ſolutio.* Alij negant minorem, quia ens non eſt conceptus de quo intellectus ſunt certi formaliter incluſus in conceptibus ſubſtantiæ & accidentis de quibus eſt dubius: diſputantes enim ſunt certi de vna propoſitione categorica de extremo diſiuncto, videlicet, ꝙ lumen ſit ſubſtantia vel accidens: dubitant vero de duabus categoricis de extremo ſimplici, videlicet ſi eſt ſubſtantia, vel ſi eſt accidēs, quia nihil aliud eſt eſſe certæ de re aliqua ꝙ ſit ens niſi de vna categorica de extremo diſiuncto, diſiunctione cadente inter ſubſtantiā & accidens, eſſe vero dubiũ de ſubſtantia & accidente eſt eſſe dubium de duabus categoricis de extremis ſimplicibus ſubſtantiæ & accidentis, quare ambo ſunt certi de lumine ꝙ ſit ſubſtātia vel accidens, ſed dubitant ſi eſt ſubſtantia, vel ſi eſt accidēs hanc ſolutionem videtur ſequi Auerroes, qui vbiq; ens appellat ambiguũ, non enim videtur ambiguũ, niſi ob id quod importat cōceptum diſiunctum. Iuniores occurrunt, quia impoſsibile eſt eundem conceptũ omnino haberi ſub diſiunctione, & ſine diſiũctione. *Replica. iuniorum.* Sed conceptus entis à diſputantibus de primo principio, vel de lumine habetur ſine diſiunctione pœnitus: cōceptus vero inferiores non concipiuntur ab ipſis ſine diſiunctione, igitur non ſunt idem conceptus. Maior (vt dicũt) patet quia dato oppoſito ſequitur contradictio. Minor probatur, quia tam peripateticus qui poſuit aquam nō eſſe primum principium: quam Tales qui poſuit aquā eſſe primum principium, affirmabāt principium illud ſiue aquam eſſe ens ſine diſiunctione concipiendo ens, dubitabant vero ſi hoc vel illud cum diſiunctione concipiendo, igitur conceptus entis eſt alius ab illis. *Replica iuniorum.* Præterea ſoliti ſumus alias nos replicare, quia quæro vtrũ differt intelligere ens & ſubſtantiam vel accidens, ſiue hoc diſiunctũ ſubſtantia vel accidens, certum eſt ꝙ ſic, quia ens pōt diſtribui: hoc tñ diſiunctum non poteſt diſtribui. Hæc. n. eſt vera: omne ens eſt vnũ, & tñ huic non correſpondet illa: oīs ſubſtantia vel accidens eſt vnum, ſed hæc oīs ſubſtantia & omne accidēs eſt vnũ: igitur differt dicere & intelligere ens & illud diſiunctũ: quod eſt ſubſtātia vel accñs. Præterea hæc eſt vera: ens eſt tranſcēdens: hæc tñ falſa: ſubſtantia vel accidēs eſt tranſcēdēs: igitur aliud eſt intelligere ens: & aliud illud diſiunctum qđ eſt ſubſtātia vel accñs, & ſic conceptus entis eſt alius à conceptu illo diſiuncto. *Defenſio.* Poteſt dicta ſolutio defendi vbi aīaduertendum eſt ꝙ aliquem conceptum ſignificare vnum diſiunctum pōt eſſe dupliciter, vel quod ſignificet illa ſub diſiũctione vel ſignificet alterum illorum, ſed nō tñ. v. g. homo in mente apud logicos non ſignificat ſortem vel Platonem diſiunctim, ſed ſortem & non tñ, ſic ens in mente ſignificat ſubſtātiam, & nō præciſe, & hoc pacto dicitur ſignificare illa diſiunctim quia aliquod illorum & nō tñ, at in iſta propoſitione, promitto tibi librũ, iſte terminus librũ virtute illius verbi promitto, ſignificat illud diſiunctũ hũc vel illum librum, quod diſiunctum nō ſignificaret per ſe ſumptus extra propoſitionem. Tũc ad primam obiectionem dico ꝙ illa rō cōcludit ꝙ ens in mēte nō ſignificat illud diſiunctum ad primum ſenſum, cum quo tñ ſtat ꝙ ſignificat illud ad ſecũdum ſenſum, quia ſubſtātiam & non tñ, & ſic concedo ꝙ idem eſt ens ꝙ ſubſtātia & non tñ. Per idem ad ſecundum dico ꝙ ratio concludit ꝙ ens & illud diſiunctum differunt aliquo modo, nō autem ad ſecũdum ſenſum. Per idem ad tertiam patet ſolutio. Ad ſecũdam concedo ꝙ primum principium, quod axioma dicitur nō eſt multiplex ſm æquiuocationem à caſu: bene tñ ſm æquiuocationem à cōſilio, vt dictum eſt de ente. Ad tertiam dico ꝙ conceptus ſubſtātiæ generatur à phantaſmate accidētis in virtute ſubæ: vt in. 7. dicemus: & qñ dicitur, igiť intellectus poſſet illius abſentiam cognoſcere, negatur qñ eſſent agētia pœnitus cōformia cōſimiles effectus producētia, vt ſi duo oua mouerēt viſum, non eſt neceſſe vt viſus cognoſcat abſentiam vnius. De re hac melius dicetur. in. 7. *Ad quartam.* Ad quartam dico ꝙ ſignum diſtributiuum poteſt diſtribuere analogum. Hæc. n. eſt vera de omni ſano loquitur medicus. *Ad vltimam.* Ad vltimam dico ꝙ bene vnius potētiæ eſt vnum obiectum, ſed non eadem ſpē veritatis, nam potētia eſt vna ſpē, & ens eſt vnum tranſcēdēter, ſufficit igitur vt obiectum ſit vnum ſaltē vnitate attributionis ad vnum primum, nota tñ ꝙ qñ Porph. ait Ariſto. dixiſſe in prædicamētis ens eſſe equiuocum. d. pro tāto, quia Ariſto. facit decem prædicamēta decem prima rerum genera, & ſic nō poteſt ponere vltra illa ens vniuocum, quia faceret illa nō prima genera, & ſic exponit Boet. illud verbum, quod vero aliqui dicũt Porph. velle ens æquiuocum eſſe phyſice: eſt falſum, quia per illud non haberet intentum, quia intendebat



debat probare ens non eſſe genus modo genus poteſt dici æquiuocum phyſicæ. Hæc de diſputatione, vbi ſi vis eſſe reſolutus, quære ea quæ lib. 1. diſputatione prima cap̃. 5. dixi, & eris pœnitus perfectus. Hactenus de prima diſputatione.

*Hæc quia ſubſtantiæ entia dicuntur, illa vero quia paſſiones ſubſtantiæ, alia vero quia via ad ſubſtantiam &c. aut ad ſubſtantiam dictorum, aut horum cuiuſdam negationes, aut ſubſtantiæ &c. Tex. cōm. 2.*

## DISPVTATIO SECVNDA

### De diſtinctione affirmationis & negationis.

*Num negatio diſtinctam habeat formalitatem ab affirmatione.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET licet hæc diſputatio ſub hac forma non ſit peripatetica, quia modus hic loquendi eſt nouus & inauditus à bonis peripateticis, tamen quia mouetur ſub hac forma, ppea & nos illā mouemus. *1. Ratio.* Et arguitur primo ꝙ non quia quod non habet diſtinctam intelligibilitatem non habet diſtinctam formalitatem. Sed negatio non habet diſtinctam intelligibilitatem, quia non eſt ens, igitur nec diſtinctam formalitatem. *Secunda.* Secundo quod cognoſcitur per aliquid, non habet diſtinctam intelligibilitatē, nec formalitatem ab illo, ſed ipſa negatio per habitum atq; affirmationem cognoſcitur. *Tertia.* Tertio ſi ſic, tunc inter affirmationem & negationem poſſet dari. medium, vtpote illa formalitas media, qua diſtingueretur ab affirmatione, quæ nec eſſet negatio, nec affirmatio. *Quarta.* Quarto oīs formalitas eſt aliquid poſitiuum, ſed negatio nec eſt aliquid poſitiuum, nec habet poſitiui quicquam. In contrarium arguitur, quia negatio manet, affirmatione non manēte, igitur formalitate diſtinguuntur, antecedens patet. manet. n. in homine hæc negatio, homo non eſt æquus, & tamen affirmatio, homo eſt æquus non manet. Hæc quæſtio vix in textu mouetur, tamen pro tanto mouetur, quia Ariſto. in textu ſecundo ait priuationes & negationes eſſe ens, propterea poteſt eſſe difficultas, ſi diſtinctum eſſe habeant ab affirmatione, nec video, vbi moueri poſsit, niſi ibi.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid negatio & affirmatio.* PRO intellectu tituli primo quid per negationem & affirmationem intelligi ſoleat, aperiamus: nam negatio & affirmatio vno modo poſſunt ſumi incomplexe, alio modo complexe. Si quidem complexe ſumantur ſic negatio eſt pars contradictionis remouens aliquid ab aliquo: affirmatio aũt pars contradictionis dicens aliquid de aliquo, vt primo priorum, &. 1. poſte. & in lib. de interpretatione. Si vero incomplexe, ſic negatio, quæ per verbum illud non ſignatur, poteſt trifariam dici, aut priuās, vt cecum, aut infinitans vt nō homo, aut negans, vt non ens. *Dubitatio; Pō Sco. In quolibeto.* Sed iuxta hæc quæres nũ negationes incomplexæ ſint entia realia. Quidām de negatione negante, quam ipſe negationem extra genus appellat, ait illam nec ens reale nec ens intentionale, ſiue rōnis eſſe. probať quia ex quo eſt extra genus, negat omne eſſe tam reale, quam intentionale. Si vero loquimur de negatione priuante, ſic concedit illā eſſe ens reale vt cæcum, & id genus. At ſi de negatione infinitante loqueremur, cum hęc ſit cōis enti & non enti, videtur eſſe ens intentionale, non homo. n. prædicatur tam de hippocentauro, quam de æquo, igitur non hō non pōt eſſe ens reale, & ita videtur ens intentionale. *Confutatio.* Sed hæc poſitio quo ad ſecundam partem, non mihi placet, quia non videtur verum ꝙ cecitas ſit ens reale, quia tunc priuationis eſſet priuatio. *Cōm. 14. Solutio. Thomæ.* Præterea. 12. huius Auer. expreſſe ait priuationem & negationem eſſe ens rationis, & intentionale. Expoſitor autem in litera ait ꝙ huiuſmodi priuationes, & negationes ſunt entia rationis, & ait illa eſſe entia rationis, quia ratio negociatur quaſi de quibuſdam entibus, dum de eis affirmat, vel negat aliquid.

*Dubitatio.* Sed contra hic eſt dubium quia terminis primæ intentionis correſpondet aliquid in re, ſed cecum & id genus ſunt termini primæ intentionis, igitur correſpōdet aliquid in re, & ſic non ſunt pœnitus rationis ens. *Solutio.* Pōt dici primo ꝙ añs eſt falſum, quia hippocentaurus eſt terminus primæ intentionis, cui nihil correſpondet in re. Secundo poteſt dici ꝙ ceco nihil correſpondet in re vt ſuppoſitum, ſed bene vt ſubiectum, vtpote oculus, & id genus, & ſic poteſt teneri ꝙ ſit ens rationis, & terminus primæ intentionis, quia ſaltem ſibi corrñdet aliquid vt ſubiectum. Sed dices ꝙ à pari hæc intentio ſpecies & hæc intentio genus eſſent termini primæ intentionis, quia eis correſpondet homo vel aīal. Dico ꝙ hæc ſibi non correſpondent per naturam ſed vt concipiuntur, at ceco in mente correſpondet oculus per naturam, quid ſit igitur negatio, quidúe affirmatio patet. *De formalitate quid.* Nunc quid formalitas ſit tranſigamus. Aliqui ſic illam definiunt formalitas eſt ratio obiectiua in re, apprehenſa ab intellectu, apta terminare ex natura rei actum intelľs, dicitur forte primo ratio obiectiua quia ratio obiectiua hic capitur pro obiecto conceptibili, quia ratio non ſumitur pro potentia rationali, nec pro diſcurſu, ſed pro conceptu, & dicitur obiectiua in re pp figmenta, quæ non poſſunt eſſe formalitates, quia non ſunt rationes obiectiue in re: dicitur apprehenſa ab intelľu, quia apud eos conceptus obiectiuus eſt formalitas, modo cōceptus obiectiuus eſt vt repreſentatur ipſi intellectui, dicitur apta terminare actum intelľs, quia non oportet vt moueat intellectum, quia ad hic vt aliquid moueat intellectum oportet eſſe ens abſolutum, & quid vel habens modum quid, & quia negationes non ſunt ens, ideo non poſſunt mouere intellectum, & quia relationes non ſunt abſolute nec mouere pñt intelľm, & quia proprietates indiuiduales non ſeſe habēt per modum quid, ideo non mouent: at oīa hæc ſunt formalitates vel habere poſſunt formalitates: igitur non eſt neceſſe vt formalitas moueat intelľum, ſed vt illius actum terminet: dicitur ex natura rei apta terminare propter ſcđas intentiones: quæ terminare poſſunt actũ intelľs, ſed non ex natura rei. *Confutatio. Ex an oē intelligibile moueat intellectum. Nota de intentione motiua et terminatiua.* Sed contra hoc dubitat Ioan. quia non videtur ꝙ poſsit aliquid dici per ſe obiectum intelľs & non mouere intelľm. Nam intelľs reſpectu ſui per ſe obiecti eſt virtus paſsiua ſm Ariſt. in. 3. de aīa, nec vnquam intelľum poſsibilem Ariſt. niſi per pati & moueri ab intelligi deſcripſit: vt patet in. 3. de aīa & vbiq;, igitur relationes, & indiuiduæ proprietates nō poſſunt eſſe per ſe obiecta intelľs, niſi ſubeant per ſe rōnem mouendi, vnde & græci obiectum anticimenō hoc eſt contrarium appellant: quod pro tanto contrarium appellatur, quia ſemper potētiæ comparatur ſub ratione oppoſita eo quia ſi potētia eſt actiua, ipſum eſſet paſsiuum, vt in nutritiua potentia habetur. Si vero potentia ſit paſsiua per ſe obiectum non pōt eſſe niſi actiuum.

actiuum. Nec pōt dici ꝙ relationes comparantur intellectui vt obiectum actiuum ratione fundamētorum, quia ea in quibus fundantur mouent intel̃m ad intellectionem ſimiliter de priuationibus, & de proprietatib⁹ indiuiduis, eo quia talia in propria forma non mouēt, ſed ratione ſuorum indiuiduorū, & rōne ſuorum habituum. Nam vbi ſic diceretur, tunc hæc non rōne ſua eſſent per ſe intelligibilia, ſed rōne eorum quæ mouerent, & ita talia non niſi per accidens intelliguntur, qđ eſt verum, & contra eos. Præterea per ſe intelligit intellectus, ad quæ cōparatur per rōnem intel̃s, ſed ad fundamentum illorum comparatur per rationem intel̃s, quia per rōnem qua eſt virtus paſſiua ab intelligibili. Hęc.n.eſt ratio ſua, vt patet.3.de anima, igitur fundamētum per ſe intelligit & non illa ad quæ non per rōnem intellectus comparatur. Secundo principaliter arguit̃, quia datis conditionibus quas dicūt eſſe neceſſarias ad obiectum vt ſit motiuum ſequeretur ꝙ materia prima per ſe poteſt mouere intellectum, quia eſt ens abſolutū, & per modum quid & eſſentiæ, igitur poſſet per ſe mouere ipſum intellectū, & hoc ipſi nō concederent, antecedens patet, materia.n.eſt ens (vt ipſi tenent) abſolutum. imo apud eos ſeparabile ab omni forma, ſeſe habens per modum quid, quia per eos eſt pars quidditatis & eſſentiæ, igitur materia per ſe poteſt mouere intellectum contra eos in.7.huius & alibi. Tertio videtur hæc deſcriptio ſuperflua, quia omnis formalitas apud eos eſt rō obiectiua ex natura rei, vel in re, & omnis rō obiectiua ex natura rei eſt formalitas, modo oē prędicatum in quid conuerſim de aliquo eſt illius definitio, vt accipitur.1.& 6.Topico. Pręterea rō obiectiua ex natura rei eſt conceptus obiectiuus ex natura rei. Sed conceptus obiectiuus realis ſiue ex natura rei conuertitur cum formalitate vt hic loquuntur, igitur & ratio obiectiua ex natura rei cum illamet conuertitur & prædicatur de illa in quid ergo eſt eius definitio, & ſic cæteræ particulæ ſuperfluæ erunt. Præterea quicquid explicaretur per alias particulas ſatis per has tres habetur, nam per primam, videlicet, rōnem habetur ꝙ formalitas ſit conceptus, per illam particulam obiectiua habetur ꝙ ſit apta terminare, per illam in re habetur differentia à *Cōm.1.* ſecūdis intentionibus & aliis. Quarto principaliter hæc deſcriptio eſt nulla, quia quæro quid per rōnem intelligant, ait enim Boetius in prædicamentis rō quæ gręce logos eſt multimode dicitur, eſt.n.ratio animæ, & ratio computandi, & ratio naturæ ipſa nimirum ſimilitudo naſcentium, & eſt ratio quæ in definitionibus vel deſcriptionibus redditur. Tunc quæro quid per rationem intelligant, & patet ꝙ non poſſunt niſi vel definitionem vel deſcriptionem intelligere, & ſic ſola definibilia vel deſcriptibilia rōnem haberent contra eos.

*Quid formalitas apud peripateticos.* Dicamus igitur ſm peripateticos ꝙ illud eſt formalitas reſpectu formati ſiue habētis formam, quod eſt materialitas reſpectu materiali ſiue habentis materiam, & vt nihil materialitatem habet, quod nō habet materiam, vel vt partem ſui, vel vt id in quo, ſic nihil formalitatem, quod non habet formam, quia vt à materia materiale deducitur, è quo rurſus materialitas dicitur, ſic à forma formale, è quo formalitas dicetur. Ex his ſequitur quid ſit formalitas apud peripateticos, nam eſt conditio quædam rei habētis formam, qua res illa formalis vel formata dicitur ſicut materialitas eſt cōditio rei habentis materiam qua res illa materialis vel materiata dicitur, & qm̃ res dicitur materialis à materia, & formalis ſiue formata à forma iure rei materialitas materiæ erit, & rei formalitas forma, non differentes niſi vt homo & humanitas. *Dubitatio.* Sed occurres, q̃a cōiter dicit̃ ꝙ vox eſt nominis materialitas, & ſignificatio nominis formalitas, & tamen vox non eſt materia nominis, nec ſignificatio formalitas, oīs, igitur non bene ſunt hæ diffinitæ, amplius dicitur color formalitas albi miſtura materialitas. *Solutio.* Dico ꝙ vt medici ſumunt quo pro quid, & quid pro quo. Sic loquētes ſumunt quid pro quo: tum enim dicitur vox materialitas ſiue materia noīs ſumūt quid pro quo hoc eſt pro ſimili. Similiter color dicitur forma vel formalitas ſumendo pro ſimili: vnde & Porphyrius in ſuo de vniuerſalibus libro clariſsime dicit ꝙ genus eſt materia & differentia forma, quia ſimilia his, vt intuenti librum illum recte videri poteſt; quare huiuſmodi locutiones oēs ſunt falſæ: ſed admittuntur propter vſum loquendi. *Exceptio.1.* Ex his ſequitur ꝙ loquendo de formalitate ſecundum veritatem. Sic rei cuiuſq; formalitas eſt rei quidditas atque rei eſſentia, nam cū formalitas rei ſm veritatē ſit rei forma, rei forma ſit rei quidditas atq; eſſentia, igitur formalitas eſt rei eſſentia. *Secundum.* Secundo ſequitur ꝙ formalitas nō ſit ratio ſiue diffinitio vel deſcriptio, quia diffinitio non eſt rei quidditas, nec rei eſſentia, ſed ſermo explicans rei eſſentiam, vel rei quidditatem. Solet autem concedi ꝙ formalitas ſit rei ratio: pro quāto per rationem explicatur, & nihil aliud ꝑ rationem quam formalitas ſiue quidditas explicat̃. *Tertium.* Tertio ſequitur in rebus intentionalibus non eſſe formalitatem nec materialitatem ſm rei veritatem, ſed bene ſecundum vſum loquentium, qui vtuntur ipſo quid vel ipſo idem pro quo, vel pro ſimili. Amplius nec dici poſſunt diſtinctæ formaliter vel formalitate, niſi eodē modo. Animaduerte tamē ꝙ nos alias diximus ꝙ ſicut differt materiatum à materiali, & formatum à formaliter tali, ſic differt materialitas à materia, formalitas à forma, quia materiatum eſt deductū à materia, & formatum à forma materialiter, tale vero deducitur à materialitate, formaliter tale à formalitate. Modo materiatum non dicitur niſi de eo quod habet materiam, & formatum etiam non niſi de eo, quod habet formam, igit̃ materia eſt tantum eius quod habet materiam, forma etiam eius quod habet formam at materialiter tale dicitur tam de eo quod habet materiam, quam de eo qđ habet aliquid materiæ ſimile, igitur formaliter tale dicetur tum de eo quod formam habet, quā de eo quod habet aliquid ſimile formæ, & ita ſequitur ꝙ formalitas eſt in plus quam forma, vt formaliter tale in plus q̃ formatum. Et ex his colligi poteſt vera perfectiſsima & completa diffinitio formalitatis quæ omnem ambiguitatem tollit intellectuiq; vere quadrare & conſonare videtur, formalitas eſt conditio quædā qua aliquid denominatur formaliter tale vel tale, vt album vel nigrum, & id genus, conditio ponitur loco generis, quia cōe eſt tam formæ, q̃ ei quod eſt formæ ſimile qua denominatur formaliter tale ponitur loco dr̃iæ, quia per illam denotatur eſſe in plus quā forma, ſicut formaliter tale in plus quā formatū, igit̃ formalitas eſt oīs forma, vel ſimilis formæ, formalitas igitur eſt oīs cōditio, qua aliquid denominatur formaliter tale vel tale, & quia tam forma, quā aliquo formæ ſimili denominat̃ aliqđ formaliter tale vel tale. Ideo tā forma quā ſimile formæ eſt formalitas, quæ oīa ſi recte inſpicies oēm ab animo obſcuritatem amouebunt reducētq; in lucē ea oīa quæ ab alijs obſcure prolata fuere. Hæc de titulo.

CAPVT



## CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio.1. 1. Suppoſitio.* De diſputatione variæ ſunt poſitiones. Quidā ſupponunt quædam. Quorum primum eſt ꝙ diſtinctio formalis ſiue per formalitates importat non identitatē aliquorum, quorum vnum excludit aliud à ſuo conceptu formalis, hoc eſt dicere vt omne illud diſtinguat̃ formaliter ab alio, quod non eſt idem illi per ſe primo modo. *Secunda.* Secundum eſt ꝙ negatio duabus comparatur affirmationibus, alteri quidem, quam includit & præſupponit, alteri, cui contradicit. verbi cauſa. homo non eſt equus, comparatur huic affirmationi, omnis homo eſt æquus, cui contradicit, & illi, homo eſt homo quam ſupponit in ſuo ſubiecto virtualiter, pro tanto nāq; illa eſt vera homo nō eſt æquus pro quanto, homo eſt hō. Et tunc iuxta hoc, cum Ariſt. in lib. de interpretatione dicit ꝙ negatio multiplicatur pro numero affirmationum & ꝙ eſt vna vnius, intelligitur de affirmatione, cui contradicit, non autē de affirmatione quam ſupponit, immo vnius affirmationis ſuppoſitæ eſſe poſſunt multæ negationes. huius.n. homo eſt hō ſunt, hō non eſt æquus, hō non eſt lapis, & aliæ in quibus negatur aliqđ de hoīe vere, hæ ſunt duæ ſuppoſitiones, iuxta quas ponunt duas concluſiones. Prima eſt negatio non habet diſtinctam formalitatē ab affirmatione, quā ſupponit. *1. Concluſio.* Probant primo, quia negatio includit illam in ſua rōne conceptibili. igitur rōne conceptibili nō diſtinguit̃ ab illa, & ita non formaliter. ſecūdo quia non habet diſtinctam intelligibilitatē, quia non pōt intelligi negatio, quin in illa intelligatur affirmatio. *Secunda.* Scđa concluſio eſt, negatio habet diſtinctam formalitatē ab affirmatione, cui opponitur. probatur primo, quia negatio dicit perfectionē in eo cuius eſt, affirmatio imperfectionē, eſt.n. perfectionis dicere hominē non eſſe æquum, at oēm hominē eſſe æquum imperfectionis eſt. igitur formaliter diſtinguuntur. Præterea negatio non eſt idē per ſe primo modo affirmationi, cui contradicit, igit̃ diſtinguuntur formaliter. Hæc illi de diſputatione. *Confutatio. 1. Ratio.* Sed contra obijcit Ioan. & ſatis perite. Primo contra primā ſuppoſitionē, videtur.n. ꝙ diſtinctio ſm formalitates non ſit non identitas aliquorum in primo modo dicēdi per ſe, quia vt oppoſitum in oppoſito, ita propoſitū in propoſito, igitur ſi diſtinctio ſm formalitates eſt nō idētitas aliquorum in primo modo, tunc idētitas in primo modo erit idētitas formaliter, hoc eſt falſum apud eos, quia homo & aīal ſunt idem primo modo, & tñ nō ſunt eadē formaliter apud eos. Quod ſi dicas ꝙ ſunt eadē formaliter non mutuo, quia homo non eſt idem aīali per ſe primo modo, ſed bene animal homini, ſaltē iſti non ſunt logice locuti, quia ſm logicos non valet, non ſunt eadem per ſe primo modo, igitur diſtinguūtur formaliter vel quouis alio modo. Nam hyppocentaurus & chimera non ſunt eadē, & tñ non diſtinguuntur, quia neque diſtinguuntur neque ſunt eadem quia non ſunt. ſm enim logicos. A. diſtinguitur. A.B. ſic exponit̃. A. eſt, & B. eſt, & A. nō eſt B igitur. A. diſtinguit̃. A.B. ſic igitur non valet, hæc nō ſunt eadē primo mō, igit̃ diſtinguuntur. Quod ſi dicas valere cōſtante ſubiecto, tunc nihil eſt, quia affirmatio cui opponitur non eſt, q̃a illa eſt falſa, non poſsibilis eſſe, & ita nullo pacto logice loquuntur. *Secunda.* Secundo arguit Ioan. contra ſecundā ſuppoſitionē, quia aliqua eſt negatio, quæ non pōt cōparari ad duas affirmationes, igitur ſuppoſitio falſa. antecedens deducitur, quia iſta, homo non eſt animal, nullam affirmationē ponit, quia non illam homo eſt hō, quia hanc deſtruit, eo quia à quouis ſuperius ipſum negatur, ab eodem & inferius, nec illam, homo eſt aīal, quia illam deſtruit, igitur ſuppoſitio falſa. *Solutio.* Solet dici ꝙ ad hoc vt illa propoſitio ſit falſa, homo non eſt aīal, ſupponitur illa vera, homo eſt ens quæ virtualiter includitur in ſubiecto. *Replica.* Contra quia illi volunt affirmationem incluſam eſſe idem formaliter negationi includenti, vt patet ab eis. Sed hæ non ſunt idem formaliter, quia hæc eſt vera homo eſt ens, illa falſa, homo non eſt aīal. igit̃ non ſunt idem formaliter. Secundo ſi hæc homo non eſt aīal: formaliter includeret illam, homo eſt ens, tunc falſum ſimpliciter includeret verum ſimpliciter, quod nec mihi nec eis cōſonat. *Alia ſolu.* Aliter fugiunt & dicunt ſuppoſitionem illorum intelligi in negationibus veris. *Replica.* Sed nec hoc valet, quia dum hic dicunt, reddūt illos inſufficientes, natura quæ dicunt vniuerſaliter, faciunt particularia. Præterea ſi hæc, homo non eſt aīal, nullam affirmationē includit non poſſet formaliter diſtingui ab illa, homo eſt aīal, quia per illos negatio non diſtinguit̃ formaliter ab affirmatione niſi virtute affirmationis, ſupponit (vt illi ſentiunt) & ſic illos defendentes faciūt vt ſibi contradicant. *Tertia.* Tertio principaliter arguitur cōtra concluſiones. Et primo generatim, quia ſunt inſufficientes, nam licet de negationibus complexis ſufficerent, de ſimplicibus nihil habent. Secundo licet de negationibus complexis veris bene dicerēt de falſis nihil habentur. Speciatim arguitur contra primam, quia ſi negatio vera videlicet illa, homo non æquus eſt includeret aliquam affirmationem priorem, tunc hæc propoſitio, ſubſtantia non eſt quantitas, non eſſet immediata, q̃a immediata eſt qua non eſt alia prior, mō hac illa eſt prior ſubſtātia eſt ſubſtātia & notior. Quod ſi dicas ꝙ illa eſt immediata quia nullam ſupponit priorē, qua poſsit ſyllogizari hoc nihil eſt, quia ſaltem poteſt hypothetico ſyllogiſmo ſyllogizari hoc pacto, ſi ſubſtātia eſt ſubſtantia, ſubſtantia non eſt quantitas, ſed ſubſtantia eſt ſubſtantia, igitur ſubſtantia non eſt quantitas, hic enim ſyllogiſmus eſt, & demonſtratio eſſe pōt hypothetica ſm peripateticos. vt dicit Auer.2.phy. cōm.3. *Cōm.3.* Præterea ſi omnis negatio vera includit formaliter affirmationem, tunc illud principium non contingit idē ſimul eſſe & non eſſe non eſſet primum ſimpliciter. deduco, quia ſupponeret illam ens eſt ens. Conſequēs eſt falſum, quia illud non contingit idem & cætera, eſt tam entibus quā non entibus cōe, q̃a non contingit chimerā ſimul eſſe & nō eſſe, & tñ hęc eſt falſa chimera eſt chimera, q̃a tūc chimera eſſet ens, & ita chimera eſſet quare illud eſt cōius & prius, & ꝑ conſequens non formal̃r includit illam affirmationē. Contra ſcđam arguit Ioannes, quia ſignetur negatio & ſit. A. affirmatio vero quā deſtruit ſit. B. per eos. A. dicit diſtinctam formalitatem A.B. ſit illa. C. tunc arguo. C. non eſt. A. nec eſt. B. igitur mediū per abnegationem ipſius. A.B. ſed. A.B. erant contradictoria, igitur inter contradictoria datur medium. Quod ſi dicas poſſe dari medium rōnis non medium reale, hoc nihil eſt quia tunc contradictoria non diuiderent quodlibet ens ſm verum & falſum, hoc eſt non oporteret vt de quolibet ente alterum ſit verum alterū falſum, quod eſt contra Ariſt. in lib. de interpretatione & in lib. priorum. Conſequentia patet, quia de. C. neutrum illorum diceretur, quia. C. nec eſt. A. nec eſt. B. & tñ. A. B. ponuntur extrema contradictionis & ego neſcio quid abſurdius dici poſsit. Pręterea tunc illa dignitas non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe non eſſet

vniuerſalis

vniuerſalis oībus, quia eſſe & non eſſe diſtinguuntur formalitate, modo illa ſit.c.vt prius quæ cum non ſit eſſe, nec non eſſe, de ea falſum eſt dicere non contingit.c.ſimul eſſe & non eſſe, quod admirabile eſſe videtur. Et ego neſcio quid impoſsibilius, ſic igitur hæc poſitio falſa ē poſitione aīæ quæ ſunt de hac diſputatione tanquam inutiles omittant. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVANTVM ad dilucidationem ipſam attinet. Primo videbimus quo nam modo ſimplex negatio intelligatur ab intellectu noſtro: vt quo nam modo non ſanum ab intellectu noſtro intelligatur. Secundo quo nā modo negatio compoſita: quæ affirmationi alicui contradicit intelligatur. Tertio videbimus de diſputatione.

*De primo. Prima pō.* Quantum ad primum ſunt duæ poſitiones & ambæ peripateticæ. Prima videtur Expoſitoris Auer. & Themi. hi.n. ſunt qui dicunt negationem ſimplicem non cognoſci niſi ſpē affirmationis ſimplicis contrariæ: vna enim ſpēs in aīa primo conceptionē affirmationis efficit, ſecundo negationis: eo quia primum habitum ſiue affirmationem repreſentat. Secundo priuationem ſiue negationem: non tamen eodem modo, nam ſpēs habitus per ſe & primo habitum ipſum repreſentat atque illius conceptum in mente generat: per accidens aūt negationem ſiue priuationem quatenus eſt affirmationis negatio. *Obiectiones Ioan.* Sed obiicit Ioan. primo, quia hęc intellectio negationis vel ab ente fit: vel à non ente non cātur à non ente, quia non ens nihil efficit, nec ab ente, quia ipſum ens entis efficit intellectionem: igitur nō poteſt efficere intellectionem nō entis: quia idem nō eſt oppoſitorum cauſa. Secundo vnde eſt iſte ordo ꝙ videlicet, vnamet ſpecies entis primo ipſum repreſentet, cuius ſit ſpēs: poſterius aūt illa enti nō ens oppoſitum. Omnis.n. ordo eſt rerum modo ens & non ens nō ſunt res. Sed miror Ioan. qui dum enititur contra hanc pōnem non animaduertit ſe enixum eſſe contra Ariſtot. & ſuum Deum Auer. in.9. huius commē.3. *Cōm.3.* Ariſto. enim & Auerroes illic volentes aſsignare cauſam quare rationales potentiæ ſint ad oppoſita, dicunt hoc, quia ſcientia eſt oppoſitorum. Scientiam vero eſſe oppoſitorum dicunt, quia ſcientia ratio quædā eſt, quæ quidem eadem eſt & rei & priuationis, licet vt dicunt non eodem modo: quia rei ipſius per ſe, ac priuationis per accn̄s & poſterius. Et conſtat Ariſt. per rōnem illic ſpeciem, ſiue ſimilitudinē intellexiſſe vt oībus patet. Et ſic dum Ioan. illis contradicit, Ariſto. videtur contradicere. Tunc ad rōnes eius patet ſolutio, conceditur.n. primo vnum eſſe duorum cauſam non eodem modo, ſed vnius per ſe, & alterius per accidens. veluti idēmet calor ſui actione in humidū ipſum per ſe cauſa eſt ſui eſſe, per accidens attamen eſt cauſa ſui non eſſe: & in aliis id genus. Ad ſecundam dici poteſt ꝙ ille ordo eſt ex parte entis, omne.n. ens eſt ipſummet ens, & nō eſt nō ipſummet ens. primo aūt eſt ipſum ens, ſecundo nō eſt non ipſummet ens. Vt omnis homo primo eſt ipſemet homo, ſecundo vero dicitur ꝙ oīs homo non eſt non ipſemet homo. Sic per ſe primo ſpecie ſiue rōne hominis intelligimus hominem. ſecundo nō hominem, quia vt Ariſto. ait illic negatione ablationeúe ipſum cōtrarium oſtēditur, & hoc modo prima pō eſt peripatetica. *Poſitio Ioan.* Ioā. vero imaginatur ꝙ duplex ſit negatio, quædā entis particularis vt hoīs, vel æqui vel cæterorum id genus, quædam eſt negatio entis vl'r. Secundo dicit, ꝙ nō pōt aliqua negatio intelligi niſi intellectioni eius rn̄deat aliquod poſitiuū affirmationi oppoſitæ contrariū vel diſperatum: declarat̃ de negatione entis particularis, vt non homo non poteſt intelligi, niſi huic intellectioni reſpondeat in re æquus vel bos, quorū nullus eſt homo, de negatione vero entis vl'is, patet etiam quia non poſſum intelligere nō ens vno conceptu negationis, ſicut nec ens vno conceptu affirmationis, eo quia ens nō dicit vnum conceptum omnibus cōem, ſic non ens non dicit vnum cōceptum negatiuū quo vnica ratione decem prædicamenta negent̃, & hoc modo nō pōt intelligi non ens ſimpliciter per rationē cōem oībus negationibus ſubſtātiæ & accidenti, veluti nec ens per vnam rationem ſimplicē, & ſic illi intellectioni non ens ſemper reſpōdet aliquid poſitiuū vt vel quantitas vel qualitas, vel aliquid aliorum, dum enim non ens intelligo pro ſubſtantia ſemper pro quantitate, vel qualitate vel alio intelligo, nō aūt pro vna negatione omnium, quia ſicut dum ens intelligo non intelligo vnū ſic dum non ens, & ſic patet ꝙ ſemper intellectioni non entis correſpōdet aliquod ens. *Obiectiones.* Sed dupliciter occurres cōtra Ioā. primo, quia tunc non ens non dicetur de non ente ſimpliciter, vt de chimera vel hyppocentauro, quia nō poteſt intelligi niſi de ente vt dicit, modo nullum horū eſt ens. Secundo quia inter contradictoria daretur mediū. deducitur: quia ſi per ens intelligitur vnū prædicamentum, & per non ens non quantitatem, vel non qualitatē & id genus, aut intelligit̃ negatio oīum copulatiue, vel diſiunctiue, vel vnius tantum, ſi oīum copulatiue, tunc negatio erit ſimpliciter oīum, quod ipſe negat, ſi vnius tantum vel omniū diſiunctiuæ, & tunc dabitur mediū, quia inter ſubſtantiam & quātitatem vel aliquod aliud id genus ſemper datur medium aliquod illorum, igitur videtur hæc ſolutio fictio. *Defenſio.* Sed hæc ſolutio videtur non tantum Ioānis, ſed Auer.1.phyſi. Vbi apertiſsimo dicit ens & non ens dici de decem prædicamentis, quod nō pōt intelligi niſi vt exponit Ioānes ꝙ nō ens dicitur de quantitate, quæ eſt nō ens ſubſtantia de qualitate, quæ eſt non ens ſubſtantia, & de cæteris. Tunc ad primā dici poteſt ꝙ chimera eſt aliquod decem prædicamentorum, quia apud Ioānem ens in mente eſt accidens, & in prædicamento qualitatis, nō enim quicquid eſt in prædicamento eſt ens præter operationē intell'ſ apud Ioannem. Ad ſecundam negatur cōſequentia, quia licet inter non ens fundamentaliter & ens ſit medium, nō tamen inter ens & non ens formaliter: vt per contradictionem accipiuntur opponi. Sic igitur apparet quo nā modo negatio ipſa intelligatur. Hæc de primo. *De ſecundo.* De ſecundo vero dicamus logice ꝙ negatio ſemper intelligitur per affirmationē, cui opponitur. declaratur, quia per id negatiua propoſitio quæ compoſita negatio dicitur intelligitur, ꝑ quod probatur hoc eſt explicatur. Sed apud logicos ſemꝑ negatiua probatur hoc eſt explicatur per affirmatiuam ſibi oppoſitam, igitur per illam intelligitur. Verum non eodem modo, quia negatio vera intelligitur per affirmationem, quæ intelligit̃ eſſe falſa, hæc.n. homo nō eſt æquus intelligitur eſſe vera, quia illa eſt falſa, homo eſt æquus, negatio aūt falſa intelligitur eſſe falſa, quia affirmatiua ſibi oppoſita eſt vera, vt iſta, homo non eſt animal, quia intelligitur illā eſſe veram, homo eſt animal, & ſic omnis negatio intelligitur per affirmationem. *Dubitationes.* Sed occurres primo quo nā modo affirmatio per quam negatio intelligitur, intelligenda eſt. Secūdo quia tunc negatiua in qua vnū prædicamentorum remouetur ab alio nō eſſet immediata vt hæc, ſubſtantia non eſt quantitas, quia hæc pōt probari hypothetice per affirmatiuam. *Solutiones.* Tertio quid facit intellectio negationis & affirmationis ſimplicis ad intellectionē negationis compoſitæ ſi illa intelligitur ꝑ affirmationem. Ad primam dici pōt ꝙ affirmatio vel eſt immediata, vt hic eſt album: vel mediata, hic eſt explicabilis, vtpote reſolutione, vel expoſitione vel alio quouis probandi genere. Tunc dicendum puto ꝙ ſi eſt immediata, per ſe patet vel eſſe falſam vt ſi fiat hæc hic eſt albū, oſtenſo coruo, vel eſſe verā vt hoc eſt albū oſtēſo cygno. Si vero mediata probatur, vel reſolutorie: vel expoſitorie, vel aliquo alio genere vt logici dicunt. Ad ſecundam dico ꝙ negatiua illa eſt immediamata poſterioriſtice, quia non pōt ſimpliciter demr̃ari, tanquam concluſio ſimpliciter ignota, prioriſtice vero pōt ſyllogizari hypothetice per hoc, quia eius contradictoria eſt falſa. Sed tenendo poſitionē logicorum ꝙ illa ſit vera per affirmationē, quam ſupponit notiorē vt dicunt, poſſet & prioriſtice & poſterioriſtice hypothetice ſyllogizari. Ad tertiam dico ꝙ cognitio terminorum eſt tanquam cā ſine qua non, at affirmatio eſt tanquam cauſa per ſe & principalis. Hæc logice ſatis. *De tertio.* De tertio, videlicet, quo nam mō negatio ab affirmatione, cui contradicit, diſtinguatur, facile eſt rn̄dere, quia vel nos loquimur de illis ex parte rei, vel quatenus propōnes ſunt, quod eſt quatenus ſunt in intentione. ſi quatenus propoſitiones ſunt, dico ꝙ differunt formaliter modo quo diximus, quia formalitas eſt conditio quædam qua aliquid denominatur formaliter tale, vel tale, mō formalitas negationis, qua negatio denominatur eſt alia ab ea qua denominatur affirmatio, quia ſi negatio eſt falſa, & affirmatio vera negatio denominatur falſa, & affirmatio vera, igitur differunt formaliter, ſiue ratione. Sin autē econtra, ēt econtra differunt, hæc autē dr̃ia non eſt realis, ſed intentionalis, quia eſt illarum vt habent eſſe in intentione. Si autē loquimur de illis ex parte rei, dico ꝙ non differunt, quia ea differunt quæ ſunt, vt dicunt logici, & Ariſt.5.huius. Sed ex parte rei ſi negatio eſt affirmatio non eſt, & ſi negatio nō eſt affirmatio eſt, quia ſi hō ex parte rei eſt aīal, ex parte rei illa propō, homo non eſt aīal, non eſt & econtra, igitur ſemper altera exponentium erit falſa quare non differunt. Secundo dico ꝙ debent dici non eadem. probatur, quia ea quorum vnum eſſe poteſt altero non exiſtente, non ſunt eadem modo hæc ſunt huiuſmodi: igit̃ non ſunt eadem. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ad rationes fere omnes patet ſolutio. Prima enim tollitur, quia ſiue negatio alia intelligibilitate intelligatur, ſiue non differt ab affirmatione conditione, qua denominatur talis vel talis formaliter. Per idem ad ſecundum. Ad tertiam dico quòd inter affirmationem & negationem compoſitas non eſt dare per ſe medium, quod nec ſit propoſitio vera, nec falſa: at inter affirmationem & negationem ſimplices datur medium, quia chimera nec eſt homo, nec eſt non homo licet neceſſario ſit homo, vel non ſit homo, vt in fine libri priorū deducitur: modo illa formalitas, quæ accipitur inter affirmationem, & negationem non eſt propoſitio, & propterea nihil ad rem. Ad quartam dico ꝙ illa formalitas dicit aliquid poſitiuū, non tamen ſemper in re, interdum autem in mente. Alij vero iuxta eorum viam enituntur ſatisfacere, quos omitto. Hæc de ſecunda diſputatione.



*Si igitur ens & vnum idem, & vna natura, eo quòd ſe adinuicem conſequuntur ſicut principium & cauſa &c. Tex. cōm.3.*

# DISPVTATIO TERTIA

## De diſtinctione entis & vnius, cæterarumq́; paſsionum.

*Num vnum & ens dicant eandem naturam.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ens & vnum eandem non ſubeant naturam. Primo quia tunc tm̄ vnum eſſet ens, deducitur logice ſic quia vnum eſſet ens, & nihil non vnum eſſet ens, igitur tantum vnum eſt ens. Secunda exponens patet, quia illa ſubeunt eandem naturam. Secundo ſi vnum & ens eandem ſubirent naturam, tunc multitudo non eſſet ens, quia cum multitudo non ſit vnum, nec erit ens, quod eſt ſecundum naturam idem quod vnum. Tertio vnum eſt generis quāti, quia eſt principium numeri, & ens eſt tranſcendens, igitur non ſubeunt eandem naturam. In contrariū ſunt Ariſto. & Auer. & expoſitores.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ens ſit non ſemel dictum eſt. Vnum vero bifariam ſumi ſolet, nam aliud eſt vnum, quod eſt numeri prædicamentarij principium. Aliud tranſcendēs, quod eſt entis veluti paſsio, hoc patet, quia duplex eſt numerus, alius qui ex diuiſione continui efficitur, alius ex diuiſione eſſentiarum, modo primi numeri principium eſt vnum prædicamentariū. ſi vero numeri principium eſt vnum tranſcendens. *Secundi.* Vlterius vnum tranſcendens poteſt ſumi abſolute, & ſic cum ente conuertitur, & ſm̄ quid per reſpectū ad multitudinem, & eſt vna entis differentia, quæ cum multitudine ens diuidit. Natura in propoſito pro eſſentia accipitur, nam natura nonnunquam pro principio motus accipitur, nonnunquam pro ſubſtantia. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Pō Auic.* DE hac diſputatione Auic. opinabatur ens & vnū eandem non ſubire naturam, & eius poſitio conſiſtit in tribus propoſitionibus, quarū prima eſt, ens & vnū prædicantur de omnibus entibus. Secunda, ens & vnū ſubiecto eadem ſunt, ſed natura differunt. Tertia, vnū eſt de genere quantitatis & ita non cum ente conuertitur. Prima concluſio non pōt probari, ſed ſupponitur tanquam per ſe nota. Secunda probata fuit. Primo quia ſi non differunt, tunc multitudo non eſſet ens. Secūdo quia ſi non differunt, tūc eſſet nugatio dicere ens vnū. Tertio qa vnū denominatiue dicitur de ente, & omne quod denominatiue dicitur dicit aliam naturam ab illo. Tertia probatur, quia omne quod eſt in ente, eſt in aliquo entis genere, & ſi in aliquo entis genere, igitur in ſpecie, & ſi in ſpecie, igitur eſt in aliquo eius indiuiduo. Sed omne indiuiduum eſt vnum numero, igitur vnum quod conuertitur cum ente eſt vnum numero ſiue vnum, quod eſt principium numeri. Secundo vnū quod cum ente conuertitur, conſtituit numerū, igitur eſt principium numeri. Hæc de mente Auic. *Obiectio Auer. Cōm.3. Cōm.8.& 5.* Sed contra Auic. obijcit Auer. hic & 10. meta, quia ſi vnum dicit diſpoſitionem enti ſuperadditam, eſſet proceſſus in infinitum, & deducitur, quia ſumatur aliquod ens, vt homo gratia exempli, cum homo ſit vnus per diſpoſitionum ſuper additam naturę entis, quęratur de illa diſpoſitione vel eſt ens, vel nihil. ſi nihil: igitur cōtra illū, & pro

& pro nobis,ſi ens,tunc cũ omne ens ſit vnum per diſpoſitionem ſuperadditam,tunc illa erit vna per diſpoſitionē adhuc ſuperadditã,& quæratur de illa, & ſic abibit in infinitũ.

*Obiectio contra Auer.*

Sed quidã refellũt Auer. hãc rationē. primo per hoc quia cõmittit paralogiſmũ figuræ dictionis mutando quo in quod,cuius rei exẽplum eſt. quia homo albus eſt per diſpoſitionē ſuperadditam, & cũ quæreretur ſi illa diſpoſitio ſit alba vel ne? dicunt ꝙ illa diſpoſitio nõ eſt alba,ſed eſt illud quo aliquid eſt album, & ita ratio Auerrois mutat quo in quod. Secũdo videt̃ ratio illa committere paralogiſmum æquiuocationis, quia dato ꝙ ens eſſet vnũ per accñs, non ſequitur .igit̃ per aliud,de quo quæratur ſi ſit vnum,vel ne. Nã ꝑ accidẽs bifariam dicitur,quia ſicut per ſe bifariã, quia per ſe primo,& ꝑ ſe ſecundo modo dicendi per ſe, ita ꝑ accidens bifariã,quia aliud eſt quod opponitur per ſe primo modo,aliud quod opponit̃ per ſe ſecundo modo,& ſic non valet eſt per accñs tale,igit̃ per aliud , quia per accidẽs eſt multiplex,quod debuit diſtingui:& ita Auicenna diceret ꝙ ens eſt vnũ per accñs, loquendo ꝑ accidens vt opponitur per ſe primo modo, nõ tamen per accidens vt opponitur per ſe ſecundo modo. Sed rõnes horũ dico primo non eſſe abſq; admiratione, nam cum iſti poſt romanũ illum noſtrum Egidiũ floruerint, qui tanta auctoritate clarus ſuis habebat̃ temporibus debuiſſent illas legere,& elidere per Egidij declarationes. Et propterea iuxta auctoritatem,tum ex Egidio, tũ ex Ioanne ab Egidio ſumente,tum ex his quæ nos in libro deſtruct. deſtructionũ ſcripſimus,dicimus cauillos hoſce proficiſci ex ignorantia dialecticæ, atque mala

*Cõm. 25.*

conſuetudine in logica. Didicimus.n.nos ab Auer. in lib. phyſi.primo & ab Ariſto.nõ ſemel in lib.priorum & in lib. poſte.ꝙ argumentum tenet aliquando per ſe, vt ſi gratia formæ ſyllogiſtice teneret,aliquando ꝑ accñs, ſi gratia materiæ valeret, veluti ſyll's ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura. Põt enim tenere, quia propoſitiones ſunt conuertibiles.Secundo didicimus ab Auicenna & ab eis qui opinionē Auicennæ explanarũt ꝙ vnum & ens prædicat̃ de oĩbus,& propterea apud Auic. hæc eſt vera vnitas eſt ens,& illa entitas eſt ens propter tranſcendentiam terminorũ vt dicũt,& hac rõne vnitas eſt vna,& entitas vna. Quibus cõſideratis patet rationem Auer. eſſe demõſtratiuam gratia materiæ,& per accñs, quia ſi ens eſt vnum per intentionem additam , cũ ens & vnũ prædicentur de quolibet quouis modo ſumpto per opinionē Aui.rationabiliter quærit Auer. de intentione illa an ſit vna per ſe,vel per additũ,& hoc pacto ꝑ accñs põt mutari quo in quod, quia gratia terminorũ, quod addunt de albo,non eſt ſimile, nam album nõ prædicatur de quolibet.Præterea id qđ ſecundo loco obiiciunt fallit,nec Auer. mentē ꝑceperunt. Auer.n.per ipm per ſe intellexit non per additum realiter diuerſum per ipſum ꝑ accñs voluit intelligere additum & diuerſum realiter,& quærit ſi ens eſt vnum per intentionē additã quæratur de illa ſi ſit vna vel ne,& ſi non,tunc vnũ non de quolibet prædicaretur. ſi ſic vel eſt vna per ſe,i.non per diſpoſitionem additam,vel per accñs.i.per diſpõnē additam,nec fundauit rõnem ſup, multiplex,quia ſemper vtitur ipſo ꝑ ſe, ꝓ eo quod eſt tale ſine addito.& ipſo per accñs pro eo quod eſt tale ꝑ additum. Patet igit̃

*Rationes contra Aui.*

errorem horum eſſe totũ ex defectu logicæ. Cõfutata hunc in modum Auer. rõne, contra cõcluſiones Auic. ꝑ ordinem argumentant̃. Et primo aduerſus primã ſic. ſi ens, & vnum prædicantur de oĩbus vt Auic. in prima ſua ait cõcluſione,vel vniformiter,vel difformiter. Sed nec ſic,nec ſic,igit̃ prima concl'o falſa eſt. Quod quidē non ꝑdicentur de oĩbus conformiter, non indiget ꝓbatione, quia apud oẽs vnum non ꝑdicatur niſi denoĩatiue, at ens non prædicatur denoĩatiue. Si vero dicat̃ illa de oĩbus ꝑdicari difformiter, eo quia ens de oĩbus prædicatur quidditatiue & per ſe, vnum autē de oĩbus denominatiue & per accñs. Cõtra obiiciunt, quia ens nõ prædicat̃ de vltimis dr̃iis,quod deducũt primo. ſit nãq; A.B. duæ vltimæ differentiæ,tũc vel A.B. includũt ipſum ens quidditatiue, aut non,ſi non habetur ꝙ ens nõ prædicatur quidditatiue de oĩbus,quia non de A.B. Si vero ipſum ens includunt quidditatiue, cũ non ſint oĩno idē inter ſe,habebunt quo conueniunt,& quo differunt,igitur A.B. non erunt primo diuerſæ nec vltimæ dr̃iæ,quia adhuc aliis differentiis differentes & ita vel erit ad infinitum procedere,vel eſt deuenire ad vltimas dr̃ias,quę non includunt ens quidditatiue. Secundo vt in compoſitione reali ſtandum eſt ad duo ſimpliciter ſimplicia, quorum vnum alterum nõ includit,ita in compoſitione conceptuali oportet deuenire ad duos cõceptus ſimpliciter ſimplices,quorum vnus ſit extra formalē rationem alterius. Sed conceptus ſimpl'r ſimplex determinabilis eſt conceptus entis,cõceptus vero ſimpliciter ſimplex determinans eſt vltimæ dr̃iæ, igitur ens non includitur quidditatiue in vltimis differentiis. Et ſic prima Aui. concluſio eſt falſa. Secundo principaliter cõtra ſecundam concluſionem arguunt.Primo quæcunq; ſunt eadem realiter,eandem ſubeũt naturam, ſed ens & vnũ ſunt idem realiter,immo ſubiectũ & propria paſsio ſunt idem realiter,igitur ſubeunt eandē naturã. Minor probatur quia ea quorum ſeparatio includit contradictionem,ſunt idem realiter.Sed ens & vnũ,ſubiectũ & propria paſsio ſunt huiuſmodi.igit̃ ſunt idē realiter.Maior huius patet,quia ſicut ſeparatio aliquorum arguit realē diſtinctionē,ita impoſsibilitas ſeparationis arguit identitatem.Maior vero principalis ſyll'i patet in textu, vbi dicitur,ꝙ ens & vnum ſeſe ſequũtur quo ad generationem & corruptionem. Secundo generatim arguit̃ de omni ſubiecto & paſsione,quia ſi propria paſsio eſſet ſeparabilis à ſubiecto,tunc ſubiecto contingenter ineſſet & ita ſcientia non eſſet neceſſariorum.Contra vero tertiam obiiciunt primo quia illa data tunc quantitas eſſet oĩbus prædicamentis vltima.deducitur, quia eſt poſt vnitatem,quæ eſt paſsio oĩum prædicamentorum ſequens oĩa prædicamenta.Secũdo ſubſtãtia in illo priori in quo præcedit oĩa accidentia eſt vna, & non vnitate quanti,quia in illo priori non eſt quanta, igitur vnitas non eſt de genere quãti. Tertio nullum tranſcendẽs eſt certi generis,ſed vnum eſt tranſcendens, cum conuertatur cum ente,igitur non eſt certi generis.Quarto nihil vnius prædicamenti eſſe poteſt paſsio alicuius alterius prædicamenti,ſed vnitas eſt paſsio omnis entis, igitur non eſt quantitas.Quinto arguũt alij, vnitas ꝑdicamentalis eſt quid poſitiuũ: vnitas vero trãſcendens quid priuatiuũ:igitur non ſunt idē. Hæc contra Auicennam.

*Defenſio Ai.*

Hæc poſitio Auic. poteſt defendi ſm quendã probabilem intellectũ. Vbi debes ſcire ꝙ vnũ & idē põt eſſe vt quid ꝑdicamēti certi, vt modus nullius ꝑdicamenti.Hæc ſuppoſitio de propria paſsione habetur à principe eorum in quæſtionibus vl'ium.d.n.ꝙ propria paſsio vt modus nullius eſt prædicamēti, ſed eius cuius eſt modus ſiue paſsio,vt vero quid eſt qualitas, verbi cauſa.riſibile vt modus eſt prædicamenti ſubſtantiæ ſaltem reductiue,



ductiue, vt quid eſt qualitas. Eodem modo poſſum dicere.Pro Auicen.ꝙ vnitas vt modus, quo vnũquodq; intelligitur indiuiſum in ſe,& diuiſum à quolibet alio ente eſt tranſcendens & nullius certi prædicamēti, vt vero quid eſt prædicamēti quãtitatis. Sil'r numerus vt modus eſt tranſcendens: vt quid eſt ſpecies quãti . tunc per ordinem ad rationes reſpondeo. Et primo ad primam & dico ꝙ de mente Ariſt. & Auer.Ipſum ens deſcendit immediate in quodlibet,& non per differẽtias, nec eſſentiales nec modales,quia ſi ſic,tunc eſſet genus, vt arguit Ariſt.& ita concedo ꝙ A.& B.nõ conueniunt in.3. conceptu ſecũdum peripateticos, quicquid ſit de mente Auicen.de qua eſt dubium, ſed ens ſignificat omnia ſine medio vt.d.Auer. vnde ens nõ prædicatur in quid quidditate conceptus vel rei apud hos,ſed bene in quid de omnibus quidditate nominis ſignificãtis plures conceptus: vt ſanũ in quid de ſanis,ſub confuſione,& ſic.A. B.nec ſunt differentiæ nec ſpẽs,nec genera reſpectu entis,ſed reſpectu generis,cuius ſunt diuiſiue , & ita ſicut ens prædicatur de ſpẽbus ita de omnibus differentijs, & ſic de omnibus vniformiter, ſm vero Auicennam ens eſt tertius conceptus,ſed quia non eſt generis,ideo deſcendit vniuoce ad oĩa ſine differẽtijs , nam reſpectu entis non ſunt differẽtiæ vel ſpẽs, ſed omnia æqualiter minus communia.Secundo dici põt apud Auicen . ꝙ ens & vnũ de oĩbus ꝑdicantur difformiter ad hunc ſenſum ꝙ vnum de omnibus denominatiue ens de aliquibus denominatiue, de aliquibus quidditatiue prædicatur. Ad ſecundam dico ꝙ reſolutio ſtat ad conceptus generaliſsimi & vltimæ differentiæ. Vltra autem generaliſsima non eſt aliquid cõe, niſi nomē, ſm Boetium . Ad rationes contra ſecundam cõcluſionem . Ad primam, negatur minor.ad probationem vero negatur maior, quia ſeparatio materiæ & formæ implicat cõtradictionem,& tamen ſunt duæ res,duæq; naturæ. Ad probationem dico ꝙ ſeparatio non arguit diſtinctionē realē, tanq̃ cauſa illius cõuertibilis,quia poſſunt nõnulla realiter eſſe diuerſa,quorum eſt impoſ's ſeparatio . Ad ſecundam concedo propriam paſsionē non poſſe ſeparari à ſubiecto:& tamen diſtinguitur re prædicamenti ab illo,quia ſubiectum põt eſſe res ſubſtantiæ , & propria paſsio res qualitatis. Ad rationes contra tertiam. Ad primam dici poteſt, tunc ſequi quantitatem eſſe omnium vltimam,quando vnitas vt quid & vt modus eſſet de genere quanti ,modo quia ſolum eſt de genere quanti vt quid,quomodo non eſt paſsio,ideo non ſequitur . Ad ſecundam dico ꝙ in illo priori eſt vna ſumendo vnitatem vt modum & vt ſic nullius prædicamenti eſt . Ad tertiam dico ꝙ nullum trãſcendens eſt certi generis eodem modo,nunc autem vnitas vt modus eſt tranſcendens,vt quid eſt certi generis. Ad quartam patet ſolutio.poteſt enim eſſe aliquid vnius prædicamenti paſsio alterius vt modus vt dictum eſt . Ad quintam Auicen. vult ꝙ vnitas dicat diſpoſitionem & naturam aliam poſitiuam additam enti,ex his apparet ꝙ ſi eſt aliqua ratio contra Auicennam,illa eſt Auer. quam pauloante

*Poſitio alia per cõcluſiones prime.*

expoſuimus. Nunc de poſitione eorum agamus , quæ hac in re famoſa.Prima igitur concluſio eorũ eſt ꝙ ſumendo vnum ſecundum quid atque praxe, ſic non.d. eandem naturam cũ ipſo ente conuertibiliter , at ſi ſumatur ſimpliciter atque fuſe,ſic vnum & ens vnam dicunt naturam conuertibiliter . Pars prima patet , quia multitudo eſt ens,quæ non eſt vnum,igitur vnũ & ens vt ſic nõ cõuertuntur . Secunda fuit declarata , quia de quouis ens dicitur,de illo etiam vnum dicitur.

*Secunda.*

Secunda concluſio ens & vnum communiter ſumpta nõ dicunt eandem naturam quidditatiue & formaliter . Primo quia tunc eſſet nugatio dicendo ens vnum, veluti cum dicimus hominem animal. Secundo quia ſic prædicarentur de ſeipſis in abſtracto, & ſic illa eſſet vera entitas & vnitas . deducitur, quia quæ ſunt idem formaliter & quidditatiue, de ſeipſis in abſtracto prædicantur. Tertio quia vnum de ente in quale prædicatur, tanquam illius paſsio, at ens de vno , non ſic , quia per ſe non conuertitur . Quarto ens prædicatur formaliter de his tantum quæ ſub ipſo continentur: modo vnum ſub ente non continet̃,vt patet ꝑ omnia ſub ente contenta diſcurrēdo. Quinto ſi vnum eſt idē formaliter enti,vel eſt illud præciſe,& nihil aliud , & hunc idem eſſet ſuiipſius paſsio. ſi aliud quid addit. ſit illud A.& quærat̃ de ipſo,vt de vno,& ſic vel erit proceſſus in infinitum, vel erit deuenire ad aliquod qđ eſt paſsio entis prima cũ ipſo cõuertibilis,& ab eo formaliter diſtincta , & ſic ſtandum eſt in vno.Tertia concluſio vnum & ens ſunt idem realiter, probatur , tum quia eadem generatione generantur,& eadem corruptione corrũpuntur, tũ vel maxime quia in vno tertio realiter conueniunt.Quarta concluſio vnum quod conuertitur cum ente.d.formaliter aliquid poſitiuum.probãt primo , quia ſi nihil adderet præter negationem, tunc vnum eſſet pura negatio,igitur non poſſet eſſe idē realiter ipſi enti, quia nulla negatio eſt idem realiter alicui poſitiuo. Secũdo vnũ dicit perfectionem ſimpliciter , igitur non eſt pura negatio . Secundo omnia vna reducuntur ad ſummum vnum,igitur vnum non eſt pura negatio.Tertio vnum habet rationem menſuræ in quolibet genere, igitur nõ eſt negatio pura.Quarto numerus fit ex vnis , igit̃ vnũ non eſt pura negatio.nulla.n.res poſitiua ex negationibus conficitur.Quod ſi ſoluendo rõnes recurras ad fundamētum,& ſic eſt idē realiter poſitiuo quo ad fundamentum,& quo ad fundamentum omnia reducuntur ad vnum , & quo ad fundamentum habet rationē menſuræ,& quo ad fundamentum conficit numerum.Contra arguunt,quia vnum eſt vera entis paſsio, & non ratione fundamenti,nec ratione negationis,igitur ratione alicuius poſitiui formaliter addit enti . Hæc eſt poſitio eorũ.

*Nota de poſitione.*

*Vtrum vnum quod enti conuertitur diuiditur contra multitudinem.*

Sed horum poſitionem examinando . Dico primo ꝙ nihil in his concluſionibus eſt neceſſarium. Dico ſecundo ꝙ ſunt falſæ & inter ſe concluſiones hæ repugnantes.Quantum ad primũ . Concluſio prima diſputabilis eſt,videlicet, ſi vnum quod cum ente conuertitur,diuidatur contra multitudinem, & videtur ꝙ nõ. Primo quia tunc multitudo non eſſet ens , deducitur, illa non eſt vnum,igitur non eſt ens.Secundo ens diuiditur per vnum & multa, igitur vnum non conuertitur cum ente,quia nullum diuidens conuertitur cũ eo,qđ diuidit.Tertio ſi ſic,tunc diuiſio entis per vnũ & multa non eſſet per oppoſita, quia vnum diceretur de multitudine:igitur non contra diuiditur illi.Quarto quomodo poteſt ens de multitudine prædicari, de qua nõ prædicetur vnum,& tamen vnum cum ente conuertitur, pro parte oppoſita arguitur,quia tunc idem eſſet vnũ ſemꝑ duplici vnitate,ſemel vnitate entis,& ſemel vnitate cõtradiuiſa multitudini: vt vna ouis eſſet vna vnitate entis,& vna vt diſtinguit̃ cõtra multitudinē ouiũ.Secundo vnũ qđ cõuertit̃ cũ ente, nihil addit enti vt dicemus niſi duplicē negationē,ſ.indiuiſionē in ſe,& diuiſionem ab alio ente. Mõ vnũ ſic põt de multitudine prædicari,

pōt enim quædam multitudo eſſe indiuiſa in ſe reſpectu alterius & diuiſa ab aliis. Inſuper dicimus duæ ſunt hæ multitudines pecorum & bouum, igitur poſſunt dici vna & vna, quare vnum dicitur de multitudine, igitur vnum quod cōuertitur cum ente videt̃ vnum quod ipſi multitudini contradiuiditur, probabiliter igitur defendi pōt idem eſſe vnum quod cum ente conuertit̃, & quod multitudini contradiuiditur. Vbi debes ſcire ꝙ aliqua poſſunt inuicem de ſeipſis prædicari, quorũ rationes de ſe nō prædicantur, vt homo & riſibile poſſunt mutuo p̄dicari, & tamen riſibilitas de humanitate non prædicatur, nec econtra, ſic in propoſito vnum poteſt de multitudine prædicari, tamē indiuiſio, quæ eſt ratio vnius de diuiſione, quæ eſt ratio multitudinis minime prædicatur. Amplius ens & vnũ mutuo de ſe prædicantur, rationes tñ entis, non.n.indiuiſio eſt entitas. Tunc ad primam dico ꝙ multitudo eſt vna, licet ratio multitudinis non ſit ratio vnius. Ad ſecũdam dico ꝙ ens diuiditur per vnum & multa quo ad rationes formales, non autem quo ad res illis oībus ſubiectas, & ſic vnum poteſt conuerti cum ente, nō quidem quo ad formale per quod illud diuidit, ſed vt vnum, quo ad materiale & formale includit. Ad tertiam dico ꝙ illa diuiſio eſt pro oppoſita quo ad rationes formales, non aliter. Ad quartam dico ꝙ ens prædicatur de multitudine, & vnũ de multitudine, non autē quo ad formalia quibus differunt inter ſe. Aliter Ioãnes indicat; dicit.n. ꝙ multitudo non eſt ens, ſed entia, & ſic non eſt vnum, ſed ipſa vna. Verum probabilior eſt prima, quia multitudo dicit̃ & vna; & ens. Item & ens & entia, vna quidem ratione habita ad alias duas, & ens ratione habita ad nō ens. Hæc de prima concluſione. Nũc quæ ſint falſæ & repugnantes dicamus, & primo de ſecũda arguo ſic ens, & vnum ſunt eadem realitate per logicos & realiter, igitur eadē formalitate & formaliter. añs eſt eorum in tertia cōcluſione, & enthimema deducitur, quia quæcunque ſunt eadem in rationi inferiori, ſunt eadem in ratione ſuperiori, modo realitas eſt inferior formalitate, eſt.n. omnis realitas formalitas, quia omnis realitas eſt rō obiectiua & cætera, non tamen omnis formalitas eſt realitas, quia conceptus entis eſt formalitas quædam ſ̃m dictum ſenſum, non tamen eſt realitas, quod ſibi conuertantur, erit magis pro nobis, igitur quæcunq; realitate ſunt eadem, etiam formalitate eadem ſunt, vt quęcunque ſunt eadem homine, ſunt eadem aīali. Quidam enituntur ſoluere rationem hanc dicētes formalitatē poſſe ſumi pro quidditate, & pro conceptibilitate, quæ eſt ratio obiectiua, ex parte rei & reliqua, dicunt quòd realitas eſt formalitas ſumpta pro conceptibilitate, non autem pro quidditate. Sed ſaltem ſequitur vt vnum & ens ſint eadem conceptibilitate ſiue formalitate conceptibili. Sed hoc eſt contra eos, nam volũt illa diſtingui formaliter conceptibiliter, non autem realiter. Quare ratio ſtat in ſuo eſſe, ꝙ ſi ſint eadem realitate & realiter, erunt eadem formaliter, & formalitate, & hoc ſumendo formalitatem pro conceptibilitate, quod negarent. Contra tertiam obiicit Ioãnes & acute ſic. Quæcũque diſtinguuntur formalitate & formaliter, diſtinguuntur realitate & realiter, probatur, quia quæ diſtinguuntur in ratione ſuperiori; diſtinguuntur in ratione inferiori vt quæ diſtinguuntur in ratione animalis, diſtinguuntur in ratione hominis, omnia enim quæ animali differunt homine vel equo differunt. Modo formalitas eſt ſuperior ad realitatem, & ſic quæcunque formalitate & formaliter diſtinguũtur, realitate & realiter diſtinguuntur, igitur non poſſunt vnum & ens eſſe eadem realitate ſi formalitate diſtinguũtur. Quidam negarunt maiorem huius obiectionis & dederunt inſtantiam, ſed ad noſtram probationem nihil dixerunt, nec dicere poſſunt. Immo hæc ratio ad certum propoſitum ſolet fieri ab eorum principe cōtra Thomam, & ita qui enitetur ſoluere hãc rationem, enitetur ſoluere rationem de habitu contra Thomam, quã ille fecit in lib. ſententiarum primo in prologo. Et ita ego non alijs contra ipſum argumentatus ſum, niſi ſuis viribus. Et animaduerte ꝙ iſtæ duæ rationes fundantur in dictis iſtorum, nam iſti volunt formalitatem hic ſumptam eſſe omne illud qd' eſt extra nihil cuiuſmodi ſunt modi intrinſeci, differentiæ vltimæ, & id genus. & hoc pacto realitas quouis modo ſumpta eſt inferior ad formalitatē, & ideo iſtæ duæ rationes ſunt efficaces contra eos. Quarta cōcluſio eſt directe contra peripateticos, vt prima diſpu. primi libri diſputaui, & nunc ſolum volumus eſſe dictum in tantũ. Rationes vero horũ ſoluent̃ cap.5. At Pla. philoſophus celeberrimus de diſpu. voluit vnum eſſe ante ens, & ipſo prius atque cōius, quippe cum apud eum materia & prima cauſa ſub vno cōtinentur: non aũt ſub ente, huic Proclus aſſentitur appellans ipſum ens primam creaturarum, hanc poſitionem Parmenides voluit dum dixit omnia eſſe vnum: aſpexit.n. ad Deũ qui omnia eſt eminenter. Sed huic poſitioni in hoc 4. Ariſt. obiecit, probans vnum & ens dicere eandem naturam cum eadem proculdubio generatione generentur, eademúe corruptione aboleſcant. Amplius eſt hominis & vnius hominis eadem ratio. Præterea differētiæ entis & vnius ſunt eædem, & alia plura frequēter in hoc lib. lectitabis. Nō tamen volo te ignorare ab Ariſt. etiam ens eſſe acceptũ interdum pro ente prædicamētario, & hoc pacto ſumpſit Plato: nam hoc modo vnum eſt ante ens interdum pro cōiſsimo: qd' de prima cauſa dicit̃, & cauſato vt.d. Simplicius, & hoc pacto accepit in lib. meta. qũo Plato concederet ens & vnum cōuerti. Hæc de poſitionibus.

*Solutio quadam.* *Replica.* *Ratio hæc Scoti priſ. ten. in pro. vbi reprehendit Tho. de habitu & formalitate eum.* *Pō Pla.* *Confutatio.* *Conſilium.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De diſputatione ſunt duo modi, vnus dicebat ens & vnum & generatim omnia trãſcendētia eſſe penitus ſynonyma ſiue multiuoca. Alius modus dicit illa eſſe natura & realitate eadem, diuerſa tamen ratione, non quidem ex parte rei: ſed ex parte intellectus noſtri conſiderantis inter illa. Sed ad euitandum nugationem iuxta primum modum dicebamus prima diſpu. primi ſynonyma eſſe aliqua, quæ de ſignificato & de conſueto modo ſignificandi ſunt eadē aliqua quidē quæ de ſignificato ſunt eadem, non autem de cōſueto modo ſignificandi, veſtis quidem & tunica & de ſignificato & de conſueto modo ſignificandi eadem ſunt, at ens & vnum de ſignificato quidem ſunt eadem, nō autem de cōſueto modo ſignificandi, quia de cōſueto ſignificandi modo vnum ſignificat indiuiſionem, quam ens de conſueto modo ſignificandi non ſignificat, & ſic euitabimus nugationem. Secundo ſoliti ſumus euitare nugationem, quia dicere ſolemus aliqua eſſe ſynonyma in concreto, quæ non ſunt ſynonyma in abſtracto, vel quod idem eſt aliqua eſſe ſynonyma quo ad ſignificata, quæ non ſunt ſynonyma quo ad rationes ſignificandi nominum, vt ens & vnum in concreto quidem, quia nihil realiter vel formaliter.d. alterũ, de quo in concreto non dicat aliud, vnum enim eſt ens vnitas eſt ens & indiuiſio eſt ens. Similiter econtra, in abſtracto aũt non,

*Primus modus dilucidandi. De nugatione. 1. ſolutio.* *2. ſolutio.*



non, nec quo ad rationes ſignificandi nominum, quia vnitas non eſt entitas, nec econtra. Indiuiſio etiam nō eſt entitas nec contra, & ſic hæc ſunt ſimpliciter ſynonyma, quæ ſecundum rationes eorum formales non ſunt ſynonyma, & ſic euitat̃ nugatio. Quare ſtat illa eſſe ſynonyma, & non eſſe nugationem dicēdo ens vnũ: vel vnũ ens, quia licet ens prædicetur de vno cōuertibiliter, & de indiuiſione, quæ ratio eſt vnius, entitas tñ vel ratio entis nō prædicat̃ de rōne vnius ſiue indiuiſione. Et propter hoc euitatur nugatio: & vt diximus de vno, ſic de cæteris tranſcēdentibus dici pōt. Ex his ſequitur ꝙ licet vnũ & ens iuxta hunc modũ ſint multiuoca ſiue ſynonyma, non tñ ita veluti veſtis & tunica, qm̃ hæc ſunt & de ſignificato & de cōſueto mō ſignificandi eadem, vel ſunt de ſignificato, & rōnibus ſignificandi eadem, ideo eſt nugatio dicere veſtis, tunica: & id genus. Verũ de his in prima diſpu. primi. Secũdus modus cōis & magis explicatiuus eſt tenendo ens & vnum nō eſſe ſynonyma, immo differre ratione intell's. Ad cuius euidentiã eſt aīaduertendũ primo ꝙ vnũ nihil poſitiuũ dicit præter ens, ſed duplicē per intell'm addit negationē. Prima eſt indiuiſio in ſe, cuius fundamentũ eſt idētitas ſui ad ſe. Secunda & alteri nō identitas, & ſic prima negatio eſt diuerſitatis, ſecunda idētitatis. Ex his ſequitur ꝙ præter operationē intell's nihil eſt formaliter vnum, vt nec lapis, nec homo, nec aliquid id genus. Deducitur, quia vnum enti addit ſolum negationē, ſed negationes & priuationes non ſunt niſi res intentionales, & nō reales: igitur prętet intell'm nihil eſt formaliter vnũ: ſed ſi aliquid eſt vnũ, i. materialiter, ſiue identitate, ſiue fundamentaliter. Secundo ſequitur ꝙ dũ dicit̃ Deũ eſſe vnũ, nihil aliud eſt dicere, quã deum eſſe fundamentũ vnitatis, & id cui (cum conſideratur ab intellectu) nō pōt ſibi attribui, niſi vnitas & nō multitudo, tñ circũſcripto actu intell's nec Deus, nec aliqd' ens eſt formaliter vnus. Tertio ſequit̃ qd' ſi dicit̃ Deũ eſſe vnũ præter operationem intell's nō intelligit̃ niſi ipſum eſſe ens, quod dũ cōſideratur ab intellectu per nullum actum pōt ſibi attribui niſi vnitas, & nullo pacto multitudo. Quarto ſequitur ꝙ nihil extra intell'm eſſe formaliter multitudo. Sed ſi dicatur hoc eſt pro tãto, quia dũ conſiderat̃ ab intellectu, ſibi multitudo ſolum tribuitur. Hæc.n. oīa & alia id genus ſequũtur, ſi negationes & priuationes ſint ſolũ res intētionales, vt tenēt Expoſitor, Auerroes & oēs boni peripatetici. Ex his ſequit̃ ſoľo diſpu. ſ̃m cōem opinionem, ꝙ vnum nihil poſitiuũ addit præter ens. Hæc probat̃ ſupponēdo ſ̃m Auer. & Expoſitorē, & Egidiũ, & oēs quicquid eſt poſitiuũ & reale eſt vnũ per conſiderationē intell's illi tribuētis duplicē negationē, vel ſaltem quod nō ſit vnũ formaliter tm̃, ſed vel denominatiue, vel quaſi denominatiue de mēte aliquorũ. probo igit̃ primo iſtud poſitiuũ additũ eſt ens formaliter, igit̃ ſ̃m eos vnum denominatiue. Hæc.n. cōſequentia tenet per eos, qui dicunt vnum de ente formaliter nō prædicari niſi denominatiue. Sed negabis añs, vt ipſi negant ideo probo. quia illud eſt formalitas, igitur ens. añs rurſus probatur primo, quia diſtinguit̃ illud per eos ab ente formalitate, igitur alia eſt eius formalitas, & alia illa entis. igitur eſt formalitas. Præterea eſt ratio obiectiua ex natura rei apta terminare intell'm, igitur formalitas. Præterea illud poſitiuum, quod addit vnum ipſi enti diſtinguitur formaliter à nihilo, quia affirmatio p eos.d. diſtinctam formalitatem à negatione, quam deſtruit, igitur illud erit formalitas quædam. Ex iis omnibus ſequitur illud additum eſſe ens formaliter quia vt proxima dixerunt quæſtione ens & formalitas & obiectum intellectus ſunt æqualis ambitus. Et tunc ratio componitur ſic hypotheticæ ſi vnũ adderet enti aliquid poſitiuum, tũc illud eſſet formale vel formalitas quædam, vt per deducta patet. Vltra eſſet formalitas vel formale, igitur ens formaliter per deducta. Vltra ens formaliter igitur vnum denominatiue. Et ſic quærat̃ de illa vnitate, reddibitque ratio Auer. de reductione rationis contra Expoſitorē nihil aliud eſt, qa apud expoſitores & Auer. atq; Egidium, ens quod eſt vnũ quaſi denominatiue eſt id omne quod eſt formaliter poſitiuũ, vt ſuppoſui, at negatio quã ipſum vnum enti ſuperaddit, cũ non ſit quid poſitiuum, nō dicit̃ vna niſi ſeipſa, veluti albedo eſt alba ſeipſa, quatenus eſt id quo aliud eſt album. Sic.n. negatio, qua vnum dicitur formaliter, cum non ſit quid poſitiuum, illa eſt vna ſeipſa, quatenus eſt id quo aliud eſt vnum, differt vero dicere vnum & albũ, quia album cũ ſit prædicamentariũ non dicit̃ de ſuo formali, quia nō eſt vera hæc albedo eſt alba, cum vero ens & vnum dicuntur de quolibet, & ſit tranſcendentia, dicunt̃ etiã de ſuis rōnibus, quia entitas eſt ens, & vnitas eſt ens, & indiuiſio eſt ens. Itēq; entitas eſt vna, indiuiſio eſt vna, & vnitas eſt vna. Quo igitur ad modũ prædicandi vnum differt ab albo, non autem quo ad res prædicantes: quia vt albedo eſt alba ſeipſa, ſic indiuiſio, ſiue negatio vna ſeipſa, verum illa non conceditur, albedo eſt alba propter limitationem noīs, at illa ſic. Ex his apparet ꝙ reductio hæc nulla eſt, quia apud peripateticos, videlicet, illud additum eſt poſitiuum, igitur vnum quaſi denominatiue, vel per vnitatē aliã aliquo modo ab illo. Sed nō valet de negatiuo, quia pōt aliqua negatio eſſe vna ſeipſa, & non per vnitatem aliquo pacto aliam ab ea, vt indiuiſio qua ens dicitur vnum, ſeipſa eſt vna. Hæc ratio quæ fuit Auer. volo vt ſufficiat, cæteras nolo defendere, qm̃ ſunt iuniorum quibus nullam præſto fidem. Vnde breuiter tota vis rationis eſt hæc, illud reale poſitiuum: quod addit vnũ ipſi enti, eſt formaliter ens, igitur denominatiue, vel quaſi denominatiue vnum. añs eſt expoſitoris Auer. & oīum: & illud coguntur concedere ipſi per eorum poſitiones, vt declaraui. Cōſequens eſt omnium, & illud concedunt. Tu vero ſoluas, ſi potes: de negatione vero noſtra, quã vnũ enti addit, non oportet dicere illam eſſe vnã, alia & quaſi denominatiua vnitate: quia illa non eſt ens formaliter poſitiuum, propterea ſeipſa eſt talis. Secunda concluſio vnum enti non addit niſi negationem. deducitur, quia vnum enti addit aliquid, & non realiter, atq; formaliter poſitiuũ, igitur negationē, quid autē ſit hæc negatio patuit. Sed occurres huic poſitioni per rationes noſtras prima diſputatione huius. primo ſic, nihil diſtingui pōt ab ente per aliquid quod eſt ens, ſed illa negatio eſt ens: igitur p illam vnum ipſum non diſtinguitur ab ente. Secundo tunc ipſum ens nō pręDicaretur formaliter de ipſo vno. deduco, quia nihil prædicatur formaliter de aliquo, cuius ratio diſtinguitur formaliter à ratione alterius, ſed ratio entis differt formaliter ſaltem per intellectum ab ipſius vnius ratione, vt poſitio.d. igitur ens nō prædicatur formaliter de ipſo vno. Tertio principaliter dubitatur, ſi ens p̄dicatur formaliter de dr̃iis vltimis, de paſsionibus entis, de modis intrinſecis, & id genus. videt̃.n. ꝙ non per rationes aliquorum factas cōtra Auic. Quarto dubitatur. vtrum vnum, quod cum ente conuertit̃ ſit vnum numero, oē.n. vnũ eſt aut genere, aut ſpecie

*Excerptum.* *Secundus modus cōis.* *Excerptum.* *Cōcluſiones peripatetica. Prima.* *Vis rōni.* *2. concluſio* *Replica & dubitationes.*

aut numero. Quinto videt ꝙ vnum non ſit illa duplex negatio, quia tunc non eſſet idẽ realiter enti, quia nulla negatio eſt idem realiter alicui poſitio. Præterea arguas per oẽs rõnes aliquorum factas pro vltima eorũ concluſione. Et aĩaduerte, ꝙ quæcunq; dixero de vno poſſunt dubitari de cæteris quæ cũ ente conuertuntur vt bonum, verum, & id genus, quare eadem ſolutio competit. Secundo nota, ꝙ prima diſputa. huius probabiliter tenuit illa ſex eſſe ſynonyma atq; multiuoca, & poſſet defendi illa põ diſputandi gratia, at nunc hęc põ tenetur magis pro mente peripa. His præmiſsis ad dubitationes dico, & primo ad primam vbi debes ſcire ꝙ ratio entis includitur in vno, & in oĩbus his quæ cũ ente conuertuntur, rõ tamen vnius non includitur in ente, nec rõ boni includitur in ente. Tunc nego maiorem. poteſt. n. ipſum, vnum diſtingui ab ente: non per hoc, quia rõ vnius non ſit ens, ſed per hoc, qa rõ vnius non eſt de rõne entis, & ſic vnum diſtinguitur ab ente, quia rõ vnius non includitur in ente. Similiter bonum diſtinguitur ab ente, quia rõ boni non includitur in ente.

Repli. Sed replicabis fortiter. Primo quia ſi ratio entis includitur in vno ipſo & in bono, & in cæteris cõibus, & non econtra, tunc ipſum ens prædicaretur de illis non conuertibiliter, ſed tanquam ſuperius de inferiorib⁹. Secundo nunquid rõ vnius includat in ceteris, vel quo differunt illa conuertibilia inter ſe.

Solutio. Ad primam nego conſequentiam: nam rõ hominis includitur formaliter in riſibili, & non ecõtra, & tñ homo de riſibili prędicatur per ſe primo mõ conuertibiliter, bene rõ hoĩs includitur in riſibili & diſciplinabili & oĩbus paſsionib⁹, & non econtra, & tñ conuertuntur oĩa. Ad ſecundam dico ꝙ ita eſt de illis quę conuertuntur cum ente, ſicut de illis quæ conuertuntur cum homine, modo rõ hoĩs in omnibus illis includitur: nulla tñ rõ alicuius illorum includitur in aliquo alterius. Sic dico de his quæ cum ente conuertuntur, nam rõ entis in omnibus illis includitur, & tñ nulla cæterorum includitur in aliqua illorum, hoc aũt maxime patet, ſi inter illa nullus ſit ordo eſſentialis, nam qui ponerent inter ea ordinem eſſentialem, forte cogerentur dicere rationem prioris includi in omnibus poſterioribus, & ſic vſq; ad vltimam. Ad ſecundam dico ꝙ ens prædicatur de oĩbus illis formaliter, quia rõ entis includitur in omnibus illis formaliter, econtra autem nulla rõ cęterorum in ente includitur, & ita nullum cæterorum prædicatur de ente formaliter.

Repli. Sed replicabis ratio entis non prædicatur de ratione aliqua illorum, quia nõ eſt hæc vera indiuiſio eſt entitas: igitur nec ens de vno: vel de aliquo illorũ.

Solutio. Ad hoc nego conſequentiam, quia aĩalitas non prædicatur de humanitate, & tñ aĩal prædicatur formaliter de homine. Amplius homo prædicatur formaliter de riſibili, & tamen humanitas non de reſibilitate. Ad tertiam diximus ꝙ peripatetice loquẽdo, ens non eſt prędicatum de aliquibus: & ſic de nullis prędicatur formaliter, ſolum. n. dicitur prædicatum ſm opinionem hoc eſt ſm ſimilitudinem: non autem in rei veritate, vt primo priorum diximus capite de inuẽtione medij, tamẽ concedendo ipſum eſſe prædicatum ſm opinionem,

Nota. vel ſm metaphoram. Dico primo quod prædicat formaliter de omnibus, vt dixi & de paſsionibus & modis & differẽtiis vltimis & omnibus id genus, quia rõ entis includitur in oĩbus, & nulla cæterorum in ente, & vt dixi illa omnia reſpectu entis nõ ſe habent vt differetię vel paſsiones niſi forte ſm opinionẽ. Tũc ad rones eorũ: licet ſit bene reſponſum, etiam dico ꝙ A & B. dñiæ vltimę formaliter in entę cõueniũt, & negat ꝙ differũt immo ſunt primę diuerſæ ſeipſis differẽtes. Sed dices primo diuerſa in nullo cõueniũt, põt dici, ꝙ primo diuerſa ſunt quæ nõ per aliquid differunt & ꝑ aliquid conueniunt. Sed quæ ſeipſis differunt, ſiue cõueniant, ſiue nõ. Præterea ipſi concedũt aliqua poſſe conuenire in cõceptu reali, & eſſe primo diuerſa in realitate, igit nõ eſt de ratione primo diuerſorũ vt nõ conueniãt, ſed tñ vt per nihil differunt, ſed ſolum de ipſis. Hæc dixi tenẽdo opinionem Auicen. nam quid peripatetice ſit dicendum dictum eſt. Per idem ad ſecũdam dico ꝙ in cõpoſitione reali & intentionali nõ eſt oĩno ſimilitudo, qa dato ꝙ vltima reſolutio ſtet ad conceptũ entis & vltimæ dñiæ, nõ oportet quodlibet illorũ eſſe extra rationẽ cuiuſlibet alterius, ſed ſolũ quod alterum ſit extra rõnem alterius, & ſic ſimilitudo nulla, in reſolutione enim intellectuali nõ oportet cõtrahibile eſſe extra rõnem contrahentis, ſed ſolũ econtra ſecus eſt de genere ſiue potentiali & de actuali. nam genus eſt extra rõnem dñiæ & econtra, & propterea ens nõ fuit genus, quia eſt de ratione cuiuſlibet apud Ariſ. Ad rõnem quartæ dubõnis. Ad primã dico ꝙ vnum quod conuertitur cũ ente non eſt vnũ numero, nec vnũ ſpecie, nec vnũ genere, ſed vnũ tráſcendente: vnum. n. numero addit illã duplicẽ negationem ſed non eodem modo. dicitur. n. vnum numero, quod non eſt numero ſub eadem ſpecie in ſe diuiſum, nec eſt idem alicui eiuſdem ſpẽi, vnũ ſpecie, quod non eſt diuiſum in ſpecie, nec idem alicui eiuſdem ſpẽi, vnum genere quod non eſt diuiſum in genere: nec idẽ alicui ſui generis. at vnum quod cum ente conuertitur, eſt quod nõ eſt diuiſum in ente, nec idem alicui enti, & ita iſtæ negationes ſunt reſpectu cõioris. Ad rõnes quintę dubõnis, Ad primam dico ꝙ vnũ non eſt illa duplex negatio niſi quo ad formale, quo. n. ad materiale nihil aliud eſt quã ens illud, cuius eſt vnitas, & cõcedo ꝙ illa duplex negatio, nec eſt idẽ realiter nec diſtincta realiter ab ente poſitiuo, quia nõ eſt ens reale. Sed põt dici illa negatio nõ idem realiter enti, nõ tamen ꝑꝑ hoc, ipſum vnũ nõ erit idem realiter enti abſolute, niſi quo ad formale, ſtat. n. vnum eſſe idem realiter enti, cuius formale non eſt idẽ realiter illi. Solutio. Sed dices, igitur abſolute erit dicendum nõ idem realiter, quia formale eſt potius materiali cuiuis. Replica. Dico ꝙ in hoc caſu materiale eſt potius, eo quia materiale nõ eſt, ens rationis, formale vero eſt ens rationis, qñ. n. ambo eſſent eiuſdẽ maneriei. ſemp formale eſſet potius. In diuerſis vero maneriebus ſecus eſt. In artificialibus. n. tota ſubſtantia eſt ſubiectũ, & nõ forma, vt dicitur. 2. de aĩa. cõm. 8. Cõm. 8. Ad ſecundã dico ꝙ vnũ formaliter nec eſt perfectio ſimpliciter, nec imperfectio quia quo ad formale nõ habet eſſe extra intellm, eſt aũt vnũ perfectio ſimpliciter quo ad materiale, & ſic ratio concludit verum, videlicet, ꝙ ipſum vnũ nõ eſt pura negatio. Ad tertiã dico ꝙ præter operationẽ intellis entia nõ reducuntur ad vnum formaliter, ſed bene ad illud qđ non poteſt actu conſiderari niſi vt vnum. Ad quartam dico ꝙ præter operationẽ intellis formaliter nihil eſt magis vnum altero, ſed bene vnum eſt conſiderabile ab intellectu ſub maiori vnitate q̃ alterũ. vnum. n. eſſe magis vnum altero, non eſt aliud, q̃ quod cũ conſideratur ab intellectu reperitur magis vnũ. Ad quintam dico ꝙ extra intellectũ nulla eſt menſura, nulla eſt ratio vnius, ſed vnum dicitur menſura, quia quando conſideratur id quod eſt menſura inuenitur vnum. Ad ſextam dico ꝙ nullus



nullus eſt numerus extra animã formaliter, ſed bene ea quæ ſunt numerus, & propterea nõ componitur extra animã ex negationibus. Ad ſeptimam nego ꝙ vnum ſit vera paſsio entis, qm ſemper paſsio eſt res alterius pdicamenti à ſubiecto, dicit aũt paſsio ſm opinionẽ veluti ens eſt ſubiectũ ſm opinionẽ, & pdicatũ ſm opinionẽ. Modo dico ꝙ ideo dicit paſsio ſm opinionẽ, qa enti addit aliquã negationẽ, quæ non eſt de eſſentia illius. Hæc ad rationes eorũ. Ex his ſequitur ꝙ iuxta hanc cõem poſitionem vnum & ens non ſunt ſymonyma nec eſt nugatio dicere ens vnum, vel ens bonũ, & id genus: qm licet vnum & ens ſunt ex parte rei oĩno idem, formaliter aũt ex parte intells diſtinguũtur, quæ diſtinctio tollit ſymonymitatem, & nugationẽ. Aĩaduerte ꝙ licet prima diſpu. huius probabiliter tenui vnũ & ens eſſe ſymonyma, & euitaui nugationem, nunc ſecutus ſum opinionẽ veriorẽ. Illam. n. poſitionem dixi ad acumen intells, hãc pro veritate, & magis conuenientẽ verbis Ariſto. & bonorum expoſitorum. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM.

AD primam aliqui & Ioãnes concedunt totũ, vt. n. illa eſt vera, tñ ens eſt, ſic hæc tñ vnũ eſt, nec iſtam improbauit Ariſt. lib. phy. ſed ꝙ tñ ſit vnum numero ſimpliciter & determinate vt vnum Socrate vel vnum Platone, & id genus. Egidius negat conſequẽtiam, quia licet vnum & ens ſint idem conuertibiliter, tñ vnũ addit enti indiuiſionẽ, & ſic ſenſus eſſet tñ vnum eſt, ꝙ vnũ ſit, & nihil nõ vnũ ſit, & ita excluderetur multitudo ab entibus, quare negatur conſequentia. Sed quæres obiter quonam modo probetur excluſiua primi ordinis, vt illa, tñ aĩal eſt homo, cõiter à logicis tenet ꝙ probetur per piacẽtem & per negatiuã de ſubiecto præiacentis infinitato vel negato, hoc pacto, aĩal eſt hõ, & nihil non aĩal eſt homo, igitur tñ aĩal eſt homo, nõnulli volunt ꝙ probetur ſolum per illam negatiuam de ſubiecto excluſiue infinitato vel negato, videlicet, nihil nõ

Confutatio. animal eſt homo, igitur tñ aĩal eſt hõ. Sed harum poſitionum prima videt contra Ariſto. in prædicamentis, vbi concedit illam ſolæ ſecundæ ſubſtantiæ ſunt genera & ſpẽs, & eã probat ſic, oĩs ſecunda ſubſtantia eſt genus vel ſpecies, & nulla nõ ſecunda ſubſtantia eſt genus nec ſpẽs, igitur ſolæ ſecũdæ ſubſtantiæ ſunt genera vel ſpẽs. Minor eſt vera, quia accidẽtia non ſunt genera & ſpẽs propriæ. Secunda expoſitio falſa eſt, quia nõ valet, nihil non animal eſt homo, igitur tñ animal eſt homo, quia dato ꝙ nullum aĩal ſit in mũdo. añs eſt verum ſine conſequente. Aliter dici ſolet ꝙ oĩs excluſiua primi ordinis probatur per vbm præiacentem & negatiuã de ſubiecto negato hoc pacto, oẽ aĩal eſt homo, & nihil non aĩal eſt hõ, igit tñ aĩal eſt homo, & quia exponẽs prima eſt falſa, ideo negant propoſitionẽ, ſed ſi dicat hæc eſt vera tñ. Socra. eſt muſicus, & tñ nõ p vbm præiacentem exponit, dicũt ꝙ exponitur ſic, omne qđ eſt Socra. eſt muſicũ, & nihil nõ Socr. eſt muſicũ: igit tñ Socr. eſt muſicus. Sed de his alibi quære. Hęc dicta ſunt ad excitandũ. Ad ſecundã negat, qa multitudo eſt vna & ens, & dico ꝙ vnum diuidit ſm rõnem formalem à multitudine hoc pacto, ꝙ rõ multitudinis nõ eſt de ratione vnius, tñ rõ vnius eſt de rõne multitudinis, vt licet differũt ſm rõnem formalẽ, tñ vnũ prædicat de altero ſaltẽ quaſi denominatiue. Ad tertiam dico ꝙ illi modi vnius nullius ſunt prædicamenti, ſed ſunt tráſcẽdẽtes, ſimiliter negat ꝙ vnum ſit principiũ numeri pdicamentalis, eſt. n. principiũ numeri tráſcẽdẽtis. Hęc de diſpu. 3.

*Si igitur ens & vnum idem & vna eius natura, quia ſe adinuicem vt principium & cauſa &c. Tex. idem.*

## DISPVTATIO QVARTA
De diſtinctione paſsionis à ſubiecto.

*Num & quõ propria paſsio diſtinguatur à ſuo ſubiecto.*

### CAPVT DVBITATIONVM.

QVOD paſsio non differat ſm rem à ſubiecto multifariam argui ſolet. Primo quia vt dicitur poſter. ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio etiam negationis cauſa eſt, igitur ſi ſeparatio eſt cauſa diſtinctionis realis, ipoſſibilitas ſeparationis erit cauſa identitatis realis. Secundo illud quod cõpetit alicui circũſcripto ab eo omne quod diſtinguit realiter ab illo, eſt idem realiter illi. Sed propria paſsio cõpetit alicui ſubiecto vt riſibile homini circũſcripto ab eo omni eo quod differt realiter ab ipſo, nam ab hoĩe ſi remoueatur omne realiter diſtinctum, adhuc, homo eſt riſibilis, igitur propria paſsio non differt realiter à ſubiecto. Tertio ſi ſubiectũ diſtingueret ſm rem à propria eius paſsione: ſubiectum poſſet eſſe ſine ſua propria paſsione. deducitur oẽ abſolutũ prius eſſentiale, & realiter diſtinctum à ſuo poſteriori, poteſt eſſe vel ſaltem ſibi non repugnat eſſe ſine illo, vt patet. 5. capite de priori, at ſubiectum repugnat eſſe ſine ſua propria paſsione, igitur non differt ſm rem ab illa. Quarto potentia materiæ non differt apud Auer. ab ipſa materia, eſt. n. potẽtia materiæ nihil aliud quam ipſa materia potẽs ſm Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, & tamen potentia eſt proprium propriorum materiæ, vt. d. ipſe. Quinto inclinatio rei vel aptitudo rei & appetitus rei non ſunt aliud quã ipſa res apta ad ſuam perfectionẽ vt colligitur primo phy. Sed propria paſsio non eſt aliud quã aptitudo ſubiecti ad propriam operationẽ, igitur non differt à ſubiecto. Sexto paſsiones entis vt vnũ, verum, & id genus non differunt realiter ab ente, & tñ ſunt paſsiones, igitur nõ diſtinguitur propria paſsio à ſubiecto In cõtrarium eſt expoſitor, & communiter oẽs qui tenent ſubiectum & propriam paſsionem eſſe res diuerſorum prædicamentorum, & ita ſm rem diſtinctas.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PASSIO (quæ græcè ab Ariſt. dr̃ pathema) multifariam ſumi conſueuit ab eodem, interdum quidẽ pro aĩæ affectione, vt in lib. de interpretatione dicit, ſunt autem voces earum quæ ſunt in aĩa paſsionum notæ, nõnunquã vt diſtinguitur contra agere, vt in lib. de generatione tractauit de agere & pati, aliqñ pro proprio. 4. modo qđ græce dicit ἴδιον ſiue propriũ. 4. mõ. Hoc. n. eſt accñs quod de ſubiecto pdicat extra eſſentiam conuerſim, cõpetere. n. extra eſſentiam oĩ & ſoli & ſemper alicui, eſt prædicari de illo extra eſſentiam conuerſim, & in hoc differt propria paſsio ab accidẽte: nã nullum accidẽs cõpetit omni & ſoli, & ſemp: ꝑpea dr̃ qđ adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ, quia prædicatur de ſubiecto non conuerſim extra eſſentiã: in diſpu. igit per propriam paſsionẽ nihil aliud volumus intelligere niſi propriũ. 4. mõ. Excerptum. Ex his ſequit ꝙ multa dicunt accidẽtia propria, quæ ad hũc ſenſum nõ ſunt ꝑpriæ paſsiones, vt caliditas, ignis, reſpectu ignis & ſymmitas reſpectu naſi, & id genus, niſi enim prædicentur conuerſim, non poſſunt dici propriæ paſsiones. Hæc de titulo

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Pō Tho.* De diſpu. Tho. cōcorditer determinant oēm propriam paſsionem, quæ re vera dicitur propria paſsio, diſtingui ẜm rem ab eius ſubiecto, dixerunt quæ re vera eſt propria paſsio, quia ſicut ſubiectū & prædicatū apud Ariſt. non dicuntur niſi ſint res prędicamentales, ita propria paſsio nulla dicitur, quæ non ſit prædicamentaria res. Propterea ea quæ cum ente de quolibet conuertuntur non dicuntur propriæ paſsiones, ſicut nec ens dr̄ re vera ſubiectū, nec prædicatū, niſi ẜm opinionē vel metaphorā, vt dictum eſt in lib. prio. & ſic illa conuertibilia cū ente ab ente non diſtinguuntur, niſi rōne & non re. *Pōnes pro Thomaſtis.* Pro hac pōne fieri ſolent plures rōnes. Prima quia res diuerſorū prædicamentorū diſtinguuntur ẜm rem: qm̄ decē prædicamēta ẜm peripa. ſunt decē rerum genera. Sed ſubiectū & propria paſsio in diuerſis collocantur prædicamentis, vel ſaltē non ſunt in eodē prædicamento per ſe: igitur re prædicamentaria diſtinguuntur: & ſic realiter. Secundo oīs cauſa diſtinguitur realiter ab eius effectu, ſed ſubiectū eſt cauſa vel effectrix, vel materialis ſuæ propriæ paſsionis, vt alibi diſputaui, igitur diſtinguit̄ realiter ab eius propria paſsione, quod ſi dicatur ꝙ ſubiectū non eſt cauſa propinqua propriæ paſsionis, vt iuniores logici dicunt, ſed remota. Contra non maiori propinquitate diffinitio rei eſt cauſa alicuius, quā diffinitum ꝑ illam, igitur ſi ſubiectum non eſt cauſa propinqua paſsionis, & ſic nec diffinitio ſubiecti, & ita demōſtrare paſsionē de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti, non eſſet demonſtratio pp̄ quid, ſed per cauſam remotam, & demr̄o quia. Tertio quæcunq; diſtinguuntur præter operationē intell's, diſtinguuntur re reali. Sed ſubiectum & propria paſsio diſtinguūtur diſtinctione ꝑter actū intell's, igitur re reali. Maior declaratur, quia quæ diſtinguuntur diſtinctione pręter operationē intell's aliquo diſtinguuntur, aut igit̄ aliquo reali, vel aliquo intētionali, non aliquo intētionali, quia ſic nō præter operationē intell's, igitur aliquo reali. Sed oē reale eſt res, igitur quæcunq; diſtinguunt̄ diſtinctione pręter operationē intell's re reali diſtinguūtur. Quarto quæcunq; diſtinguūtur formalitate & realitate, diſtinguuntur re reali. Sed ꝑ eos & per oēs ſubiectū & propria paſsio diſtinguuntur formalitate, & realitate, igitur re reali. Maior patet, quia quæ diſtinguunt̄ in rōne ſuperiori, diſtinguuntur in rōne inferiori, at res eſt inferior ad formalitatem & realitatē apud eos, quia formalitas ẜm eos eſt omne, quod eſt extra nihil. Ex his forte videbitur ſubiectum & propriam eius paſsionem diſtingui ẜm rem prædicamentariam, & eſſe res diuerſas, reſq; realiter diſtinctas, in diuerſis prædicamentis ſemper collocatas, vt ſubiectum in prædicamento ſubſtantiæ, propria oīa in prædicamento qualitatis, aut ſaltem nō in eodē ſubiecto per ſe, vel alijs modis, de quibus nūc ſatis. *Obiectiones.* Sed contra hanc poſitionem obijciunt quidam quam pluribus in locis. Primo ſi paſsio diſtingueretur realiter à ſubiecto, tunc eſſet proceſſus in infinitū in paſsionibus. deducitur, quia ſi riſibile ab hoīe diſtinguitur realiter, certū eſt hoī non repugnare illā aptitudinē quæ eſt riſibilitas, igit̄ ſubiectum erit capax huius aptitudinis, igitur aptum natum recipere illā aptitudinē, igitur ante aptitudinē datur aptitudo, & ſic in infinitū. Secundo arguūt paſsio ſubſtantiarū ſeparatarum eſt idē realiter illis, igitur & paſsiones cæterarū rerum, quia eadē eſt ſimilitudo. Tertio accipio corpus naturale in aliquo priori in quo præcedit ſolum accidentia nouē prædicamentorū, & quæro ſi in illo priori ſit mobile, vel non. Si dicitur ꝙ ſic, igitur mobilitas nō eſt accidens: ſi dicitur ꝙ non, hoc eſt falſum, quia in illo priori eſt naturale, & includens principia motus, igitur aptum moueri. *Pō ſecunda.* Ex his concludunt ſubiectum & propriam paſsionem non diſtingui realiter, ſed ſolum ex natura rei vel formaliter. Et de hac re ipſi varie loquūtur, alij.n. eorum dicunt illa diſtingui realiter in realitate obiectiua, non autē in realitate ſubiectiua, alij quod differunt formaliter ex natura rei: alij alijs modis. *Expō pōnis.* Tu vero apud eos debes ſcire ꝙ res pōt ſumi pro re exiſtētiæ, & pro re eſſentię, ſiue formalitatis ſiue pro re obiectiua, oēs huius factionis volunt ſubiectum & propriā paſsionem non diſtingui realiter re exiſtentiæ, quia ſic ſubiectum poſſet eſſe ſine ſua propria paſsione, tñ diſtinguuntur re eſſentię, quod eſt diſtingui ex natura rei. *Conſilium.* Sed videtur mihi primo quod Thomaſtę, & hi non differunt niſi in verbis, non in re. Thomiſtæ.n. nulli concederent ſubiectum & propriam paſsionem taliter diſtingui realiter vt non repugnet ſubiecto ſeorſum exiſtere ſine paſsione, oēs.n. volunt ſubiectum non poſſe exiſtere ſine ſua propria paſsione, igitur coguntur dicere illa non diſtingui re exiſtentiæ, ſiue re ſeparabilitatis, quod aūt dicant illa diſtingui re reali, nolunt dicere illa diſtingui re exiſtentiæ, & ſeparabilitatis, ſed re eſſentiæ, ſiue prædicamēti, hoc non negarent logici: & ſic dici poſſet quod diſtingui realiter eſt dupliciter aut re exiſtentiæ, aut re eſſentiæ ſiue prædicamēti. Tunc aliqua diſtinguuntur re exiſtētiæ quando poſſunt ſeparari. Tunc re eſſentiæ vel re prædicamēti, qñ vel ponunt̄ in diuerſis prædicamētis vel non ponunt̄ per ſe in eodem. Thomaſtę qñ dicunt ſubiectum & propriam paſſionē diſtingui realiter, intelligunt ẜm rē eſſentiæ, vel rē prædicamēti, non aūt ẜm rem exiſtentiæ. Illi vero volunt illa non diſtingui realiter ẜm rē exiſtentiæ: non aūt prohibet iſta diſtingui realiter ẜm rē eſſentiæ, ſiue prędicamēti, aut quia ſunt in diuerſis prædicamētis, aut quia non ſunt per ſe in eodē, hanc.n. diſtinctionē vocant ipſi ex natura rei, Thomaſtæ realē rei quidē prædicamēti, non exiſtentiæ. Scd̄o dico quod rationes illorum nullę ſunt. Prima quidem reducitur: quia per eos paſsio diſtinguitur formaliter ex natura rei à ſubiecto, ideo ſumo per intell'm in illo priori ſubiectum, in quo præcedit̄ omne ex natura rei ab eo diuerſum, & quæro ſi ſibi competit aptitudo ad riſibilitatē, vel ne, & arguatur vt ipſi arguunt. Propterea dico quod in illo priori non cōpetit aptitudo, ſed bene principium riſibilitatis, qm̄ in illo priori ſubiectum includit principia eſſentialia, & ſic non denominatur aptū ridere denominatione paſſionis, ſed denominatione principiorum illius, quia eſt habens principia aptitudinis ad ridendum: & concedo ꝙ in illo priori eſt capax ridere, non quidē capacitate aptitudinis ſed principiorum aptitudinis. Ad ſecundā negatur ſimilitudo, qm̄ ſubſtantiæ ſeparatę non ſunt in prædicamēto & ea quæ inſunt illis æquiuocę inſunt. Ad tertiam dico vt ad primam & reduco illam contra eos vt reduxi primam, & propterea reſpondeo pro me & ipſis: ꝙ corpus naturale in illo priori non denominat̄ mobile mobilitate aptitudinis, ſed principiorum aptitudinis, & ſic rationes iſtorum non valēt, & eorum poſitio non differt ab illa Thomaſtarum, niſi ſolum in verbis. *Qualis poſitio Thomaſt.* Sed qm̄ poſitio Thomaſtarum non eſt ẜm modum loquendi peripateticorum, licet re vera ipſa ſit peripatetica, ideo omittatur.

CAPVT



CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*De diſtinctionibus & identitatibus.* ARISTOTELES & Auer. Alexan. Them. Simp. & Philop. nunꝗ tales diſtinctionū ſpēs ſenſere: de quibus (ſi Deus voluerit) elēchiā ædemus, propterea iuxta ſpecies diſtinctionū peripateticorū, dicamus ꝙ aliqua diſtingui ẜm peripateticos eſſe pōt bifariā aut in ſubiecto aut in definitione ſiue rōne, ceu illa quæ ſunt eadē pñt eſſe aut in ſubiecto, aut in diffinitione. Eadem in ſubiecto eſſe poſſunt multifariā, aut ꝗa ſunt inſeparabilia circa ſubiecta de quibus vt homo & rōnale, de quocunq; enim prædicatur homo, prædicatur rōnale & econtra, nec pñt vnquā ſeparari, aut quia ſunt inſeparabilia circa ſubiecta in quibus, vt riſibile & diſciplinabile, nō.n. pōt alicui ſubiecto ineſſe riſibile, quin illi inſit diſciplinabile, igitur diſtingui ſubiecto eſt, aut quia poſſunt ſeparari circa ſubiectū de quibus vt homo & equus, vel homo & aīal, aut quia poſſunt ſeparari circa ſubiecta in quibus vt albū & dulce, diſtingui ratione eſt diſtingui diffinitione, aut vera, aut deſcriptione, aut cōceptione. *1. concluſio.* Tunc dicerēt peripatetici ꝙ ſubiectū & propria paſsio ſunt eadem ſubiecto. *Secunda.* Secundo ꝙ differunt diffinitione, forma & eſſentia. Prima pars patet, quia de quibuſcunq; ſubiectis dicit̄ homo, de his dicit̄ vel in his eſt & riſibile, & contra etiā, amplius quibuſcūq; ſubiectis ineſt riſibile, de illis homo dicit̄, igitur ſunt eadem in ſubiecto pœnitus. Secūda pars probatur, quia ſiquis ſubiectum & propriam paſsionem tētabit definire, reperiet diffinitionem per genera & drīas non eiuſdem prædicamenti, vel diuerſorum prædicamentorū, & quia diffinitio explicat eſſentiam & formam, & ideo differūt eſſentia & forma. Hoc.n. pacto ſoluerēt peripatetici. *Dubitatio. 1.* Sed occurres aſſerens hanc ſolutionem non eſſe completā, quia ego adhuc volo ſcire ſi ſubiectū & propria paſsio diſtinguuntur realiter, vel ſint eadem realiter & per dilucidationem non patet ſol'o. Amplius volo ſcire ſi differunt ex natura rei vel ſint eadē ex natura rei, quod nō patet. *Solutio.* Ad hæc dici pōt ꝙ noua noīa debent diſtingui, & ideo dicerem, ꝙ diſtingui realiter eſt multiplex, & propterea ſi tu velis per diſtingui realiter diſtingui in ſubiecto, illa nō diſtinguūtur realiter, ſi tu velis per diſtingui realiter, diſtingui ratione ſiue diffinitione, dico ꝙ diſtinguuntur realiter, ad hoc.n. non pōt rñderi, niſi declares teipſum, nā cum hæc ſint noua: oportet ipſa exponere & concedere diſtinctionem pro mēbro peripatetico, & negare pro mēbro cōtrario, ſic facias de alijs omnibus diſtinctionibus. *2. dubitatio.* Secūdo quæres vtrū quæ differūt diffinitione, debent eſſe in diuerſis prædicamentis. *Solutio.* Dici poteſt ꝙ quæcunq; differunt prædicamento: & ſunt in diuerſis prædicamentis: ipſa differūt diffinitione, poſſunt tamen quædam differre diffinitione, quæ ſunt in eodē prædicamēto vt homo & equus, & homo & aīal ſaltem ex parte animalis. *3. ſolutio.* Tertio occurres, vtrū aliqua poſsint differe diffinitione: ſi non ſunt diffinibilia. Dici poteſt ꝙ quædam differunt diffinitione, quæ ſunt diffinibilia, quædam vero differunt diffinitione, quæ nō ſunt diffinibilia, ſed deſcriptibilia: dicunt̄ tñ differre diffinitione, quia ſi diffinirentur veris diffinitionibus, illis differrēt. *4. ſolutio.* Quarto vtrū quęcunq; diffinitione differunt, ſubiecto. differūt, & ecōtra. Dici pōt ꝙ non quæcunq; differunt diffinitione differunt ſubiecto. Sed bene quæ eadē ſunt diffinitione, eo pacto quo ſunt eadem diffinitione, ſunt eadē ſubiecto. Secūdo dico ꝙ nō quæcunq; eadē ſunt ſubiecto, eadē ſunt diffinitione, ſed quæcunq; ſunt ſubiecto diuerſa: illa aliqua ex parte ſunt diffinitione diuerſa. *5. dubitatio.* Quinto quæres quonam modo materia & priuatio à peripateticis dicuntur eadē ſubiecto & diuerſa diffinitione. *Solutio.* Dici poteſt ꝙ hæc ſunt eadem ſubiecto, quia priuatio dicitur de materia tanquā de ſubiecto vel de quo vel in quo, & non poteſt de alio dici. Amplius de quocunq; diceretur materia vt de ſubiecto, de illo diceret̄ priuatio tanꝗ de ſubiecto, vel tāquam de eo in quo eſt vt in ſubiecto, & de nullo alio. Ex hoc patet: ꝙ. A. vel B. priuatio certæ datæ formæ non eſt eadē ſubiecto ipſi materiæ, ſed bene priuatio ſimpliciter, qm̄ non de quocūq; dicit̄ materia. de eo dicit̄. A. vel. B. priuatio, quia A. vel B. priuatio pōt dici de materia ſub forma aliqua, in cuius aduētu ceſſat. A. vel. B. priuatio, at nō pōt dici ipſa materia de aliquo, quin de illo dicatur priuatio ſimpl'r. *Sexta.* Sexto occurres quo nam modo ens & vnum & bonum & cætera conuertibilia cū ente ſint eadem ſubiecto cū ente cum ipſum ens de nullo prædicetur, nec illa in nullo ſint, nec de vllo prædicetur. *Solutio.* Dico ꝙ ſiue ens de nullo prædicetur ſiue nō, & illa ſiue in aliquo ſint ſiue nō ſemper dicuntur eadem ſubiecto, quia non poſſunt ſeparari quo ad ſubiecta de quibus dicitur ens, ſiue vere, ſiue ſecundum opinionem, de quibus.n. ens ipſum dicit̄ vel tanquam de veris ſubiectis, vel tanquam de ſubiectis ſecundum opinionem, de illis dicuntur cætera vel in illis ſunt, & cōtra, & propterea ſunt eadem ſubiecto. *Quæ Auer.* Animaduerte tamen Auerroē nōnunquā appellare aliqua eadem ſubiecto, quando alterum alteri accidit & nulli alteri, ad quē ſenſum materia & priuatio dicerentur eadē ſubiecto. Sed re vera ad idem venit, nam ſi priuatio accidit materiæ, & nulli alteri, priuatio diceretur de omni eo, de quo diceretur materia, & de nullo altero. *Quotifariā eſſe eadem ſubiecto vel diſtincta.* Secundo animaduerte ꝙ eſſe eadem ſubiecto multifariam eſt apud peripateticos, quædā.n. ſunt eadem ꝑ hoc, ꝙ ambo inſunt eidem ſubiecto, quædā per hoc ꝙ alterum alteri ineſt, quædam per hoc ꝙ dicunt̄ de eiſdē ſubiectis, quæ ſunt ſubiecto eadē ꝑ hoc ꝙ ambo eidem inſunt ſubiecto, bifariā ſunt, aut inſeparabiliter, aut ſeparabiliter. Separabiliter quidē dulcedo & albedo, hic.n. lacti eidē inſunt, ſed ſeparabiliter, ꝗa poſſunt ſubiecto ſeparari, nā albedo pōt ineſſe agarico, dulcedo autē ambroſiæ quæ diuerſa ſunt ſubiecto. Inſeparabiliter vero riſibile & diſciplinabile, non.n. ſubiecto ſeparabilia ſunt, quæ vero ſunt ſubiecto eadem per hoc quod alterum alteri ineſt, etiam bifariam eſt, aut ſeparabiliter, aut inſeparabiliter, ſeparabiliter quidem vt albū & pomū, nam album eſſe pōt in alio quam in pomo, & pomum ſubiecto pōt alteri quam albo vel de aliquo prædicari, cui non ineſt album: inſeparabiliter vero vt materia & priuatio, homo & riſibile, & id genus, nā nūquam eſt homo de aliquo dicēs, quin de illo vel in illo ſit riſibile. Amplius quæ dicunt̄ ſubiecto eadem, per hoc quia ambo de eiſdē dicuntur ſubiectis. Item bifariam ſunt, aut ſeparabiliter, vt homo & animal. aīal.n. de aliis quibuſdā dr̄ ab hoīe, aut inſeparabiliter vt hō & rōnale, nō enim pōt alterū de aliquo dici, quin de illo alterū dicat̄. *Quæ diſtincta ratione.* Ex his ſequit̄ quæ ſint diſtincta ſubiecto, pñt.n. eſſe diſtincta quædā ſubiecto vna rōne, quę erūt ſubiecto eadem alia ratione, vt cōſideranti patet, diuerſa vero vel eadē rōne multifariā eſt aut diffinitione, aut deſcriptione, aut conſideratione. Ratio.n. vt Boetius dicit ſeſe extendit ad diffinitiones, & deſcriptiones, ẜm vero iuniores ſe extēdit ad cōſiderationes. Ex his ſequitur ꝙ ſubiectū & ꝓpria paſsio ſunt eadē ſubiecto. Secūdo modo & inſeparabiliter, quia alterū alteri accidit, & inſeparabiliter,

biliter, differunt ratione prædicamentaria, ſiue diffinitione proprie, & non tñ cõſideratione vel deſcriptione, quia ſunt in diuerſis generibus. Hæc pauca de diffinitionibus ſm peripateticos, & de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

SED his diſputatis. Ad primã dico ꝙ regula Ariſt. intelligitur in cauſis præciſis, vt patet ibidem, mõ ſeparationis poſsibilitas non eſt præciſa cauſa diſtinctionis rationalis ſm Thomaſtas, ſed ẽt in diuerſis prædicamentis, vel non eſſe in eodem prædicamento per ſe, & ſic ceſſat ratio. Ad ſecundam reduco illam, & accipio maiorem ſic. Illud quod competit alicui circũſcripto omni ex natura rei diſtincto ab illo, eſt idem illi ex natura rei. Sed ab aliquo ſubiecto vt ab homine circũſcriptis omnibus his quæ ab illo diſtinguuntur ex natura rei, adhuc riſibilitas ineſt: igit̃ riſibilitas non diſtinguit̃ ex natura rei ab homine. Minor probatur per rationẽ ſuam, quia circunſcriptis illis omnibus, quæratur ſi hõ ſit riſus & riſibilitatis capax vel ne, & fiat ratio per omnia ſimilis rationi quã ipſi faciunt. Propterea dico pro me & pro his, ꝙ circũſcriptis ab homine omnibus his, quæ ab homine realiter diſtinguuntur: hõ in illo priori nõ denominatur riſibilis denominatione paſsionis: ſed denominatione principiorũ paſsionis, nec denominatur capax riſus denominatione paſsionis, ſed principiorum vt dictum eſt. Ad tertiam dico ꝙ ratio concludit ꝙ ſubiectũ & propria paſsio non diſtinguuntur re exiſtentiæ, tñ re prædicamenti, ſiue re eſſentiæ poſſunt diſtingui, & ſic intelligendo negatur conſequẽtia, ad deductionem dico ꝙ debet, illud prius eſſe abſolutum, & realiter re exiſtentię diſtinctum à poſteriori, aliter nõ, definitio vero quinti metaph. non eſt ad propoſitum. Prius. n. dicitur natura quod poteſt eſſe ſine alijs & alia non ſine eo, quo ad cauſalitatem, vt dicemus. 8. huius. Ad quartam dico ꝙ nec materia dicitur vere ſubiectũ, nec potẽtia vere paſsio, ſed ſolum ſm opinionem, poſitio vero intelligitur de ſubiecto & paſsione prædicamentarijs. Ad. 5. dico ꝙ rei aptitudo poteſt dupliciter ſumi. vno modo pro potentia naturali vel impotentia, & ſic differt re ab eo cuius eſt. Alio modo pro principio, quo res eſt apta, & ſic non paſsio ſed dicitur principiũ paſsionis, vel ſub alijs verbis, dico ꝙ aptitudo rei ad finem vel eius operationem non differt re exiſtentiæ ab eo cuius eſt, ſed bene re prædicamenti, eo quia aptitudo illa ponitur in prædicamento qualitatis, res vero nõ in illo. Ad ſextam iam diximus ꝙ ille non ſunt paſsiones, nec ens eſt prædicatum, nec ſubiectum, niſi ſm opinionem, põ autem loquit̃ de ſubiecto & paſsione prædicamentarijs. Hæc de diſpu. quinta ſatis.

*Idem enim vnus homo, & homo, & ens homo, & non diuerſum aliquid oſtendit ſecundum diſtinctionem &c. Text. cõm. 3.*

# DISPVTATIO QVINTA

## De diſtinctione eſſe ab eſſentia in vnoquoque cauſato.

*Num in quolibet cauſato diſtinguatur eſſe ab eſſentia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET argui ſolet ꝙ ſic. Primo quia eſſentia poteſt intelligi ſine eſſe, vt patet de roſa in hyeme; igit̃ eſſentia differt ab eſſe. Secundo eſſentia põt manere corrupto eſſe, vt patet de roſa in hyeme, igitur eſſentia differt ab eſſe. Tertio eſſentia per diffinitionem ſignificatur: & nõ eſſe, igitur eſſentia differt ab eſſe. añs eſt Auer. 7. huius. Quarto ſi eſſentia & eſſe idem eſſet, tunc dicendo hoc eſt, eſſet nugatio, idem. n. bis repeteretur. *Cõm. 12.* Quinto eſſentia eſt indifferens ad eſſe & ad ſuum oppoſitũ, igitur differt ab eſſe. añs patet de eſſentia roſæ in hyeme, quæ tunc non eſt, & poſtea in æſtate eſt. Sexto omne citra primum eſt compoſitum ex actu & potentia. Sola. n. prima intelligentia eſt liberata à potẽtia. Auer. 3. de anima eſſentia cõpetit rei ex ſe: eſſe vero ab efficiente, igitur eſſentia differt ab eſſe. *Cõm. 7.* Añs patet, quia omni agente circũſcripto homo eſt animal & homo, & tñ homo non poteſt eſſe illis omnibus circũſcriptis, vt patet. 8. omne illud cuius eſſe non differt ab eſſentia, nõ eſt plus vno in ſpecie, ſm peripateticos. Sed omne qđ eſt citra primũ eſt plus vno in ſpecie, quod ſaltem de generabilibus nemo dubitat, igit̃ in nullo citra primũ eſſe & eſſentia ſunt idem. In oppoſitum eſt Auer. contra Auic. qui volebat ꝙ vnum & eſſe ſint diſpoſitiones accidẽtales eſſentiæ ſuperadditæ, contra quem. d. Auer. *Cõm. 5.* ꝙ vnũ ens & eſſe ſunt idem eſſentialiter. Præterea Ariſ. in tex. d. ꝙ idem eſt homo, & ens homo, & non differt niſi ſm dictionem repetitam. Ex his quæſtio redditur ambigua pro vtraq; parte. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo diſputationis. Primo animaduerte ꝙ eſſentia poteſt ſumi vno modo pro puritate rei iuxta illos qui quærunt quintam eſſentiam facere ex vino, vt docet Arnaldus. Interdum eſſentia ſumitur pro ſubſtãtia, vt. d. Boetius, & nullo horum modorum hic capit̃, ſed in propoſito ſumitur eſſentia, pro ratione qua aliquid eſt ens, vt dicemus, eſſe præterea multifariam dicitur, quia vno modo pro eo quod ſignificat compoſitionem, quam ſine extremis non eſt intelligere, & ſic non ſumitur hic. Secundo modo pro eo à quo ſumit̃ hoc nomen ens ſimpliciter, & ſic auditur hic, per cauſatum vero in diſputatione volumus intelligere omne ens citra primum, quod cauſatur vt quod, ſiue per ſe, ſiue per accidens. Hæc pauca de titulo: nam plura in dilucidatione colligentur.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſpu. quidam quatuor conſtituunt concluſiones. *Poſitio. 1.* Prima eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ, non diſtinguũtur formal̃r: hãc probãt quia eſſe eſſentiæ & eſſe exñtię ſunt diffinitione eadẽ, nam eadẽ diffinitione hõ in actu & hõ in potẽtia diffinit̃, igitur ſunt idẽ formaliter. Scđo quod diſtinguitur formaliter ab alio. ſi addat̃ ei, à quo diſtinguitur conſtituit aliquid formaliter diſtinctum ab illo, ſed eſſe exiſtentiæ additum eſſentiæ vel naturæ non conſtituit aliquid formaliter diſtinctũ & alterius rationis ab eſſentia ſiue natura, igitur eſſe exiſtentiæ non differt formaliter ab eſſentia. Secunda concluſio eſſe eſſentiæ ſiue eſſentia, & eſſe exiſtentiæ, ſiue exiſtentia, non diſtinguuntur realiter. Tum primo, quia poſſet eſſe eſſentia ſine exiſtentia. Tum quia eſſentię nulla cõpetit realitas ſine exiſtentia. Tertio diſtinctio realis eſt inter rem & rem, modo eſſentia non eſt res, nec exiſtẽtia res, ſed ambæ vna res. Tertia concluſio exiſtentia differt ab eſſentia ſicut modus à quidditate. declaratur, quia eſt indifferens ad exiſtentiam, & ad oppoſitum, igitur differt ab exiſtentia. Secundo quia eſſentia competit rei per ſe primo modo, at eſſe exiſtentiæ per accidens. Ex his igitur ſequitur quarta ꝙ, videlicet, differunt ex natura rei. Hæc illi. Sed põ hæc errat primo qa *Confutatio.* ſumit hic eſſe eſſentiæ pro natura communi reali, cuius vnitas eſt minor vnitate numerali & maior vnitate

ſpecifica



ſpecifica ſiue vniuerſali in actu, & ſic per eſſentiam hominis intelligit humanitatem, per eſſe vero exiſtentiæ intelligit eſſe indiuidui quatenus illud habet eſſe extra cauſas. Et ſic per eſſentiam cõem oĩbus, iſti volunt entitatem cõem realem, cui debetur vnitas aliqua vniuoca, de qua tanta diximus, & per eſſe exiſtentiæ volunt eſſe illud quo res dicitur in actu præter cauſas. Quæſtio vero noſtra quærit de eſſentia propria Socr. vtrũ differat ab eſſe exiſtentiæ. Secundo quæ dicit, non ſunt neceſſaria, quia contra vnitatem eſſentiæ entis demonſtrauimus, contra vnitatẽ naturæ cõis demõſtrabimus. *D. Tho.* 7. huius: propter hæc omittatur iſta poſitio. Thomas vero in. 8. phy. auſc. & in codicillo de ente & eſſentia, & in hic. 4. aſſerit in omni ente cauſato ſubſiſtente eſſe diſtingui ſimpliciter & realiter ab eſſentia, cuius multæ ſunt rõnes, potiſsima quia participans differt ab eo quod participatur. Sed eſſe participatur ab eſſentia in omni tali, igitur differt ab illa. Secundo quia eſſe cauſatur ex principijs eſſentiæ, igitur differt ab eſſentia, vt arguit. 4. huius. Pro hac poſitione videtur Boe. in multis locis, vbi ſemper vult ipſum eſſe diuerſum eſſe ab eſſentia, pro eadem & Auic. 5. meta. cap. 1. pro hac eadẽ Algazel ibidem, & multi doctores. *Obiectiones.* Sed contra hanc põnẽ obijciunt iuniores rõnibus. Prima igitur eſt, realitas rei non differt à re, nec facit realẽ compoſitionẽ cũ ipſa. Sed actualitas rei & eſſe rei nihil aliud eſt quam realitas rei, nihil. n. aliud eſt dicere rem eſſe actualiter, quã eſſe realiter. Secundo homo verus non componitur cũ ſua veritate, ſed rei eſſe non eſt niſi veritatis poſitio, igit̃ eſſe non facit compoſitionẽ cum eſſentia. Tertio eſſe & eſſentia ab eodẽ priuantur & ponuntur, quia quicquid priuat eſſe, priuat eſſentiam, quicquid ponit eſſe ponit eſſentiam, igitur ſunt idem. Quarto ꝙ tollit diminutionẽ eſſentiæ non componitur cum ipſa eſſentia, ſed eſſe *Cõm. 7.* tollit diminutionẽ eſſentiæ, quia vt. d. Auer. 9. meta. eſſentiæ quæ non ſunt extra aĩam, non dicuntur eſſe ſimpliciter, ſed dicuntur eſſe in anima appetitiua aut cognoſcitiua. Illud. n. quod eſt in potentia, non dicit̃ eſſe, quia entia in primo aſpectu ſunt illa quæ ſunt in actu, & induxit hoc Ariſt. ad declarandum cãm latẽtiæ, propter quam hoc nomẽ ens non dicitur ſimpliciter apud vulgus de eo quod eſt in potẽtia, & ſi ſit in aĩa in actu. Hæc Auer. Ex hoc ſequitur ꝙ eſſe actu nullam ponit compoſitionẽ cum eſſentia, ſed tollit illius diminutionẽ ponẽs illam in eſſe ſimpliciter. Quinto dubitatur de ipſo eſſe quid ſit an ſubſtantia vel accñs. Sexto ſi eſſe diſtinguit̃ ab eſſentia, tũc in omni generatione eſſent duo termini totales. Septimo tunc ex eſſe & eſſentia reſultabit tertia entitas velut ex materia & forma. Octauo ſi ſic, tunc eſſentia eſt indifferens ad eſſentiam, & non eſſentiã, quia rerum eſſentiæ ceperunt, non. n. fuerũt ab æterno, niſi ponas opinionẽ Platonis, & ꝙ non ſint ab æterno. patet, quia æternitas eſt conditio rei exiſtentis. Præterea ſi ſint æternæ, res non poſſent de nouo creari, quia ſemꝑ ſupponeretur eſſentia, igitur eſſentia nõ præceſsit, & ſic nihil aliud eſt quàm eſſe. Sed an rationes iſtæ valeant, dicemus in dilucidatione. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS.

MIHI videtur hæc quæſtio difficillima, tum propter dr̃iam opinionum: ſunt. n. hic infinitæ ferè opiniones, quas omiſsi ꝓpea vt famoſiores ꝑtractarẽtur. Tũ quia nihil ab Ariſto. habemus, & parũ aut nihil ab Auer. Tum quia circa hic Plato & Ariſt. philoſophię oĩs principes cogũtur diſſentire, ꝓpea hæc dilucidatio fuit mihi magna, profecto hac in re præceptorem non recuſarẽ. Sed quia hæc diſputatio non põt dilucidari niſi ꝑ diſtinctiones & ſuppoſitiones, diſtinctionẽ primo aggrediamur. Et dicamus ꝙ eſſentia apud vſum gentiũ *Eſſentia eſſe duplex.* bifariã audiri ſolet, interdum. n. pro ente poſsibili: quo res ipſa dicitur poſsibilis eſſe, hanc iuniores vocant ens in potentia obiectiua. qualẽ eſſentiam habet nunc roſa. roſa. n. nunc in hyeme nullam habet eſſentiam, pręter eſſe quod eſt in potentia obiectiua cauſarum agentium. Eſſe vero huic oppoſitum eſt eſſe actualis exiſtẽtiæ quo eſſe roſa in æſtate dicitur ſimpliciter eſſe, & nõ ſm quid in potentijs cauſarum. Secundo eſſentia audit̃ pro natura ad quẽ ſenſum quidam humanitatẽ dicunt hoĩs eſſentiam, & Auer. formam hoĩs facit hoĩs eſſentiã, eſſe huic condiuiſum eſt eſſe ſubſiſtẽtię, quod competit indiuiduo, quod eſt hoc aliquid, & ſubſiſtens. Hęc *1. Suppoſitio.* de diſtinctione. Et de ſuppoſitionibus nunc, ſit itaque prima ſuppoſitio ꝙ eſſe in potentia obiectiua idem ſit quod eſſe in potentia ſubiectiua materiæ, & ſolum differt ratione, nam potẽtia materię, qua roſa dicitur poſſibilis eſſe vt reſpicit agens dicitur obiectiua, quia per illam eſt tranſmutabilis ab agente, vt reſpicit formam, quæ eſt obiectum ſiue intẽtum agẽtis: dicitur obiectiua, igitur vt reſpicit agẽs per illam potentiam, dicitur ſubiectiua, vt reſpicit obiectum agentis: dicit̃ obiectiua. Iſtud declarauimus in lib. phy. & nũc ſupponamus. Ex hoc ſequitur ꝙ dum forma educitur de potentia ma- *Excerptum.* teriæ duplex reſultat compoſitio. Altera ex materia & forma, qua compoſitum ex materia & forma aliquid dicitur. Altera ex eſſentia & eſſe, quia compoſitum ex eſſe & eſſentia, exiſtens appellatur. probatur, quia cum potẽtia materiæ vt ſubiectiua differat à potẽtia vt obtiua: ſitq; forma ipſa terminus & obtiue & ſubtiue potẽtiæ: vt eſſe quidẽ obiectiue, vt forma per agens inducibilis terminus eſt ſubiectiue, erunt ratione ſaltẽ in tali compoſitione duæ compoſitiones ex eſſentia & eſſe, & ex materia & forma. Scđa ſuppoſitio eſt ꝙ rerum quædã *2. Suppoſitio.* ſunt ſeparatæ pœnitus à materia: quædã aliqua ex parte in materia. Iterum earum quæ ſunt in materia, alię ſunt ſubſtantiæ, aliæ accidentia, & ſubſtantiarum, aliæ æternæ, vt cœli, aliæ corruptibiles, vt elementa & aĩalia. His *1. Concluſio.* ſuppoſitis de mente peripateticorum ponerẽ iſtas cõcluſiones. Prima in rebus ſeparatis à materia idem eſt eſſe & eſſentia ſiue primo ſiue ſecundo modo ſumantur. Hæc concluſio eſt peripatetica, quia peripatetici res ſeparatas à materia ponunt æternas, & ita non ponunt ante eſſe illorum præceſsiſſe potentiam ſubiectiuam vel obiectiuam, quam diximus eſſe eſſentiam, vnde dicũt ꝙ omne poſ̃e eſt ibi neceſſe eſſe, & omne melius eſt neceſſarium, quare poſ̃e eſſe in illis idem eſt, qđ eſſe, & ꝑ conſequẽs idẽ eſt eſſentia & eſſe primo mõ. Amplius idem eſt natura ſiue eſſentia ſecundo mõ: & indiuiduum, quia in ſeparatis à materia nõ eſt plus vno indiuiduo in ſpẽ ſm Auer. Ex hoc ſequitur ꝙ in ſub- *Excerptum.* ſtantijs ſeparatis non eſt compoſitio ex eſſe, & eſſentia, hoc eſt decretum Ariſt. per. 7. huius fere totum, & in. 8. ait ꝙ in ſimplicibus eſſentia eſt ſtatim id quod eſt, quia nulla eſt ibi compoſitio. Secunda concluſio in ſubſtã- *2. Concluſio.* tijs corporeis æternis vt cœli eſſe, & eſſentia non differunt primo modo, nec ſecundo modo ſumendo, probatur per idẽ, quia ante eſſe illorum nulla præfuit potentia, nec ratione qua obiectiua, nec ratione ſubiectiua, & ſic non differt eſſentia ab eſſe primo modo. Amplius natura & indiuiduum in illis idem eſt, quia idem

eſt ſol

eſt ſol & hic ſol: igitur in illis idem eſt eſſe & eſſentia, idẽ quoq; natura & ſingulare, quo fit vt nec aliquod iſtorũ ſit compoſitum ex eſſe & eſſentia, veluti nullus ſeparatorum motorum. Sed occurres quia intelligentia eſt forma cœli. Soluit Auer. in lib. de ſubſtantia orbis, ꝙ hæc compoſitio eſt alterius rationis, & dicitur ꝑ æquiuocationem. Tu vero lege cõmentum noſtrum illic. Tertia concluſio ſubſtãtiis in compoſitis ex materia & forma eſſe & eſſentia vltrouis modo ſumpta differunt. Declaratur primo, ſi ſumantur primo modo, quia eſſentia eſt ens in potentia ſubiectiua, cui ſola materia corrñdet & nihil aliud, eſſe vero eſt in actu exiſtentiæ, quæ vt reſpicit potentiã obiectiuã dicitur eſſe, vt reſpicit potẽtiam ſubiectiuam dicitur forma, igitur differunt tanta dr̃ia quanta differt materia à forma. Secundo ſi ſumatur modo etiam differunt, nã ſm Auer. eſſentia eſt forma ipſa eſſe eſt indiuidui compoſiti. Sed forma differt ab indiuidui compoſiti eſſe. Ex hoc ſequitur ꝙ in quolibet indiuiduo cõpoſito eſt triplex cõpoſitio, materiæ & formę, indiuidui & naturæ, eſſentiæ & eſſe, omnes tamen iſtæ compoſitiones ſunt vna in ſubiecto & differunt rõne, quia apud Auer. eſſe forma, & natura idem ſunt. De accidẽtibus vero eſt mihi difficile. Ioã. n. tenet in accidentibus non differre eſſe ab eſſentia, quia idem eſt albedo & eſſe albedinis vt probat. Ego vero dico de accidentibus vt de generatione accidentium, vt igitur albedo non per ſe generatur, ſed albũ, eo modo quo illis competit generatio ſm qd, ſic eſſentia albi alia eſt ab albo, & natura albi, alia ab indiuiduo albi. ante. n. quam albũ generaretur fuit in potentia ſubiectiua vel obiectiua ad generandum, igitur in illis eſt quædam compoſitio materiæ & formæ, & eſſe eſſentiæ nõ per ſe, ſicut nec album per ſe generatur, ſed per accidẽs & ſm quid. Amplius eſt quædam compoſitio ex vli & ſingulari, nõ. n. in illis idem eſt natura & indiuiduũ, igitur in accidentibus differt eſſe ab eſſentia vtroq; modo ſumendo, hãc noſtram poſitionẽ voluit Egidius, & expoſitor in hoc 4. lib. & in. 8. phy. ſolũ differt. Thomas à nobis, ꝙ hanc compoſitionem etiam in intelligẽtiis ponit, nam vt catholicus poſuit illas poſsibiles nõ eſſe, & antequã fuiſſent, poſſes eſſe, igitur cogitur ponere in illis eſſe differre ab eſſentia, ſed vt naturalis phs non diſſentiret à peripateticis, ipſe. n. vt bonus peripateticus raro aut nunquã à mente Ariſt. diuertit: quãquam ſequaces ignari omnis naturali, philoſophiæ ipſum deprauarũt intantũ: vt nec ipſi intelligant quid velint, tu vero curioſus doctrinæ huius viri, hoc noſtrum dilucidarium perlege, nam inuenies me raro aut nũquam à mente huius viri recedere, veluti ipſe raro aut nunquã à mente præceptoris Ariſt. receſsit, hanc noſtram poſitionem perſentit Boetius vbiq; Auicenna, Algazel, & Philop. in lib. poſter. circa principium ſecundi, Simplicius etiam in his commẽtationibus quas ſcripſit, 2. de anima Thẽm. & Alex. in lib. de anima. Auer. etiam in lib. d. d. & vbiq; hanc & Alber. demum & Groſſateſta & oẽs boni peripatetici, horum auctoritates non poſui ad verbum, ne viderer verboſus, veluti multi faciunt, vt impleant quinterniones. Ex his ſequitur ſolutio diſputationis ad formam, videlicet, ꝙ in cauſato æterno eſſentia & eſſe nullo pacto differunt. patet, quia in æternis eſſentia pro ente in potentia nulla eſt, ſed ſolum eſſe, & ideo in illis idem eſt poſſe & in eſſe idem poſsibile de neceſſario in eſſe, nec eſt ibi poſsibile vel contingens niſi vt ſequit̃ ad neceſſarium & in eſſe. Amplius eſſentia ſumpta pro natura ſiue forma non eſt aliud ab eſſe ſumpto pro indiuiduo reali, eo quia in illis non eſt plus vno indiuiduo in ſpecie.

*Dubitatio. Solutio. Tertia. Excerptum. 3. concluſio. Quæ de diuo Thoma. Solutio diſputationis ad formam primum.*

Secundo ſequitur ꝙ in omni cauſato de nouo, eſſe & eſſentia differunt, dummodo cauſetur vt quod & non vt quo, aliter eſſet proceſſus in infinitum: cauſatur. n. vt quo albedo, vt quod vero album, vt quo forma, vt quod autem compoſitum ex materia & forma. Sic igitur in omni cauſato de nouo, quod quidem cauſat̃ vt quod, ſiue ſit vnum per ſe, ſiue per accidẽs ſemper eſſentia & eſſe differunt, dixi ſiue ſit vnũ per ſe, propter cõpoſita ſubſtantialia, ſiue per accidens, propter compoſita accidentalia, nam de vtroque eſt vera concluſio. Et hoc patet primo de eſſentia ſi ſumatur pro ente in potentia ſubiectiua, vel obiectiua, & eſſe pro termino illius potentiæ, quod eſt eſſe formæ in actu, patet. n. ꝙ ens in potẽtia differt ab eſſe actuali formæ, ſicut materia differt à forma. Ipſi. n. eſſe potentiali nihil præter materiam correſpondet & agens. Ipſi eſſe actuali nihil præter formam genitam. Modo forma genita differt à materia vel agente. Secundo patet de eſſentia ſi ſumatur pro natura vel quidditate, quia ſic eſſentia eſt forma, eſſe eſt compoſitum, vel ſaltem ipſi eſſe compoſitum correſpondet, igit̃ eſſentia hoc pacto ſumpta differt ab eſſe. In ſubſtantia. n. eſſentia eſt forma, ipſum eſſe eſt compoſitũ indiuiduum. In accidente vt in albo eſſentia eſt albedo, eſſe eſt album exiſtens, & hoc ſi ſecundo modo ſumantur. Ex his patet ꝙ diſtinctio inter eſſe & eſſentiam, ſi primo modo ſumantur, eſt ſecus inter materiam & formam, quia licet eſſentia differat à materia, tamen nihil illi eſſentiæ in re correſpõdet pręter materiam. Similiter forma licet differat ab eſſe, tamen ipſi eſſe primo modo nihil præter formam reſpondet, igitur diſtinctio inter illa eſt qualis inter materiam & formam. Secundo patet ꝙ diſtinctio inter eſſe & eſſentiam. ſi ſumantur ſecundo modo, eſt qualis illa inter formam & compoſitum, qm̃ eſſentiæ ſecundo modo nihil niſi forma correſpondet, & eſſe ſecundo modo ſumpto nihil niſi cõpoſitum, & ſic habes illa eſſe diſtincta, & modum quo illa differunt. Sed quia dixi qõnem hanc eſſe difficillimam, propter differentiam inter Platonem & Ariſto. Ideo quæ Plato ſentit, breuibus nunc appono, vbi debes ſcire, ꝙ loquendo de eſſentia primo modo pro ente quod eſt in potentia obiectiua, vel ſubiectiua, & de eſſe quod eſt iſtius potentiæ terminus: Plato per omnia conuenit cum Ariſtotele, quia non negat Plato compoſitum nouum compoſitioni ex materia, & fo͞ra, & ita ex eſſe & eſſentia, vt declaraui apud peripateticos, licet ſit aliqua differentia inter has compoſitiones vt dixi, quia licet idem in ſubiecto ſit compoſitio ex materia & forma, & ex eſſe & eſſentia, tamẽ alia ratione dicitur ex eſſe & eſſentia, & alia ex materia & forma, ratio. n. eſſentiæ & ratio ipſius eſſe ſunt generaliores, at ratio materiæ & ratio formæ ſpecialiores, & ita Plato ab Ariſto. quantum ad hoc non differt, ſed differt ſumendo eſſentiam pro natura ſiue pro ipſo vli, & eſſe pro indiuiduo, nam in lib. Parmenidis ponit tales compoſitorum eſſentias, formas, ſiue vlia ſeparata ſm eſſe, quas ipſe ideas ſiue ſpecies appellat, at Ariſto. contra ipſum in. 8. huius diſputat, & vult tales formas ſiue eſſentias eſſe in indiuiduis poſitas: nec differre ab illis per eſſe exiſtere, cum his nullum competat eſſe exiſtere præter eſſe indiuiduorum, qã vt dicet in prædicamentis deſtructis primis ſubſtãtiis quo ad eſſe exiſtẽtię, deſtruuntur oĩa alia quo ad eſſe exiſtentiæ: vt exponit Boetius.

*Secundum. Excerpt. 1. Secundum. Põ Plat.*



Boetius. Sed occurres ꝙ peripatetici volunt compoſitionẽ ex eſſe & eſſentia eſſe generaliorẽ, ſi in nullis reperitur niſi in cõpoſitis ex materia & forma, & loquor de compoſitione eſſe & eſſentiæ. primo modo dici põt vt colligitur de mente Auer. 3. de aĩa, ꝙ illa eſt vlior & generalior ea compoſitione quæ eſt ex materia & forma tum quia competit compoſitis nouis per ſe: & cõpoſitis æternis per æquiuocationẽ, eſt. n. in cœlis cõpõ quædam æterna ex eſſe & eſſentia vtpote ex intelligẽtia & orbe, quam percepimus ex motu vt docet Auer. Tum ſecundo quia competit ęquiuoce oĩbus intelligẽtijs, quia nulla intelligentia eſt liberata à potentia, præter primam vt docet Auer. 3. de aĩa. Nam quælibet eſt cauſata, & ſic videtur quodammodo compoſita ex aliquo ſimili eſſentię, & aliquo ſimili actui. Sed quia neutra harum compoſitionum eſt noua, ideo abſolute eſſe & eſſentia oĩbus modis ſumptæ in illis ſunt idem, ſed ꝑ attributionẽ dicuntur diuerſa, eſt. n. in illis ſimplicitas in rei veritate, ſed compoſitio eſt attributum quoddam veluti Deo attributa ſunt iuſtitia, prudẽtia & id genus, hæc. n. non ſunt in illis, niſi attributiue veluti in colũna deſtrum, & ſiniſtrum & id genus, vt docet Auer. 12. huius. Magis autem quam in colũna, quatenus ſunt cauſæ eorum quæ ſunt talia. Sic igitur inquantum illas intelligentias cauſatas intelligimus, aliquo pacto illas cõpoſitas percepimus, quia inquantum illas cauſatas intelligimus, percipimus ipſum non eſſe, & ipſum poſsibile eſſe præcedere ſm rationẽ noſtram ipſum eſſe, & ſic ꝑcipimus eſſentiam quaſi præceſsiſſe ipſum eſſe. Sed qa de facto ipſa eorum eſſentia nũquam fuit abſq; eſſe nec põt eſſe abſq; eſſe, vt ſic de facto in illis idem eſt eſſe & eſſentia. In cauſatis vero de nouo, qa poſsibile eſſe fuit aliqñ ſine eſſe, ideo eſt vera compõ ex eſſe & eſſentia ſm dictum modum. Recte igitur dictum eſt quod in ſolis de nouo cauſatis eſſe differt ab eſſentia. In æternis vero eſſe eſt idẽ oĩbus modis ſm ſubiectum cum eſſentia, amplius recte dictũ eſt compoſitionẽ ex eſſe & eſſentia non eſſe aliam ab illa, quæ eſt ex materia & forma: licet illa ex eſſe & eſſentia ſit generalior, pro quanto per intellectum põt attribui ſimplicibus rebus, vt intelliguntur dependentes & cauſatæ, & hæc eſt mẽs Auer. in lib. cœli, dum dicit ꝙ eſſentia cœli & eſſe cœli idem eſt, quia licet ibi ſit realis quædam compoſitio ex intelligẽtia & materia cœlica: tñ ipſa cœli forma eſt eſſe cœli & eſſentia cœli, nũquam. n. illa materia cœlica fuit ſine cœli ipſius forma, & ꝑpea eſſe & eſſentia cœli eſt ipſius forma tm̃. Verum quia de cœlo eſt aliqua ex parte obſcurum, ideo remitto me ad librum de ſubſtantia orbis, & ad librum cœli. Præterea patet in ſolo Deo eſſe & eſſentiam eſſe ſubiecto & rõne idem, re quidem ſiue ſubiecto qm̃ eſt æternus ſimpliciter & omni ex parte, rõne vero quia non põt cauſatus, aut dependens intelligi. Quare ex oĩbus his licet ſumere in cauſatis de nouo eſſe eſſentiamq; differre ſubiecto eo pacto quo materia à forma differt ſubiecto, itemq; & rõne. In cauſatis ab æterno eſſe & eſſentia patet eſſe idem ſubiecto, ſed rõne diuerſa eſſe. In Deo vero ſolo oĩbus modis idem ſunt. Sed adhuc occurres quia in nouiter cauſatis eſſe & eſſentia videntur eadẽ ſubiecto, quia ſumendo eſſentiam pro natura & eſſe pro indiuiduo: talis eſſentia dicitur de indiuiduo, vel ambo de eodẽ pręd icantur. Sumendo eſſentiam pro ente in potentia ambo accidunt materiæ, vel eſſe accidit eſſentiæ, igit̃ ſunt ſubiecto eadẽ dici põt ꝙ ſunt ſubiecto eadẽ ſeparabiliter, & ꝑpea dicuntur ſimpliciter non eſſe eadem ſubiecto. In æternis vero ſunt eadẽ ſubiecto & inſeparabiliter, amplius diſtinctio rõnis in nouiter cauſatis eſt maior, quàm in æternis. Nam in illis hæc diſtinctio non fundatur ſupra diuerſas partes, in his fundatur ſupra diuerſas partes. Propterea iuniores appellarent hanc diſtinctionẽ in his diſtinctionem rõnis realem, in illis diſtinctionẽ rationis intentionalem. Sic igitur eſſe & eſſentia in compoſitis nouis differunt rõne reali & ſubiecto, ꝑ quãto ſunt eadẽ ſubiecto ſeparabiliter. In rebus vero cauſatis æternis eſſe & eſſentia differunt ſolum rõne intẽtionali, & nullo pacto differunt ſubiecto. Hæc de dilucidatione.

*Dubitatio mirabilis. Solutio. Cõm. 5. Cõm. 5. Cõm. 39. Excerptum. 2. Dubitatio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rõnes primam & ſecundam patet ſolutio, eſſentia. n. differt ab eſſe quouis modo ſumatur. Ad tertiam dico ꝙ diffinitio dicit eſſentiam ſumptam pro natura. Ad cæteras rationes reſpondetur, ꝙ ſunt pro nobis, rõnes quoq; illorum nulla ſunt, oẽs. n. concludunt ꝙ eſſentia ſi pro natura ſumatur, & eſſe ſi ſumatur pro indiuiduo non differunt ſimpliciter, tñ ſm Auer. differunt eo modo quo forma differt à compoſito. Et debes ſcire ꝙ fortaſſe illi non differũt ab expoſitoribus, quia illi non negarent ꝙ ſumendo eſſentiam pro eſſe in potentia obiectiua, ſiue ꝑ materia, quæ illi corrñdet & eſſe pro forma extra potentias cauſarũ, hæc differũt ſm rem, eo modo quo materia & forma differunt. Nec Thomas negaret ſumendo eſſentiam pro natura illam eſſe idem ipſi eſſe ſumpto pro exiſtentia indiuidui: & hoc ad intellectum illorũ. Thomas. n. non diceret naturam illam & ipſum eſſe differre eo modo quo differunt duæ res diuerſarum exiſtentiarum, ſed diceret illã diſtinctionem eſſe realem, quatenus eſt præter operationem intellectus, quam illi appellant realem, & ſic in idem veniunt, licet verbis differunt. De hac quæſtionẽ lege librum. d. d. diſputatione. 8. & 3. de anima & illa cum iſtis colligas: quia videbis verius rem hanc. Hæc de diſputatione quinta.

FINIS LIBRI QVARTI.

# LIBRI QVINTI METAPHYSICORVM.

## DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

### In. 17. Diſputationes diuiditur.

1 *Num eiuſdem effectus poßint eſſe plures cauſæ.*
2 *Num finis ſit cauſa & principium.*
3 *Num cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu.*
4 *Num neceſſariorum poßit eſſe aliqua cauſa effectrix.*
5 *Num materia ſit principium vnitatis numeralis cuiuſq; indiuidui.*
6 *Num diuiſiones vnius recte aßignentur.*
7 *Num ens in decem prædicamenta diuidatur per diuerſos modos prædicandi.*
8 *Num plura accidentia ſolo numero differentia poßint eſſe in eodem ſubiecto.*
9 *Num formalis ratio quanti ſit diuiſibilitas.*
10 *Num dentur inſtantia naturæ.*
11 *Num tempus & motus ſint quanta per accidens.*
12 *Num relatio ſecundum rem differat à fundamento.*

13 *Num idem relatiuum ad plura referri poſſit.*
14 *Num ratio formalis terminandi relationem alterius correlatiui ſit relatio.*
15 *Num relationes ſortiantur formalem diſtinctionem ab earum fundamentis.*
16 *Num terminus ſit de quidditatiuo conceptu ralationis.*
17 *Num ſex principia ſint reſpectus.*

## PRÆFATIO.

HACTENVS de ambitu facultateq; huius diuinæ ſcientiæ Ariſto. Lib. quarto diligentiſsime pertractauit: vbi diſputationes, quæ mihi viderentur potiores, ac difficiliores cõfecimus vt tua ſpectatiſsima diſertio iam legit. Nunc aũt in hoc Lib. quinto ne Ariſtoteles laboret in ęquiuocis, nomina in ſignificationes diſtinguit, vbi etiam has delegimus à tuo ſpectatiſsimo ingenio diſputationes cenſendas, elaborauimus profecto non parum. Quare rogo humanitatem tuam, vt illas vt cæteras legas atq; relegas. Nam vbi commendatas ſenſero, ventoſas voces canum ſpernere non deſinam. Vale.

*Accidit aũt multotiens dictis cauſis & multas eiuſdem eſſe cauſas non ſecundum accidens. Tex. cõm. 2.*

## DISPVTATIO PRIMA
### De numero cauſarum reſpectu eiuſdem effectus.

*Num eiuſdem effectus poſſint eſſe plures cauſæ.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD ſic arguitur, quia cauſa non eſt aliquid actu ipſius effectus, igitur propter differentiam agentium, non differunt effectus. Secundo idem homo numero poteſt eſſe à Deo per creationem, & ab ipſius patre per generationem, igitur idem effectus numero à pluribus cauſis. Tertio idem homo numero poteſt eſſe hodie à conſtellatione præſentis horæ, & hinc ad 49. millia annorum ab ea conſtellatione quæ tunc erit. patet hoc per omnes aſtronomos, & videtur pō Plat. in Timæo, modo hæc conſtellatio præſentis horæ, & illa quæ erit eo tpe differunt numero, quia non pōt idē numero motus redire. Quarto idem effectus ſpē vt mus poteſt eſſe ab efficiētibus diuerſis ſpē, vt à ſemine & à putrida materia, igitur idē effectus numero ab agētibus numero differentibus. In contrarium arguunt qa ſi vna ſufficit: alia ſuperfluit. Præterea Ariſto. & Auer. 12. huius dicunt ꝙ ab agente vno in paſſum vnum non exit, niſi effectus vnus. *Cõm. 11.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CAVSAS quid ſit, & quot modis dicatur, itēq; effectus quid ſit & quot modis dicaẽ lib. 2. huius apparuit, aliqui tamen de cauſis tales ponunt diuiſiones, ꝙ aliæ ſunt ſubordinate vt ſol & homo ad generationem hominis, aliæ æquales vt duo homines nauim trahentes, amplius æqualium, aliæ ſunt totales: aliæ partiales, partiales vt duo trahentes nauim, totales vero ſunt quæcũq; ſunt eiuſdem ſpeciei & eiuſdem ordinis. æquales ita ſeſe habent vt quælibet illarum ſufficiat efficere aut cauſare effectum, vt homo totalis cauſa eſt hoīs: quia licet ſit ſol, tamen ſol eſt illi ſuperior. Amplius cauſarum aliæ ſunt eiuſdem generis, aliæ differunt genere, differunt genere materia & agens, ſunt eiuſdem generis ſol & homo, vt patet. 2. phy. Nec plura de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

*Pō Scoti lib. 1. ſententiarum.* DE diſputatione quidam vir ex propria intentione voluit ꝙ idem filius quo ad materiam & formã pōt eſſe à diuerſis patribus, probat aũt iſtud quia corpus humanum aut fit ſolum à menſtruo mulieris ſanguine, aut etiam à menſtruo & ſemine viri. Sed cum ambo hæc generentur ex ſuperfluo alimenti, vbi idem ſit alimentum & cibus, idem ſemper ſuperfluet quare eadē poteſt ſeminalis vel menſtrualis ſuperfluitas & ſic idē filius numero à patribus diuerſis, cum poſsit illis ſupereſſe idē alimentum. *Confutatio.* Sed pace huius dixerim hoc non eſt phyſicæ dictũ, qm̃ hoc dato, tunc idem numero corruptum poſſet redire, deducitur per eorum fundamentum, qa idem numero alimentum pōt ſuperfluere ante & poſt mortem: igitur idem numero corruptũ pōt redire poſt mortem. Propter hæc ipſi nunc dicunt ꝙ eiuſdem effectus non poſſunt eſſe plures cauſæ eiuſdē generis eiuſdem ordinis, atq; totales. dicũt eiuſdē generis qa eiuſdem effectus eſſe poſſunt plures cauſæ genere differentes, vt materia & forma & cæteræ cauſę, dicũt eiuſdem ordinis, quia eiuſdem effectus eſſe poſſunt plures cauſę eiuſdem generis, ordine differētes, vt ſol & homo hoīs cauſæ eſſe poſſunt. Dicunt tertio totales, quia eiuſdem effectus eſſe poſſunt plures cauſæ eiuſdē generis, eiuſdē ordinis, ſed partiales, vt duo trahentes nauim. *Reprehenſio.* Hęc concluſio ſic nude intellecta non eſt vera, & patitur inſtantiam. Primo quia aſtrologi dicunt ꝙ vnũmet morbũ numero pōt dare in ambulatio gradus horoſcopantis ad locum maleficum, & inambulatio aphetæ ad anæretam vt docet Ptolemæus, & tamen cauſæ ſunt totales eiuſdē effectus. Præterea forma cadaueris vnamet numero pōt eſſe à diuerſis cauſis totalibus vt à ſtrangulatione, & ſuffocatione: & cæteris id genus. Et ſic hæc poſitio eget declaratione. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

IDEO hic confutatus, dicerem ꝙ eiuſdē effectus nō poſſunt eſſe plures cauſę eiuſdem generis, eiuſdem ordinis, totales per ſe atq; ſimul: dixi per ſe, qa non eſt impoſsibile eandem numero formam cadaueris eſſe à diuerſis cauſis totalibus per accidens, nã talia non agũt, ſed magis remouent impedimenta, quibus actio impediebaẽ. Addidi ſimul, quia ſiquis vellet tenere ꝙ à pluribus cauſis per ſe totalibus poſsit eſſe idem effectus, tamen nunquã erit ab illis ſimul. patet, quia vel idem effectus bis erit ſimul, vel altera ſuperfluit, & fortaſſe ſufficit addere per ſe, quia illę duæ conſtellationes quæ eodē die faciunt tertianam, & eadem hora, ad illam tertianã quã faciũt, ſe hñt vt cauſæ partiales, quia neutra illarũ ſufficit illum morbũ facere ſub tãto gradu intenſionis, licet quælibet ſufficiat morbũ illũ facere ſub remiſsiori gradu: & ſic dico, ꝙ eiuſdē effectus numero nō pñt eſſe plures cāę eiuſdē ordinis, eiuſdē gñis & p ſe totales. hoc .n. pacto nulla eſt inſtãtia. Hęc pauca de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD primam dico ꝙ licet agens non ſit aliquid actu ipſius effectus, tamen effectus dependet ab illa, & hoc ſufficit pro differentia illius. Ad ſecundam dico ꝙ illud non erit ſimul ſed in diuerſis temporibus, vel forte homo non eſt cauſa totalis hominis quia concurrit Deus. Ad tertiam de poſitione Platonis diſputauit in. 5. phy. nunc



nunc dico ꝙ dato ꝙ reuolutio ſtellarum fixarum fiat ſingulis. 49. millia annorum nunq̃ reddit eadē conſtellatio, ſed primæ ſimillima: & ſic nunq̃ reddibit idē homo numero, ſed primo ſimillimus, vt apparet in fructibus, qui ſingulis æſtatibus videntur redire idem, & nō ſunt idem ſed ſimillimi. Ad quartam de illo dicemus in. 7. pro nunc negatur ſimilitudo, & cauſa diceẽ. in. 7. Quod vero dicebatur ꝙ idem ſemen pōt fieri, pp quia idem numero cibus pōt à diuerſis numero aſſumi, nihil eſt quia licet à diuerſis poſſet idem numero cibus aſſumi, tamen concoctiones erunt diuerſæ pp differentiam calorum: quibus ille cibus concoqueretur, & ſic non erit idem ſemen. Hæc de prima diſputatione.

*Quapropter & natura principium, & elementum, & mens, & voluntas, & ſubſtantia & quod cuius cauſa &c. Tex. commen. 1. & 2.*

## DISPVTATIO SECVNDA
### De quidditate finis.

*Num finis ſit cauſa & principium.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod finis non ſit cauſa: arguitur quia ſi ſit cauſa. vel eſt cauſa ineſſe intentionali. vel ineſſe reali. Primo arguo ꝙ non ineſſe intentionali, & hoc multis modis. Primo quia effectus realis cauſa debet eſſe realis, ſed ipſum fieri, ſiue ipſa res acta eſt effectus realis, igitur eius cauſa nō poteſt habere eſſe intentionale. Secundo quia cauſa cui nullum reſpondet eſſe in actu, nullo modo poteſt eſſe cauſa entis in actu, ſed fini ineſſe intentionali nullum eſſe actuale reſpondit: igitur non poteſt eſſe cauſa rei in actu. Tertio cauſalitas qua finis effectum cauſat eſt realis, igitur fundamētum illius debet eſſe reale & ſic finis nō poteſt eſſe cauſa ineſſe intentionali. Quarto agens agit propter finē extra, igiẽ finis extra eſt cauſa. Quinto finis p̃cedit agēs: qa eſt illius cauſa. Sed eſſe intētionale finis eſt poſterius entitate agentis, cum tale eſſe ſit in agente fundatũ. Sexto finis ineſſe intentionali non differt ab agente, ſed ſolũ vt habet eſſe extra, igitur vt ſic non eſt cauſa diuerſa. añs eſt Auerrois. 12. huius. vbi vult ꝙ finis in anima mouet vt agens, ſed ad extra mouet vt finis. Septimo finis habet eſſe optimum & vltimum, ſed ineſſe intētionali finis non eſt optimum & vltimum. Immo habet eſſe diminutum. Octauo tũc agens nũquã fruſtraretur à fine. Conſequentia patet quia ſemper finis in intentione attingitur. Secundo quod non ineſſe reali ſit cauſa arguitur. Primo quia fine poſito ineſſe reali ceſſat actio: igitur ineſſe reali nullius eſt cauſa. Secundo finis eſt cauſa in illo eſſe in quo mouet efficiens. Sed mouet efficiens ineſſe intentionali, igiẽ ineſſe intentionali eſt cauſa. Tertio ẽm illud eſſe eſt cauſa ẽm ꝙ eſt principiũ, at ẽm eſſe reale non eſt principium ſed vltimum. In cõtrariũ eſt Ariſt. qui finem inter cauſas repoſuit hic & in lib. phy.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

MVLTIPLEX de fine ipſo ponitur diſtinctio, tñ in propoſito à Ioãne & alijs dicitur ꝙ finis eſt duplex apud peripateticos, alius quidem finis vt operatio rei: p quam aliquem finē quis attingit, alius vero gratia cuius qui eſt ipſum quod per operationem attingitur. Verbi cauſa perfectiſsima viſio eſt finis quo ipſorum oculorum: ſiue ipſius potentiæ viſoriæ, finis gratia cuius viſionis talis eſt perfectiſsimum obiectũ, quod ab illa attingitur potentia per talem viſionem, finem gratia cuius nõnunquã Auer. appellauit finem dictũ ẽm primariam intentionem, finem vero quo nuncupauit finem dictum ſecundaria intētione, vt. 2. cœli colligitur. *Cõm. 17.* Subdiſtinguunt finem ipſum gratia cuius, quia alius eſt finis productus ineſſe reali. Alius finis p̃ſuppoſitus actioni atq; operationi. Forma quidem naturalis, quæ p generationem producitur, diciẽ finis generationis & finis gratia cuius productus. Deus vero qui intellectione & amore attingiẽ, finis eſt cuius gratia p̃ſuppoſitus actioni, forte hanc diſtinctionem intellexit Auer. 2. phyſicæ auſcul. *Cõm. 14. et 70.* Cũ dixit ꝙ duplex eſt finis generationis, videlicet, & rei genitæ, finis gñationis eſt qui actione producitur, rei generatæ eſt Deus qui operationem attingitur & gratia cuius agitur, cauſa vero quot modis dicatur. 2. huius patuit. Tunc omnes cõueniunt ꝙ diſputatio debet intelligi de fine generationis, nō autem de fine gratia cuius rei genitæ: nam finis gratia cuius rei genitæ habet eſſe reale p̃ſuppoſitũ, ẽm ꝙ eſſe mouet agēs ad agendum, & ſic de tali nō eſt quæſtio, poſſumus. n. in tali aſſignare eſſe, ẽm ꝙ eſt cauſa, propterea quæſtio tota erit de fine generationis vtrum ſit cauſa, & ſub quo eſſe ſit cauſa, an ſub eſſe reali, an ſub eſſe intentionali, an ſub nullo horum. Hæc enim quæſtio fuit apud antiquos nō leuis, nec apud iuniores adhuc reſoluta. Pręterea finem eſſe cauſam Ariſto. declarauit in hoc lib. & 2. phyſicæ auſcult. & 2. poſte. & in libro de aĩalibus, cuius rō fuit quia per ipſam reſpondetur ad quæſtionem factã propter quid, & ſic concluſit illam eſſe cauſam: tamē ab eo non habemus ſub quo eſſe eſt cauſa, & antequã ſit, vel cum eſt in re. Hæc de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

*Pō Democriti.* DE diſputatione Democritus & Leucippus, & oēs qui effectus euenire neceſsitate materię fatenẽ, cauſam finalem non eſſe inter cauſas enumerandam dixerunt, & ſic apud hos ceſſat quæſtio, tum ſi ſit. vel ne cauſa, tum ſi ſit cauſa pro quo eſſe ſit cauſa. Sed aduerſus hos laborauit Ariſt. 2. phyſicæ auſcultat. declarando ꝙ natura agit propter finē: ideo de hac poſitione, hæc pauca. *Secũda poſitio.* Alij vero euitare credunt quæſtionem dicentes naturã vel agentia naturalia non agere ob finem, quē ipſa intendunt. Sed diriguntur ab intelligentia non errante, cuius opinionis videtur eſſe Themiſtius primo de aĩa cap. 23. & hanc recitat Auer. 12. huius. *Cõm. 18. Obiectio.* Sed iſti videntur euitare non poſſe quæſtionem: quia licet agentia naturalia finem non intenderent, diriguntur ab intelligente finē, quare quæſtio vertitur circa illam intelligentiã dirigentem an moueatur ad dirigēdum ob aliquem finem, an ob nullum & ſi ob aliquē finē, vtrũ ineſſe reali, vel ineſſe intētionali. Præterea Ariſ. 2. phy. probat agentia naturalia agere pp finē, & nō quia diriguntur ab intendente finem. *Defenſio.* Et forte hæc poſitio cũ videatur. Themiſtij & Alexandri, pōt defendi ꝙ dirigēs in finē intendit finem cuius gratia dirigit: quia dirigit gratia primi finis, qui eſt Deus ipſe, qđ aũt Deus ſit cauſa, & pro eſſe reali, qđ ſibi conuenit, nemo dubitat, videẽ aũt hæc ſolutio Alexandri in lib. ſuo de aĩa, qui dicit oēs formas, immo intellm̃ venire neceſsitate materiæ, qđ pro tãto hoc verũ eſſe pōt: pro quanto nullũ agēs naturale agit ob finem, quē ipſum intēdat, ſed dirigitur ab intendente primũ finē gřa cuius ab intelligentia agēte diriguntur oĩa agentia naturalia, & ſic videnẽ oĩa quaſi neceſsitate materiæ euenire, nō ꝙ nō detur agēs naturale, vt male Auerroes Alexandrũ intellexit, ſed ꝙ agens naturale reſpectu

reſpectu motoris dirigẽtis ſeſe habet vt materia mota. Et iuxta hanc põnem oportet ponere nullum eſſe finẽ, niſi vnum, cuius gr̃a motor dirigit naturã ad agẽdum. *Qualis hæc põ.* Verum hęc põ eget magna conſideratione: nec credit̃ à maiori parte peripa. Præterea licet de agentibus nãlibus hæc põ poſſet defendi, de agente per cognitionẽ, adhuc qõ remanet. Propterea de ea nolo diſputare *Põ Ioan.* nunc, qm̃ in. 12. lib. meta. tangetur fortaſſe. Ioan. vero Gãda. qui ſemper peripatetice loqui enititur, de qõne tenet finem eſſe cãm, & ipſum habere cauſalitatẽ ẜm eſſe reale, quod habet in acquiſito eſſe. Verbi cã ꝙ ſanitas per pharmacõ in aĩali acquiſita eſt cã vt finis. Perſuadet Ioan. opinionem. Primo quia finis vult eſſe vltimũ & optimum vt Ariſt. corrigendo poetam. 2. phy. dixit. Sed finis ipſe non poteſt eſſe vltimum & optimũ, niſi ponatur ineſſe reali, igitur ſic eſt cauſa. Secundo circa idem accipitur rõ finis: circa quod dr̃ aliquod fruſtra, ſed dr̃ fruſtra reſpectu eſſe realis, igitur rõ finis accipitur ab eſſe reali. Tertio perfectum dicitur dum finem habet, ſed nondum habet illum ineſſe intẽtionali, igitur ineſſe reali, & ſic in tali eſſe dicitur cauſa. Quar- *Cõm. 35.* to hæc vr̃ intentio Auer. 12. huius. Vbi ait balneũ in aĩa *Confutatio.* mouere vt agens, balneum in re mouere vt finem. Sed pace Ioan. dixerim: hæc põ videtur extranea. Primo qa ſi finis eſt cauſa, vel eſt cã cãlitatis agẽtis, vel ipſius fieri in quo eſt agens, aut ipſius rei factæ, nõ ipſius rei factę, qa tunc idem eſſet cã ſui, nam fines ipſi in re, ſunt res ipſæ factæ ſi ipſius cauſalitatis vel ipſius fieri. Tunc aliquid quod nondum eſt, eſſet cã eius, quod eſt. Ipſum .n. fieri & cãlitas pręcedunt finem in re. Secundo cã in actu & per ſe atq; propria ſimul eſt & nõ eſt cum effectu ſuo: vt talis finis pro re nunq̃ eſt ſil̃ cũ ipſo fieri vel cum ipſa cãlitate agentis, igitur vt ſic non eſt cã. Tertio effectus per ſe oĩum cãrum non eſt eſſe cauſa finalis, qa cauſa finalis eſt cã oĩum cãrum. Sed finis poſitus in actu eſt effectus oĩum cãrum: igitur non poteſt eſſe finalis. *Põ aliorum.* Alij vero & iuniores & antiquiores tenẽt finẽ eſſe cãm ẜm eſſe quod habet in intẽtione agentis, veluti ſanitas vt habet eſſe in mẽte medici eſt cã finalis actionis medici, & non ſanitas in re: pro hac põne arguitur qa ẜm illud eſſe eſt finis ipſe cã, ẜm quod mouet agens, ſed finis mouet agens ẜm eſſe intentionale, hoc eſt vt pręcõceptus & appetibilis, igitur ẜm eſſe intentionale eſt cã. Secundo eo modo & ſub eo eſſe finis eſt cã ſub quo eſt effectu ipſo prior, ſed finis non eſt effectu prior ẜm eſſe extra aĩam, ſed ẜm eſſe intentionale, igitur ẜm eſſe intentionale eſt cã. Tertio eo mõ finis eſt cã, qũo non habet rõnem cauſati: quia idem eodẽ modo ac rõne non põt eſſe cauſa & cãtum, ſed finis in intentione non habet rõnem cauſati: igitur hoc pacto eſt cauſa. Quarto eo modo finis eſt cã, quo vna cum agente cõcurrit ad effectum. eſt .n. in omni cauſatione cõcurſus cauſarum ad ponendum effectum ineſſe, ſed finis ineſſe intentionali concurrit cum agente: igitur ſecũdum tale eſſe eſt cauſa. Pro hac poſitione etiã videtur Auic. 6. ſuæ meta. cap̃. de fine, vbi inquit, cauſa finalis non eſt cauſa, nec inuenta extra, ſed vt inuenta in intentione agentis. Pro hac faciunt verba magni Alberti in hoc. 5. vbi aperte fatetur, finem eſſe cãm ẜm eſſe intentionale: ẜm ꝙ mouet agẽs ipſum, vr̃ pro hac auctoritas expoſitoris, qui vbiq; fini cãlitatem tribuit, vt habet eſſe intẽtionale, & non *Obiect. iuniorum.* ẜm eſſe in re. Sed hæc põ non caret difficultate. Primo quia finis ẜm eſſe intẽtionale nõ habet rõnem optimi, & vltimi: vult .n. ſemper finis eſſe vltimum & optimũ. Secũdo vt arguit Ioãnes, tũc nullũ agẽs fruſtraret̃ à fine patet quia quodlibet agens ſaltẽ per cognitionẽ attingit finem. Tertio cauſa dum aliquem effectum realẽ producit realiter eſt in rerum natura. Sed finis ẜm eſſe intentionale non eſt in rei natura. Quarto quia cauſalitas eſt relatio realis, igitur requirit realitatem ſubiecti cui inſit: nõ .n. debet ſubiectũ ſiue fundamẽtum eſſe minoris entitatis, quã fundatum. Quinto eſſe cauſatum arguit realiter eſſe, ſed perfectius eſt cæteris paribus eſſe cauſam quã eſſe cãtum, igitur eſſe cauſam arguit realiter eſſe & ita nihil eſt actu cauſa alicuius, niſi dũ realiter eſt. Sexto ſumat̃ aliquis qui ſe exerceat propter ſanitatem, tunc arguunt ſanitas eſt cã finalis huius exercitij: & non ẜm eſſe intentionale, igitur ẜm eſſe reale, qđ non ẜm eſſe intentionale. Arguunt primo quia hic nõ ſeſe exercet ob ſanitatẽ quã habet: modo ſanitatem in mente habet, igitur non ſe exercet ꝓꝑ illam. Secundo ſub illo eſſe ꝓꝑ ſanitatem laborat, ſub quo illam appetit ſed illã non appetit ſub eſſe intentionali, ſed ſub eſſe reali, igitur ſanitas ſub eſſe reali eſt cauſa. Tertio intentio illa mouet vt agens vt dicit Auer. 12. meta. Et vt in re mouet vt finis, & huius cauſa eſt quia ſanitas in mente iſtius mouet hũc per Imperium voluntatis, & hoc pertinet ad agens. Quarto inaĩata mouent ob finem, quem non habent in intentione, igitur finis ẜm eſſe reale mouet. Vltimo quia ex hoc ſequitur cauſam finalẽ habere debiliſſimũ modũ cauſandi, deducitur quia requireret debiliſſimum eſſe in cauſante, videlicet, eſſe intentionale, Hæc iuniores cõtra hãc poſitionẽ. Et ſic quæſtio hæc reuocatur in dubium, & ꝓꝑ hæc forte veteres è numero cauſarũ finem abiecerunt ob cuius difficultatem Ariſtoteles ſemꝑ de fine probauit eſſe cauſam, qđ de nulla alia, cęteras .n. eſſe cauſas ſuppponit tanquã notũ, ſolum autem finẽ cauſam eſſe laborauit vbiq; probare. *Conſilium iuniorum.* Iuniores atq; nouiſſimi partim conſiliando poſitiones has, partim defendendo eorũ poſitionẽ, dicũt aliud eſſe cauſam cãre in aliquo eſſe, aliud ipſam cãre pro aliquo eſſe, ſtat .n. aliquam cãm habere ſuam cãlitatem in aliquo eſſe, & tamẽ non cãre pro alio, ſic ꝙ aliud eſſe terminet cãlitatem eiuſdem, & tũc iuxta hoc dicunt ꝙ finis quo ſiue generationis, qui per motũ acquiritur ineſſe intentionali cauſat & mouet efficiens ad agendum non tñ pro eſſe intentionali, ſed pro eſſe reali cauſat, & ſic volunt ꝙ licet finis ſit cauſa ineſſe intẽtionali, nõ tamen in illo eſſe eſt ſimpl̃r cã atq; abſolute, ſed in ordine ad eſſe reale. Hæc nouiſſimi. *Confutatio huius conſilij.* Sed hoc conſilium (vt mihi vr̃) eſt fuga. Primo qa ſiue finis ſit cauſa pro eſſe intentionali, ſiue pro eſſe reali. Quæro cãlitas in quo vt ĩ proprio fundamento eſt fundat̃, aut ineſſe reali, aut ineſſe intentionali finis, ſi ineſſe intentionali, ſtabũt oẽs rationes pauloante factæ, vt patet recte conſideranti. Si ineſſe reali, ſic habetur poſitio Ioãnis ꝙ, videlicet, finis eſt cã vt habet eſſe in re, & nõ vt habet eſſe in mente. Secundo oĩs cã eſt cã pro eſſe reali finis: agens .n. cauſat pro eſſe reali finẽ, & oẽs alię, igit̃ agere pro eſſe reali finem non ponit finem ineſſe cãæ diſtincto à cæteris. Tertio ſi finis vt ſanitas in mente eſt cã pro eſſe reali ſanitatis, vel pro eſſe reali A. ſanitatis, vel B. vel C. non pro aliquo horũ, quia indiuiduũ nõ eſt intentũ à natura, igit̃ pro ſanitate abſtracta ab his oĩbus, talis nõ habet eẽ reale ſed obiectiuũ, & ſic ſtat quæſtio. Quarto quæro qđ volunt dum dicũt finẽ in mente eſſe cauſam pro eſſe reali, aut volunt quod finis ſit cauſa pro eſſe reali quia eſſe reale finis fundat cãlitatẽ, aut ꝓ eſſe reali finis, qđ fundat effectualitatem.



Si quia fundat cauſalitatem habetur ꝙ in eſſe reali eſt cauſa, quod negant, ſi quia fundat effectualitatem, tunc erit ſenſus ꝙ finis eſt cauſa, quia cãt effectum realem aliquem, qui eſt fundamentum effectualitatis. Sed hoc nihil eſt, quia adhuc ſtat finẽ eſſe cauſam ſub eſſe intentionali ſimpl̃r. Et de hoc vertebãtur quæſtiones, & certe conſilium hoc non habet colorem, & licet nos in lib. phy. ſecuti eramus ipſum, tamẽ promiſ- *Secũdũ cõſiliũ.* ſimus aliter dicere, ſi aliter occurrebat. Alij ſecũdo conſiliant viros hoſce, & dicunt ꝙ quemadmodum agens duas habet cãlitates. alteram quæ immediate cadit ſuꝑ ipſum fieri. alterã quæ immediate cadit ſuꝑ eſſe rei, quæ ſunt ſeparabiles interdũ, nam aliqđ agẽs habet cãlitatẽ quæ immediate cadit ſuꝑ fieri, & non ſuper eſſe, vt domificator, qui ſuper ipſum ędificari cãlitatem habet, nõ autem ſuper eſſe domus. Aliquod ſuꝑ eſſe & nõ ſuꝑ fieri, vt ſol poſtquã ignis in aqua calorẽ induxit cauſalitatem habet ſuper eſſe caloris in conſeruando ipſum, nõ aũt ſuper fieri, qa factus erat. Sic etiã finis ipſe dicit̃ ꝙ habet alteram cauſalitatem quæ correſpondet primæ cãlitati agentis alteram quæ corr̃ndet ſecũdæ. Datur .n. finis actionis, & finis conſeruationis, res .n. non tm̃ fiũt ꝓꝑ finem, ſed ſunt ꝓꝑ finem, aliter eſſent ocioſæ, tunc dicũt qđ loquendo de fine quo ad primã cãlitatem, ſic finis eſt cã ẜm eſſe intẽtionale. Et hoc pacto intelligun tur oẽs qui finem eſſe cãm fatent̃ ẜm eſſe intentionale, loquendo vero de fine quo ad ſecundam cãlitatem, ſic finis eſt cauſa ẜm eſſe reale, & hoc pacto Ioannes bñdi- *Confutatio.* cit, & alij qui volunt finem eſſe cãm ẜm eſſe reale. Sed iſtud cõſilium eſt falſum, quia ſi finis ſecũdum eſſe intentionale eſt cauſa ipſius fieri, tũc cum ipſum fieri ſit ens reale, cãlitas finis illa prima erit relatio realis, & ſic requirit fundamentum reale. Amplius oẽs rõnes ſtabũt, quia ipſum fieri ſupra quod cadit cãlitas finis prima eſt effectus in re, qui non põt proficiſci à cã, cuius eſſe eſt intentionale. Tu vero reſumas oẽs dictas rõnes, quia valebunt hoc modo contra primã cãlitatem, ſicut fuerũt facte ſimpliciter. Secundo finis conſeruans eſt forma, vel finis gratia cuius: id enim quod conſeruat compoſitum in eſſe eſt forma: niſi .n. conſeruatio daretur formæ: forma nullam haberet ſuper effectũ cauſalitatem finis ratione cuius res non ſunt ocioſe, eſt finis rerũ generatarum. ſiue finis gratia cuius: igitur non datur cauſalitas hæc ſecunda in fine alia ab illis, & propterea iſtud conſilium eſt perturbatio. Hæc de poſitionibus.

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Finis tertia.* DILVCIDATIO qõnis mihi nõ eſt leuis, ĩmo in multis locis intẽtaui illã, & nũquã ad veritatis dilucidationẽ potui ꝑuenire. Pro dilucidatione igit̃ primo debes ſcire ꝙ finis gñonis, q̧ græcè eſt telos alius eſt finis mouẽs, alius finis efficiẽs, alius finis effectus. Finis quidem effectus forma eſt in materia, ſiue compoſitum ipſum ꝙ per generationem efficitur. qđ quidem effectus ipſe ſit finis, deducitur, quia fruſtra agere dicit̃ qñ agẽs non attingit effectum, ad quem tendebat, igit̃ effectus finis eſt. Præterea vltimũ & nobile finis eſt, ſed effectus eſt vltimũ & nobile, igitur finis eſt. Tertio id ad quod cum agens deuenit dicitur deueniſſe ad finem, finis eſt. Sed cum effectus ſit id ad ꝙ cum agẽs deuenit, agẽs ad finem deueniſſe dicit̃, igitur effectus eſt finis, quare recte dictum eſt eſſe finẽ aliquẽ effectũ. Finis vero efficiens eſt p̃conceptio finis effectus naturalis vel cognitiua, dico naturalis, quia agẽs naturale nõ p̃cõcipit finẽ cognitiue, ſed naturali ĩclinatione quæ eſt nãlis cognitio, dico vel cognitiua ꝓꝑ agens per cognitionem, qui præconcipit finem cognitiue vt medicus. Q; aũt iſta præconceptio rei agendæ ſit finis efficiens. Auer. teſta- *Cõm. 36.* tur. 12. huius vbi ait balneum præconceptum mouere vt efficiens. Præterea agens per cognitionem per talẽ præconceptionem imperat virtutibus executiuis, igitur hæc præconceptio concurrit vt efficiens, finis mouens eſt eſſentia rei agẽdę, ſiue natura, ſiue eſſe eſſentię finis effectus, probatur quia nec agens à propoſito, nec nã intendit. Indiuiduum, vt dicit Auic. gñans .n. per ſe intendit naturã, ſiue ſpẽm, ſiue eſſentiam finis effectus, vt gñans hoĩem, non intendit hunc vel illũ hoĩem, ſed hoĩem, quod eſt quoddã cõe hñs eſſe eſſentię finis effectus. Ex his ſequitur dilucidatio, cum .n. quæritur vtrũ finis ſit cã, patet ꝙ ſic, quia per ip̃m r̃ndetur ad qõnem propter quid, & cum quęritur ẜm ꝙ eſſe eſt cã, r̃ndetur ꝙ finis efficiens eſt cauſa ẜm eſſe intẽtionale. Finis effectus eſt cã ẜm eſſe exiſtentiæ, finis mouens eſt cã ẜm eſſe eſſentiæ. Sed contra dilucidationem dubitatur. Pri- *Dubõnes.* mo, quia tunc finis non eſſet vna cã, ſed tres. Secundo tunc nulla operatio medici fruſtraretur, quia ſemꝑ attingit aliquem finem vtpote vel illũ intentionalẽ vel illum ineſſe eſſentiæ. Tertio quæro de illo eſſe eſſentię, vel eſt ſubſtantia vel accñs, & vbi nam ſit. Quarto vr̃ adhuc argumentum ſtare, quia ſi finis efficiens eſt cã, tunc res intentionalis eſſet cã effectus realis vt ipſius fieri. Quinto natura ſiue eſſentia rei agendæ eſt effectrix cauſa, quia eſt obiectum efficiens in intellectu præcõceptionem, igitur quo nam modo eſt mouens vt finis. Sexto finis effectus q̃ cãlitatẽ habet, & reſpectu cuius. Ipſo .n. p̃nte ceſſat motus. Præterea tunc videret̃ finis conſeruans. Hæc contra dilucidationem. Vlterius ſunt dubõnes extra dilucidationem. Prima quis eſt effectus, cuius finis ipſæ eſt cauſa. Secunda quo nam mõ finis cuius gr̃a eſt cã, vr̃ .n. ꝙ ſit agens & non finis, quia homo eſt agens artificialia. qui ponitur illorum finis, Tertia Deus eſt finis ſuarum operationum, qualis nam ſit. Quarta vtrum eſſe reale finis ſit nobilius eſſe intentionali, vt lapis intẽtionalis ſit nobilius lapide in re. Quinta vtrum finis ſit maxima cãrum, & quis illorum trium, *Solu. dubiõnũ.* Ad primam dici põt ꝙ finis eſt veluti quoddã cõe ad illas tres quaſi ſpẽs, nam finis efficiens finis mouens & finis effectus, non ſunt fines eiuſdem rõnis. Et Ariſto. loquitur de his trib⁹ variis locis & verbis, põt etiã dici ꝙ hi tres fines ſubeunt vnã rõnem, qa vnitas naturæ mouentis prebet præconceptioni & fini effectui vnitatem, & ſic dñr quaſi vnus ab illius finis mouentis vnitate. Ad. 2. dico ꝙ medici oꝑatio eſt fruſtra rõne finis effectus, vtpote qñ non attingit finẽ effectum quia ab illo dr̃ ipſum fruſtra. Ad. 3. dico ꝙ illud eſſe eſſentiæ eſt natura ſiue forma, quæ eſt vniuerſale in potentia quæ tanquam præconcepta eſt rõ agendi, & ſic illa eſt in indiuiduis, cuius eſt natura, ſiue forma, quia deſtructis indiuiduis vniuerſalia deſtruuntur. Ad. 4. dico ꝙ eſt cã effectrix non principalis, ſed coordinata cum principali cauſa. Et tunc dico ꝙ poteſt eſſe cauſa effectus realis rõne ſubiecti effectiui in quo eſt, non tñ eſt cauſa per accñs, niſi accipiendo per accñs vt diſtinguitur contra principale, vnde imaginandum eſt ex præconceptione illa & forma agẽtis fieri vnum totale agẽs à propoſito, quod eſt fundamentũ cãlitatis. nam intentio illa potius concurrit ad perſeitatem actionis q̃ ad actionẽ, forma vero principaliter ad actionẽ. Ad. 5. dico ꝙ illud obm̃ ſub eſſe eſſentiæ eſt cã mouẽs & efficiens, mouens ip̃m agens

agens ad cauſandum,& efficiens preconceptionē in illo,ſi ſit agens per cognitionem. Ad.6. dico ꝙ finis effectus non habet aliā cauſalitatē,niſi termini, videlicet,ꝙ in ipſo ceſſet oīs motus,& hac ratione finis dicitur generationis,& propterea non dicitur finis conſeruans, ſed finis terminans. Ad alias dubitationes. Ad primam dico ꝙ effectus finis efficientis eſt ipſum moueri,& ipſa forma,quia vt dixi ille coordinatur cū agente, effectus vero finis mouentis eſt cauſalitas efficientis, agēs enim cāt vt motus à fine mouēte,effectus finis effectus eſt motuū ceſſatio. Ad.2. dico ꝙ idē pōt eſſe agens aliqua & finis cuius gr̄a illorū vt artifex eſt efficiens artificialia & finis cuius gr̄a illorū,Deus etiā eſt efficiens oīa, & finis cuius gratia oīum,& ſic eſt cauſa ineſſe intētionali, & reali. Ad.3. dico ꝙ finis duplex attingēdus per operationē,& finis cauſa,deus eſt finis ſuarū oꝑationū, qa in ſeipſo quietaſ,atq; beaſ:nō aūt finis eſt cā ſuorū operū,nec ſui.hoc declarat Ariſt.12.huius in q̄ pluribus

*Sol. aliquorum ad tertiam.* locis. Ad.4. r̄ndet aliq̄ ꝙ lapis in mēte opificis & archa in mente artificis habet eſſe ſimpl'r nobilius. In re vero lapis ipſe habet eſſe nobilius ſm quid, Sed hęc ſol'o non

*Confutatio.* valet. Primo quia lapis ſiue archa in mente eſt accn̄s, in re vero eſt ſub̄a. Sed ſub̄a eſt ens abſolute nobilius accidente. Secundo lapis in re eſt verius lapis:igiſ abſolute nobilior lapide in mēte. Tertio Ariſt.in.2.lib.de interpretatione dicit ꝙ ens in mēte nō eſt niſi ſm quid,quia vt dicit opinio de re ipſa nō eſt ipſum eſſe, ſed ipſum nō

*Sol. propria.* eſſe. Propterea dico ꝙ lapis in re pōt cōparari ad lapidē intentionalē,aut in rōne ſp̄ei,ſiue lapidis,aut in ratione entis ſiue generis remoti. Si in ratione entis, lapis realis cōparaſ lapidi intētionali. vel ad lapidē intētionalē qui eſt lapidis realis cauſa, vel ad lapidē intentionalem qui eſt lapidis realis effectus. Tūc dico,primo ꝙ ſi lapis realis cōpareſ lapidi intentionali in ratione ſp̄ei ſiue lapidis,lapis realis eſt verius & abſolute nobilior lapis lapide intentionali.ſi vero cōpareſ ipſi lapidi intentionali in ratione entis. Dico ſecundo ꝙ ſi comparetur lapidi intentionali q̄ eſt lapidis realis cā, vt lapidi in mēte Dei q̄ eſt lapidis realis cā,lapis intētionalis eſt abſolute verius & nobilius ens lapide reali, nā ille in mente Dei eſt ſub̄a diuina & cā,realis aūt, ſubſtātia corruptibilis, & effectus,mō ſub̄a Dei eſt oī ente abſolute nobilius ens, ſi vero lapidi intentionali, cuius ipſe lapis realis eſt cauſa,vt lapidi intentionali in mēte hoīs,tūc lapis realis eſt verius ens & abſolute nobilius ens illo, quia ille eſt accidēs,lapis in re eſt ſub̄a,& ſub̄a eſt abſolute,& ſimpl'r nobilius ens accidēte. Ad vltimā Ariſtippus dixit finē eſſe viliſsimam cauſarum,quia ea vtuntur artifices & fabri. vt patet.3.huius,tamē dico ꝙ finis gratia cuius eſt maxima cārum tā ſm ordinē eſſendi q̄ cāndi,vt Deus. Sed finis gn̄onis ſiue ſumaſ ꝓ fine efficiēte, ſiue ꝓ fine mouente,dr̄ maxima cārum in ordine cāndi,eo qa oīs cālitas incipit ab illa,nō aūt in ordine eſſendi qa multotiēs agēs eſt maius & ꝑfectius fine,& ſic maxima dr̄ magnitudine ordinis cāndi quia eſt oīs cālitatis initiū. Hæc de dilucidatione:hāc volui hoc pacto attingere cū licētia ſi al'r occurrit al'r dicēdi. nā res hæc mihi eſt non leuis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rōnes in principio,iā diximus ꝙ ineſſe intētionali eſt cā,& dr̄ finis efficiēs. Imaginādū eſt.n.ex intētione illa,& forma agētis fieri vnū efficiēs totale,ꝙ eſt fundamentū cālitatis,cuius nō eſt fundamentū illa intētio ſed quaſi pars,vel id ſine quo nō,tūc dico ad primū ꝙ effectus realis cā eſt realis:& illa nō eſt illa intētio, ſed totale agens per illam intentionem, & eius formam. Ad ſecundam per idem ad minorem dico ꝙ fini efficienti reſpondet forma agentis quæ eſt ens reale,& hoc ſufficit. Ad.3. patuit,eſt.n.illius cālitatis realis fundamētum forma agentis,cum quo illa intentio coordinatur. Ad.4. patet ſolutio,agēs.n.agit propter finem extra,ꝙ habet eſſe eſſentiæ tanquam ꝑꝑ finem mouentem, agit ꝑꝑ finem conceptum,tāquam propter finem efficientem,finem vero effectum non per ſe intendit, quia eſt ſingulare ꝙ nō intendiſ niſi per vl'e. Ad.5. dico ꝙ finis debet præcedere agēs quo ad id in quo illius eſt cā modo finis eſt cauſa non eſſentiæ agentis, ſed cauſalitatis, & illam præcedit in ſuo genere. Ad.6. patet ſol'o per iā dicta. Ad.7. etiam patet,finis.n.effectus habet eſſe vltimum & optimū. Ad.8. patet ſolutio,fruſtratur.n.agēs, qn̄ non peruenit ad finem effectum,non ob aliud. Ad alias pro alia parte. Dico ad primam ꝙ finis effectus non eſt cā niſi terminatiua oꝑōnum,& propterea dr̄ finis. Ad.2. concludit ꝙ finis effectus non ſit finis efficiēs bene tn̄ eſt finis effectus. Ad.3. dico ꝙ eſt principiū ceſſationis oꝑum, quia hoc pacto cā,per hæc r̄ndetur ad rōnes pro opinionibus,ad rōnes Ioan. dico ꝙ cōcludunt ipſum finem in re eſſe cām finalem effectū: rōnes logicorum ēt procedunt de fine efficiente & ſic ceſſant oēs rōnes ſi bene conſidereſ. Hæc de ſcd̄a dubōnes.

*Differūt aūt intantū quòd agētia quidem ſigularia ſimul ſunt et non ſunt,et ipſa et quorum ſunt cauſæ &c. Tex. cō. 3.*

## DISPVTATIO TERTIA
de ſimultate cauſæ cum effectu.

*Num cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod cauſa particularis in actu non ſit ſimul cum effectu probatur. Primo quia:tūc in principio motus ceſſaret motus. Secundo mouens eſt prius natura motu, igitur non ſunt ſimul, quia cum ordine prioritatis non eſt ſimultas. Tertio ſcitum in actu eſſe pōt vt lapis,& nō ſcientia,igitur cā particularis non ſimul eſt cum effectu. Quarto Deus eſt cauſa particularis & in actu,& tamen effectus in actu non ſimul fuit cum Deo,vt mundus. Quinto videtur ꝙ cauſa in potentia ſimul ſit cum effectu in potentia,quia ſunt correlatiua, & ita ſimul ſunt & non ſunt. In contrarium eſt Ariſto.& Auer.in textu &c. *Cōm. 3*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CAVSA dicitur particularis bifariā velut, & vl'is, nā vl'is cauſa dicitur vno modo ſm cauſalitatem vt cęlum, alio modo ſm prædicationem vt homo reſpectu hoīs, ſic particularis dicitur ſm cauſalitatem, & ſm prædicationem,& eſt illa quę tū entitate,tum cālitate eſt particularis vt hic domificator reſpectu huius domus,quę vlterius diciſ actu & ꝑtāte,actu quidem vt domificans, ꝑtāte vt domificator. Simultas duplex eſt naturę & tꝑis, vt.n.prioritas duplex eſt,naturæ & tꝑis,ſic & ſimultas duplex naturæ & tꝑis, Simultas tꝑis eſt qn̄ in nulla mēſura eſt vnum, quin in illo ſit & aliud, naturæ vero qn̄ ſil'intelligētia ſunt, præterea diſpō non niſi de cā effectrice intelligitur,licet poſsit extendi ad alias, tn̄ verba Ariſt. ſunt de effectrice cauſa. Hæc de tituli expōne.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione tenet Egidius tria. Primū ꝙ efficiēs particulare & in actu ſimul eſt & non eſt cum effectu immediato,



immediato, videlicet,cum ipſo fieri. Secundum ꝙ efficiens in actu & effectus mediatus nō ſimul ſunt & non ſunt. Tertium efficiens in potentia non eſt ſimul cum effectu in potentia. Primū deducit Egidius, quia q̄ cito efficiens eſt in actu,tā cito motus eſt,q̄ cito motus eſt, tā cito motus eſt immobili, igiſ q̄ cito efficiens in actu eſt,tā cito ipſum fieri eſt: igiſ ſunt ſimul tēpore ad hūc ſenſum, ꝙ in nullo tꝑe ſit verū dicere eſſe efficiēs actu quin in illo ſit ipſum fieri. Scd̄m deducit: qa ſi efficiēs in actu & effectus mediatus ſimul ſint & non ſint, oīa euenirēt neceſſario, deduciſ & ponatur domificans in actu: ſi igitur domificans & domus ſimul ſunt, & non ſunt, igiſ domus neceſſario erit aliquando, ſic ꝙ verū erit dicere domum & domificās eſſe ſimul. Et animaduerte ꝙ Egid. vult per hanc concluſionem ꝙ efficiens in actu & effectus mediatus non ſunt ſimul de pręſenti: nec neceſſario quandoq; erunt ſimul in futurū. Q. quidem de pn̄ti non ſunt ſimul,nō probat, quia patet eſſe actu ædificans, & non actu domum. Q. vero nec de futuro probat, quia ſi de futuro erunt aliquando ſimul, tūc poſito ædificante in actu neceſſario erit aliquando domus,ita vt in illo tꝑe ambo ſimul erunt, & ſic oīa inter media ad domū neceſſario erunt. Quod quidē ipſe hēt tanq̄ impoſ'e. Tertium ꝓbat Egi. quia patet cām in potentia eſſe priorem tꝑe effectu in potentia, quia eſſe pōt in rerū natura illo nō exn̄te in rerū natura. Hæc

*Obiectiones aliquorum.* ꝑ Egid. Sed contra hanc pōnē obijciunt aliqui. Primo quia rō pro ſcd̄a cōcl'one poteſt reduci de ipſis fieri,qa vt ipſe arguit de ipſo facto mediato, ita arguam de ipſo fieri, nā in domo agenda ſunt multa fieri. Si.n.domificās in actu eſt,ipſum primū fieri eſt neceſſario, & ſi primum neceſſario eſt ſcd̄m neceſſario erit, & ſic oīa fieri neceſſario euenirent ꝙ eſt impoſ'e de ipſis fieri: ſicut de ipſis factis,quare ſi agens in actu poſito ipſum fieri poneret neceſſario ad illud eſſe actu ſequereſ ipſum fieri actu,ꝙ nō eſt verū:qa cōtingēter eſt ipſum fieri. Secūdo obiiciūt contra primā cōcl'onē, quia nō ſemꝑ efficiens efficit ꝑ motū: ſunt.n.multa agētia, q̄ ſine motu agūt, igiſ in illis oportet efficiēs actu eſſe ſil' cū ſuo effectu actu,& nō cū ipſo fieri. Cōtra tertiā arguūt quia cā in potētia & effectus in potētia ſil' ſunt & nō ſunt, quia referūſ ſm modū eſſendi relatiuorū,q̄ ſil' ſunt & nō ſunt & ꝓpter hæc r̄ndent ad rōnē ꝓ ſcd̄a concl'one,ꝙ nō eſt īpoſ'e oīa euenire neceſſario neceſsitate cōſequētiæ ex ſuppōne,vt dato ꝙ cāæ ponanſ in actu,poſitis.n.cauſis ī actu,neceſſario ſm cōſequētiā ſequunſ effectus ī actu, nō aūt neceſsitate cōſequentis, quia an̄s eſt cōtingens, & ſic ēt cōſequens eſt cōtingēs,poſito.n.ꝙ homo currat,neceſſario ſm cōſequētiā ſequiſ ipſum moueri, nō

*Defenſio.* aūt ſimpl'r,quia an̄s,& cōſequens ſunt cōtingētia. Sed nō poſſum nō iſtos amirari,q̄ Egid. viro perito ita iniuſte cōtradicant. Egid.n.voluit ꝙ efficiens ꝑticulare in actu cū ipſo effectu īmediato ſil' eſt & nō eſt,ſiue ille effectus īmediatus ſit fieri ſiue eſſe, mō ſit īmediatus, qa vt ꝓbat ſi eſt actu efficiens oportet poni effectū īmediatū,cuius illud poniſ actu efficiēs. Sed ſi efficiens ſit actu non oportet ponere effectū mediatū ſil' cū illo, nec de pn̄ti,nec de futuro:& hoc ſiue effectus mediatus ſit eſſe ſiue ſit fieri,qa vt dicit,tūc oēs effectus mediati ab eadē re ꝓficiſcentes ꝑ multa vel per pauca media,neceſſario ab illa re poſita in actu proficiſcerenſ,ꝙ qdem habet ꝓ impoſ'i, & recte, quia ſtat efficiens actu poni vt domificans,& nunquam fore domum: & ſic ſtat nunq̄ verū fore vt ambo ſint ſimul. Quare cā particularis effectrix in actu & effectus mediatus nec de pn̄ti nec de futuro neceſſario ſimul ſunt, nec neceſsitate conſequentis, nec neceſsitate an̄tis,tunc ad obōnes. Ad primam dico ꝙ reduceretur de ipſis fieri, ſi ponatur effectū mediatum ſimul eſſe vel quandoq; fore cum efficiente particulari in actu. Sed Egi. nec de fieri nec de eſſe mediato vult efficiens actu ſimul eſſe cum effectu mediato. Vnde de ipſo fieri immediato non eſt impoſ'e ipſum eſſe neceſſario ſm cōſequentiam, licet nō ſm conſequens ſit neceſſarium. at de mediatis eſt impoſ'e illa eſſe neceſſaria tam ſm conſequens q̄ ſm conſequentiam. Ad 2. dico ꝙ Egi. loquitur de effectu īmediato, ſiue illud ſit ꝑ motum,ſiue ſine motu, ſemper.n.poſito efficiente in actu ponitur neceſſario ſm conſequentiam effectus immediatus,ſiue illud ſit fieri, ſiue eſſe, mō ſit immediatum. Ad.3. dico ꝙ Egid. loquitur in fundamētis illorum,& non in rel'onibus. Et quando dicunt non eſſe impoſ'e oīa euenire neceſſario ſm conſequentiā, patet ꝙ eſt impoſ'e tam ſm neceſsitatem conſequētiæ, q̄ ſm neceſsitatem conſequentis,ſm neceſsitatem conſequentis quidē quia nihil eſt ſimpliciter neceſſarium, ſm vero neceſsitatem conſequentiæ patet etiam, quia dato ꝙ cauſa effectrix in actu ſit nō propter hoc neceſſario ſm conſequentiam ſequitur vt effectus mediati neceſſario ſint,quia ſtat an̄s eſſe verum ſine conſequēte quia pōt accidere impedimentum, & ſic pōt bonus Egi. defendi. Nos vero diximus aliter in.2.phy. ſed ea q̄

*Poſitio. 2.* nunc vn̄r ſunt magis ad mentem Egidij. Pōne hac confutata,volunt ꝙ illa ꝓpō cā in actu ſimul eſt cū effectu in actu, non debet intelligi accipiendo cām & cātum ꝓ relationibus cāæ. & cāti,quia tunc ꝓpō nō minus vera eſſet de cā & cāto in actu,ſed de cā & cāto in potentia, nam etiam hęc vt rel'ones ſunt,ſimul ſunt & non ſunt. Ex hoc ſequitur ꝙ ꝓpō debet intelligi de fundamentis cāæ & cāti. Secundo dicunt ꝙ non debet intelligi de fundamentis formaliter ſumptis, quia adhuc ſunt relatiua, & vt fundamenta ſunt ſubeunt rel'ones,& ſic eſſet vera propō etiam de cā & cāto in potētia, igiſ eſt intelligenda de fundamentis vt exn̄tia ſunt,q̄ium, videlicet ad exn̄tia fundamentorū. Tertio dicūt ꝙ ꝓpō nō eſt intelligēda de fundamētis abſolute exn̄tibus, quia ſtat vnū fundamentum abſolute exiſtere ſine alio: igiſ eſt intelligenda de fundamentis vt ſtant ſub actualibus relationibus cāæ & cāti. Verbi cā ędificans & ædificans ſimul eſſe & non eſſe, pōt intelligi ꝙ ſimul ſunt quatenus ædificans eſt cā & ædificari cātum,& hoc nō qa vt ſic etiam ædificator & domus ſunt ſimul ſi ædificator vt cā & domus vt cātum conſideretur: igiſ debet intelligi ædificans pro ſubiecto,videlicet, hoīe,& ædificari ꝓ oꝑōne in re, q̄ ſunt fundamenta rel'onum. Secūdo nō debet intelligi hoīem & rē q̄ eſt ædificari eſſe ſimul vt ſunt fundamēta rel'onū cāę & cāti,quia vt ſic adhuc ſunt relatiua:& poſſet ꝓpō eſſe vera de fundamētis cāę & cāti, in potentia igitur eſt intelligenda de hoīe quo ad exiſtere & de ædificari quo ad exiſtere. Tertio non debet intelligi de his vt abſolute exiſtunt quia vt ſic non ſunt ſil',quia homo pōt exiſtere ſine ædificari,igiſ debet intelligi de hoīe & ipſo ædificari vt exiſtunt & vt ſunt ſub rel'onib⁹ actualib⁹ cāæ & cāti,& hoc pacto nō cōpetūt cāæ & cāto in potētia, quia cā & cātum ī potētia vt exiſtūt nō pn̄t eſſe ſub rel'onibus actualib⁹, qa nō

*Confutatio.* eſſent in potētia. Sed hāc ſol'onem nō poſſum ītelligere,primo qa q̄ro quid logici rel'onē actualē velim,vel ꝑ relationē actualem volūt reſpectum quo denoīaſ actu

relatiuum vel per relationem actualem in agente intelligũt ipſum agere, & in paſſo ipſum pati ſiue ipſum fieri ſi reſpectum: quo relatiuum actu denoĩatur, ſic & relatio cãæ in potentia eſt reſpectus actualis, & reſpectus cãti in potentia eſt reſpectus actualis, quia vterq; actu recipit prędicationem rl̃onis & per vnumquemq; illorum ſingulum eorum denoĩatur actu relatiuum. Si volunt per ipſum reſpectum actualem ex parte agẽtis ipſum agere, & ex parte cãti ipſum fieri, reddit ad poſitionẽ Egidij ꝙ agens in actu ſimul eſſet & nõ eſſet cum ſuo fieri ſupra ꝙ ĩmediate cadit eius cãlitas. Scd̃o per hanc ſol̃onem nõ apparet quare magis Ariſto. protulit propoſitionem hanc de cauſa in actu, & particulari, q̃ de cauſa in actu & vniuerſali: quia vterq; ſub rl̃onibus actualibus ſimul ſunt, & non ſunt, & ꝓpterea hæc expoſitio non conuenit. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Pro dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ cã vl̃is eſt duplex vt diximus ſm prædicationem, & ſm cãlitatem. *Suppoſitio.* Illa ſm p̃dicationẽ non agit niſi per accñs agẽte indiuidua cã, quia vl̃um nec agere eſt, nec pati, & propterea de hac ꝓpõ nõ põt intelligi cã vl̃is ſm cãlitatem ſemꝑ eſt in actu applicationis, & in actuali agere, quia eſt vl̃is ad oẽs effectus: particularis vero nũc eſt in actuali agere, poſtea non erit. *Excerptum.* Ex hoc ſequitur ꝙ cã particularis in actu ita ſeſe habet cum effectu particulari in actu, ꝙ dũ effectus particularis denoĩatur actualiter fiens cã effectrix particularis denoĩatur actualiter agens, & econtra dum cã effectrix denoĩatur actual̃r agẽs, effectus ſibi corrñdens denoĩatur actual̃r fiens. Nõ aũt eſt ita de cã vl̃i ſm cãlitatẽ, quia hæc cã põt denoĩari actualiter, agens: & effectus particularis nõ actualiter fiens, cœlũ .n. ſemꝑ denoĩatur actu agens, & tñ effectus particularis .A. vel B. non denoĩatur actu fiens, amplius nõ quotiens ceſſat effectus ꝑticularis denoĩari fiens cœlũ ceſſat denoĩari agens. *Dilucidatio q̃õnis.* Ex his ſequitur dilucidatio ꝙ cã effectrix ꝑticularis ĩ actu & effectus particularis in actu, ſimul ſunt & nõ ſunt quo ad actualẽ denoĩationẽ agẽtis, & fientis, quia vt dictũ eſt dũ effectus particularis denoĩatur actu fiens, cauſa effectrix particularis denoĩat̃ actu agens: & dum effectus ceſſat denoĩari fiens, agẽs illud ceſſat denoĩari agens, & econtra: etiã dũ effectrix cã actu denoĩatur agens, effectus etiã particularis actu denoĩatur fiens, & dum illa ceſſat denoĩari agens, hæc etiã ceſſat denoĩari fiens, igitur ſil̃ ſunt & non ſunt quo ad reciprocam denoĩationem actualẽ agentis & fiẽtis. Ad hoc valet exemplum Ariſt. de ædificante, nam dum ædificator denoĩatur actu ædificans: domus denoĩatur actu fiens & cum ceſſat illius denominatio ceſſat & huius, ecõtra etiam idem patet. *Excerptum.* Per hoc apparet cur Ariſt. ſignanter protulit propoſitionem de particulari agẽte & nõ de vl̃i, de vl̃i .n. ſm p̃dicationẽ nõ ꝓtulit, quia illa non cãt: niſi per accidens, vel quia effectus p̃t ceſſare denoĩari fiens, & cã vl̃is adhuc rõne .B. agẽtis poteſt remanere agens, de vniuerſali vero ſm cauſalitatẽ nõ põt intelligere quia illa non ceſſat denoĩari vel incipit denoĩari agens effectu particulari denominato fiente, vel ceſſante ſi denominari. Tu vero conſidera textum, quia inuenies hanc propriam textui, & exẽplo. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis ad primam nego cõſequentiam, dico enim ꝙ ipſe motus non eſt effectus ipſius agentis, quia tunc motus acciperet eſſe per motũ vt dixi in .5. phyſi. ſed effectus in actu eſt id ꝙ denoĩatur fieri in actu, vt illud quod per motum denoĩatur nunc fieri. Verbi cã. domus vel aliud, dum .n. cã effectrix particularis denominatur agens, domus denominatur actu fiens & ecõtra, & ſic nõ ſequitur vt ſtatim ceſſet motus, cum aliud ſit denoĩari actu hoc agens & illud fiens, & aliud eſſe actu factũ. Ad .2. dico ꝙ ſtat aliqua eſſe ſimul ſm denominationem quorum vnum eſt prius natura alio, vt pr̃ & filius ſunt ſil̃ ſm denominationem, & tñ res illa quæ eſt pater prior eſt re q̃ eſt filius. Ad .3. dico ꝙ non poteſt eſſe ſcitũ in actu ſm denominationem, quin ſit ſcientia in actu ſm denominationem: licet poſsit eſſe res quæ eſt ſcita in actu ſine actuali ſcĩa, vt de lapide dicebatur. Ad .4. patet ſolutio: ſm .n. ph̃os Deus eſt cã vl̃is, & ſemper eſt ĩ actu per motum, ſed propõ Ariſt. eſt de cã in actu particulari. Ad .6. patet ſolutio, cauſa particularis .n. in potentia cum effectu in potentia non ſil̃ ſunt & non ſunt quantum ad mutuam denominationẽ agentis & fientis in actu, & ſic non tollit propoſitum. Hæc de .3. diſputatio. ſatis.

*Horum quidem vtiq; altera cauſa eſſendi neceſſaria, horum autem nulla, ſed propter hæc alia ſunt ex neceſſitate &c. Tex. cõm. 6.*

## DISPVTATIO QVARTA
### De cauſa neceſſariorum.

*Num neceſſariorum poſſit eſſe aliqua cauſa effectiua.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non, arguit̃ rõne Auic. q̃a ſi neceſſaria hñt cãm tũc poſſent nõ eſſe, q̃a illa amota nõ eſsẽt, & ſic nõ ſunt ſimpliciter neceſſaria. Secũdo effectrix cã eſt principiũ vñ motus vbique .n. Ariſt. ſic illã deſcribit. Sed in neceſſarijs non poteſt eſſe principiũ vnde motus, igitur non põt eſſe effectrix cã. Tertio dr̃. 3. huius ꝙ in ĩmobilibus nõ eſt efficiens, igit̃ neceſſariũ nõ habet cãm. Quarto ſi neceſſarium habet cãm effectricẽ: tũc eſſet creatio, cõtrą ꝑipateticos: deducit̃, quia ſi neceſſariũ ſit, & nõ ꝑ motũ: igit̃ creat̃. Quinto oẽ cauſatum eſt generabile, Auerro. lib. d. d. diſputatione .3. in ſol̃one dubij .18. igitur vt prius. In oppoſitũ eſt Ariſt. in tex. qui clare ponit neceſſariorum eſſe aliq̃ cauſam.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid neceſſarium & quoties dicitur.* Neceſſarium interdum ſumitur ꝓ complexo, vtpote ꝓ eo ꝙ diſtinguitur contra contingens & in eſſe, vt in lib. prio. & ĩ lib. de interpretatione diximus. Interdum ꝓ incõplexo, vtpote ꝓ eo ꝙ eſt & non põt nõ eſſe, vel ꝓ eo ꝙ non eſt, & non põt eſſe, & hoc pacto Deus eſt neceſſariũ quia eſt, & non põt nõ eſſe. Hippocẽtaurus neceſſario non eſt ſiue impol̃e eſt eſſe, q̃a nõ eſt & non põt eſſe de hoc neceſſario plura hñtur primo cœli. Vlterius vt inquit Philop. neceſſarium quouis horũ modorum ſumptũ bifariã eſſe põt, aut ſimpliciter aut ex condõne ſiue ex ſuppõne, neceſſarium ſimpl̃r. ꝙ iuniores appellãt, neceſſariũ ſm cõſequẽs eſt illud qd̃ eſt & nõ põt nõ eſſe vt Deus: & illud principium de quolibet dr̃ eſſe vel non eſſe. Neceſſarium ex ſuppõne: ꝙ iuniores appellant, neceſſariũ ſm conſequentiã, eſt qd̃ in ſe nõ eſt neceſſarimu: ſed alio poſito neceſſe eſt eſſe, & ſic oẽ quod eſt dum eſt neceſſe eſt eſſe vt dicit̃ in lib. de interpretatione, ſimiliter neceſſe eſt hominem moueri, dato ꝙ currat. Amplius neceſſe eſt ſtuppam vri dato ꝙ ignis



ignis illam vrat. Hæc .n. ex ſuppoſitione dñr, quia in ſe nullum horũ tale eſt. Cauſa & ſi multipliciter ſumi poſſit in propoſito ꝓ cauſa effectrice auditur, nam de alijs cauſis diſputatio erit .12. huius. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Plat.* De diſputatione Plato quem Alex. Aphro. & Philoponus ſectantur opinatur nullũ eſſe ſimpl̃r neceſſariũ, quod ſuæ neceſsitatis & eſſentiæ neceſſariæ cãm effectricem habeat, bene tñ concedunt ſimpliciter neceſſarium aliquod vt complexum habere ſuæ neceſsitatis manifeſtantem cauſam, quæ potius ſit illius cauſa vt aſſentiamus ei, q̃ cauſa ſit illius in ſe, neceſſariũ tñ ex ſuppõne quouis modo ſumptum poteſt habere cauſam effectricem, vñ hæc põ poteſt tribus concluſionibus exponi. *1. concluſio.* Prima neceſſarium ex ſuppoſitione quouis modo ſumptum habere poteſt cauſam effectricem, patet quia ſtuppam comburi eſt neceſſariũ ex ſuppoſitione, & tñ habet cauſam effectricem. Sil̃r hominem moueri eſt neceſſarium ex ſuppoſitione: & habet cauſam effectricem vt hominem currere. *Secunda.* Secunda neceſſarium cõplexum & ſi non habet cauſam eſſendi habet cauſam ſui conſenſus. Probatur, quia concluſionibus non aſſentimus notis terminis, nec ſolo lumine, igitur propter principia illis aſſentimus, & ſic neceſſarium illud concluſionum principiũ habet non eſſendi ſed aſſentiendi. *Tertia.* Tertia concl̃o neceſſarium ſimpl̃r & incõplexum nullo pacto habet cauſam effectricem, vñ Plato bene concedit in Timæo aliquod factum eſſe ſempiternum non quidem nexu rei factæ qui eſt ad non eſſe, ſed volũtate opificis, quæ vt ait maior eſt nexu illius, & hac rõne poſuit mundum factum, & ęternum non tñ neceſſarium. ſed pol̃em non eſſe, tñ voluntate opificis ſemper eſt. Philoponus etiam & Alex. dicunt oẽ cauſatũ eſſe nouũ, poſſeq́; ſempiternum eſſe, ſed non neceſſariũ, ſed pol̃e, vt Auer. 2. cœli. cõ. 7. & 12. met. cõ. 41. & in. 8. phy. cõm. 75. & alibi pluries narrat. *Poſitio Ioan. & Hẽrici.* Hãc põnẽ ſecutus eſt inter iuniores Ioã. Ganda. atq; eius patrius Henricus, crediderunt .n. contra edictionẽ eſſe vt neceſſariũ ſimpl̃r aliq̃d ſit, & cãm habeat effectricẽ Hãc põnem Ioã. perſuaſit.

Primo quia effectrix cã, ſemꝑ à peripateticis ꝑ motũ diffinita eſt. Modo neceſſariũ ſimpl̃r hr̃e cãm effectricẽ per motũ, nemo dicet. Scd̃o naturalis ph̃s non debet ponere, niſi qd̃ vel ſenſibus patet, vel ex ſenſibus deducitur. Sed eſſe aliquod agens ſine motu, nec ſenſibus patet, nec ex illis deduci põt. Tertio ſi neceſſariũ habet agens, igit̃ nõ habet de ſe eſſe: nõ habet de ſe eſſe, igr̃ habet de ſe nõ eſſe à negatiua de p̃dicato finito ad affirmatiuã de p̃dicato ĩfinito cũ cõſtãtia ſubiecti, vt dr̃ ĩ .2. de ĩterp̃tatione, habet de ſe nõ eſſe, igit̃ eſt pol̃e nõ eſſe & ita nõ ſimpl̃r neceſſariũ, vt Hẽricus arguit. Quarto ſi neceſſarium ſimpl̃r incomplexum habet agens, igitur eſt compoſitum. tenet enthymema, quia oẽ factũ componit̃ ex eſſe, & eſſentia, quia eſſe hr̃: & eſſentia habet, eſſe .n. per actionem participatur, & eſſentia ꝑ actionẽ participat. *Cõm. 39.* Quinto .12. meta. oẽ cãtum eſt nouũ. & in lib. d. d. diſpu. 2. in ſol̃one dubij tertij. Sexto data hac põne erit impol̃e euitare creationem, ſaltem æternam, quod vr̃ impol̃e, quia Ariſt. vbiq; negat creationem ꝑ illud famoſum principiũ ꝙ ex nihilo nihil fit, mõ hoc principium eſt cõe æterno & nouo, & non vr̃ magis rõ quare hoc principium deſtruat creationem nouã, & nõ æternã. Septimo vel neceſsitas eſt de eſſentia entis ſimpl̃r neceſſarij. vel res addita eſſentiæ ſi de eſſentia, igitur oĩ alio circũſcripto ſibi cõpetit, & ſic non habet cãm. ſi res addita eſſentiæ, igitur eſſentia eſt in potentia ad illã & ſic poteſt recipere illam, & carere illa, & ita illud neceſſarium eſt contingens. *Excerptum.* Ex his concludunt neceſſariorum ſimpl̃r & ſempiternorum incomplexorum, vt intelligentiarum, bene eſſe finem cõem oĩbus, qui mouens dr̃, eo modo quo forma balnei ſm eſſentiã, finis mouens dr̃, diximus .n. formam in eſſe eſſentię eſſe mouentem finem. & ſic volunt Deum eſſe finem mouentem, non aũt finem effectum vel efficientem. Sed ſimul finis mouens eſt oẽs motores ad agendum, non aũt efficiens, vt declaratũ eſt. *Cõm. 36.* Hæc ſunt quæ Ioannes & patrius ſuus Henricus ſentiunt nõ ſolum in ſe, ſed de mẽte Ariſt. Nam Ariſt. 12. meta. & Auer. ibidẽ dicunt primum mouere vt amatum & deſideratum: igitur mouens eſt oẽs ad agendum, non aũt agens illas intelligẽtias ſimpl̃r, ſed mouens ens ad actiones ſempiternas. Quare non al̃r Deum Ariſt. concedit eſſe agẽs, niſi quatenus eſt finis mouens. *Confutatio poſitionis.* Sed pace horum dixerim, hæc poſitio peccat in duobus. Primo quo ad id quod volũt de ente neceſſario. Secundo quo ad id quod volunt de concluſionibus neceſſarijs. *Primus error Ioan. & Henrici.* Primum quidem error eſt quia Deus eſt finis omnium intellectuum ſeparatorũ, igitur effectrix cã illorũ. Conſequentia eſt Auer. 12. meta. cõm. 44. 5. 6. 55. & 36. & 12. meta. cõm. 6. Secundo arguo ſyllogiſmo Auer. in lib. d. d. diſputatione. 3. in ſolutione. 18. quod dat entibus ſeparatis finem: dat eſſe, quia finis & forma ſunt idem in illis & forma eſt eſſe: id autẽ quod dat formam eſt agens, ſed Deus dat finẽ illis. igitur eſt agens, vide eum. Tertio nulla intelligentia eſt liberata à potentia, præter primam, modo hoc non eſt, niſi quia quælibet eſt cauſata, vt dicit Auer. in lib. d. d. in q̃ pluribus locis, modo non dicuntur cauſate à prima, vt à fine tantum, quia ſic omnes poſſunt eſſe æquales vt docet Simpli. primo cœli, ait .n. ꝙ plures canes poſſunt æqualiter appetere eundem panem quia finis põt appeti æqualiter ab omnibus. Modo intelligẽtiæ non appetunt æqualiter: nec æqualiter ſunt beatæ ſm Auer. in lib. de beatitudine, igitur non dependent à Deo vt à fine tm̃. Quarto inter motores illos eſt ordo eſſentialis, igitur inter eos eſt ordo dependentiæ, ordo .n. eſſentialis apud ph̃os non eſt niſi dependentiæ, igit̃ omnes dependet ordine quodam à primo. Multa alia reperies contra hanc poſitionem in lib. d. d. *2. error.* Secundũ vero eſt euidenter error. primo Ariſt. in toto lib. poſte. vult medium, cauſam, & definitionem eſſe idem. Præterea tunc nulla demonſtratio dicit, quia & propter quid. deducitur, quia ſecundum Them̃. demonſtratio dicit, quia & propter quid quæ dicit cauſam & eſſe, & hanc demonſtrationem appellat Auer. demonſtrationem ſimpl̃r, eo quia medium dicit cauſam & eſſe effectus. Pręterea Ariſt. 1. poſte. docet dem̃rare ipſum nõ ſcintillare de planetis: per cauſam veram, vt dicit quæ eſt eſſe prope, mõ nõ ſcintillare eſt effectus neceſſario competens planetis, igitur neceſſarium habet cauſam veram. Multa alia poſſunt adduci contra hoc ſm, ſed quia eſt aperte falſum: & contra omnes græcos, volumus de poſitionibus eſſe dictum hactenus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. In hoc q̃ſito volumus in parte quoſdam ſectari, non quidem ꝙ ipſi fuerunt huius veritatis inuentores, nam ante ipſos hanc rem Albertus, Expoſitor ſenex, & nouus expoſitor apertis rationibus cõprobarunt: propterea hanc põnem imitabimur tanq̃ cõem oĩbus veris peripateticis. *Suppoſitio.* Pro dilucidatione

igitur ſupponamus nullum effectum poſſe eſſe æternũ, quin eius effectrix cauſa & neceſſario ſit: & neceſſario illum efficiat, aut efficiendo conſeruet, hæc ſuppoſitio patet rõne, quia vbi aut cã deficiat ſimpliciter, aut deſinat ipſum conſeruare, proculdubio effectus deſi- *Cõm. 1.* net eſſe, hæc ſuppoſitio etiam patet per Auer. 4. cœli, vbi inquit. res. n. æternæ non hñt agens, niſi ſm ſimilitudinem, neq; habẽt ex quatuor cauſis, niſi formalem & finalem, & ſi habuerint aliquod quaſi agẽs, nõ erit niſi inquantum eſt forma illis, & cõſeruans illãs, hæc Auer. vbi patet effectum æternum non habere agens, quod illum efficiat effectione diſtincta à conſeruatione, & ꝓpterea cã effectus æterni eſt conſeruatrix efficiens, vel effectrix conſeruans: eo quia nunquã fuit cauſa ſine effectu, nec effectus erit ſine cã vel aliquando nõ fuit ſine *Cõm 44.* cã. Præterea hęc ſuppoſitio eſt de mente Auer. 12. met. vbi ponit oẽs motores dependere à primo. non autem effici ad hũc ſenſum, ꝙ prius nõ fuiſſent, & poſtea eſſent *Excerptũ quod eſt differentia catholicorum à philoſophi* & ſic hæc ſuppoſitio ſit pro nunc ſic comprobata. Ex hac ſuppoſitione ſequitur dña inter catholicos & peripateticos, quia ex quo per ſuppoſitionem nullus effectus põt eſſe neceſſarius & æternus. niſi cã neceſſario ſit: & neceſſario cauſet, & ſm veritatem Deus ad extra cõparatur mere libere & contingenter, ſequitur vt nullus ſit effectus perpetuus & neceſſarius. Quia vero ſm phos Deus ad extra comparatur libere, ſed neceſſario. vt in lib. d. d. diſput. 2. igitur oĩs effectus qui immediate eſt ab ipſo eſt neceſſarius & æternus. vt mũdus: & quę- *Cõm. 15.* libet intelligentia, & hoc deducit ipſe Auer. 8. phyſicæ auſcul. vbi deducit ab æterno agente oẽ quod euenit, eſſe æternum & neceſſarium. Tunc de mente peripateticorum ſunt dicendæ hæ concluſiones. Prima nullum neceſſarium & æternum habet cãm effectricem ꝑ motum. Secunda nullum neceſſarium & æternum habet agens, quod agat non conſeruando, vel conſeruans: ꝙ *Dilucidatio & concluſiones.* conſeruet non agendo. Tertia neceſſarium & æternum habet effectricem cãm cõſeruantem, vel conſeruatricẽ efficientem. Vltima concluſio neceſſarium ex ſuppoſitione põt habere verum agens per motum, & verum agens non conſeruans. Prima harum patet, quia omne ꝙ per motũ efficitur: prius fuit in potẽtia ad eſſe apud phos ſed oẽ tale eſt poſſibile eſſe, igitur nõ neceſſarium & æternum. Secunda etiam declaratur per ſuppoſitionem quia non põt eſſe ęternus & neceſſarius, niſi cauſa ſit æterna & neceſſario cãns, modo nõ põt ſemper cauſare agendo, igitur agit ſemper conſeruando, vel ſemper agendo conſeruat, & per hoc patet tertia. Quarta aũt non eget probatione, quia effectus naturales non ſunt neceſſarij niſi ex ſuppoſitione vtpote ſupponendo ꝙ agentia naturalia agant: & ſic pñt habere agentẽ *Fortiſſima rõ.* cauſam quouis mõ. Quod vero hæc põ ſit conueniens fundamentis ꝑipateticorũ, perſuadeť, quia rõ efficiẽtis eſt cõior rõne mouentis, & rõ effectus cõior rõne moti vel ꝓducti ꝑ motum declarať, tũ quia de efficiente agit meta, quia vt Auerro. primo phy. meta. agit de tribus gñibus cãrum. Tũ quia in quibuſcunq; eſt mouens, eſt *Cõm. 1.* efficiens & nõ econtra, vt dicit Auer. in lib. d. d. Ex hoc arguitur oẽ quod conſideratur à meta. ꝑ indifferẽtiam mobilibus & ĩmobilibus, competit ſubijs ſeparatis. Sed efficiens, effectus cõſiderantur à meta. ꝑ rationẽ cõem & indifferentem omnibus mobilibus, & alijs à mobilibus. igitur rõ efficientis & effectus cõpetunt ſeparatis, igitur in illis eſt efficiens & effectus: vel ſub alijs verbis põt hæc rõ colorari, quicquid meta. cõſiderat, eſt abſtractum aut per eſſentiam aut ꝑ indrĩam. Sed efficiẽs & effectus conſiderantur à mataph. igitur effectus aut competit abſtractis ꝑ eſſentiam, aut ꝑ indrĩam, & quouis mõ dicatur: ſequiť in illis eſſe efficiens, & effectũ, & hęc rõ demraťat apud peripa. Hæc de dilucidatione, qa multæ dubõnes tolleňť ſoluendo rõnes ꝓ Ioan. factas.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis. Primo ad rõnes ꝓ oppinione Ioãnis. Ad primam dico ꝙ Ariſt. efficientẽ definit per motũ, quia per hoc dat intelligere efficientem ſine motu, ſemper. n. meta. tradit poſt phyſica, adeo ꝙ nomen retinet. Ad 2. dico ꝙ ad talem efficientẽ, deducimur ex ſenſibus. nam ex ſenſibus videmus ordinem eſſentialem inter motus, & ab illo arguimus ordinem inter motores, & ſic nanciſcimur ordinem dependentiæ. Multis etiã alijs vijs id poſſumus nanciſci, quas prætermitto. Ad. 3. concedo ꝙ effectus perpetuus & neceſſarius non habet de ſe eſſe: & nego quod ſequatur illũ habere de ſe nõ eſſe: nec ſic arguitur per regulam, nam prædicatum illius negatiuæ eſt hñs de ſe eſſe, & ita negatiua erit illa, non eſt hñs de ſe eſſe, propterea ſequitur: igitur eſt non hñs de ſe eſſe, quia nunc prædicatum eſt infinitum, & hoc pacto concedo. Ad. 4. concedo conſequentiam: quia ſola prima intelligentia eſt liberata à potentia, verum in. 4. huius. dixi quonam modo eſt illa compoſitio, dixi. n. ꝙ non eſt compoſitio illa ex eſſe & eſſentia tanquam ex re & re, quia nunquã ſtetit eſſentia ſine eſſe, nec põt eſſe ipſum eſſe ſine eſſentia, ſed eſt compoſitio ſm rõnem quia nos intelligimus eſſentiam illarum fuiſſe ſine eſſe, ꝑ rõnẽ quatenus intelligimus illas in aliquo priori ſm rõnem, in quo non ſunt, quia ſunt cauſatæ, modo nihil põt intelligi cauſatum, quin intelligatur per rõnem ſaltem in aliquo priori non eſſe, res vero ꝗ de nouo fiunt, ſunt veræ cõpoſitæ ex eſſe & eſſentia, qa eſſentia veræ ſm rẽ præcedit eſſe. & aliquando fuit eſſentia ſine eſſe. Deus autem quia nec de nouo, nec ab æterno effectus eſt, propterea ſolus eſt liberatus à potẽtia. Ad. 5. dico ꝙ phi non negant creationem æternam, vt patet. 8. phy. *Qualiter philoſophi conceſſerunt creationem æternam et non nouam* vbi Auer. concludit ꝙ mundus eſt factus ab æterno, & certum eſt ꝙ nõ eſt factus ab æterno, ex ente igitur coguntur ponere creationem æternam, id qua ipſum nihil præcedit eſſe ſm rationem, quatenus intelligitur res æterna cauſata. vbi dictum eſt, & qñ dicitur phos habere hoc pro impoſſibili pro tanto quia habent pro impoſſibili aliquid fieri ex nihilo, dico ꝙ habent pro impoſſibili aliquid fieri ex nihilo de nouo, quia non cognouerunt aliquid poſſe fieri de nouo niſi per motum at ex nihilo poſſe fieri aliquid per motum non eſt intelligibile, ꝙ autem fit ex nihilo ab æterno non oportet vt fiat de nouo, & propterea cognouerunt illud poſſe fieri ſine motu, & inde poſſe creari. Hæc deductio eſt Auer. in lib. d. d. clare. Sed dices, ſi phi cognouerunt aliquid poſſe fieri ex nihilo creatione æterna: igitur coguntur ponere illud eſſe in nihil vertibile: & ſic omne tale erit contingens. Dico ꝙ iſti philoſophi cognouerunt ens formaliter neceſſarium eſſe ab alio effectiuæ veluti album, ſeipſo eſſe formaliter album, & eſſe effectiuæ ab albificante: & ſic negatur conſequentia: quia tunc eſſet illud vertibile in nihil, quando fuiſſet factũ eſt nihilo hoc pacto quod eſſe non fuiſſent formaliter ſibi neceſſariũ. Ad ſextam dico quod neceſſitas eſſendi eſt de eſſentia entis ſimplr neceſſarij vt cuiuslibet intelligentiæ quia ꝗlibet eſt formalr neceſſe eſſe, & cõcedo ꝙ ſibi competit circũſcripta oĩ cauſa formali, non tñ oĩ

cauſa



cã effectiua qa, vt dixi formalr neceſſario nõ repugnat hr̃e cãm effectiuã, vt formalr albo nõ repugnat habere albificans. Tunc ꝑ hæc ad rõnes in principio rñdetur. Ad primã dico ꝙ neceſſarium formaliter, & effectiue vt Deus excludit oẽm aliam cãm, ſed neceſſarium formaliter non excludit cãm effectiuam. Ad formam concedo ꝙ ammota prima cã ceſſabunt oẽs intelligentiæ, & nego ꝙ propter hoc ſint poſſibiles non eſſe, vt non valet ſi equus volat, equus habet alas, igitur equus habet alas, ſic non valet, ſi Deus non eſt, intelligentię non erunt, igitur intelligentiæ non erunt, igiť intelligentiæ poterunt non eſſe, eſt. n. añs impoſſibile. & conſequens ſimiliter. Ad ſecundam patet ſolo. Ad tertiam patet ẽt ſolo: quia Ariſt. loquiť in mathematecis: vt diximus. 3. huius. Ad quartam patuit ſolo, ad verba Auer. dico ꝙ loquiť de cauſato ꝑ motũ, & ſic patet veritas. Reſtaret nunc adducere rõnes ꝓ parte catholicorũ, & pro parte phorum, ſed quia in lib. phyſi. & in lib. d. d. & in lib. de Sub̃a orb. ſunt adductę: nũc omittimus. Si tu videre vis hanc qõnem nõ ſemel reſolutam: lege nõ ſemel librũ d. d. quia ſæpe poteris hęc legere. Hęc de. 4. diſputa.

*Amplius autem alia ſecundũ numerum ſunt vnum, alia ſecundum ſpeciem, alia ſecundum genus, alia ſecundum analogiam, numero quidem quorum materia, vna. &c. T. c. 12.*

## DISPVTATIO QVINTA
### De cauſa vnitatis & diſtinctionis indiuiduorum.

*Num materia ſit principium vnitatis & diſtinctionis numeralis indiuiduorum.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Quid vnitas numeralis.* QVod ſic arguitur, quia vt in textu diciť, ea ſunt vnum numero, quorũ materia eſt vna, igitur materia eſt principium vnitatis numeralis. In oppoſitũ arguitur, quia tunc oĩa eſſent vnum numero, qñ omnium eſt vna numero mã. Et ſic qõ eſt ambigua.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli explicatione. Primo aĩaduerſione dignum ꝙ quælibet vnitas dicit duplicem negationem, vt 4. huius diſputauimus, videlicet, negationẽ diuerſitatis in ſe, & negationẽ idẽtitatis cum alio. Nã quodlibet vnum eſt in ſe non diuerſum, ſiue in ſe indiuiſum. & alteri nõ enti, quia ab alio diuiſum, verum ſi aliquid eſt in ſe indiuiſum, & ab alio ſub ente diuiſum, hoc dicitur vnum vnitate entis. Si vero aliquid eſt in ſe indiuiſum & à quolibet alio ſub eodem gñe diuiſum, eſt vnũ ſpẽ. At ſi aliquid eſt in ſe indiuiſum & diuiſum à quolibet alio ſuæ ſpẽi, dr̃ vnũ numero. igiť vnũ numero eſt ꝑ duplicẽ negationẽ, quia ꝑ indiuiſionẽ in ſe, & diuiſio- *Excerptum per quod ſcitur nullum æternum eſſe vnum numero. Cõm. 12.* nẽ à quolibet eiuſdẽ ſpẽi. Ex hoc ſequitur ꝙ nullũ æternũ diciť vnũ numero qa licet oẽ æternũ ſit in ſe indiuiſum. tñ nõ eſt ab aliquo eiuſdẽ ſpẽi diuiſum, qa nec eſt in ſpẽ, nec eſt aliqd̕ aliud indiuiduũ eiuſdem ſpẽi, è quo diuiſum eſſe poſſit hoc Auer. ſentit hic. vbi dicit ꝙ vnũ numero quod eſt in æternis, eſt vnũ ꝙ eſt principium numeri. Quod phi velint Deũ & æternum aliquod eſſe vnum numero, vtuntur vno numero pro oĩ eo, quod cum alio quouis numerum efficit: non autem ſumunt vnum numero ꝓut diſtinguitur contra vnum ente, vnũ *Quid indiuiduum & ſingulare.* gñe, & vnum ſpẽ. Secundo aĩaduerſione dignum indiuiduum eſſe oẽ id quod ex diuiſione continui vnum eſt corpus in alia corpora ĩdiuiſibile, hoc græci appellant interdum athomon: interdum adieretõ, ſemper. n. dictum quia ſuper ipſum non cadit diuiſio diuerſarum partium: transfertur autem ad ſingulare ſpeciei valde improprie, nam ſingulare eſſe poteſt non per hoc quia ſit corpus ſuper quod non cadit diuiſio continua, dicitur. n. ſingulare, quia vnicum eſt & ſolum, quod & græci cathecaſton dñt, & propterea nullum æternũ eſſe poteſt indiuiduũ, quia nullum eſt tale per hoc, quia poſt diuiſionem relinquitur indiuiſibile, bene autem poteſt eſſe ſingulare, quia poteſt eſſe vnicũ & ſolum. Tertio debes ſcire ꝙ aliquid poteſt dici vnum numero per aliquid duplr, formaliter, & fundamentaliter, dr̃ vnum numero Socra. formaliter ſua vnitate numerali, quia ſicut album formaliter eſt tale albedine, ſic vnum numero formaliter eſt vnum numero vnitate numerali, fundamentaliter vero per aliquod dr̃ vnũ numero per quod in eo fluit vnitas numeralis. Ex his ſequitur ꝙ diſputatio intellr de fundamento vnitatis numeralis. Quæriť. n. quid eſt principium fundamẽtale, è quo fluit vnitas numeralis Socratis, vnitas enim numeralis non ineſt immediate ipſi rei, cuius eſt, veluti vnitas entis. oẽ. n. ens eſt vnum ens, quia ens, ſed ineſt rei per certum fundamentale principiũ, è quo fluit vnitas rei, & de tali principio extat diſputatio, quid nam ſit, & quale. Hæc. n. dubitatio eſt non parua, eſt. n. quæſtio noua, apud. n. veteres non erat excogitata ſed poſt emerſit, & in ea multi elaborauerunt. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

De diſputatione ſunt innumeræ poſitiones, verum *Põ. 1. vt Sco. i lib. 2. ſen. diſ. 3.* nos famoſiores introducemus & illas exponemus pro facultate, nã de re hac nihil certi habemus, nec Ariſt. nec Auer. fecit vim in quæſtione hac. Famoſa igiť opinio, quæ hodie currit per ſcholas eſt ꝙ fundamentale principium vnitatis numeralis eſt hecceitas. Vbi debes ſcire vt dicunt ꝙ materia & forma opponuntur relatiue vt põt colligi. 2. phyſi. igiť quot modis dr̃ materia, *Cõm. 16.* tot & forma dicetur: & econtra. dr̃ aũt forma interdũ forma totius, ꝗ eſt natura cõis, interdum forma partis, ꝗ cum materia efficit compoſitũ, hinc materia duplex, altera totius, ꝗ corrñdet naturæ, altera partis, ꝗ corrñdet formæ partis, ex materia totius & natura ĩdiuiduũ conſtituunt, ex materia partis & forma faciunt compo- *Authores põnis Auic. Varro Plot. Proc.* ſitum. Quare materia totius eſt principium fundamẽtale vnitatis ipſius indiuidui, hæc aũt materia totius in Socrate, eſt eius hecceitas, ſiue eius Socrateitas, in Nipho Nipheitas, cõparaturꝗ; hęc nãę ipſi cõi, veluti dñia nãæ gñi. Hanc opinionem primitus publicauit Auic. 5. ſuæ meta. vbi voluit indiuidua euſdem ſpẽi differre differentiis indiuidualibus, veluti duæ ſpẽs eiuſdem generis differunt differentijs ſpecificis, ꝗ dñæ indiuiduales, hypoſtaſes appellat indiuiduorum, ſiue proprietates. Hac primum recepit. Varro, & appellauit illas hecceitates, quibus indiuidua ſunt hæc. Hæc etiam põ non fuit intacta apud veteres. Plotinus vero aſſignans ea quibus animæ numerantur: ait illas numerari terminis, internis, quos nõnulli noſtra ætate modos intrinſecos appellant, quæque hecceitates dicuntur dicentes illas voluiſſe Proclum etiam: & appellauit ipſas Idiotropias, hoc eſt ꝓprietates intimas. Sc igiť hęc põ licet fuerit noua, apud veteres non erat intacta. Pro hac põne *Rationes poſitionis. Prima ratio.* arguiť primo, qa ꝑ hanc põnẽ hẽtur principiũ vnitatis numeralis in oĩbus indiuiduis, cuiuſuis gñis, & ꝑ nullã aliã, igiť eſt ꝓ cęteris ꝓponẽda. añs patet, qa ꝑ hanc poſ-

 ſumus

ſumus dare principiũ ĩdiuiduationis & ſubæ,& accñtis, *Secunda ratio.* & generabilium,& æternorũ. Secundo ꝑ id debet eſſe oẽ indiuiduum vnũ numero, ꝑ quod vltimo differt ab oĩ alio. Sed ꝑ nihil differt ab oĩ alio, q̃ ꝑ hecceitatẽ, nõ q̃dem ꝑ materiam, quia illa eſt cõis oĩbus, non ꝑ formã quia illa eſt fundamentum vnitatis ſpecifice, non ꝑ aliquod accñs, qm̃ oẽ accidens ꝓſupponit vnum numero ſubm. igiť aut ꝑ nihil, aut ꝑ hecceitatem, nõ eſt dicẽdũ ꝑ nihil, igiť ꝑ hecceitatem. *Tertia ratio.* Tertio vltimo dña debent differre ꝑ primo diuerſa, ſed ĩdiuidua ſunt vltimo dña ſub ſpẽ, igitur debent differre ꝑ primo diuerſa. ſed nulla ſub ſpẽ ſunt primo diuerſa, quibus ipſa ĩdiuidua poſsint differre, niſi hecceitates, quia nec materiæ ſunt primo diuerſæ, nec formæ. nec accidentia, igiť ꝑ hecceitates.

*Quarta ratio.* Quarto intellꝰ poteſt intelligere ſingulare in illo priori in quo ꝓcedit oẽ accñs, igitur dať aliquid ꝑ qđ ſingulare eſt hoc añs oẽ accñs, ſed iſtud nõ eſt materia q̃ eſt altera pars cõpoſiti, quia illa eſt pars ſpẽi, nec forma, q̃a illa eſt vľe, igiť eſt hecceitas. Hæc ſufficiant ꝓ hac ſuppoſitione, quia rõnes ꝓ hac põne nullę ſunt, niſi quę deſtruunt alias poſitiones. *Confuta. põnis.* Sed pace tantorum virorum dixerim, hanc põnem non ſenſerunt ꝑipatetici, nec eſt conueniens ipſis rõnibus. Primo hac poſitione data, ſequæretur ꝙ duo indiuidua differrent æque eſſentialiter ſub ſpẽ: ſicut duæ ſpẽs ſub gñe, quod eſt contra decretum oĩum ꝑipateticorum, qui volunt ſub gñe quęcũq; differunt, differre eſſentialiter, ſub ſpẽ accñtaliter: vt docet ipſe Porphyrius in lib. de quinque vocibus, & etiam doctiſsimus Boet. in cõmentationibus illius lib. Ariſt. 2. poſte. in quo loco idẽ ſentit (vt quilibet videre põt) Philoponus Ammo. etiam in lib. de interꝑtatione, & Simpl. in prædicamentis. Auer. vero in lib. de Subã orbis: ait ꝙ indiuidua ſub ſpẽ non differunt niſi ꝑ accidens. Them̃. quoq; in. 1. de aĩa vult naturã ſpecificã eſſe athomã, quia indiuidua in illa nõ differunt niſi ꝑ accñs & deduciť conſequentia, quia q̃cunq; differunt ꝑ dñas q̃ ſub ſpẽ ſunt primo diuerſæ & ſub quolibet vľi ad ſpeciem, etiam ſunt primo diuerſæ, differunt eſſentialiter. Hac. n. rõne ſpẽs dñt eſſentiaľr, quia dñt dñis. q̃ ſunt primo diuerſæ ſub gñe, & ſub quolibet ſupra. genus, vt ipſi & nos fatemur. Sed duo ĩdiuidua differunt ꝑ dñas, q̃ ſub ſpẽ ſunt primo diuerſę, & ſub quolibet ſupra ſpẽm nã duæ hecceitates ſunt primo diuerſæ ſub ſpẽ: & ſub gñe, & ſub oĩ ſuperiori: igiť duo indiuidua eſſentiaľr differunt. Secundo ad idẽ q̃cunq; dñt ꝑ dñas, q̃ non ſunt de rõne formali ſpẽi, ĩmo quaſi extra formalẽ rõne ſpẽi & cuiuſcunq; ſuꝑioris ad ſpẽm, differunt eſſentiaľr, patet, quia non ꝑ aliud dñt eſſentialiter duę ſpẽs ſub gñe, niſi quia differunt dñis, q̃ differũt formaľr ab ipſo gñe, & ab oĩ ſuperiori ad genus. Sed indiuidua differunt ꝑ hecceitates q̃ ſunt extra eſſentiã ſpẽi. & cuiuſq; ſuperioris: vel q̃ non ſunt idẽ formaľr alicui illorũ. Igiť duo indiuidua differunt eſſentialiter. Minor eſt eorum vt patet. Tertio ad idẽ oĩa dña, quorũ rõ differendi non eſt accidens, dñt non accidentaliter ſed eſſẽntialiter Hęc. n. eſt petitio in hac materia. Sed duo ĩdiuidua ſunt differentia quorum rõ differendi eſt hecceitas, q̃ non eſt accidens alicuius illorum, quia nec proprium nec cõe, igitur differunt eſſentialiter. Quarto oĩs dña aliquorũ plus q̃ per ꝓpria & eſſentialia accidentia eorum, eſt differentia eſſentialis, & ſpecifica. Hæc. n. per ſe nota, qm̃ differentia per accidentia cõia eſt per accidens, differẽtia per accidentia eſſentialia vt leonis per ſuum ꝓpriũ, & hoĩs per ſuum proprium eſt ſaltem per ſe & eſſentialis. 2. modo per ſe. Igitur differentia per ea q̃ antecedũt propria & eſſentialia accidẽtia, erit diſtinctio eſſentialior, ac magis ꝑ ſe, igitur ſimpliciter eſſentialis. Sed hecceitates añcedunt per eos oĩa propria & oĩa accidẽtia indiuiduorum, igitur indiuidua differunt per ſe & eſſentialiter. Quinto arguo ſigneť hecceitas vna & ſit A vtpote Socratis, & hecceitas Platonis, q̃ ſit B: & arguo rõne eorum qua probãt dari vnitatem cõem realem, ſic hecceitas. A. circunſcripto oĩ operæ intellectus plus conuenit cum hecceitate B q̃ cum nihilo, vel hippocẽtauro. Hæc eſt eorum propoſitio, igiť præter opõnem intellectus eſt dare vnam naturã realem cõem, in qua illæ duæ conueniunt. Probatur per rõnem eorum quia cuiuslibet relationis realis eſt fundamentum reale, vt ipſi dicunt, ſed conuenientia præter operationem intellectus eſt reľo realis vt aſſerunt, igitur oportet dare fundamentum reale, tale non põt eſſe ſingulare, vt dicunt, igitur cõe reale. Ex his ſequitur ꝙ duæ hecceitates hñt nãm cõem realem, igitur hecceitatis erit hecceitas per q̃ contrahitur natura illa ad. A. vel. B. hecceitatem. Hæc rõ eſt apud me valida, quia tota eſt ex fundamẽtis poſitis ab eis. Sexto oĩs entitas poſitiua q̃ per ſe cõſequitur vnitas eſt formaliter ens. aliter vnitas non eſſet ĩmediata paſsio entis formaliter. contra eos. Sed hecceitatem conſequitur ĩmediate vnitas. igitur hecceitas eſt formaliter ens: & per conſequens non eſt primo diuerſa ab altera hecceitate. Septimo hecceitas eſt quoddam intelligibile hoc eſt verum apud quoſdam horum, qui volunt formalitatem, ens quod diſtinguitur contra nihil & ens quod eſt per ſe obiectum intellectus conuerti & eſſe idem. & ſic oportet iuxta hos ſaltã concedere hecceitatem eſſe ꝑ ſe intelligibile quoddam. Tunc arguo rõne Auer. oẽ intelligibile per ſe anteq̃ intelligatur eſt intellectũ in potẽtia, igitur hecceitas anteq̃ intelligatur erit intellectum quoddam in potentia. Vltra ſed oẽ intellectũ in potentia eſt illud è quo põt abſtrahi intellꝰm in actu, ſic. n. arguit Auer. 3. de aĩa *Cõm. 5.* igitur hecceitas eſt intellectum in potẽtia è quo poteſt abſtrahi intellectũ in actu. Sed oẽ tale eſt per ſe indiuiduum apud Auer. igitur hecceitas erit per ſe indiuiduum è quo eſt abſtrahibile vniuerſale actu, & ita ſequitur vt prius ꝙ hecceitas ſic hecceitas. Octauo data hac poſitione ſequeretur ꝙ ęqualiter indiuidualiter differunt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, & duo indiuidua diuerſarum ſpecierum, vt Soc. & Pla. & Soc. & furatus noſter canis, quod credo nõ eſſe intelligibile, quia Soc. & Pla. differunt indiuidualiter accidentaliter, Soc. & furatus differunt indiuidualiter eſſentialiter: & deduciť conſequentia, quia quæcunque differunt per primo diuerſa æqualiter differunt, quia primo diuerſa ſunt maxime diſtantia. Sed Socrates & Plato inter ſe differũt per hecceitates quæ ſunt primo diuerſa. ſicut Socrates & furatus. igiť æqualiter indiuidualiter differunt. Multæ aliæ rationes fieri poſſunt, Sed quia alij tangunt nolui implere libros noſtros laboribus alienis. Quod vero hæc poſitio non ſit peripatetica: ex dilucidatione apparebit. *Poſitio Alb.* Poſt hos ĩueni diuũ Albertũ inter ꝑipateticos clariſsimum, qui voluit materiam primam eſſet totale principium fundamentale, & quo forma ipſa dicatur vna numero, & quo compoſitum etiam vnum ſit numero ſub eadẽ ſpecie. *Rõnes Alb.* Moueť Alber. in lib. de intellectu primo, q̃a id quod eſt per ſe ſingulare & per ſe ĩcõicabile, eſt per ſe ſufficiẽs facere omne illud, cui additur ſingulare & incõicabile. Sed materia eſt ꝑ ſe ſingularis & ꝑ ſe ĩcõicabilis q̃a



vna numero ſimpliciter in tota eius ſpẽ: vt dicit. Auer. *Cõm. 14.* 12. huius. igitur eſt ſufficiens & totale principiũ, quo & forma & compoſitum ex ipſa reddatur vnum numero, & incõicabile. Secundo quicquid eſt in indiuiduo, quod repugnat rõni quidditatis & vľis poteſt poni prima & ſufficiẽs ratio vnitatis indiuidui & indiuiduandi. Sed materia repugnat rationi quidditatis & vľis, vt dicemus in. 7. de mente Auer. igitur poteſt eſſe ſola ratio indiuiduandi, & totale principium vnitatis numeralis. Ex his concludit Albertus materiã nõ eſſe neceſſariam ad eſſe cõpoſiti vel formæ, quũ magis faciat ad nõ eſſe, ſed ad terminationem ipſius eſſe, atq; illius indiuiduationẽ & ita erit ẜm ipſum cã eſſendi ſine qua nõ, indiuiduãdi vero ꝑ ſe & totale principium. Hæc Albertus. *Difficultates contra Albertum.* Sed contrã Albertum incidunt cauilli: primus, quia eſt vna numero materia oĩum. igitur oĩa erunt ſimpľr vnum numero: & ſic reddeť poſitio Parme. Secundo quia adhuc quæſtio erit de vnitate materiæ, eſt. n. materia vna numero, quæritur igiť ꝑ quid ipſa materia eſt vna numero, & ſic adhuc quæſtio ſtat de materia. Tertio materia eſt pars vľis rei, eſtq; in vľi conſiderabilis, igiť nõ eſt de ſe vna numero. añs patet. 7. huius textu, & 12. huius *Cõm. 39. et 35. Cõm. 27.* textu. Vlterius arguitur qđ non eſt de ſe incõicabile, non põt conſtituere aliquid in eſſe incõicabili. Sed materia non eſt de ſe incõicabilis, vt patet per hæc, igiť nõ põt conſtituere aliquod indiuiduum in eſſe incõicabili. Quarto quicquid conſtituit aliquid in aliquo eſſe, repugnat ſibi reperiri ſub oppoſito talis eſſe. Sed materia cõſtituit in eſſe numerali, igiť repugnat reperiri ſub multitudine. Sed hoc eſt falſum, quia ſunt materiæ plures numero reſpectu plurium formarum. hæ ſunt difficultates aduerſus hanc poſitionem. Sed quo nam mõ refellantur, in dilucidatione apparebit. *Monachi. Poſitio Ioan. Auicebronis.* Truſianus Monachus in lib. Technæ Galeni. 2. cõm. 44. Ioan. Gandauenſis in lib. de Subſtãtia orb. Auicebron etiam crediderunt principium vnitatis numeralis cuiuſq; indiuidui eſſe formam eius. Sumit aut Monachus poſitionem hanc ex Auic. 6. naturalium parte prima. vbi ait complexionem remanere vnam & eandẽ propter vnitatẽ aĩę. Auer. etiam. 2 de anima. ait ꝙ melius eſt ęſtimare ꝙ cã diuerſitatis materiæ ſit diuerſitas formarum, q̃ ecõuerſo. *Cõm. 60.* Ariſt. in principio libri ſecũdi de anima dicit formã eſſe id ꝑ qđ aliquid dř hoc aliquid, & ſic vř principiũ indiuiduationis Præterea terminatio oĩs eſt à forma, *Cõm. 59.* infinitudo à materia, vt diciť. 3. phyſi. Pręterea vna forma non eſt niſi vnius materiæ, at vna materia eſt oĩum formarum. igitur vnitas numeralis indiuidui eſt potius à forma: q̃ à materia. Præterea ſi materia eſt principiũ indiuiduationis. Tunc indiuidua different per ſolas materias, & ita materialiter. Quare conuenirent formaliter & eſſent oĩa vnum formaliter: quia ſi ꝑ ſolas materias differunt. Tunc per materiam differunt & per nihil non materiam, vt patet per exponentes: igitur in omnibus aliis erunt idem, & ita in forma erunt idem. Præterea tunc indiuiduum haberet eſſe potius à materia q̃ à forma: quod eſt impoľe quia forma dicitur quod quid erat eſſe. Vltimo tunc nulla ſubſtãtia ſeparata eſſe vna *Quæ Auicebron.* numero, quia in nulla illarum eſt materia. Hæc Monachus. Auicebron autem vult verum vnitatis numeralis principium eſſe formam: ſed vult in omni compoſito eſſe aliam formam ſpeciei & aliã indiuidui: vt alia eſt forma hominis, & Socratis alia, dicit modo ꝙ à forma ſpeciei ſumitur vľe ſpecificum, à forma indiuidui ſumitur vnitas numeralis, concedit enim tot formas in compoſito quot ſunt ꝑta eſſentialia: quicquid ſit de poſitione hac ſcio ꝙ forte. Auicebron per tales formas indiuiduales voluit illas, quas appellarunt hecceitates: quia in verbis Auicebronis reꝑi formam Socratis eſſe Socrateitatem, Pla. vero Platoneitatẽ: & ſic vř incidere in poſitionem eorum, licet verbis diſcrepet. Sed vtcunq; ſit nõ vř ꝙ forma ſola ſit vnitatis numera- *Difficultates.* lis totale fundamentũ nullo alio cõcurrẽte. primo quia etiã forma differt numero ab alia forma: ꝓpterea quęſtio vertitur ſupra formã: ꝑ quid, videlicet, ſit vna numero. Scđo Ariſt. 1. cœ. dicit, alterũ igť hoc cœlũ, & cœlũ ſimpľr nã hoc eſt vt ſpẽs & forma, illud vero in materia *Cõm. 92. Cõm. 14* miſtũ. vbi Auer. ait cãm eſſe quia forma eſt fundamẽtũ ſiue ſubm vľitatis: idẽ. 12. huius. vbi ait aliã eſſe cõitatẽ materiæ, aliã formæ, quia illa formæ eſt cõitas vľis. Illa materiæ eſt in potẽtia. idẽ primo huius. vbi ponit dñã inter vnitatẽ materiæ, & gñis. Præterea Ariſt. & Auer. 1 *Cõm. 27. et 17.* cœ. & Simp. ibidẽ dicũt ꝙ mũdus eſt vnus numero, q̃a primus motor eſt vnus numero: & idẽ eſt vnus numero q̃a caret materia: q̃ eſt cã multitudinis numeralis. Pręterea. 12. meta. in tex. & fit tale enthymema. ſi eſſent plu *Cõm. 90. Cõm. 49.* res primi motores tunc eſſent ĩ plurimus materiis. vbi Auer. ait quia materia eſt cã vnitatis numeralis. Vltimo Auer in lib. d. d. diſpu. 1. in ſoľone. 7. dudij inq̃t. Cã. n. pluralitatis ſeu numerabilitatis eſt materia apud pħos, cã vero cõueniẽtię in multitudine numerali eſt forma, ſed ꝙ poſsint reperiri res plures in numero: vna ĩ forã ẜm naturã ĩcõueniens eſt, nullũ nãq; indiuiduũ ab alio indiuiduo diſtingui debet niſi ꝑ accñs, & ꝑ materias. Ex his verbis habetur non tm̃ auctoritas Auer. ſed eius rõ hæc, q̃cũq; differunt forma, dñt ꝑ ſe, ſed indiuidua nõ differunt ꝑ ſe, ſed ſolũ ꝑ accidens: igiť non differũt forma, & ꝑ conſequens ſola materia. Hæc eſt optima rõ. Multæ aliæ poſitiones poſſunt recitari: ſed iſtas accepimus tanquam famoſiores: necnon propterea quia ex his noſtrã conficiemus poſitionẽ, ſtudiũ. n. noſtrum non eſt in narrando vt multi gaudent: ſed in dilucidando. Hæc de poſitionibus ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Per quid ſubſtantia æterna indiuiduetur.* PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ non eſt difficultas in ſciendo ꝑ quid æternũ ſiue ſubã ſeparara eſt vna numero in ſua ſpẽ: & indiuiſibilis ĩ plura ſuppoſita eiuſdẽ ſpẽi, qm̃ ſeipſa eſt vna numero: quia in illis idem eſt quidditas & eſſe, & ꝑ cõſequens quo ipſa eſt ens, eo eſt vna numero: eſt aũt ens & quid ſeipſa: igiť ſeipſa vna numero: & hoc eſt quod expoſitor vult dũ dicit æternum indiuiduũ eſſe vnũ numero ꝑ priuationẽ materiæ, quia eſſe vnũ numero priuatione materię eſt eſſe. vnũ numero ſeipſo, quia priuatio nihil addit vltra eſſentiã æterni. *Per quid accidẽs indiuiduetur.* Scđo non eſt difficultas apud ꝑipateticos in ſciendo ꝑ quid accidens eſt vnum numero & ab alio eiuſdem ſpẽi diuiſum, qm̃ Auer. aperte dicit accidens eſſe vnũ numero & ab accidente ſuę ſpẽi diuiſum ꝑ ſubm ĩ quo eſt, ait. n. 7. indiuiduũ ſubæ eſſe prius indiuiduo accidẽtis, vt patet cõm. 2. quod ꝓ tanto dicit, quia accidens eſt vnum numero, & diuiſum ab accidente eiuſdẽ ſpẽi per ſuum ſubm. *Dilucidatio ꝑ quæ ſcitur principium indiuiduationis indiuiduorum ſubſtantiæ.* Reſtat igitur difficultas de indiuiduis ſubſtantiæ cõpoſitæ, videlicet, per quid Socra. eſt vnus numero, & diuiſus à Pla. eiuſdẽ ſpeciei. videtur igiť mihi vnitatis numeralis aliud eſſe principiũ principale: aliud ſine quo nõ, aliud diſpoſitiuũ: principiũ principale vnitatis numeralis eſt materia prima ipſa, principiũ vero ſine quo non eſt forma genita, diſpoſitiuũ aũt eſt dimẽſio interminata. *Quod materia ſit principale principium.* Qđ quidem materia ſit principale principium

cipium vnitatis numeralis Declaratur primo, quia ipſa eſt ſeipſa vna numero, & nullo modo vl̃is, nec pars vl̃is ſm peripateticos. Secundo eadem eſt cauſa multitudinis numeralis, & vnitatis numeralis, ſed materia eſt cã multitudinis numeralis, vt declarat Auerro. in libro de ſubſtantia orbis, ait. n. ꝙ ideo ſunt multa ſub eadem ſpẽ, quia materia eſt multa in potentia. Tertio vl̃e & ſingulare ſunt ſaltem oppoſitæ rõnes, ſed forma eſt principale principium quo compoſitum vniuerſalitate participat, igitur materia eſt principale principium, quo compoſitum ſingularitate participat. Minor eſt Auer. in locis ſuperius allegatis.

*Quod dimenſio ſit diſpoſitiuum principium.*

Quod autem diſpoſitiuum principium ſit dimenſio interminata, probatur rõne Auer. in lib. de Subſtantia orbis, vbi contra Auic. arguit ꝙ ſi forma corporis reciperetur ante dimenſiones interminatas eſſet indiuiſibilis & æterna: & materia nullã aliam formam reciperet, igitur dimenſio diſponit materiam ad multitudinem, & per conſequens eſt diſpoſitiuum principium vnitatis numeralis indiuidui cõpoſiti.

*Quod forma ſit principium ſine quo non.*
*Cõm. 15.*

Qđ vero forma ſit principium dictæ vnitatis ſine quo non. declaratur verbis Auer. in. 7. huius. vbi dicit ſubſtantia demonſtrata non eſt vna, niſi per hanc ſubſtantiam & per hanc naturam quę dr̃ forma, igitur materia non eſt dictæ vnitatis fundamentum niſi concurrente forma & ſic forma concurrit tanq̃ principium ſine quo non. Secundo ſicut ſe habet materia ad hoc vt compoſitũ participet vniuerſalitate: ſic ſe habet forma ad hoc vt idem compoſitum participet vnitate & ſingularitate: ſed materia eſt cauſa ſine qua non ad hoc vt compoſitum participet vniuerſalitate: niſi. n. materia eſſet multiplex in potentia: cõpoſitum non eſſet vniuerſalitatis particeps. Signum autem quia vbi non eſt materia non eſt vl̃itas atq; cõicabilitas, vt patet in ſeparatis, igitur forma eſt cauſa ſine qua non ſingularitatis. Tertio illud quod eſt cauſa terminationis materiæ & dimenſionum, eſt cã ſine qua nõ vnitatis numeralis indiuidui compoſiti. Sed forma eſt cã ſine qua non terminationis materiæ, atq; dimenſionum, nunquam, n, materia eſſet terminata, nec dimenſio niſi aduentu formæ, igitur forma eſt cã ſine qua non indiuiduationis.

*Dubitationes.*

Sed contra hãc poſitionem occurrunt difficultates. Prima eſt per quid ipſa forma eſt vna numero, non. n. ſeipſa, quia tunc non eſſet in vl̃i conſiderabilis, igitur per aliud, vel illud eſt ſub̃a aut accidens, non ſubſtantia, quia vel materia, aut forma, aut compoſitum, non materia, quia illa eſt vna oĩum. non compoſitum: quia illud eſt vnum numero propter formam: igitur ſeipſa, & ſic redit in idem quod prius. Secundo tunc dr̃ia indiuiduorum eſſet eſſentialis, quia oĩs dr̃ia per formas eſt eſſentialis, vt dixit Auer. in lib. d. d. diſpu. 1. in ſolutione. 7. dubij. Tertio quæro de illa forma, per q̃ Soc. differt à Platone: vel per illam differt aliquo pacto ab vniuerſali cõi vel nullo modo. ſi nullo modo: igitur per illam formã non dr̃ differre à Platone. ſi differt, quæro quid eſt, vel eſt aĩa rationalis, vel ſenſitiua vel vegetatiua: & nullum horũ dici poteſt. Quarto vr̃ ꝙ forma ſit principale indiuiduationis principiũ, qm̃ principale principium eſſendi, eſt principale principium vnitatis, Præterea ꝑ formam indiuiduum eſt hoc aliquid, igitur forma eſt principale principium indiuiduationis.

*Qđ formæ habeant duos gradus.*

Pro ſolutione debes ſcire ꝙ formæ habent duos gradus. Alterum, quo ipſæ ſunt formæ, & ſic ipſæ ſunt quibus compoſita vniuerſalitate participãt, etiam hoc gradu ſunt vl̃ia in potẽtia, quæ per nomen gñis vel ſpeciei ſignificantur. Alterum quo genitæ ſunt à diuerſis agentibus, vel ab eodem diuerſimode ſeſe habente, & hoc gradus ſunt cauſæ ſine quibus non vnitatis numeralis indiuidui ſubſtantiæ.

*Repli.*

Sed replicabis argumento Ioannis petendo quid nam ſint iſti gradus, quia ſi nihil, pro nihilo relinquantur, ſi ens vel ſubſtantia, vel accidens. non accidens, quia tunc accidente forma eſſet vna numero. Si ſubſtantia vel materia vel forma vel cõpoſitum. non materia, quia tunc forma non eſſet terminus materiæ. non forma, quia tunc ſeipſa eſſet vna numero per eſſentiam.

*Quid gradus formæ.*

Dici poteſt ꝙ iſti gradus ſunt ens, & formæ, non quidem abſolutę, ſed vt genitæ ab agentibus diuerſis, vel eodem diuerſimode ſeſe habẽte, ſed dices accipio iſtos vt differunt à formis, quarum ſunt, & quæro ſi ſunt ſubſtantiæ vel accidens vt prius. Dico ꝙ vt diſtinguuntur à forma ſunt ens & non ſunt ſubſtãtia nec accidens, ſed aliquid ſubſtantiæ, quæ eſt forma, & ita abſolutæ quilibet etiam gradus talis eſt forma cuius eſt vt genita à tali agente, vel taliter ſeſe habente, vt vero diſtinguitur eſt aliquid formæ, quod eſt ens, non tñ ſubſtãtia, nec accidens ſed aliquid ſubſtantiæ. Qñ. n. diuiditur ens. per ſubſtantiam & accñs: ſubſtãtia & accidens ſumuntur cõiter tam ad id quod eſt ſubſtantia, q̃ ad id quod eſt aliquid ſubſtantiæ: & de accidente ſil̃r. Vnde patet ꝙ iſti gradus ſunt ipſamet forma diuerſimode conſiderabilis: nam forma vt conſiderabilis inquantum forma eſt vnus gradus: vt vero conſiderabilis inquantum genita eſt alius gradus. Tunc per hæc ſoluuntur dubõnes. Ad primam dico ꝙ forma eſt vna numero per gradum quo eſt à tali agente, vel taliter ſeſe hñt: quia vt dicũt Ariſt. & Auer. 12. huius. forma vna numero eſt ab agente vno numero.

*Cõm. 12.*

Ad ſecundam dico ꝙ differre per formas eſt bifariam, aut per illas tanq̃ per rõnes differendi principales, & ſic quæcunq; formis differunt: ſpẽ differunt & eſſentialiter: aut tanq̃ per cãs ſine quibus non: & ſic nõ eſt differre eſſentialiter. vnde qui ponunt indiuidua principaliter differre per formas non poſſunt euitare, quin illa differant eſſentialiter. Ad tertiam dico ꝙ per vnãmet formam Soc. differt ab hoĩe in cõi, & à Platone, ab hoĩe quidem ab ea forma per gradum quo illa fuit genita à tali agente, vel taliter ſe habente, à Platone vero ꝑ eandem formam ſub eodẽ gradu: quo ipſa fuit à diuerſo agente: vel ab eodem aliter ſeſe habente. Ad quartam debes ſcire ꝙ nos poſſumus loqui de principio indiuiduationis ſumendo indiuiduationem ꝓ accidente, vel pro ſub̃a indiuidua. Tũc dico ꝙ forma eſt principale principium ſubſtantiæ indiuiduæ: non tñ principale principiũ indiuiduationis, ſiue indiuiſionis: & concedo ꝙ eſt principale principiũ eſſendi, & vnitatis cõſequentis ipſum ens vt ens. non autem vnitatis numeralis. Amplius concedit̃ ꝙ per formã indiuiduũ ſit hoc aliqd: principaliter tñ hoc indiuiſum in ſe & diuiſum ab alio eiuſdem ſpẽi eſt per materiam.

*Excerpta. Primũ ꝑ quid forma contrahitur ad indiuiduum.*

Ex his ſequit̃ ꝙ forma vl̃is: quę ſignatur per nomen generis vel ſpeciei, contrahit̃ ad indiuidua compoſita per ipſammet formã: non quidẽ principaliter: nec ſub eodem gradu. nã principaliter ꝑꝑ materiam: & ſub gradu, quo ipſa dr̃ genita.

*Quod reſpectus ad agens ſit in diuiſionis principium.*

Secundo ſequit̃ ꝙ non oĩno maledixerunt: qui voluerunt reſpectum ad agens eſſe indiuiduationis principium: hoc. n. in parte eſt forte verum, quia forma indiuiduatur ꝑ reſpectum ad agens: quia gradu quem ab agente detinet, ſingularis efficit̃.

*Quod materia ſit principium indiuiſionis.*
*Quod forma ſit principium indiuiſionis.*

Tertio ſequitur recte Albertum ſenſiſſe, dum dixit materiã eſſe principale principium talis indiuiduationis: non. n. credo ipſum voluiſſe eã eſſe taliter principium: vt nullo pacto



pacto aliud quicq̃ concurrat: quia declaratum eſt dimẽſiones diſponere, & formam ipſam eſſe cãm ſaltem ſine qua non talis indiuiduationis. Quarto ſequit̃ Monachum & Ioãnem in parte bene dixiſſe: dum formam fecerunt aliquo pacto indiuiduationis principium: ſed ſi formam velint principium eſſe principale, in hoc errauerunt: quia non poteſt idem eſſe fundamentũ duarum vnitatum rõne differentium, vnde cum forma ſit fundamentale principium vnitatis vl̃is: non vr̃ eſſe principium æque principale vnitatis numeralis.

*Quod Auicebron potuit recte ſentire.*

Auice. potuit etiam recte intellixiſſe, dum indiuiduales formas dixit eſſe principia indiuiduationum: nam ſi per indiuiduales formas intellexit reſpectus, ſiue habitudines, ſiue gradus formarum quibus ipſe differũt numero inter ſe & quibus ad diuerſa agentia vel ad idem agẽs diuerſimode ſumptum referuntur recte ſentit:

*Quod Plotinus & Proclus recte intelligant.*

Plotinus etiam & Proclus dum dicunt aĩas & formas indiuiduari per terminos internos, ſiue per Idiotropias, recte autumant: nam nihil per eiuſmodi volunt intelligere niſi reſpectus, ſiue gradus formarũ ad diuerſa agẽtia: vel ad idẽ agens diuerſimode ſumptũ. Hæc de dilucidatione.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

NVNC reſpondetur ad oẽs obiectiones. Et primo ad eas quæ refellunt materiam eſſe principium indiuiduationis. Ad primam patet ſol̃o, materia. n. eſt vna numero oĩum per priuationem omnium formarum: eſt tñ alia alterius per aliam atq; aliam formam. Ad ſecundam dico ꝙ vnitas materiæ, qua ipſa eſt in ſpẽ ſua vna numero, propter eſſentiam materiæ. Seipſa. n. eſt vna hac vnitate: vnitas vero qua eſt principium huius vel illius indiuidui: eſt à forma. Ad tertiam dico ꝙ materia nec eſt vl̃is, nec pars vl̃is per ſe & ſm naturam materię, per accidens tñ vt reſpicit formam cõem, ſortitur quãdam vl̃itatem cui nihil corrñdet in re præter materiam vnam numero, vel formas indiuiduales. Ad quartam dico ꝙ materia conſtituit rem ineſſe indiuiduo non ſe ſola: propterea p̃t reperiri ſub oppoſita rõne. vt dictũ eſt. Hæc ad rationes contra poſitionem dicentium materiam. Ad rõnes vero contra poſitionem dicentium formam. Ad primã dico ꝙ forma dr̃ vna numero gradu, ſiue reſpectu, ſiue habitudine ad tale agens: vel ad taliter ſe habens.

*Replica.*

Sed contra hanc rñſionem adhuc emergunt replicæ. Prima quidem quia habitudo non conuenit alicui, & repugnat alteri per ſe per illud quod eſt vtriq; cõe, ſed neceſſario pręexigit diſtinctionẽ illorum, quia detur oppoſitum, habitudo ſicut competeret vni, ita & alteri. Sed ita eſt quod habitudo ad. A. agens competit formæ. A. & repugnat formæ. B. igitur A. forma diſtinguitur. A. B. forma diſtinctione pręcedẽte ipſam habitudinem: igitur prima diſtinctio ipſarum non eſt per habitudines iſtas. Secundo omni reſpectiuo ſemper abſolutum eſt prius: ſed hæc habitudo eſt reſpectiuum ad agens: igitur abſolutum eſt illa prius: igitur cum ſubſtantia formæ in qua habitudo fundatur ſit abſoluta: neceſſario erit prior q̃ ſit hæc habitudo, igitur cum hæc habitudo ſit ſingularis: & ſingulare nõ poſſit fundari niſi in ſingulari: forma in qua fundatur oĩno erit prius ſingularis. Tertio cauſa vt cauſa natura pręcedit effectum, ſed hæc forma eſt cauſa huius habitudinis, igitur hæc forma præcedit illam. Quarto habitudo eſt reſpectus aptitudinalis quia non præexigit agens in actu: & forma eſt actu ſingularis, igitur nõ ab hac habitudine aptitudinali. Vltimo habitudines tales poſſunt intelligi in vl̃i, igitur habitudo eſt vniuerſale quoddam ad oẽs habitudines omnium formarũ: quæro igitur per quid habitudo vniuerſalis redditur vna numero ad hanc vel illam habitudinem cõtracta, non. n. vr̃ niſi per ipſas formas, igitur ipſe formæ ſunt prius ſingulares q̃ habitudines ſubeant. Præterea erit circulus, quia agens eſt vnum numero ſua forma: & ſua forma alio agente, & ſic erit circulus ſaltem in ſpecie. Hæ ſunt vltimæ replicæ quæ fieri poſſunt ad hanc rem, & ſi inueneris alius, leues erunt. & ex ſolutione harum colligitur ſolutio illarum.

*Solutio.*

Ad primam dico ꝙ iſti arguentes decipiunt: nam credunt habitudines tales eſſe accidentia formarum, quæ illis adueniunt ab agẽte. Immo dico ꝙ habitudo & forma habilis ad tale agens vel taliter ſeſe habens eſt idem, ſolum. n. forma habilis ſuperaddit formæ ſimpliciter rõnẽ quãdam ſiue reſpectũ rationis, quia forma & forma habilis non dr̃nt re, ſed reſpectu rõnis tantum, forma. n. conſiderabilis diuerſimode eſt diuerſi gradus: nam vt conſiderabilis inquãtum forma eſt vnus gradus: vt conſiderabilis inquantum genita ab agente tali vel taliter ſe habẽte eſt alius gradus. Tunc ad formam dico ꝙ habitudo. A. non cõpetit formæ, ſed eſt ipſa forma ſuperaddens reſpectũ rõnis tantũ, & ſic nullam pręexigit diſtinctionem: quia forma ſeipſa differt ab alia forma: non dico in eo ꝙ forma, ſed vt habilis ad tale agens differt ab alia vt habili ad aliud: vel ad idem alio modo ſe habens. Ad ſecundam dico ꝙ hæc habitudo non eſt reſpectus prædicamentalis, ſed tranſcendens: immo eſt ipſamet forma hoc pacto conſiderabilis: & propterea forma ſingularis non pręcedit illam: bene tñ forma abſolute prior eſt habitudine tali, ĩmo ſeipſa ſub tali habitudine conſtituta. Per idem ad tertiam. forma. n. non eſt cauſa huius habitudinis. Immo forma ipſa eſt hæc habitudo, quia hæc habitudo eſt forma, vt ſic conſiderabilis. Ad quartam dico ꝙ eſt reſpectus non quidem prædicamentalis, ſed tranſcendens, qui licet non ſit ad actuale agens: ſufficit ꝙ aliqñ fuerit ad actuale agens, & ſic poteſt forma eſſe ſingularis à tali habitudine pro q̃to fuit, aliquãdo ab agente actuali. Et conceditur vlterius ꝙ forma ſub gradu quo eſt forma eſt prior habitudine, & gradu quo eſt genita, tñ habitudo eſt prior forma, vt indiuidua, quo. n. ad ſubſtantiam forma p̃cedit illam quo ad indiuiſionem, eſt poſterior illa habitudine. Ad quintam dico ꝙ tales habitudines numero differunt agentibus q̃ reſpiciunt vt diximus. Et ſic põt abſtrahi vl̃e ab illis vno modo, alio vero non, vnde quęlibet habitudo põt dupl̃r conſiderari. Vno modo vt ſingularis eſt atq; indiuiſa in plura ſuppoſita, & ſic non poteſt conſiderari in vl̃i. Alio modo inquãtum conuenit cũ alio ſingulari in aliqua ſimilitudine vel forma & hoc pacto põt in vniuerſali conſiderari, & ſic primo modo eſt gradus formæ ſingularis: non aũt. 2. modo. Vlterius cõceditur ꝙ quęlibet harum habitudinum eſt indiuidua, quatenus eſt id quo diuerſa forma eſt ad agens diuerſum vel diuerſimode ſeſe habens: & ſic q̃tenus eſt reſpectus ad agens indiuiduum. Vlterius concedo circulum in ſpẽ, nã agẽs eſt ſingulare ſua forma: & forma eius eſt ſingularis habitudine ad agens ſingulare: & vlterius illud eodẽ mõ, & ſic in infinitum. Aĩaduerte tñ, ꝙ oẽs iſtæ replicæ poſſunt facilius ſolui dicendo ꝙ tales formæ gradus, ſiue habitudines, ſiue reſpectus ſunt ipſamet forma diuerſimode conſiderabilis: forma. n. Socratis vt conſiderabilis quatenus ab agente genita eſt, eſt primus gradus quo ipſa concurrit ad vnitatem numeralem. ipſamet forma

forma vt conſiderabilis quatenus forma, eſt gradus quo ipſa eſt fundamentum vl̃itatis,& ſic iſtæ habitudines,ſiue reſpectus:ſiue gradus nihil aliud ſunt q̃ forma, cuius ſunt, nihil addentes ex parte rei nihil diminuentes, ſed ſolum ex parte noſtri modi intelligendi formã materialem, q̃ quia eſt forma,& quia eſt effecta, ſubit diuerſas rationes: & hoc pacto oẽs replice delentur,& hæc eſt melior via & tutior ſolo. q̃ Monachus viſus eſt ſectari in parte. Hæc ad replicas. Tunc ad ſecundam principalem concedo ꝙ materia eſt principale fundamentum vnitatis numeralis: forma vero principale vnitatis vl̃is,ſed cauſa ſine qua nõ vnitatis numeralis:& ſic auctoritates oẽs debent intelligi. Ad rõnes vero pro hecceitate. Ad primam dico ꝙ id quod non eſt,nõ põt eſſe cõe. Modo hecceitas nulla eſt. Ad ſecundam dico ꝙ differt per materiam,& per formam,& licet ſit materia ipſa cõis omnibus,tñ eſt vna numero per eſſentiam quæ cum forma ſufficit. Sil̃r forma licet ſit fundamentum vnitatis vl̃is: poteſt eſſe cauſa ſine qua nõ vnitatis numeralis per gradum diuerſum. Ad tertiam dico ꝙ indiuidua ſunt vltimo differentia vltimitate prædicamentali non autem vltimitate differentiæ & diuerſitatis:& propterea non debent differre per primo diuerſa, ſed per accidentales differentias. Ad quartam dico ꝙ in indiuiduo ſubſtantiæ eſt duo conſiderare. primo naturam ſubtam indiuiſioni. Secundo ipſam indiuiſionem: modo indiuiduum ſubẽ quo ad naturam ſubtam in diuiſioni, eſt prius indiuiſione & accidente: tamen quãtũ ad eſſe indiuiſum non eſt prius accidente: immo poſterius. Rõnes autem factæ propoſitione Monachi omnes tolluntur per dilucidationẽ. Ad rationes autẽ primi capitis. Ad primam patet ſolutio: eſt.n.materia vna numero, & ſic quicquid eſt in illa eſt vnũ numero, remote tñ. Hæc ſunt q̃ mihi vñr nunc de hac ardua difficultate: vbi volo te ſcire me prętermiſiſſe poſitionem noui expoſitoris qui credit quantitatem ſiue materiam quãtã eſſe principium indiuiduationis. Sil̃r & poſitionem primi expoſitoris: illius quidem quia Ioan. ſatis curioſe eã defendit huius vero: quia non credo ipſum multũ diſcrepare à noſtra dilucidatione, quicquid credant ſectatores eius. Et de diſputatione.5.hactenus.

*Non idem autem in omnibus generibus vnum, hic enim &c. Tex.cõm.12.*

## DISPVTATIO SEXTA
### De diuiſione vnius.

*Num diuiſiones vnius ſint recte aſſignate, videlicet vnum numero, vnum ſpecie, vnum genere, &c.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non conuenienter aſsignentur, arguitur quia vel ſecũda diuiſio æquiualet primæ. vel eſt oĩno diuerſa ab illa: non poteſt primæ æquiualere, quia prima habet quinque membra, ſecunda autem quatuor. Modo quatuor non poſſunt æquiualere quinque, nec eſt pœnitus auerſa abiunctaúe à prima, quia in quibuſdam mẽbris conueniunt: ſunt.n.primæ diuiſionis duo membra, videlicet, vnum genere,& vnum diffinitione: ſiue vnum ſpẽ:& hæc eadem ſunt mẽbra ſcđæ diuiſionis: igitur ſecunda diuiſio non eſt pœnitus abiũcta à prima. Secundo vnum quod diuiditur per vnum, gñe,ſpẽ, numero,& proportione in ſecunda diuiſione, vel eſt vniuocum, vel æquiuocum: non eſt vniuocum, quia tunc non oportet multitudinem illi oppoſitã dici tot modis: quot dr̃ & vnum, non.n.oportet quot modis dr̃ vnum oppoſitorum vniuocum, tot & alterum dicatur, rõnale.n.& irrationale oppoſita, ſunt nõ tñ de quot dr̃ irrationale, de tot dr̃ rationale, nec eſſe poteſt æquiuocum. primo quia tunc vbicunq; & in quauis propoſitione vnum poneretur eſſet propoſitio diſtinguenda.

Secundo quia tunc vnum mẽbrum illorum non poſſet ſequi ad aliud: modo Ariſt. docet, ad vnum numero ſequi vnum ſpẽ,& vnum gñe & reliqua: igitur vnũ diuiſum per illa nõ poteſt eſſe pœnitus æquiuocum, eodem modo argui poteſt de prima diuiſiõe, ſi, videlicet, vnum diuiſum prima diuiſione ſit vniuocum, vel æquiuocum vt prius: etiam dubitari poteſt ſi vnum vt diuiditur per ambas diuiſiones eſt vniuocum, vel æquiuocum vt prius. Tertio contra mẽbra ſecundæ diuiſionis dubitatur, dr̃.n.vnum numero eſſe id cuius materia eſt vna numero: contra quia tũc nullum im mãle eſſet vnũ numero: hoc eſt falſum, quia in illis eſt multitudo ſpecifica: igitur numeralis. maior.n.multitudo infert minorem. Quarto tunc contraria eſſent vnum numero. quia eorum materia eſt vna vt lib. dr̃ de gñone. In contrariũ eſt Ariſt. qui diuiſiones illas pro rectis aſsignat.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Diuiſiones vnius.*

PRO dilucidatione tituli debes ſcire ꝙ vnũ in textu pñti duabus diuiſionibus diuiditur. Prima quidem per quinque mẽbra eſt. Secunda per.4.vnum.n.prima diuiſione diuiditur, qm̃ aliud dr̃ vnum continuitate, vt linea & id genus, aliud dr̃ vnum quia ſubiectũ eſt indifferens forma, vt argentum auratum. nam licet duo corpora ſint, tñ forma talis ſubiecti eſt indiuiſibilis ſenſu: & hoc pacto vinum limphatum vnum dr̃, quia ſubiectum eſt indifferens forma: & cætera id genus, quæ in textu dicuntur. Aliud vnum dr̃ quoties eſt genus vnum differens oppoſitis drĩjs vt aĩal equo & homini. Aliud vnum dr̃ ẜm diffinitionem, ſiue ẜm ſpẽm vt homo, vel aliter vt dr̃ in litera. Aliud vnum dr̃ intellectione, vt indiuiſibile punctus vel id genus. Secunda autem.4.mẽbris eſt: quia alia ſunt vnũ numero, alia ſpecie, alia gñe, alia proportione, proportione quidem vnum ſunt.10. prædicamenta, quę ſubeunt eãdem proportionem: oĩa .n.prædicantur per modũ entis & quid de ſuis inferioribus, numero quorum materia vna eſt: ſpecie quorũ ratio eſt vna, gñe autem quorum figura prædicãdi eadem eſt, vt quæcunq; in vno prædicamento ponuntur veluti omnia, quæ ponuntur in prædicamento ſubſtantiæ ſunt vnum gñe, quia omnia prædicãtur per eũdem modum prædicandi: omnia.n.prædicantur vt in ſubiecto non entia. Ex his apparet titulus diſputationis.

### CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

DE diſputatione oẽs conueniunt diuiſiones eſſe recte atq; plene aſsignatas. Sed difficultas eſt in duobus. primo quidem quo nam mõ ſeſe habẽt dictæ diuiſiones inter ſe. Et.2.de ſufficientia illarum. Ideo rñdent quidam iuniorum ꝙ ſecunda & prima diuiſio vna ſunt: & membra primæ reducuntur ad membra ſecundæ, nam quæ ſunt vnum continuitate, ſunt vnum numero, quæ ſunt vnum in drĩa ſubiecti ẜm formam, ſunt vnũ ſpecie, quia à forma dr̃ ſpecies, quæ dicũtur vnum genere, etiam in ſecunda diuiſione continentur, quæ dicuntur vnum diffinitione, etiã in diuiſione ſecunda continentur, quia diffinitione eadem, ſpecie eadem ſunt, quæ dicuntur vnum intellectione vnum dicuntur proportione,

*Solu. primũ iuniorum.*



quæ.n.vnum proportione dicuntur quodammodo vñr vnitate modi intelligendi conuenire: & ſic prima diuiſio non differt à ſecunda niſi ꝙ ſub vno mẽbro ſcđę diuiſionis, videlicet, ſub vno ſpecie enumerauit adhuc duo mẽbra, videlicet, vnũ diffinitione & vnum in drĩa formæ: tñ ambo hæc vnum ſpecie dñr, igitur prima diuiſio non differt à ſecunda. Sed contra hanc põnem vr̃ Auer. qui adaptat diuiſionẽ ſecundam aliter q̃ primam, & mẽbra exponit aliter. Amplius expoſitor ait primam diuiſionem eſſe realem, ſecũdam vero logicam, ſiue intentionalem. Tertio membra non poſſunt conuenire, quia Ariſt. ea appellat vnũ intel̃lione, q̃ ſunt vnũ intel̃lu indiuiſibili vt punctum & id genus, ſed ſub membro hoc non poſſunt eſſe ea q̃ ſunt vnum ꝓportione, quę dicuntur ſolum vnum ſimilitudine rõnis. Præterea ea quæ dicuntur vnum per indr̃iam formę, non ſunt vnum ſpẽ, ĩmo ſunt diuerſæ formę: ſed vna dr̃ ſenſu & apparentia. Propterea vñr diuiſiones hæ oĩno diuerſæ atq; impertinentes illi vero tria dicunt. Primum eſt, ꝙ ſecunda diuiſio eſt logica, prima eſt realis: dicitur quidem ſecũda logica, quia mẽbra ſunt intentiones,& fundamẽta illarum ſunt intentionalia. Secunda vero dr̃ realis quia fundamenta dñr realia. Ex hoc dant ſecundum, videlicet, ꝙ modi, ſiue mẽbra ſecundæ diuiſionis fundentur ſupra modos ſiue membra primę, eo modo quo intẽtiones fundantur in rebus: qua rõne prima dicta realis, ſecunda vero intentionalis, ſiue logica. Tertium eſt ꝙ ſufficientia ſiue regula ſecundæ poteſt ſic haberi: quia intellectus intelligens aliquid ſub rõne vnius: aut intelligit illud ſub rõne incõicabilis, aut ſub ratione cõicabilis. Si primo modo, ſic eſt vnum numero. ſi ſecundo modo, aut intel̃r vt cõicabile pluribus differẽtibus numero: & ſic eſt vnum ſpẽ, aut pluribus differentibus ſpẽ, & ſic eſt vnum gñe: aut de pluribus gñe differẽtibus, ſed ſimilitudine prædicandi ſimilibus: & ſic eſt vnum proportione. Sed hic põ non conſonat: & contra primam concluſionm eſt dubitatio eorum, videlicet, ꝙ ſi fundamenta vnitatum ſecundæ diuiſionis ſunt intentionalia: tũc illæ vnitates erunt nihil: quia oẽ minus ens ente rõnis eſt nihil: ſed paſsiones fundatæ in ente rõnis ſunt minus ens ente rõnis: igitur ſunt nihil. Dicũt ꝙ quemadmodum dãtur gradus in entibus realibus, ita in entibus rõnis: & tunc maior eſt falſa, quia nõ oportet quicquid eſt minus ente rõnis eſſe nihil: ſed quicquid eſt minus oĩ ente rationis. Hæc ſolutio primo non eſt ẜm regulas logicorum: quia volunt gradum comparatiuum diſtribuere terminum immediate ſequẽtem rectum ex natura comparationis. Et propterea illa eſt vera, omne minus ens ente rõnis eſt nihil: quia ille terminus ente rationis, ſtat diſtributiue. Secundo dato ꝙ regulæ ſint friuolæ: vt his diebus demonſtraui: adhuc mirum videẽ in ipſis intentionalibus poſſe eſſe latitudinem gradualem perfectionis. Primo quia perfectio & bonum idẽ ſunt apud oẽs, ſed bonum eſt in rebus: vt patet.6.met. Igitur perfectio eſt in rebus,& non in intentionalibus. Secũdo perfectio rei apud calculatores attẽditur pœnes multitudinem gradualem formæ. Sed in entibus rõnis non eſt gradualis multitudo formę: vt oẽs ſciunt: igitur nõ eſt latitudo perfectionalis. Tertio ſi ſic, tunc dareẽ maximum & minimũ ens rõnis, ſignetur minimũ quo minus ſit nihil, hoc.n.eſt neceſſarium aliter in illis eſſet ꝓceſſus in infinitum. Sit igitur iſtud minimum. A. & quæro vel eſt intelligibile vel non. ſi non: igitur non potuit intelligi eſſe minimum & maximum. Si ſic, igiẽ oportet ipſum intelligere ſub aliquo modo: oẽ.n.quod intelligitur, aliquo modo intelligendi intelligitur vt ipſi dicũt, ſemper.n.intelligitur vel vt ſpecies vel vt genus vel ſub aliquo modo: ſit iſte modus intelligendi. B. Et ſuppono mihi ad mẽtem eorum ꝙ modus rei eſt minus ens ipſa re, hoc tenent ipſi aperte in vl̃ibus Porphyrij & vbiq; Tunc arguo ſi in entibus rõnis daretur latitudo, tũc daretur minus minimo deduco, quia ſi daretur latitudo, oportet deuenire ad minimum: & tale diximus eſſe. A. & cum. A. ſit intelligibile per modũ quem diximus eſſe. B. & B. eſt minus ens ipſo. A. per deducta. igitur minus minimo. Cõtra ſecundam etiam concluſionem arguo. Primo quia omne fundatum prædicatur de fundamento ſaltem denominatiue: modo non videtur ꝙ omnes vnitates ſecundæ diuiſionis prædicentur de omnibus membris primæ: nec reddendo ſingulum ſingulo: nec reddendo omnes de ſingulo: de vnitate apparentis formæ, & de vnitate intellectionis non videtur ꝙ vnum ſecundæ diuiſionis prædicetur: & ſic prima membra nõ videntur fundamenta membrorum ſecundæ diuiſionis. Tertia concluſio eſt inſufficiens: quia licet valeat regula illa pro ſecunda diuiſione: pro prima non dederunt regulam & ſic adhuc reſtat aſsignare rl̃am pro prima diuiſione. Præterea ẜm eos cõicabile & incõicabile ſupponunt pro rebus: at vl̃e & prædicatum non niſi ꝓ intentionibus: igitur non bene datur per communicabile, & incommunicabile: ſi debeat logicæ intelligi. Hæc de poſitionibus.

*Confutatio. Cõm.12.*

*Poſitio.2.*

*Confutatio.*

*Si dentur gradus in entibus rationis.*

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Differentia diuiſionum.*

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ prima diuiſio eſt realis: quia ſũmitur ex modo eſſendi rerum ſiue ex conditione rerum. Secunda dr̃ intentionalis, ſiue logica, q̃a ſumitur ex modo prædicandi, & hac rõne ſequitur vt mẽbra vnius non fundentur in mẽbris alterius. Secũdo dico ꝙ prima diuiſio, quę ſumitur ex modo eſſendi rerum hoc pacto ad normam reducitur. quia rerum quæ ad vnum reducuntur, vel reducuntur ad vnum ex parte noſtra, vel ex parte earum, ſi ex parte earum vel quatenus ſunt partes integrales, vel partes ſubiectiue. Si partes integrales: ſic ſunt vnum continuitate, ſi ſubiectiue, ſic ſunt vnum gñe. Si ex parte noſtra, vel quo ad ſenſum, vel quo ad intellectũ, ſi quo ad ſenſum, ſic ſunt vnum in drĩa formę, ſi quo ad intellectum, vel quo ad intellectum diuiſibilem,& ſic ſunt vnum diffinitione, vel indiuiſibilem,& ſic ſunt vnũ intellectione, hæc eſt norma ſiue rl̃a membrorum primæ diuiſionis, quæ ſumiẽ ex parte modi eſſendi rerum. Membrorum ſecundæ diuiſionis, quæ ſumuntur ex parte modi prædicandi talis poteſt regula dari, quia eorum quę prædicantur, vel de vno ſolo prædicãtur,& ſic habetur vnum numero: vel de pluribus. ſi de pluribus aut ſimilitudine, aut rõne ſi ſimilitudine, ſic eſt vnum proportione. Si ratione, vel de pluribus differentibus ſpecie,& ſic eſt vnum genus, vel de pluribus differentibus numero, & ſic eſt vnum ſpecie. Ex his ſequuntur pro dilucidatione tria. Primũ ꝙ prima diuiſio eſt realis,& ſecunda logica, ſiue intentionalis: non quia illa ſit rerum, hæc intentionum, aut quia fundamenta ſecundæ ſint intentionalia, primæ vero realia, ſed quia prima ſumitur ex modo eſſendi rerũ. Scđa ex modo prædicandi. Scđm ꝙ diuiſiones hæ ſunt pœnit⁹ abuerſæ, abiũctæ atq; diſperatæ, qm̃ rõnes q̃bus ſumunẽ, ſunt oĩno auerſæ, abiũctæ, atq; diſpatæ. Tertiũ eſt ꝙ ambæ ſunt ſufficiẽter & plene aſsignate, vt ꝑ earũ regulas, normaſúe colligi põt. Hæc de dilucidatione.

*Regula primæ diuiſionis.*

*Regula ſecundæ diuiſionis.*

*Dilucidatio.*

CAPVT

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis patet ſolutio. Ad primam, ſecunda diuiſio.n.nec æquiualet primæ, nec illi eadem eſt, quia *Solutio aliorũ.* à diuerſis rõnibus ſumuntur, vt viſum eſt. Ad ſecũdam reſpondent aliqui ꝙ vnum diuiſum prima diuiſione eſt vniuocum oĩbus mẽbris primæ diuiſionis: vnum ẽt diuiſum ſecunda diuiſione eſt vniuocum oĩbus mẽbris ſecundę diuiſionis, tñ vnum cõe ambabus diuiſionibus *Confutatio.* eſt ęquiuocum oĩbus membris vtriuſq; diuiſionis. Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia adhuc ſtat rõ eorum, ſequitur.n.ꝙ vbicunq; poneretur vnum, propoſitio eſſet diſtinguenda ſm multiplex, eo quia vnum ſemꝑ eſt æqui- *Sol. propria.* uocum vtriuſq; diuiſionibus. Propterea dici poteſt ꝙ vnum eſt analogum vtriſque diuiſionibus & membris vtriuſq; diuiſionis, & dr̃ per prius de membris primæ q̃ de membris ſecundæ, eo quia membra primæ ſumuntur à modo eſſendi. Mẽbra ſecundæ à modo prædican- *Sol. Auer.* di, ſed eſſe prius eſt prædicatione. Ad tertium rñdet Auer. hic cõ.12.& dicit ꝙ differt vnum numero, & vnũ quod eſt principium numeri, quia vnum numero eſt in materia: at vnum quod eſt principium numeri non eſt in materia. ideo tale vnum eſt in rebus immaterialibus. *Obiectiones.* Sed quidam obiiciunt. Primo quia quouis modo ſumatur vnum numero, ſemper vnũ numero quod eſt principium numeri eſt in materia. Secundo inſeparatis eſt aliqua vnitas minor vnitate ſpeciei, igitur eſt vnitas nu- *Defenſio.* meralis. Sed hi cauilli friuoli ſunt: quia Auer. ꝑ vnum numero, quod eſt principium numeri intelligit vnum numero, ꝙ cum alio ſumptum numerum efficit: & ſic reperitur tam ĩ materialibus, q̃ in immaterialibus, & ſic dictum Auer. eſt intelligendum ꝙ vnum numero qd̃ eſt principium numeri non eſt in materia, quia quoddã eſt in materia, quoddam non eſt in materia, at vnũ numero propriæ ſolum eſt quod eſt in materia, vt diſputatione proxima diſputauimus. Ad ſecundum concedo ꝙ ibi eſt minor vnitas q̃ ſpecifica: & nego ꝙ ſit vnitas numeralis propriæ, de qua intelligit Auer. requiritur .n. ꝙ ſit minor vnitate ſpecifica, cum hoc in materia, vt patuit. Ad vltimam dico ꝙ vnũ numero ea ſunt: quorum materia eſt vna numero ſimul, non ſic ſunt ipſa contraria. Hactenus de.6.diſputatione.

*Secundum ſe vero dicuntur eſſe quæcunq; ſignificant figuras prædicationis, quotiens enim dicitur totiens eſſe ſignificat. &c. Tex. cõm. 14.*

## DISPVTATIO SEPTIMA
### De diuiſione entis in decem prædicamenta.

*Num ens in decem prædicamenta diuidatur per diuerſos modos prædicandi.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ens non diuidatur per modos prędicandi, arguitur. Primo ꝙ non prædicatur, non poteſt diuidi per diuerſos modos prædicandi, ſed ens non ꝑ̃dicatur, quia tunc eſſet aliquod vl̃ium, igitur non poteſt diuidi per diuerſos modos prędicandi. Secundo ſi per diuerſos prædicandi modos diuideretur ens, tunc diuiſio entis in decem prædicamenta non eſſet prima. deducitur, quia modi prædicandi præſupponunt modos eſſendi, ſumitur.n. modus prædicandi à modo eſſendi. Tertio omne prædicamẽtum reſpectu eorum quæ ponuntur in ſua linea, prædicatur eodem modo, quia vt genus in quid, igitur oẽs hñt eundem modum prædicandi. In contrarium arguitur, quia ens non poteſt diuidi per veras dr̃ias, igitur per modales differẽtias. Sed hæ modales dr̃ię non ſunt niſi diuerſi modi prædicandi, igitur ens diuiditur per diuerſos modos prædicandi. Hæc de dubitatione.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire ꝙ prædicamentũ poteſt capi. Vno modo pro intentione. & hoc pacto non loquitur diſputatio, eſt.n. prędicamentum hoc pacto ſumptũ ordo quidam inter gñã & ſpecies, Alio modo poteſt ſumi pro re ſubiecta intentioni. Et.3. pro re ſubiecta intẽtioni vt ſubſtat intentioni: & vtroq; modo intelligitur in diſputatione. Secũdo debes ſcire ꝙ ens diuidi in.10. prædicamenta poteſt intelligi bifariã. Vno modo quòd diuidatur in illa vera diuiſione, & ſic ens nec per modos eſſendi, nec per modos prædicandi diuiditur: vt ꝓbauimus primo huius de intentione Boetij, & de mente Auer. dixit.n. Boetius in lib. prædicamentorum ꝙ diuiſio entis in.10. prædicamẽta eſt vocis in ſignificata: & Auer.10. huius ait ens ſignificare.10. prædicamenta ſine medio. Alio modo intelligi poteſt, ſi.10. prædicamẽta ſub ipſo noĩe ens ſignificata inter ſe diſtinguantur ꝑ diuerſos modos prędicandi, & hoc pacto diſputatio intelligitur. Tertio debes ſcire ꝙ qõ ſupponit ens diuidi per.10. prædicamenta, ſiue ſub ipſo noĩe ens eſſe.10. ꝑ̃dicamenta, & quærit ſi per diuerſos prædicandi modos inter ſe differunt. Dico ꝙ qõ ſupponit decem eſſe prę- *De numero prædicamentorum poſitiones. Prima.* dicamenta, quia de numero prædicamẽtorum apud veteres, & apud iuniores fuit maxima dubitatio. Plato nãq; viſus eſt ponere vnum prædicamentum: cuius generaliſsimum & primum principiũ eſt ipſum ens, vt do- *Secunda.* cet Philoponus.1. priorum. Alij voluerunt ſolum quatuor eſſe prędicamenta, videlicet, ſubſtantiam, quantũ, quale, & ad aliquid: cætera vero non eſſe prima prædicamenta, quia poſitio eſt in prædicamento relationis: actio & paſsio ſunt motus, qui eſt in ꝑ̃dicamento quanti, habitus vel diſpoſitio in prædicamẽto qualitatis: qñ, & vbi reducuntur ad quãtum, & breuiter prima gñã ſo- *Tertia.* la quatuor eſſe fatentur. Logici tenent oĩa prædicamẽta ſm eſſe reponi in prædicamento qualis: quia volunt oĩa prædicamenta eſſe voces, vel conceptus: & quouis modo ſint, erunt qualitates. Cui poſitioni vr̃ Boe. conſentire, qui tenet librum prædicamentorum eſſe de.10. vocibus: & ſi ſm eſſe vnum eſt prędicamentum ſm vero ſignificationem erũt.10. Alij vt ſectatores Thomæ *Quarta.* velle videntur tria tm̃ eſſe prædicamenta ſm rem diuerſa ſubſtantiam, quantum, & quale: quia cætera ſunt horum circunſtantiæ, quæ non differunt ſm rem ab eo cuius ſunt circunſtantiæ. Mihi vr̃ de his oĩbus eſſe dicendum ꝙ iſta propoſitio: tm̃.10. ſunt prædicamẽta, ſit ꝓpoſitio dialectica: eſt autem propoſitio dialectica probabilis propoſitio, qua audita conſentimus per conſenſum oĩum aut plurium, & horum ſapientum tm̃, vt.n. dr̃.1. topi. probabile ſiue ꝓbabilis propoſitio eſt q̃ omnibus aut plurimus videtur, & his ſapiẽtioribus & præcipuis. Hoc declaratur. quia hæc propoſitio non poteſt eſſe ex ſolis terminis euidens: vt omnes tenent: & ſic non poteſt eſſe dignitas: quæ gręce dicitur axioma: nec poteſt demonſtrari, ſignum autem, quia ſummus omnium p̃horum Ariſt. nunquam illam tentauit demõſtrare: nec poteſt inueniri medium ad illam, nec adhuc eſt inuentum. Propterea cũ Auic.3. ſuæ phyſicæ. cap̃.2. &3. & cum Simplicio in prędicamentis auctoritate Pythagorę, & cum Boetio dico hanc propoſitionem eſſe dialecticam, quæ ab aliquibus appellari poteſt maxima. In illa.n. conſentiunt Ariſt. Archyta, Pythagoras, & alij plures ſapientiores. Secundo dico ꝙ.10. prædicamenta ſunt. vno modo res diuerſæ. alio modo non ſunt res diuerſæ. ſunt quidem res diuerſę ſumendo rem pro omni ente præter opõnem intellectus: quod ab alia re præter opõnem intellectus prædicamentaliter differt & ſic iuxta hoc quæcunque ſunt in diuerſis prædicamentis ſm rem prædicamentariam differunt. Sumendo vero rem proprie pro ente reali, quod poteſt exiſtere ſine alio: ſic nullum prædicamentorum eſt res, niſi ſubſtantia: & ſic non differunt ſm rem: quia accidentia hoc pacto non ſunt res, & per conſequens hoc pacto non poſſunt re differre inter ſe, nec à ſubſtãtia. Ad propoſitum igitur patet ꝙ diſputatio ſupponit.10. eſſe prædicamenta, & quærit ſi illa differunt per diuerſos modos eſſendi vel prædicandi. Hæc de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

*Pō expoſitoris.* DE diſputatione Expoſitor.5. meta. tenet ꝙ prædicamenta diſtinguuntur per diuerſos modos prædicãdi, de primis ſubſtantijs: per hoc.n.ꝙ.10. prædicamenta diuerſo prædicandi modo de primis ſubſtantijs prędicantur ipſa inter ſe ſortita ſunt diſtinctionem. Secundo dicit expoſitor ꝙ quia differũt pœnes diuerſum modum prædicandi de primis ſubſtantijs, Ideo eorũ ſufficientia poteſt hac norma colligi: quia oẽ quod de primis ſubſtantijs prædicatur, aut prædicatur de illis quia eſt idem illis: aut quia eſt in illis, ſi quia idem illis: ſic eſt prædicamentum ſubſtantiæ: ſi quia eſt in illis, aut quia eſt in illis ſimpliciter: aut quia eſt ĩ illis ſm quid. Si quia eſt in illis ſimpliciter: hoc eſt vel abſolute, vel relatiuæ. ſi relatiuæ: ſic eſt ad aliquid. ſi abſolute, vel per rationem intrinſecam: vel extrinſecam. Si per rationem intrinſecam, ſiquidem per materiam: eſt quantum. Si per formam: eſt quale. Si per rationem extrinſecam: vel per modum menſuræ, vel non per modum menſuræ, ſi non per modum menſuræ, eſt habere: ſi per modum menſuræ: aut ſucceſsiuam, aut permanentem, ſi permanentem eſt vbi, quod relinquitur ex adiacentia loci, ſi ſucceſsiuam: eſt quãdo: quod relinquitur ex adiacentia temporis. Si vero ſumitur ab eo quia eſt in prima ſubſtantia ſm quid, aut ſecũdum ordinem partium in loco: & ſic eſt ſitus, aut ſine ordine, & hoc vel ſm rationem principij, & ſic eſt agere, vel ſm finem: & ſic eſt pati. Hæc igitur norma qua numerus prædicamentorũ colligitur, per diuerſos prędicãdi modos ſumitur in cõparatione ad primas ſubſtantias. Hæc ab expoſitore in hoc.5. colliguntur. Pro hac poſitione vr̃ facere textus, qui dicit ens diuidi in.10. prædicamenta ſm figuram prædicationis: igitur per diuerſum modum prædicandi. Modus.n. prædicandi, & figura prædicationis idem *Obiectiones.* eſt. Sed contra hanc poſitionem aliqui obiiciunt. Primo quia ſi per diuerſum modum prædicandi differunt prædicamenta, tunc tm̃ duo eſſent prima gñã rerũ, quia duo ſunt tm̃ modi ꝑ̃dicandi, videlicet, in quid & in quale. Secundo quia ſi per diuerſum modum prædicandi, tunc erunt.10. ꝑ̃dicamenta: & ſic non tm̃ quatuor: contra Ariſt. qui ponit quatuor tm̃ prædicamenta, & contra Porphyrium, qui ponit quinque prædicabilia, ſiue quinque vl̃ia. Tertio ſi ſic, tunc in oĩ prædicatione eſſet nugatio. deducitur, quia eſſe bis diceretur: ſemel in ꝑ̃dicato, quia prædicatum ipſum eſt eſſe, & ſemel in compoſitione, quæ ſe tenet ex parte prędicati. eſt.n. eſſe cõpoſitio, & eſſe propoſitionis eſt ex parte prędicati, & ita prædicatum bis eſſe dr̃. Quarto res primæ intentionis non differunt per intentiones. Sed modus prædicandi eſt ſecunda intentio. Prædicamenta ſunt res primæ intentionis, aliter non ſpectarent ad ipſum metaphyſicũ, igitur non differunt per diuerſum prædicandi modum. Quinto ſi modus prædicandi facit diſtinctionem prædicamentariam, tunc cum alio modo prædicetur abſtractum & alio modo cõcretum, in oĩ prædicamento erũt duo gñaliſsima, videlicet, abſtractorũ, & concretorum. Sexto ſi diuerſus modus prædicandi de ſubſtantia prima facit dr̃iam prædicamentariam tunc ſola concreta eſſent in prædicamento, contra Auic.3. lib. ſuæ phyſi. cap̃.2. quia ſola concreta prædicantur de primis ſubſtãtijs. Septimo ſi per diuerſum modum prædicandi differunt prędicamenta, tunc talis diſtinctio non erit prima. deducitur, quia per modos eſſendi ſemper eſt prior. Amplius non erit maxima & immediatior hæc eſt propoſitio: homo non eſt equus illa quantum non eſt ſubſtantia: quia illa eſt per hoc ꝙ extrema differunt in re. Hæc vero eſt propterea quia extrema differunt in modo prædicandi. Octauo ſi ens diuideretur in.10. prędicamenta per diuerſos modos prædicandi: tunc diuiſio entis in.10. prędicamenta non erit prima, quia diuiſio entis fit per diuiſiones & ſubdiuiſiones: & ita non erit prima. Vlterius contra diuiſionem ſiue normam arguit *Rõnes Ioan.* Ioan. primo quia, non oĩs quãtitas ſequitur materiam, quia non quãtitas terminata. Hæc.n. ſequitur formam. Secundo non oĩs quantitas ſequitur materiã, quia cœlum eſt quantum, & non propter materiam. Tertio primi termini ſeipſis differunt: igitur non per diuerſos prædicandi modos: Vltimo vr̃ ꝙ vbi nõ à loco videtur euenire: ſed à motore, quia ab eodem eſt motus & terminus motus: ſed vbi eſt terminus motus: igitur ab eodem eſt motus & vbi, ſed motus eſt à motore, igitur & vbi, per hæc patet quanta ſit difficultas in põne Tho- *Poſitio.2.* mæ: Propter hæc tenent aliqui tria. Primum ꝙ diuiſio entis in.10. prædicamenta eſt prima & immediata. patet, quia non eſt alia bimẽbris aut trimẽbris prior: aliter non eſſent.10. prima rerum gñã. Secundum eſt ꝙ ens deſcẽdit in.10. gñã per diuerſos modos eſſendi, qui ſeſe habent per modum contractiui reſpectu entis, & per modum conſtitutiui reſpectu prædicamenti. Tertium eſt ꝙ illi modi eſſendi cõtrahentes ens ſunt nobis ignoti. Propterea vocentur A. & B. his.m.10. modis eſſendi nobis ignotis ipſum ens deſcendit in.10. prædicamẽta. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non vr̃ peripatetica. primo quia ſupponit ens eſſe vnum & vniuocum, & deſcendere in.10. ꝑ̃dicamenta per diuerſos modos eſſendi, igitur non eſt peripatetica, dictum eſt.n. ens eſſe æquiuocum apud peripateticos, & ſic opinio eſt ex ſuppoſitis. Secundo qa vr̃ ſibi contraria quia ſi modus prædicandi per ipſos eſt prior re prędicante, modus eſſendi vr̃ prior re exiſtente. igitur ſi diuiſio entis per diuerſos modos ꝑ̃dicandi tollit ens diuidi in.10. ꝑ̃dicamenta immediate, diuiſio entis per diuerſos modos eſſendi etiam illam diuiſionem in.10. prædicamenta faciet non primam. Tertio omnis dr̃ia ſiue modalis ſiue eſſentialis prior eſt eo quod cõſtituit, conſtituens.n. ſemper præcedit conſtitutum, igitur ſi ens per dr̃ias modales deſcendit in.10. prędicamẽta, diuiſio eius in illa non erit prima, quia per dr̃ias intermedias deſcendit. Vltimo hic determinatio eſt contra tex. & contra Auer. dr̃.n. in tex. ꝙ ens diuiditur per figuras

guras prædicationis,& Auer.ait in cōm. ꝙ per figuras prędicationis intelligit genera prædicamentorum, igitur diuiſio illa debet dari per modos prædicandi. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

VT diximus prædicamenta poſſunt ſumi q̃tum ad id quod ſunt,hoc eſt pro rebus prædicamētarijs,q̃ ſunt decem rerum gn̄a vt dicit Boe. & poſſunt ſumi pro rebus vt ſubſtant intentionibus p̄dicamentarijs,nam pro intentionibus non debent ſumi in ꝓpoſito. Scd̄o ſupponendum eſt ꝙ ſiue diſtinctio p̄dicamentorum ſumat̃ per diuerſos eſſendi modos,ſiue per diuerſos prędicādi modos ſemꝑ debet ſumi reſpectu ſubſtātiarum primarum,quatenus aut ſunt in primis,aut prædicant̃ de primis hæc ſuppō patet in lib. prædicamētorum,vbi Ariſt. & ſub̄as ſecundas,& accidentia declarat per reſpectum ad primas ſub̄as. Boe. etiam idem docet illic,& oēs græci. Tunc dico primo ꝙ ſi prædicamenta ſumantur quātum ad illud quod ſunt,ſic diſtinguunt̃ inter ſe ſeipſis,& non ꝑ diuerſum eſſendi modū,nec per diuerſum prædicandi modum,nec per dr̄ias modales,nec eſſentiales, ſed ſeipſis tm̄. Hæc concluſio patet. Tū primo quia ens ipſum immediate ſign̄at decē rerum gn̄a, vt dicit Auer. Tum quia ſm̄ peripateticos ens eſt æquiuocum,igitur non poteſt deſcendere iñ res p̄dicamentarias,niſi per ſe primo,& non per dr̄ias aliquo pacto. Secūdo dico ꝙ ſi p̄nta ſumant̃ pro rebus vt ſubſtant decem intētionibus p̄dicamenti,vt ſic diſtinguunt̃ per decem p̄dicandi modos de ipſis primis ſubſtātijs,qui in dicta norma haberi poſſunt. Et ꝓbatur quia vt ſubſtant p̄dicamentis, vt ſic differunt in rōne prædicādi de primis ſubſtantijs: Vnde Ariſt. tam prædicamentum ſub̄ę,q̃ cæterorum accidētium docet per rōnem q̃ habent ad primas ſub̄as vt diximus. Ex his apparet primo q̃ recte expoſitor voluit p̄dicamenta diſtingui ꝑ diuerſos modos p̄dicandi, ſumpſit .n. p̄dicamenta non ꝓ rebus,quia ſic ſeipſis ſunt diuerſa,ſed pro rebus vt ſubſtant intentionibus p̄dicamenti, & hoc pacto vt dictum eſt,tum ꝑ verba textus,tum per verba cōmenti differunt ꝑ diuerſos modos p̄dicandi de primis ſubſtantijs. dicebat̃ .n. in litera illa diuerſa eſſe per figuras prædicationis hoc eſt ꝑ diuerſos modos prędi-
Cōm. 14. candi vt exponit Auer. Secūdo ſequitur ꝙ oīa prędicamēta ſunt concreta ad ſub̄as primas. probatur,quia oīa ſunt quia vel dn̄r de primis: vel quia dn̄r & ſunt in primis,igitur oīa concernunt primas ſubſtantias, & ſic oīa ſunt concreta,& propterea quale,q̃tum,ad aliquid & id genus ſunt prædicamenta,qualitas vero vel quātitas & id genus potius ſeſe habēt vt ſub̄æ, ſunt .n. ſub̄æ ſm̄ modum: vt dicit Boetius. Tertio ſequitur ꝙ licet ex parte ordinis noſtri modi intelligendi decem p̄dicamenta diſtinguantur & ſubdiſtinguātur tñ ex parte eorum, quæ prædicantur ſunt decem modi prædicandi omnino diuerſi immediate, & non per diuiſionem & ſubdiuiſionem. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS habitis ad rōnes contra Thomam rn̄demus. Ad primam dico ꝙ prædicari in quid conuenit vniuoce oībus ſubſtātijs, prædicari de ſub̄a prima in ad aliud oībus relatiuis,prædicari in quale eſt æquiuocum,& ſic modi prædicandi non ſunt duo, ſed. 10. veluti ſunt. 10. prędicamenta. Ad illud de prędicatis dico ꝙ. 10. prædicamenta ſunt ſub vno tm̄ prædicato,quia ſub prædicato gn̄is,& cum hoc tñ ſtat illa eſſe prima rerum gn̄a. Ad tertiam nego conſequentiam,quia eſſe non eodem modo dr̄,in prædicato .n. dr̄ ſimpliciter,in verbo vero cōplexe,& ſic non repetit̃ bis eſſe eodem modo. Ad quartam dico ꝙ res primæ intentionis non differunt per intentiones ſi conſiderent̃ abſolute,tñ vt ſubſtant intentionibus,bene diſtingui poſſunt per modos intentionales. Ad quintam dico ꝙ abſtractum prędicatur ꝑ modum ſub̄æ. Et propterea eſt in prædicamento ſub̄æ ſm̄ modum, in prædicamento ſui concreti ſm̄ eſſe, & hoc ſatis eſt. Et ad ſextam concedo totum etiam ſi eſt contra Auicennam. Ad ſeptimam dico ꝙ prædicamenta diuerſa ſunt magis in mō prędicādi q̃ ſint homo & equus, non aūt in modo differendi, quia p̄dicamenta non differunt,ſed ſunt diuerſa. Et ꝓpterea illa propō negatiua eſt immediatiſsima, addo ꝙ hæc etiam eſt immediata homo non eſt equus: & forte æque immediata illi ſub̄a non eſt q̃titas,ſed de hoc in lib. poſte. Ad octauam dico ꝙ diſtinctio per modos p̄dicandi eſt prima reſpectu p̄dicamentorum,quatenus ſumuntur pro rebus vt ſubſtant intentionibus, non aūt prima vt ſumuntur ꝓ rebus abſolute,quia vt ſic ſeipſis diſtinguuntur. Ad nonā patuit ſolutio in dilucidatione. Ad rōnes Ioannis. Ad primam dico ꝙ licet q̃titas terminata immediate ſequatur formā,remote ſequitur materiam. Et hoc ſufficit Thomę. Ad ſecundā dico ꝙ ſicut materia cœli eſt alterius rōnis,ſic dimenſio illa eſt alterius rōnis. Ad tertiam dico ꝙ capiendo primos terminos pro ſignificatis illorum, ſic ſeipſis diſtinguuntur vt dictum eſt. Sed ſumendo pro rebus vt ſubſtant intentionibus differūt per modos p̄dicandi. Ad vltimā dico ꝙ vbi eſt à motore,& à loco,à loco quidem proxime,à motore remote, & ſic ſufficit Thomæ. Ad rōnes factas in principio. Ad primam dico ꝙ ens nō eſt prædicatum niſi ſm̄ opinionem,& hoc pacto loquit̃ Thomas,ad cæteras patet ſolutio per dilucidationē. Hæc de ſeptima diſpu.

*Et quæcunq; in eadem ſubſtantia entia differentiam habent,eadem vero &c. Tex. non habet cōm. ante. 16.*

## DISPVTATIO OCTAVA

De multiplicatione accidentium ad multiplicationem, ſubiectorū.

*Num plura accidentia ſolo numero diſtincta poſſint eſſe in eodem ſubiecto.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD accidētia numero ſolo dr̄ia poſsint eſſe in eodem ſubiecto. Arguitur primo,quia accidentia ſpecie dr̄ia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, igitur numero dr̄ia etiam. tenet enthyme. quia nō videtur maior ratio de alijs, q̃ de alijs. Secundo in eodem ſanguine eſt calor naturalis,elemētarius,& cœlicus,qui numero duntaxat differunt,igitur accidētia ſolo numero dr̄ia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Tertio idem numero accidens poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis,vt idem numero lumen eſt in prima parte regionis & in media, & in vltima,eadem quoq; intentio coloris eſt in diaphano,& in oculo,igitur plura accidentia numero poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Tenet enthymema,quia non maior ratio eſt ꝙ idem numero accidens poſsit eſſe in diuerſis numero ſubiectis,q̃ de diuerſa numero accidentia poſsint eſſe in eodem ſubiecto. In contrariū videtur Ariſt. in tex. Hæc de dubōnibus.

CAPVT



CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ACCIDENS vt dr̄ in prędicamentis hic intelligitur pro oīeo, quod cum in ſub̄to ſit, non eſt in illo veluti pars in toto,vel vt in lib. topico. habetur pro prædicato de ſub̄o nec eſſentialiter, nec conuerſim vt album, nigrum,& id genus,per ſub̄m vero intelligitur, non ſolum illud de quo accidentia dicuntur: ſed illud in quo cum inſint: nō ſunt in illo vt partes in toto, vt dicitur in prædicamentis,dicuntur autem illa accidentia ſolo numero differre: quæcunq; ſub vltima & eadem ſpecie differentiam habent,vt hoc album margaritæ,& illud niuis. Hæc .n. ſub albo quod eſt vltima ſpecies,differētiam habent. Quærit autem diſputatio ſignanter de accidentibus ſolo numero differentibus: quia de accidētibus quæ non tm̄ numero differunt, clarum eſt illa poſſe eſſe in eodem ſub̄to: quia vt calculatores aſſerūt calidū & frigidū q̃ numero & ſpē differunt, eſſe pn̄t in eodē puncto ſubiecti, nō quidē ſub tanta intenſione, ſub quanta aggregatum ex illis excelleret completam latitudinem alterius,calidum .n. vt quatuor,& frigidū vt ſex ſtare non poſſunt in eodem ſubiecto, quia aggregatum ex illis eſt vt decem,qui numerus excellit numerum latitudinis ꝑ duo. Supponat̃ .n. ꝓ nunc latitudinem eſſe vt octo. Et ſi quæritur, quæ nam accidentia ſpē dr̄ia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto? Dici poteſt pro modo ꝙ duo accidentia ſpecie dr̄ia eſſe poſſunt in eodem numero ſubiecto, primo ſi ſint intentionalia,vt duæ ſpēs diuerſorum obiectorum ſpecie differentium. Secundo dico ꝙ etiā duo accidentia realia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto ſpecie dr̄ia, ſi ſint in habitu, vt duæ ſciētiæ ſpecie differentes. Tertio dico ꝙ accidentia realia ſpecie dr̄ia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto, ſi vnum eſt in actu & alterum poteſtate vt in ipſa eadem aqua eſt caliditas actu & poteſtate frigiditas. Quarto dico ꝙ etiam accidentia realia ſpecie differentia eſſe poſſunt in eodem ſi in motu colliguntur vt calidum in fieri & frigidum in corrumpi: Demum accidentia realia ſpecie differentia eſſe poſſunt in eodem ſubiecto etiam ſi in quiete ſumuntur, ſed nō ſub eſſe completo, vt calidum vt quatuor & frigidum vt quatuor, vt dictum eſt, diſputatio igitur noſtra eſt de accidentibus ſolo numero differentibus. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Ioan. IOANNES de diſputatione breuibus ſeſe expedit & dicit duo. Primum ꝙ ſi accidentia ſint cōnaturalia ſubiecto, vel coæterna illi nō poſſunt eſſe in eodē ſub̄to ſi tm̄ numero differunt,dicuntur accidentia cōnaturalia vt riſibile homini, & calidum igni. Coęterna vero dicuntur vt dimenſio cœlo figura mundo. Probat̃ concluſio q̄ frustra duo talia ineſſent ſubiecto,quia ad quodcunq; vnum ſufficeret, & alterum etiam, & per vnum ita perfecte ſufficeret, veluti per duo illorum,igitur nō poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Scd̄o dicit ꝙ accidentia ſolo numero dr̄ia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ſi ſint aduentitia, hoc eſt nec coæterna, nec propria ſiue connaturalia. Probat Ioannes hoc. primo quia duæ intētiones duarum albedinū poſſunt eſſe ī eodem ſub̄to, vt in eodem puncto diaphani. Scd̄o duo lumina diuerſorum corporū poſſunt eſſe in eodem,q̃ differunt ſolo numero,vt patet ꝑ vmbras diuerſas,q̃ clare cernuntur,
Filij auctoris. igitur ſunt duo lumina. Tertio duæ paternitates numero poſſunt eſſe in eodē ſubiecto vt patet ī me,vbi eſt pr̄nitas qua ad Iacobū filiū referor, & alia qua referor ad Domicium aliū filium,& alia qua referor ad Liuiam filiā: modo ſunt tria correlatiua,igit̃ tres relationes, q̄ multiplicato vno correlatiuo, multiplicat̃ & reliquum. Vltimo plures formæ ſubſtantiales poſſunt eſſe in eodē ſubiecto,q̃ non differūt ſpecie: vt forma qua homo eſt homo,& forma qua hic homo eſt homo,igitur duo accidentia numero dr̄ia. tenet conſequentia, quia forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpl'r,forma accidentalis dat eſſe ſm̄ quid. igitur ſi idem ſubiectum poteſt habere plura eſſe numero ſimpliciter, poteſt habere plura eſſe nume Poſitio. 2.
ro ſm̄ quid. Alij vero non recedentes à poſitione Ioannis, niſi in vno, tales aſſerunt concluſiones. Prima eſt accidētia intentionalia ſolo numero differētia eſſe poſſunt in eodē ſubiecto,vt patet de duabus ſpēbus duorū ouorū in eodē puncto diaphani. Scd̄a accidentia realia reſpectiua ſolo numero dr̄ia poſſunt eſſe in eodē ſubiecto numero patet ꝑ illud de paternitatibus. Tertia accidentia realia abſoluta non educta de potentia materiæ ſolo numero dr̄ia poſſunt eſſe in eodē ſubiecto. patet de pluribus memorijs: ex quibus fit experientia, & de pluribus imaginibus eiuſdē obiecti,de pluribus actibus intelligendi, & de cæteris id genus. Quarta, accidentia realia abſoluta educta de potētia materię,ſed non ꝑ motum,ſolo numero dr̄ia poſſunt eſſe in eodē ſubiecto. patet ꝑ illud de duobus luminibus. Quinta duo accidētia realia abſoluta ꝑ motū educta de potentia materiæ dr̄ia ſolo numero nō poſſunt eſſe in eodē ſubiecto numero, & in hoc tm̄ dn̄t à Ioanne. Et probant primo, quia oīs motus eſt de contrario in contrarium,igitur nō poteſt eſſe motus ſi ſubiectū eſt p̄affectum forma eiuſdem ſpeciei,cum ea q̃ de nouo inducit̃. Secundo ſi poſſunt talia eſſe in eodē ſubiecto, tunc vel eſſent inducta ab eodem agente,vel à diuerſis,non ab eodem, quia agente exiſtente vno in paſſum vnum,vna eſt actio, vt dr̄. 12. huius,nec à diuerſis,quia agentia diuerſa ad eandem intētionem agentia efficerent formam illam intenſiorem. Cōm. 11.
Aīaduerte tñ ꝙ Ioānes tenet oppoſitum huius, cū quo calculatores fere oēs concordant,qui volunt intenſionē formæ fieri ꝑ partem gradualem ad partē gradualē additam vtraq; remanente, quo in caſu illi gradus differunt numero, & ſunt eiuſdem ſpeciei Verum hæc res Poſitio Tho.
propoſitū tranſcēderet, ſufficiat indicaſſe. Sectatores vero Tho. vnica concluſione tenent totum oppoſitum, volunt .n. ꝙ nulla accidentia numero tm̄ dr̄ia eſſe pn̄t in eodē ſubiecto,ſiue ſint realia ſiue intentionalia, ſiue qualia vis. Et eorum rō potiſsima eſt, quia accidens eſt vnum numero ꝑꝑ vnitatem numeralē ſubiecti,igitur ſi ſubiectum eſt vnū numero,ſemper accidentia eiuſdem ſpeciei,erunt vnū numero in eodem ſubiecto numero. Cōm. 4. Cōm. 60.
Pro hac conclōne vr̄ ſn̄ia Auer. in 3. de aīa,& i 2. de aīa vbi habet̃ ꝙ receptum ſoni debet eſſe abſonum, & receptiuū coloris debet eſſe abſcolor. vbi Auer. colligit ꝙ oē recipiens debet eſſe denudatum ſaltē à tota ſpē rei q̃ recipitur,igitur non pn̄t eſſe plura accn̄a numero dr̄ia & ſpē eadem in eodē ſubiecto. Præterea in. 1. phyſi. dicit Auer. ꝙ oīs multitudo vel eſt rerū differentium ſm̄ for Cōm. 6.
mam,vel ſm̄ q̃titatem. Sed accidētia eiuſdem ſpeciei in eodem ſubiecto,nec differunt forma,quia non ſpē nec q̃titate, quia tunc idem ſubiectum haberet diuerſas q̃titates,igitur ſunt vnum numero. Tertio vt eſſe ſimpliciter ad ſubiectū ſimpliciter, ita eſſe ſm̄ quid ad ſubiectum ſm̄ quid. Sed idem ſubiectum numero nō poteſt habere duas formas numero à quibus habeat duo eſſe ſimpliciter numero, vt oēs concedunt: igitur idē ſubiectum ſm̄ quid non poteſt habere duo accidentia ſolo numero

numero differentia, è quibus habeat duo eſſe ſm̃ quid eiuſdem ſpeciei. Per hæc argumenta, & quædam alia, tenent Thomæ ſectatores generatim nulla accidentia ſolo numero differentia poſſe eſſe in eodem ſubiecto. Hæc de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

De diſputatione vr̃ mihi nihil eſſe certum, eſt enim problema neutrum, & vtraq; pars habet fautores, & bona argumenta. Tñ mihi probabiliter vr̃ eſſe dicendum, quod quædam ſunt accidẽtia quorum agens vicẽ ſubit ſubiecti & agentis, vt illa q̃ ab agente dependent in eſſe, & cõſeruatione atq; in fieri & facto eſſe, vt lumẽ, phãtaſma, intentio albi, ſpẽs & actus intelligendi. lumen. n. à luminoſo corpore dependet in eſſe, fieri & conſeruatione, phãtaſma ab obiecto & ſpẽs ſiue actus ab obiectis, vnde agẽs talium accidentiũ vicem ſubit ſubiecti, eo quia ſubiectum ꝓprie illud eſt, à quo dependet accidens in eſſe, & conſeruatione, ſed quia talia accñtia dependent ab agente in eſſe & conſeruatione, non tm̃ in fieri, hinc eorũ agens vicẽ ſubit agentis & ſubiecti, agẽtis quidem quatenus illa dependent ab eo in fieri: ſubiecti vero quatenus illa dependent ab ipſo eodem in eſſe & conſeruatione. quædã ſunt accidentia, quorum agẽs ſubit vicem agentis tm̃ & nullo pacto ſubiecti, vt illa q̃ ab agente dependent in fieri tantum, vt ſunt omnia accidentia naturalia, quæ poſt actionem agentis derelinquũtur in ſubiecto, vt caliditas, frigiditas, albedo, & id genus. Hæc. n. poſt agentis actionem in ſubiecto relinquuntur, quædam ſunt quorum terminus vicem ſubit ſubiecti, vt relationes, nam relatio nec eſſe nec conſeruari poteſt ſine termino. Tunc his declaratis dicerẽ primo ꝙ proprie loquendo de ipſis accidentibus, quorum agens ſubit vicem ſubiecti & agentis, illa ſolo numero dr̃ia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, vt duæ lumina, duo phantaſmata, duæ alterationes numero, duo motiones numero. cauſa eſt quia eſſe numerale talium non eſt à ſubiecto, ſed ab agente, qđ vicem ſubit agentis & ſubiecti. Materia. n. præiacens pro tanto dr̃ ſubiectum, pro quanto eſt id ſine quo non illorum, principale. n. à quo illa habent eſſe & vnitatem, eſt agens, quod reſpectu illorum ſubit vicem agentis, & ſubiecti. Similiter loquendo de illis quorũ terminus ſubit vicem ſubiecti, eodem modo dicendum, cum. n. terminus ſubeat vicem ſubiecti, quatenus ſine ipſo accidẽs tale nec eſſe nec fieri poteſt tales relationes nanciſci videntur diſtinctionem & numerum ab illis loquendo vero de accidẽtibus quorum agens ſubit vicẽ agentis tm̃, ſic impoſsibile eſt duo illorum numero ſolo differentia eſſe in eodem numero ſubiecto, Probatur per rõnes Thomę, quia eſſe illorum oĩno eſt à ſubiecto, igiť & vnitas numera is. Pręterea illa relinquuntur poſt actionem agentis: igitur nõ poſſunt habere vnitatem ab agente, quia ab eo quod non eſt nihil habetur, vel ſi quid habetur, illud principaliter, à ſubiecto habetur, è quo principaliter accidens habet eſſe. Hæc ſunt quæ videntur mihi pro dilucidatione diſputationis.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His diſputatis. Ad rõnes factas pro opinionibus facile eſt ſoluere iuxtam noſtram dilucidationem. Nam ad illud de intẽtionibus albẽdinũ, de ſpẽbus, de memorijs, phantaſmatibus de luminibus tolliť, quia accidẽtia illa ſunt primo modo dicta, quia reſpectu illorũ agens ſubit vicẽ ſubiecti. Ad illud de relationibus, vno mõ dici poteſt, ꝙ terminus ad quẽ, ſupplet vicem ſubti, non quidem eſt ſubiectũ, ſed ſe habet vt ſubiectum, quatenus relatio eſſe non poteſt ſine termino ad quem. Et ſic cõcedo plures poſſe eſſe relationes numero in eodem propter diuerſos numero terminos, vt dictum eſt. aliter poſſet dici, de quo non eſt vis. Satis. n. eſt mihi ſoluere rõnes iuxta dilucidationem. Ad illud de formis ſubſtãtialibus patet ſolutio, ſumit. n. impoſsibile & ita nihil eſt. Ad illud de gradibus formæ dictũ eſt ꝙ iuxta quoſdam gradus illi non ſunt res diuerſæ, ſed eadem forma ſub rõne alia atq; alia, verum quia illa res expoſcit ſpecialem tractationem, nunc ſit dictum intantum. Rõnes pro Thoma nõ cogunt. Ad primam. n. patuit ſolutio quia non oẽ accidens numeratur per ſubiectum, ſed ſolum illud, quod poſt agentis actionem relinquitur in ſubiecto. Ad dictum Ariſt. & Auer. in lib. de aĩa dico ꝙ recipiens debet eſſe denudatũ à tota ſpecie recepti, non ſimpliciter, quia oculus albus recipit intentionem albi, ſed tanquam à ratione recipiendi, vt in tertio de aĩa diximus. Modo licet ſubiectum præhaberet aliquod accñs poteſt aliud eiuſdem ſpeciei recipere, quia non recipit illud per accidens præcedens tanq̃ per rõnem recipiendi. Ad auctoritatem Auer. 1. phyſi. dico ꝙ duo accidentia quando ſunt in eodẽ ſubiecto differunt quantitate vel ſubiecti, vel agentis, vel termini, & ſic differunt quantitate, & hoc ſufficit Auer. Ad vltimam nego ſimilitudinem, quia ſubiectum per accidens poteſt habere duo eſſe numero ſm̃ quid eiuſdem ſpeciei, qñ reſpectu illorum agens ſupplet vicem ſubiecti. Ad rõnes primi capituli. Ad primam negatur ſimilitudo propter cauſas dictas in dilucidatione. Ad ſecundam vno modo dici poteſt ꝙ calores illi differunt ſpecie, cui Auerro. Cõm. 18. aſſentire videtur in. 12. huius, & in primo lib. de Subſtãtia orbis, eo quia operationes illorum differunt ſpecie. Cœleſtis. n. calor eſt viuificus, elemẽtarius corruptiuus, animalis operatiuus & ſic differunt ſpecie, dici etiam poteſt ꝙ ſunt vnus numero calor, verum vt ſubit rationes diuerſas eſt inſtrumentum diuerſorum vt. n. inſtrumentum ſtellarum eſt viuificus, vt inſtrumentum animæ eſt animalis, vt inſtrumentum elementorum, eſt mortificus, de hoc tamen quære. 12. huius & in libro de Subſtantia orbis. Ad tertiam concedo aſſumptum, quia illud accidens non requirit ſubiectum niſi vt cauſam ſine qua non, agens enim reſpectu illius ſubit vicem agentis & ſubiecti. Alij dicunt ꝙ non eſt idem numero lumen quia continuo eſt aliud atque aliud, tamen ſecundum dilucidationem noſtram non eſt impoſsibile accidens migrare de ſubiecto in ſubiectum, quando reſpectu illius agẽs ſe habet vt ſubiectũ, & agens. Hæc de diſputatione octaua.

*Quantum vero dicitur quod eſt diuiſibile in ea quæ inſunt quorum vtrunq; &c. Tex. cõm. 18.*

## DISPVTATIO NONA

De formali ratione quanti.

*Num diuiſibilitas ſit formalis ratio quanti.*

Capvt dvbitationvm primvm.

Quod diuiſibilitas non ſit formalis ratio quanti. Arguitur primo, quia nõ diuiſibilitas in partes eſſentiales, quia illa eſt ꝑ differentias ſpecificas, non in partes accidentales, quia illa eſt per materias, vel per accidentia & non per quanti partes, igitur



nullo pacto. Secundo aliquod eſt quantum indiuiduũ vt minimum naturale, igitur non oĩ quãto competit rõ diuiſibilitatis, Tertio ſi ſic, tunc cuicunq; competeret diuiſibilitas per ſe, eſſet per ſe ſpecies quanti, & ſic locus & tempus eſſent per ſe ſpecies quanti. Quarto quantũ eſt forma ſimplex, igitur non eſt diuiſibilis in partes. antecedens apparet quia quantũ & quantitas idem ſunt vt homo & forma hominis. conſequẽtia eſt Gilberti. In contrarium videtur Ariſto. in litera.

Capvt titvli secvndvm.

Animadversione dignum quantum eſſe bifariam, nam aliud eſt mole: aliud eſt vigore, quantum vigore eſt oẽ agens exiſtens in aliqua magnitudine, per quam agit certam actionem aliquantulæ velocitatis, Cõm. 79. ſm̃. n. Auer. non poteſt eſſe quãtum vigore, niſi ſit quãtum mole vel formaliter, vel attributiuæ. Propterea. 8. phy. aſſerit primum motorem nõ eſſe finitum nec infinitum vigore, quia non eſt formaliter quantus mole, nec attributiuę, quantum mole eſt omne illud quod eſt quantum quantitate prædicamentali vt numerus & tp̃s & corpus, & id genus. Nos in diſputatione loquimur de quanto mole. Secundo animaduerſione dignum ꝙ ſicut apud Auer. homo & forma hominis idem ſunt niſi ꝙ forma hominis ſignificatur per nomen partis, homo per nomen totius, ſic quantum & quantitas idẽ eſt, quantum enim ſicut quodlibet concretum ſolam formam ſignificat, & ita ſolam quantitatem. Poteſt tñ (vt more logicorum loquar) ſupponere pro ſubiecto, pro quo ipſa quantitas ſupponere nõ poteſt, vt. n. homo & Cõm. 20. forma hominis idem eſt. 7. huius, licet differũt, quia homo poteſt ſupponere pro compoſitis ſingularibus, forma hominis non: ſic quantum & quantitas idem eſt, differunt tamen hoc ſolo ꝙ quantũ poteſt ſupponere pro forma vt pro quantitate, & pro ſubiecto, at quantitas non niſi pro forma, & ſic quid per quantum intelligamus, patet. Tertio aĩaduerſione dignum vt Ioan. indicat ꝙ diuiſibilitas alicuius in partes trifariã eſt, aut in partes poteſtatiuas, vt diuiſio animæ in intellectum & voluntatem aut in partes eſſentiales, vt compoſiti in materiam & formam, aut in partes eiuſdem rationis, vt diuiſio continui in partes, quarum quælibet eſt continua. Quarto animaduerſione dignũ ꝙ generaliſsimum non habet rationem formalem, quæ alio verbo diffinitio dicitur, vt dicit Boet. in prædicamentis, eo quia non habet genus, nec differentiam, habet tamen aliq̃ deſcriptionem, æque ſibi eſſentialem, ac ſi eſſet diffinitio, igitur per rationem formalem intelligendum eſt in propoſito conceptum formalem, vel deſcriptionem formalẽ quæ habetur loco diffinitionis, rõ. n. formalis vt diximus alibi in habẽtibus diffinitionẽ eſt diffinitio, in non habentibus diffinitionẽ eſt conceptus formalis, ſiue deſcriptio formalis. Ex his colligiť titulus, eſt enim ſenſus ſi formalis ratio quanti ſit diuiſibilitas, hoc eſt ſi diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis ſit de formali conceptu quanti mole, quod eſt generaliſsimum. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

1. põ attributa Tho. De diſputatione inueni quoſdam auctoritare Expoſitoris voluiſſe menſuram eſſe formalem rationem quanti quod eſt generaliſsimũ, vt in eo codicillo, quẽ de natura loci inſcripſit, aperte demonſtrat. Hæc poſitio habet duas rationes ex verbis Ariſto. collectas. Prima eſt quia Ariſtot. in prædicamentis probauit orationem eſſe quantitatem, per hoc quia eſt menſura ſyllabarum, igitur menſura eſt propria & eſſentialis ratio quãti. Scđo, quia Ariſt. in eodẽ loco ſpẽs quãti ex rõne mẽſuræ aſsignare videť. Enumerat. n. ibi locũ & ſuperficiem, quæ in ratione diuiſibilitatis non differunt, ſed bene in rõne mẽſuræ, quia locus eſt menſura extrinſeca ſuperficies intrinſeca, igiť ratio mẽſuræ eſt formalis rõ quãti. Sed obiiciunt aliqui cõtra hãc põnẽ, Primo quia Obiectiones. ratio mẽſuræ nõ æque primo oĩbus ſpẽbus quãti competit, quia prius numero. Secũdo quia tunc vnitas eſſet quantitas, quia ſibi competit ratio menſuræ. Tertio ratio menſuræ in omni genere eſt, quia in omni genere eſt dare vnum qđ eſt metrũ & mẽſura cæterorũ eiuſdẽ generis. Quarto alij arguunt, quia ratio mẽſuræ ſeparať à quãto quia linea infinita eſt quantitas, cui non competit ratio mẽſuræ, igitur non eſt formalis rõ quanti. Animaduerte ꝙ quicquid ſit poſitio iſta in ſe, poteſt tamen Defenſio. probabiliter defendi. In metaphyſica. n. nihil habemus demonſtratiuæ, oĩa ſunt topica vt mihi videť. ideo dico ꝙ mẽſura põt ſumi vno mõ pro quantitate mẽſurante, & põt capi pro mẽſurabilitate hoc eſt pro quantitate, qua res pñt menſurari. Tũc dico ꝙ ſi mẽſura capiať pro mẽſurãte, ſic nõ eſt propria rõ formalis quãtitatis. Tũc quia non cõpetit propriæ niſi numero tũ quia cõpetit vnitati, tũ quia nõ competit lineæ infinitæ, ꝑ eam. n. nihil põt menſurari. Si vero mẽſura ſumitur pro menſurabilitate, hoc eſt pro quadã aptitudine, qua res ſunt menſurabiles ſic eſt formalis rõ quanti, quia nihil põt menſurari niſi ꝑ quantitatẽ vel ſub aliis verbis dici põt ꝙ mẽſura põt ſumi in actu, & in potẽtia ſiue aptitudine. Mẽſura in actu eſt id quo actu aliq̇d mẽſurať. In aptitudine vero eſt quædã affectio qua aliquid eſt aptũ mẽſurari vel qua aliq̇d poſſumus mẽſurare. Tunc dici põt ꝙ mẽſura in actu non eſt propria & formalis rõ quanti. ſed mẽſura in aptitudine, & tunc rõnes nõ cogunt, quia ſumẽdo menſurã pro mẽſurabilitate, cõpetit æqualiter oĩbus ſpẽbus quãti. Ad ſcđam dico ꝙ ꝑ vnitatẽ nihil mẽſurari põt coextẽſiue vt nunc loquimur. Ad tertiã dico ꝙ in oĩ gñe eſt rõ mẽſurę ꝑfectiue, nõ dimẽſiue. Ad quartam dico ꝙ ꝑ lineã infinitã eſſet aliq̇d aptũ mẽſurari licet hæc aptitudo nunq̃ reduceret ad actũ, eo quia licet potẽtia ſit fruſtra, niſi reducať ad actũ, tamẽ aptitudo non eſt fruſtra, ſi nõ reduciť ad actũ. Sic igiť defendi Poſitio ſcđa. põt ꝙ mẽſurabilitas hoc eſt aptitudo qua res pñt menſurari, ſit prima & formalis ratio quãti. Alij etiã auctoritate Tho. voluerũt formalẽ rõnem & primã quanti eſſe diuiſibilitatẽ in ꝑtes eiuſdẽ rõnis vt dictũ eſt, & ꝑ Expoſitorem patere vr̃ in hoc. 5. Perſuadẽt hãc põnẽ. Primo Com. 18. quia Ariſ. & Auer. in li. 5. nullã aliã rõnem quãto tribuerunt niſi diuiſibilitatem in partes eiuſdem rõnis, immo ſpẽs eius ꝑ rõnem diuiſibilitatis docuerũt multiplicari, vt patet. Scđo quia rõ prima & indemõſtrabilis de aliquo, videť ſibi formalis & eſſentialis, ſola diffinitio eſt indemõſtrabilis de diffinitio. Sed Ariſt. hãc nullibi demonſtrauit, & ꝑ ipſam oẽs alias viſus eſt demõſtrare, igiť eſt hæc prima & formalis ratio. Sed cõtra hãc po- Obiectiones. ſitionem aliqui obiiciũt. Primo quia hæc rõ nõ cõpetit æqualiter oĩbus ſpẽbus quãti eo q̄a cõtinuũ eſt ꝑtãte diuiſibile. Diſcretũ vero actu, igitur non eodẽ mõ. Scđo actus diuiſionis nõ eſt proprius & eſſentialis quãto, igitur nec diuiſibilitas, quia oppoſita æqualiter cõpetunt alicui. Tertio diuiſibilitas eſt aptitudo ad diuiſionem: aptitudo eſt reſpectus, mõ nullus reſpectus eſt de formali ratione abſoluti, igitur non eſt de eſſentia quãti. Quarto arguunt alij, quia diuiſibilitas eſt prior quan-

titate quia habere partes competit ſubæ in illo priori, in quo nondum intelligitur habere quantitatem. Probaẽ quia ſicut ſuba eſt prior quantitate tpe natura & cognitione, ſic partes ſubæ priores ſunt partibus quantitatis. Quinto diuiſibilitas in infinitum probatur de continuo in 6. phyſi. igitur non eſt indemr̃abilis, & per cõſequẽs

*Defenſio.* non eſt eius prima rõ. Hæ ſunt rõnes. Sed hę rõnes nullę ſunt Ad primã dico ꝙ diuiſibilitas vniformiter & vniuoce cõpetit oĩbus ſpẽbus quãti, & vlterius dico ꝙ numerus vt numerus eſt actu indiuiſus in partes eius eo pacto quo ipſe eſt vna ſpecies quanti, eſt tñ diuiſibilis ſua rõne in partes eiuſdẽ rõnis ꝑ ſe vt in vnitates, per accñs in partes alterius rõnis, vt binarium, ternarium, & id genus. Ad ſecundam dico ꝙ per diuiſibilitatem non intelligo potentiam ad diuiſionem actualem, ſed ordinẽ partium in toto, & talis non opponitur actui diuiſionis. Ad tertiam dico ꝙ aptitudo eſt reſpectus, non quidem ꝑ̃dicamentarius, quia nec primi, nec ſcd̃i, nec tertij modi relatiuorum, ſed tranſcẽdens, & talis põt eſſe de eſſentia abſoluti. Ad quartã dico ꝙ per partes ſubæ pñt accipi vt ſubſtantiæ ſunt, & ſic præcedunt quantitatẽ, ſed vt ſic ſunt indiuiſibiles per negationem, nõ aũt per aptitudinem ad diuiſionẽ alio mõ vt partes, & ſic ſequunẽ quãtitatem quia non habent diuiſionẽ niſi per q̃titatẽ. Ex h̃ ſequitur ꝙ ſi remoueretur quantitas à ſubſtãtia, remanerent illa quæ fuerunt partes, non tñ remanerent partes, quia rõ partiũ ſola eſt per quantitatẽ. Ad quintam dico ꝙ nullibi Ariſt. diuiſibilitatem de quanto demr̃auit, ſꝑ.n. illam ſuppoſuit tanq̃ primã rõnem: bene tñ demr̃auit diuiſibilitatem in infinitũ in partes eiuſdẽ rõnis, mõ hæc non eſt prima rõ. diximus.n. primã quãti rõnem eſſe diuiſibilitatẽ in partes eiuſdem rõnis, & hanc

*Põ tertia.* ſupponit. Ariſt. vbiq;. hæc de põne hac. Alij vero tenent quatuor eſſe quãtitatis ꝓpria, quorũ primũ & intimius eſt diuiſibilitas. Scd̃m eſt illud diſiunctum finitum vel infinitum. Tertiũ illud diſiunctũ æquale vel inæquale. Quartum eſt mẽſura, ſunt aũt hæc propria, ſiue propriæ paſſiones apud ipſos, q̃a oẽs hæ ſupponunt primã quãti rõnẽ, quæ eſt nobis ignota, videlicet, A, vel B, eſt aũt iſtę ordo conueniens, q̃a nihil põt eſſe finitũ vel infinitũ niſi ſit diuiſibile. igitur diuiſibilitas pręcedit finitũ vel infinitum. Poſt hoc eſt æquale vel inæquale, quia nihil põt eſſe æquale vel inæquale, niſi ſit finitum, vel infinitum, vltima eſt mẽſura, quæ oĩa ſupponit, non põt eſſe mẽſura niſi ſupponamus aliquid eſſe æquale vel inæquale.

*Qualis hæc põ.* Sed pace horũ, hæc põ non eſt recta, quia Ariſt. docuit artem inueniẽdi diffinitiones oĩum rerũ, & deſcriptiones etiam, vt patet. 6. topi. & 2. Poſte. igr̃ ſi quantitas habet deſcriptionem ſiue rõnem formalem. Illa põt inueniri per artem. Ariſt. ſed non videmus poſſe eſſe aliam niſi diuiſibilitatem, quia ens diuiſile in partes eiuſdẽ rõnis eſt totus formalis cõceptus quanti, igiẽ non eſt ignota.

*Cõm. 19.* Scd̃o nihil eſt ignotũ humano intell̃ui, quia vt dr̃. 3. de aĩa eſt oĩa fieri, & 1. de gñone habeẽ, idẽ igr̃ prima rõ quanti eſt reperibilis, ſed nulla põt conuenientius aſsignari niſi diuiſibilitas, igitur; hæc eſt eſſentialis illi, propter hæc nõ placet hæc poſitio. Hęc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione aĩaduerſione dignum, Primo ꝙ quantũ qd̃ eſt gñaliſsimum, (vt diximus) põt ſupponere pro ſubto ſiue ſuba, & pro forma ſiue quantitate, pro quantitate quidem quia illã ſolã ſignat, pro ſubto vero ꝑꝑ rõnem cõcreti, iõ primo videamus cũ diuiſibilitas cõpetat quãto an ſibi competat vt ſupponit pro ſubto, hoc eſt ꝓ ſubſtãtia materiali, an vt ſupponit pro quantitate. Scd̃o videbimus de quæſito. de primo debes ſcire ꝙ ſubiectũ põt eſſe bifariã. Aliud de quo aliquid dr̃. Aliud in quo aliud ineſt. Exẽplũ primi ſubiectũ primo mõ ſunt ſubæ primæ, de quibus dicunẽ ſubæ ſcd̃æ. Exẽplum ſecũdi ſunt eædẽ ſubſtãtiæ primæ, in quibus ſunt accñtia. Rurſus ſubiectũ in quo aliud eſt bifariã diciẽ, immediatũ & mediatũ, ſubiectũ immediatũ eſt illud è quo immediate fluit accñs, & ſic rõnale eſt immediatũ ſubiectũ riſibilis, quia ab illo immediate fluit, mediatũ vero eſt in quo accñs eſt mediãte primo ſubiecto, vt hõ reſpectu riſibilitatis. Tũc dico ꝙ tã ſubſtãtia q̃ quãtitas eſt ſubiectũ diuiſibilitatis primo mõ, quia ſubſtãtia dr̃ diuiſibilis, & linea dicitur diuiſibilis. Scd̃o dico ꝙ ſubiectum fluxus ſiue immediatũ eſt ipſa quãtitas. probatur quia ab illa fluit diuiſibilitas in ſubſtantia, ſubiectũ vero mediatũ & vltimum in quo eſt ipſa diuiſibilitas eſt ſubſtãtia. probaẽ, quia vltimũ indepẽdens eſt ſubſtãtia oĩum accidentiũ. Hæc determinatio colligi põt ex verbis Auer. in. h̃. 5. Ex his ſequiẽ ꝙ diuiſibilitas competit *Cõm. 13.* quãto ſiue ſupponat pro ſubſtãtia, ſiue pro quãtitate, non tñ eodẽ mõ: ſubſtantiæ quidẽ vt ſubiecto inherentiæ, quãtitati vero vt ſubiecto fluxus, vtriſq; etiã cõpetit vt ſubiecto ꝑ̃dicationis. Hæc de primo. De ſcd̃o videẽ mihi ꝙ diuiſibile põt ſumi bifariã, aut pro potentia ad diuiſionẽ, aut ꝓ principio. vnde hęc potentia fluxit, veluti rõnale põt ſumi ꝓ potẽtia ad rõcinandũ, & põt ſumi pro principio, vnde hæc potẽtia fluit. Tũc cõcordo hos, & dico & ſi diuiſibile ſumiẽ pro potentia, quæ diuidiẽ cõtra actũ, ſic recte illi dicũt diuiſibile eſſe proprium quãto, veluti rõnale etiã ſumptũ pro potẽtia eſt propriũ homini. Probaẽ, quia eſt ꝑ̃dicatũ cõuerſim extra eſſentiã, igiẽ propriũ, prædicaẽ.n. cõuerſim de quanto & extra eſſentiã, quia potentia diuiſa contra actũ nõ eſt de eſſentia quãti cũ ſit qualitas de ſcd̃a ſpẽ vel ad illam reducibilis. Sin aũt diuiſibile ſumiẽ pro principio aptitudinali. vnde eſt apta nata flui illa potentia ad diuiſionẽ, ſic eſt prima rõ quanti. & hoc pacto recte dixerunt alij. Signũ aũt eſt, quia inuenimus Ariſ. in. 6, demõſtraſſe diuiſibile de cõtinuo nõ tm̃ in infinitũ, ſed abſolute, per hoc quia cõtinuũ nõ cõponitur ex indiuiſibili, & etiã inuenimus Ariſt. hic ſupponere quanti primã rõnem eſſe diuiſibile, hoc eſſe nõ põt niſi pro quanto in. 6. phyſi. ſumpſit diuiſibile pro potẽtia ad diuiſionẽ, in hoc. 5. ſumpſit ꝓ aptitudinali principio illius potentiæ, & ſic non tãtum poſitiones per hanc dilucidationem concordari poſſunt ſed verba Ariſto. ſi inuenirentur diuerſa, Hæc de dilucidatione.

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

HIS viſis iuxta dilucidationem ſoluuntur. Primo rationes ꝓ poſitionibus. Ad rationes quæ probãt menſuram eſſe rationem formalem vnica ſolutione reſpondeo, ꝙ per verba Ariſt. non habetur plus niſi ꝙ rõ menſuræ competit quantitati & omnibus ſpeciebus quantitatis, non tamẽ ꝙ competat illis tanquã prima ratio. Ad rationes pro ſecunda poſitione, quibus ꝓbatur diuiſibilitatẽ eſſe rõnẽ formalẽ quãtitatis, vnica rñſione dico, ꝙ ꝓbãt diuiſibilitatẽ ſumptã pro aptitudinali principio, vnde fluit diuiſibilitas potẽtialis eſſe primã rõnẽ & formalẽ quantitatis. Ad rõnes aliorũ. Ad primã dico ꝙ ſi diuiſibilitas ſumiẽ pro principio aptitudinali: vnde fluit diuiſibilitas potentialis, ſic vniformiter competit numero & continuo, ſed ſi ſumitur pro actu vel potentia ad diuiſionẽ vt ſic cõpetit difformiter. Ad ſecundã dico



dico ꝙ ratio concludit ꝙ ſicut actus diuiſionis nõ eſt eſſentialis quãtitati, ſic nec diuiſibilitas potẽtialis, cum hoc tñ ſtat diuiſibilitatẽ, ꝓ principio aptitudinali ſumptã eſſe rõnẽ formalẽ quãtitatis. Ad tertiã dico ꝙ ſi diuiſibilitas potentialis eſt reſpectus vel qualitas de ſecũda ſpẽ qualitatis, & hæc nõ eſt formalis rõ quãtitatis, diuiſibilitas vero ſumpta pro aptitudinali principio vnde illa fluit nõ eſt reſpectus, nec qualitas. Ad quartã dico ꝙ licet ſubſtantia vt ſubſtantia ſit prior quantitate & diuiſibilitate quantitatiua, ſubſtantia vero vt partibilis, eſt poſterior, vt dictũ eſt. Ad quintã dico ꝙ Ariſ. in. 6. phy. demõſtrauit diuiſibilitates in partes eiuſdẽ rõnis vt diuiſibilitas ſumiẽ pro potẽtia ad diuiſionẽ, ſuppoſuit vero diuiſibilitatẽ eſſe rõnẽ formalẽ quantitatis, vt ſumiẽ pro aptitudinali principio, e quo illa fluit & cõcordanẽ auctoritates. Ex his apparet ꝙ ratio formalis deſcriptiua q̃titatis eſt generaliſsimũ ꝑ ſe eſſe ens diuiſibile in partes eiuſdem rõnis. Tũc ad rõnes factas in principio. Ad primã dico ꝙ rõ formalis q̃ti nõ eſt diuiſibilitas in ꝑtes eſſentiales, nec accidentales, ſed in partes eiuſdẽ rõnis, partes.n. alterius rõnis poſſunt eſſe eſſentiales, vt materia & forma reſpectu cõpoſiti, & genus & etiã dr̃ia reſpectu ſpẽi & pñt eſſe accidẽtales, ſiue diſsimilares, vt mẽbra & potẽtiales, vt intell̃s & volũtas reſpectu aĩæ, igiẽ diuiſibilitas in partes eiuſdem rõnis eſt prima & ꝑ ſe formalis ratio quanti. Ad ſecundã dico ꝙ minimũ naturale eſt diuiſibile, nõ aũt oportet vt reducaẽ ad actũ diuiſionis, quia eſt tale vel aptitudinaliter, vel principiatiue vt dictũ eſt vel dicas aliter vt placet. Ad tertiã dico ꝙ locus & tẽpus & oĩa ſunt ſpẽs quanti, vt patet in prædicamẽtiſ. Ad vltimam dico ꝙ quãtitas eſt forma ſimplex, ideo non eſt diuiſibilis in partes alterius rõnis, bene tñ eſt diuiſibilis ĩ ꝑtes eiuſdẽ rõnis, vel dicas ꝙ eſt diuiſibilis: vñ fluit diuiſio, nõ aũt in quo eſt diuiſio, vt dictũ eſt in dilucidatione. Hæc de diſputa. nona ſatis ſufficiant.

*Priora & poſteriora dicuntur quædam quidem &c. Tex. cui deficit nonum.*

## DISPVTATIO DECIMA

### De inſtantibus naturæ.

*Num dentur inſtantia naturæ.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non dentur inſtantia naturæ. Probaẽ primo, quia ſi dẽtur inſtantia naturæ vel hæc erũt ſimul, vel alterũ altero prius non ſimul, q̃a tũc non eſſet ordo prioris ad poſterius, ſin autem alterũ ſit altero prius, tũc natura eſſet ſucceſsiua, declaratur, quia inter quæcunq; duo indiuiſibilia mediat diuiſibile. 6. phy. igitur eſſet ipſa natura, cuius ponunẽ inſtantia ſucceſsiua, quod eſt ridiculũ. Secũdo inſtans momentũ & nunc idem eſt, vt patet. 4. phy. ſed omne nũc eſt in tempore, igitur omne inſtans, & ita nõ daẽ inſtans naturæ. In contrarium videtur ratio, quia vbi eſt prius & poſterius, ibi pñt aſsignari inſtãtia, ſed in ordine naturæ ſunt prius, & poſterius, vt patet in textu, igiẽ poſſunt aſsignari inſtantia, & ſic qõ eſt dubia pro vtraq; parte.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ET licet hæc quæſtio nõ ſit peripatetica, ſed potius noua, q̃a tñ ſolet moueri dicã quid peripatetice ſit ſentiendum, quid inſtãs ſiue ſignũ naturæ ſit, in dilucidatione patebit, tñ natura, hic ſumitur non pro principio motus vt. 2. phy. dicitur. ſed pro ſecundũ ſe, dicimus.n. ignẽ ſua natura eſſe calidum, q̃a ẽm ſe calidus eſt, vnde natura hic quaſi habeẽ pro ordine naturali. Aĩaduerte tñ ꝙ ordo naturæ & ordo originis differunt, quia ordo naturæ requirit diſtinctionem ordinatorum, & prioritatẽ & poſterioritatẽ, & hoc pacto in diuinis nõ reperiẽ ordo naturæ, quia ẽm catholicos licet aliquid ſit in illis diſtinctum ab alio, non tamen prius natura põt tamen ibi eſſe ordo originis. quia ſunt diſtincta, & alterũ põt eſſe prius altero origine, non natura, ordo vero originis licet requirat diſtinctionem, non tamen prioritatẽ & poſterioritatem naturæ. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONIS TERTIVM.

ALIQVI de diſputatione conceſſerunt inſtãtia naturæ, & inſtantia originis, quæ appellant ſigna naturæ vel originis probãt, quia vbicunq; eſt ordo, ibi põt eſſe prius & poſterius, & inſtãtia ſiue ſigna, ſed quædã ſunt ordinata origine, quędã ſunt ordinata ẽm naturã, igitur oportet cõcedere ſigna naturæ ſiue originis. Iuxta hãc põnem in hoĩe reſpectu ꝑ̃dicatorũ ſunt iſta ſigna naturæ. Primũ nãq; ſignũ naturæ apud hos eſt, in quo ꝑ̃dicata affirmatiua primi modi illi cõpetũt. Scd̃m in quo cõpetũt ꝑ̃dicata negatiua in rõnibus formalibus fundata. Tertium in quo illi cõpetunt modi intrinſeci. Quartum in quo ſibi cõpetũt oĩa ꝑ̃dicata ſcd̃i modi. Vltimũ in quo ſibi cõpetũt accñtia. In diuinis quoq; in primo ſigno originis eſt pater q̃ eſt à ſe. In ſcd̃o filius quia eſt à *Obiectiones.* patre. In tertio Spũſſctũs, q̃ ꝓceſsit ab vtroq;. Sed contra hãc põnem inſtãt nõnulli, primo q̃d eſt iſtud inſtãs naturę vel originis, aut.ñ. ſuba aut accñs, nõ ſubſtantia, quia tũc nihil aliud eſt dicere. A. eſſe prius natura. B. in aliquo ſigno naturæ, niſi quia. A. eſt prius. B. in ſubſtãtia, nec accñs ꝑ idẽ. Scd̃o tunc prima ſubſtantia oĩ inſtanti naturæ eſt prior, igiẽ in aliquo ſigno naturæ, qd̃ eſt ridiculum. Tertio prius natura & poſterius natura ſunt in eodẽ ſigno vel inſtãti tꝑis, igiẽ nõ pñt eſſe hæc q̃a tũc in vno indiuiſibili eſſent plura indiuiſibilia. Propter hæc *2. poſitio.* alij dixerunt ſigna naturæ nihil eſſe ex parte, rei ſed ſolũ ex ꝑte nr̃a, quatenus nos ordine quodã res vel ꝑ̃dicata rerum rebus ipſis attribuimus, & ſic ſigna naturę erunt intellectiones ex parte noſtri modi intelligendi ordinatæ. erit igiẽ primũ ſignũ naturæ prima intell̃io qua primũ ꝑ̃dicatũ de re intelligimus, Scd̃m ſignũ vero ſcd̃a intell̃io, qua ẽm ꝑ̃dicatũ de eadẽ re ĩtelligimus. Sed hęc *Confutatio.* põ non placet, q̃a vel nr̃æ ordinatæ intell̃ioni correſpõdet naturalis ordo ꝑ̃dicatorũ, vel nõ, ſi corrñdet, habemus ex parte rei eſſe quædã ſigna naturæ, ꝑ quæ illa ꝑ̃dicata ordinate intelligimus: qd' negabãt, ſi aũt illi ex ꝑte rei nihil ordinis corrñdet, igiẽ illa ꝑ̃dicata ad placitum poſſumus ordinate attribuere rei, & illa ĩtelligere. Scd̃o ex ꝑte rei eſt ordo naturæ vt patet in textu, & ordo originis, igiẽ ex parte rei oportet aliquo pacto dare hæc ſigna, & non tm̃ ex parte intell̃s. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ ꝑ ſigna ſiue inſtantia naturæ vel originis poſſumus intelligere quædã indiuiſibilia naturæ, vel quæ ſint termini quorundã diuiſibiliũ in ordine naturali, eo pacto quo in tꝑe ſunt quædam indiuiſibilia quæ ſunt termini tꝑis. Alio pacto poſſumus intelligere ꝑ̃dicata apta ẽm ſe ſignari à nobis ordine quodã, tũc dico duo ad diſputationẽ. Primũ eſt ꝙ ſi ꝑ inſtantia ſiue ſigna naturæ intelligimus indiuiſibilia naturæ, quibus corrñdet aliq̃d ꝑ̃ter ꝑ̃dicata, & ꝑ̃ter nr̃am intell̃ionẽ, ſic inſtantia naturæ nulla ſunt, & q̃tũ ad h̃ argumẽta cõtra primã põnem recte procedũt, argumẽta quoq; facta in principio cõtra h̃ ẽt demr̃ant. Se

cundum eſt ꝙ ſi ꝑ ſigna naturæ intelligimus prædicata ipſa quæ ſm ſe ſunt apta ab intellᵘ nr̃o ordine quodam ſignari, intelligi, & cõſtitui, ſic ſigna naturæ, & originis ſunt vera, & q̃tũ ad hunc ſenſum recte dixit. 1. põ, & ſecunda põt trahi ad hũc ſenſum, eo q̃a ſignũ naturæ põt eſſe ex parte rei, & ex parte nr̃a, ex parte rei quidem eſt ipſum prędicatũ ſui natura aptũ prius ſignari ex ꝑte nr̃a eſt intellᵒ, cõtra primũ p̃dicatũ eſt aptũ ſignari verum ex parte rei ſunt ſigna naturæ obtiue, ex ꝑte nr̃a ſigna naturæ ſunt formalia: & ſic. 2. poſitio põt tolerari.

*Dubitatio.* Sed occurres an differat ſignũ naturæ & prædicatum?

*Solutio.* Dici põt ꝙ ex parte rei idẽ eſt, differt tñ rõne, quia p̃dicatũ abſolute dicit̃ prædicatũ, vt ꝑ intellectionẽ nr̃am ſignari aptũ dicit̃ ſignũ, ſiue inſtãs naturæ.

*Dilucidatio.* Ex his apparet dilucidatio, ꝙ ſi ſigna naturæ ſumant̃ pro indiuiſibilibus naturæ, quibus corrñdet aliquid p̃ter p̃dicata & præter intellectionẽ, ſic nihil ſunt, ſi vero ſumant̃ à noſtro modo intelligẽdi ſic vel ex parte rei: & ſic ſunt p̃dicata ſui natura ordine quodã ab intellᵘ noſtro ſignabilia, & ſi mõ dicũtur ſigna naturæ obiectiua, vel ex parte noſtra & ſic ſigna naturæ erunt intellectiones naturales ordinatæ illorũ, & hoc pacto dicuntur ſigna naturæ formalia. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rationes cõtra primã ſolonẽ, patet rñſio ſigna naturæ ſumpta formaliter ſunt accñs vt intellᵒnes, ſunt obiectiue ſunt ſubſtantiæ, vel prædicata ſubſtantialia. Ad ſecundã dico ꝙ prima ſuba nõ eſt prior oĩ inſtanti naturæ, quia non eſt prior ente, qđ eſt primum illius p̃dicatũ, qđ nos vtimur pro primo ſigno naturæ. Ad tertiã concedo ꝙ plura indiuiſibilia alterius rõnis pñt eſſe in vno ĩdiuiſibili alteriꝰ. Ad rõnes factas 1. capite. Ad primã dico ꝙ alterũ altero eſt prius nec ſequitur naturã eſſe ſucceſſiuã, quia alterũ altero eſt prius ſm ſe nõ ſm mẽſuram, vt dictũ fuit. Ad ſecundã dico ꝙ hęc dicũtur ſigna vel inſtãtia metaphorice. Sed nũc dr̃ inſtans proprię. Hæc de decima diſputatione.

*Amplius alia dicuntur ſecũdum ſe quanta quædam, alia ſecundum accidens &c. Tex. cõm. 18.*

## DISPVTATIO VNDECIMA
### De quantitate temporis & motus.

*Num tempus & motus ſint quanta per accidens.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Cõm. 18.* QVod motus tẽpusúe ſint quanta per accidens. Arguitur primo quia Ari. & Auer. in textu aſſerunt motũ & tẽpus eſſe quanta per accidẽs. Secũdo quæ ſunt quanta propter aliud ſunt quãta ꝑ accidens vt patet. 1. poſte. ſed motus eſt quantus ꝑꝑ magnitudinem, & tp̃s propter motũ, vt dicitur in textu, igitur ambo ſunt quanta ꝑ accñs. In contrariũ eſt Ariſto. in prædicamentis, vbi enumerat tp̃s ſaltem inter quanta per ſe, & cum motus ſit tempus etiã motũ dedit intelligere, ideo quæſtio eſt valde ambigua.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID motus ſit, quidúe tempus ex dilucidatione patebit. Amplius quid eſſe quantũ per accidens, quidúe per ſe etiam ex dilucidatione patebit, ideo de titulo diſputationis hæc ſufficiant.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

EXPOSITOR in texu aſſerit motũ & tempus eſſe quanta per accidẽs. vnde Ari. ita dicit eorũ quæ per accidens quanta dicuntur alia ſic dicunt̃, vt diximus, q̃a quantum eſt quiddam id cui muſicũ ineſt, ac albũ, alia vt motus & tp̃s, etenim hæc quãta quędam, cõtinuaq́; dicuntur, quia illa diuiſibilia ſunt, quorũ ſunt iſta affectus, atq; non dico id quod mouet̃, ſed id ſuꝑ quod efficitur motus, quia. n. quantũ eſt illud: ideo motus etiã quantus eſt, tẽpus etiam ideo quantũ eſt quia motus eſt quantus. Hæc Ariſt. ad verbum, vbi clare vult motũ eſſe quantũ ꝑ accidens ꝑꝑ quantitatem ſpatij, ſuꝑ qđ fit motus. tẽpus vero ꝑꝑ quãtitatẽ motus, & Auer. *Cõm. 18.* inquit. motus. n. conſequit̃ magnitudinẽ, & diuidit̃ per ſuam diuiſionem, & tẽpus conſequitur motũ, igit̃ ſunt de paſſionibus quãti, non de ſubſtantia quanti, igit̃ ſunt affectiones quantorum non per ſe quanta. Ex his videtur hæc poſitio ſatis euidens.

*Obiectiones.* Obiiciunt autẽ huic poſitioni aliqui primo motus & tẽpus diuidunt̃ in partes alterius rationis à partibus, in quas diuiditur magnitudo, igitur motus & tẽpus non ſunt quanta ratione magnitudinis antecedens patet, quia partes tꝑis & motus nõ ſunt ſimul, partes autem magnitudinis ſunt ſimul. Amplius partes motus & tꝑis ſunt prius & poſterius partes magnitudinis non ſunt prius & poſterius, igitur partes magnitudinis non ſunt partes illorum. Secundo motus poteſt habere propriũ magis & minus, igitur nõ eſt quãtus propter magnitudinẽ antecedens patet, quia ſuper paruã magnitudinẽ põt eſſe velox & tardus motus, igitur nõ eſt talis propter illã. Tertio partes motus & tẽporis copulantur ad alium terminũ cõem, quã copulentur partes magnitudinis, igit̃ eſt per ſe quãtus alia quantitate. Quarto quæro quid per magnitudinẽ intelligit per quam ſunt quanta non eſt mobile nec terminus motus vt patet in textu nec ſpatiũ, quia ſuꝑ ſpatiũ continuũ põt eſſe diſcõtinuus motus, igit̃ motus & tempus ſunt ꝑ ſe cõtinua.

*Defenſio aliquorum.* Solet defendi Expoſitor à ſuis ſectatoribus ꝙ qñ Ariſt. ait motũ eſſe per accidẽs, quantum verũ dicit, quia motus nihil aliud eſt q̃ forma fluẽs vel vbi fluẽs. mõ motus & terminus motus ſunt quanta ꝑ accñs, & ſic loquit̃ Ariſt. hic. Vnde pñt diſtinguere ꝙ motus põt ſumi pro fluxu, & pro forma fluẽte, tũc volunt ꝙ motus ſumptus pro fluente forma eſt per accñs quãtus ſed pro fluxu non eſt negandum illum eſſe ꝑ ſe quantum, & ſic ceſſant oẽs obiectiones. addũt ꝙ tp̃s dicit̃ q̃tum ꝑ accñs q̃a eſt aggregatũ ex cõtinuo & diſcreto, & ita videt̃ quaſi ꝑ accñs quantũ quoddam.

*Confutatio defenſionis.* Sed hęc defenſio nõ placet. Primo quia Ariſt. in textu ait motũ eſſe quantũ per accñs rõne magnitudinis in qua fit, & nõ rõne ſubiecti. mõ magnitudo ſuꝑ quã fit motus eſt ſpatiũ, qđ quidẽ in motibus nõ eſt vnius rõnis, quia in motu locali eſt intercapedo termini à quo, & ad quẽ, localis, in motu alterationis eſt intercapedo termini à quo, & ad quẽ gradualis, in motu actionis, eſt intercapedo termini à quo, & ad quẽ, dimẽſiua, motus autẽ cuius diuiſio ſumit̃ à ſpatio, ſuꝑ qđ fit: nõ eſt forma fluẽs, ſed fluxus formæ vt patet igit̃ nõ recte dicũt. Secũdo quia tale ꝑ accñs eſt tale ꝑꝑ ſubiectum, ſed ſpatiũ non eſt ſubiectum motus, ideo nec eſt id quo motus ſit talis per accidẽs. Præterea tertio illud qđ de tꝑe dicũt, nihil eſt, quia Ariſt. eodem mõ loquit̃ de tꝑe & de motu. ait. n. motũ eſſe quãtum ꝑ accñs rõne ſpatij, tẽpus vero rõne motus, modo tẽpus non eſt diſcretum propter motũ, igitur nec quãtum propter motum.

*2. poſitio.* Propter hæc dicũt ꝙ eſſe quantũ per aliud poteſt intelligi bifariã, aut formaliter, aut effectiuæ, paries quidẽ eſt albus per aliud, bifariam,



bifariã, quia per albedinem formaliter, per albificantẽ effectiuæ. Sic motus & tp̃s ſunt quãta dupliciter formaliter, vel effectiuæ. Tunc dicũt motum & tp̃s eſſe quanta ꝑ aliud effectiuæ, quia per magnitudinẽ, vt patet in textu. ꝑ ſe autẽ formaliter, quia proprijs & formalibus quantitatibus. & ꝙ hæc ſit poſitio Ariſt. patet quia ait aliter eſſe muſicũ vel album quantum & aliter motũ & tẽpus. nã illa propter ſubiectũ, hæc ꝑꝑ magnitudinem, igit̃ ſunt talia per aliud non quidem formaliter, ſed per aliud effectiuæ.

*Confutatio.* Sed hæc ſolutio nõ eſt tuta, quia à quocunq; motus non habet eſſe effectiuæ, ab eo nõ habet quantitatem effectiuæ. Sed ipſe motus nõ habet eſſe effectiuæ à ſpatio, ſed à motore igit̃ nõ à ſpatio ſed à motore haberet eſſe quantũ effectiuæ. Secũdo ſi hęc dicuntur quãta per accñs, quia habẽt eſſe quãtitatiuũ ab alio effectiuæ. Tũc nullũ eſſet ꝑ ſe quantũ, quia oẽ quantũ habet eſſe quãtitatiuũ ab alio effectiuæ, vt patet oĩbus, & tamen Ariſt. ſignanter aſſerit motũ & tp̃s eſſe quanta ꝑ aliud. Cætera vero eſſe quãta per ſe, & ſic hæc euaſio nulla eſt.

*Poſitio Burlei.* Alij finxerũt motũ diſtinctũ cõtra mutationẽ, trifariã eſſe, quia põt ſumi pro fluxu formæ, pro forma ipſa, & pro ſucceſſione quadam tꝑe numerabili. Dicunt igit̃ tria, primũ ꝙ motus pro forma vel fluxu ſunt quãti ꝑ aliud. patet, quia forma eſt quanta ꝑꝑ magnitudinem, & fluxus ꝑꝑ magnitudinẽ. Secundo quia quæ ſunt alterius prædicamenti ſunt quanta ꝑ accidẽs, ſed forma pro fluente & pro fluxu ſunt alterius prædicamenti à quãtitate, quia pro forma eſt in tribus prædicamentis & pro fluxu eſt in prædicamento paſſionis, vt dicitur. 5. phyſi. igitur ſunt quanti ꝑ accidens. Secundũ eſt ꝙ motus pro ſucceſſione tꝑis numero menſurabili eſt ꝑ ſe quantus, patet ꝑ oẽs rõnes logicorũ. Tertiũ tp̃s eſt quantitas ꝑ ſe vt numerus motus, vt vero ſucceſſiuũ & cõtinuum eſt quantũ ꝑ accñs rõne motus, & ſic pñt cõcordari poſitiones & auctoritates.

*Confutatio.* Sed hæc poſitio friuola eſt. Primo quia motus pro ſucceſſione nihil aliud eſt q̃ tp̃s ſm oẽs peripateticos. Secundo quia Ariſtote. in textu ait motũ eſſe quantũ ꝑ accñs ratione magnitudinis, ſuper quã fit, modo hoc non põt intelligi niſi de motu pro ſucceſſione, quia motus alio modo ſumptus eſt quantus ratione ſubiecti, & nõ ratione ſpatij. Tertio illud quod de tempore dicitur, nihil eſt, quia in prædicamentis tempus ponitur per ſe quantitas, non vt numerus ſed vt continuum, & ſic adhuc ſunt difficultates. Hæc de poſitionibus ſufficiant.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione oportet videre duo. Primo de motu. Secundo de tꝑe. de motu aĩaduerſione dignũ ꝙ motus ſumptus pro quanto tꝑe menſurabili põt bifariam cõſiderari. Vno modo quatenus habet partes diuiſibiles in ſemꝑ diuiſibilia in infinitũ. Alio mõ quatenus habet partes copulatas ad vnũ cõem terminũ. quatenus habet partes copulatas ad vnũ cõem terminũ. bifariã adhuc eſſe põt, aut ꝑmanentes aut ſucceſſiuas. Secũdo aĩaduerſione dignũ ꝙ eſſe tale ꝑ aliud põt bifariã eſſe, aut ꝑ aliud tanq̃ per cauſam, aut ꝑ aliud tanq̃ per vlem rõnem, cui primo cõpetit, Soc. eſt ridẽs ꝑ ludum tanq̃ per cãm eſt ridẽs quia hõ tanq̃ per vlem rõnẽ, cui primo cõpetit. Et intelligo ꝑ vle, nõ quidẽ in p̃dicando, ſed vt loquit̃. 1. poſt. pro primo & ꝑ ſe. Tũc dicerẽ primo ꝙ ſi cõſideret̃ motus quatenus habet partes diuiſibiles in ſemꝑ diuiſibilia ſic eſt quantus ꝑꝑ ſpatiũ tanq̃ propter rõnem vlem, non aũt tanq̃ ꝑꝑ cauſam. Secundo dico ꝙ ſi conſideret̃ motus quo ad partes copulabiles ad vnũ cõem terminũ, eſt quãtus ꝑ ſe formaliter, & per nihil aliud tanq̃ per cauſam aut tanquã ꝑ rationẽ vlem. Tertio dico ꝙ ſi cõſideret̃ quo ad partes permanentes, eſt quantus ratione ſubiecti in quo eſt. Prima concluſio eſt pro mente tex. & cõmenti. vbi dicit̃ motũ eſſe quãtum ꝑꝑ ſpatiũ. Secũda cõcluſio etiã eſt ꝓ mente cõmenti, habet. n. Auer. in calce cõmenti quod motus & tp̃s ſunt ſpẽs quãti per ſe, & nõ niſi rõne qua continua ſunt, igitur rõne illa ſunt per ſe formaliter quanta. Tertia eſt pro mente Ariſto. 9. phyſi. vbi ait ꝙ diuiſio motus penes mobile eſt per accidẽs, penes ſpatium eſt ꝑ ſe. Ex his facile pñt cõcordari poſitiones, qñ. n. Expoſitor ait motũ eſſe quantum ꝑ aliud, quia per ſpatiũ intelligit quatenus eſt diuiſibilis in partes diuiſibiles in ſemper diuiſibilia, quando logici aiunt illum eſſe per ſe formaliter quantum, loquuntur de eo quatenus habet partes ad vnum cõem terminũ copulatas, qñ logici dicunt ipſum eſſe quantũ ꝑꝑ mobile, pñt intelligere quo ad partes eius ꝑmanẽtes.

*Dubitatio.* Sed adhuc cõtra dilucidationem occurres, ꝑꝑ quid magis habet diuiſionẽ in partes, ſemꝑ diuiſibiles à ſpatio, q̃ à mobili.

*Solutio.* De hoc diximus in 6. phy. Pro modo ſatis ſit nobis ſolutio mathema. quia videlicet, ſaltem per imaginationẽ poſſumus intelligere motũ eſſe diuiſibilem ſine diuiſibilitate mobilis, non autẽ intelligi poteſt motus diuiſibilis ſine diuiſione ſpatij, quia ad imaginationẽ mathe. indiuiſibile põt intelligi moueri, igit̃ principaliter diuiſio motus erit à ſpatio, & non à mobili. Et ſic poteſt ratio Ariſt. in textu ſic colorari. Hæc de motu.

*De tempore.* De tꝑe vero ſuppono ꝙ tempus ſit motus, vt in. 4. diſputaui. nam motus cœli eſt tp̃s omniũ motuũ hic inferius, & motus horologij eſt tp̃s menſurans labores, & actiones, & motus aĩalium. Secundo ſupponendum eſt ꝙ licet tp̃s ſit motus, tamen differt à motu ſm conſiderationẽ, quatenus ſupaddit illi rationem mẽſuræ. nã motus cœli vt mẽſura eſt tp̃s primum vnum numero omnium. Motus horologij vt menſura eſt tẽpus ſecundariũ cæterorum motuũ. hoc quidẽ ſecundarium, quia adhuc menſurat̃ tꝑe primo, quod eſt cœli motus.

*Excerpta.* Ex his ſequit̃ ꝙ tp̃s rõne motus eſt quantũ hoc eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia immediate & primo, ratione ſpatij remote & mediate. Probat̃ quia licet tempus ſit motus, tamen nõ dicit̃ tempus niſi vt ſuperaddit rõnem mẽſuræ, igit̃ vt ſupaddit rõnem menſuræ differt à tꝑe, & vt ſic habet diuiſionẽ in infinitũ ratione eius, cui ſuperaddit rationem mẽſuræ.

*Dubitationes.* Sed occurres primo quia partes temporis copulant̃ ad nunc, partes motus ad mutatum eſſe, ſed mutatum eſſe, & nũc differũt, igitur tempus non eſt motus. Secundo tp̃s habet propria magis & minus alia ab illis motus, igitur eſt aliud. Tertio tempus eſt menſura motus, igitur differt à motu. Vltimo ſolum motus primus eſt tempus, igitur ſaltem tempus differt à motibus horũ, ſed non valent.

*Solutio.* Ad primam dico ꝙ nunc & momentum non differunt niſi ratione ſed ſm rẽ idẽ eſt, dicitur. n. momentum vt in motu, dicitur nunc vt menſura illius, vnde momentum horologij eſt momentum in motu illo, & eſt nũc reſpectu momenti in motu equi. Ad. 2. dico ꝙ motus, qui eſt tempus ad. A. motum habet propria magis & minus vt horologij motus habet propria magis & minus alia à motu equi, tempus vero ſimpliciter oportet vt habeat magis & minus alicuius motus, vnde tempus habet propria magis & minus alia ab eo motu, cuius eſt menſura, non autem alia ab eo motu cum quo eſt idẽ. Ad tertiã dico ꝙ verum eſt. nã vnus motus eſt mẽſura

alterius,& iſti differunt realiter. Ex hoc non ſequit̃ vt tempus differat à motu, quia ſemper eſt motus.eſt.n. motus ad A.tempus, ad B.aũt motus. At quartam dico ꝙ oĩs motus eſt tempus,ſed nõ reſpectu ſui.Motus aũt cœli eſt primum oĩum tp̃s,ſui vero rõne partiũ. Ex his apparet ꝙ motus eſt tempus, ſed non reſpectu ſui, ſed vt ſuperaddit rõnem menſuræ reſpectu alterius motus q peripſum menſuratur.Secũdo ſequit̃ ꝙ tp̃s vt motus eſt,eſt quantũ rõne ſpatij,quia ſic non eſt aliud q̃ motus,vt vero ſuperaddit rõnem menſurę ad alium motũ, vt ſic vr̃ quaſi per accñs quãtũ,rõne motus, cui rõnem illã ſupaddit,& ſic patet de tpe. Hæc de dilucidatione.

*Excerpta dilucidationis.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis patet ad rõnes aliorum,qđ concludunt de motu quatenus habet duas partes ad vnum cõem terminũ copulatas, non aũt quatenus habet partes diuiſibiles in ſp diuiſibilia. Ad rõnes primi capitis,patet ſolo, loquitur.n.Ariſto.de motu quo ad partes diuiſibiles in ſemper diuiſibilia. Hæc de diſputatione vndecima.

*Ad aliquid dicuntur alia per ſe vt duplum ad dimidium, & triplum &c. Tex.cõm.20.*

## DISPVTATIO DVODECIMA

### De diſtinctione relationis à fundamento.

*Num relatio ſecundum rem differat à fundamento.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod relatio ſm rem non differat à fundamento. Arguitur primo, quia ſi ſic. Tunc in relationibus eſſet proceſſus in infinitum deducit̃, quia duæ ſimilitudines diſtinguerentur à duabus albedinibus,quæ ſunt earum fundamenta, igitur poſſunt adhuc eſſe ſimiles, & quæratur de illis ſimilitudinibus, & ita aut procederetur in infinitum aut oportet ſtare ad fundamenta, quæ ſint ſuæ relationes.Secundo relatio differt à relatione per fundamentum,ſed differentia non differt ſm rem ab eo,cuius eſt differentia, igit̃ relatio nõ differt ſm rem à fundamento.Tertio ſi ſi eſſet, tunc relatio adueniens fundamento redderet illud cõpoſitius, conſequens eſt falſum & conſequentia patet. Quarto tunc in DEO eſſet compoſitio, quia ſunt relationes additæ.Quinto ſi relatio ſm rem differret à fundamento,Tunc materia prima eſſet ſubiectum accidẽtis.Conſequentia patet,quia potentia materiæ ad formam eſt relatio, vt patet,1.phyſi.& hæc per te differt à materia, igitur materia eſſet ſubiectum accidentium. Sexto tunc ĩ quolibet corpore eſſent infinitæ res diſtinctæ, quia quodlibet eſt infinities aliquantulum ad aliquid ſui.Septimo tunc poſſet fieri aliquid de nouo alicui per magnam diſtantiam nulla actione facta in medio, vt de ſimilitudine quæ Romæ fieret per me nunc album factum.In oppoſitum cõiter ſunt phi,& ſic quæſtio eſt ambigua pro vtraq; parte

*Cõm.70.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

RELATIVA è quibus relatio deducitur,ab Ariſto. ad aliquid dicuntur,eo quia non poteſt alterum correlatiuorũ intelligi, quin & alterum intelligatur.Et propterea Ariſt.in prædicamentis ait relatiua dici quecũq; hoc ipſum,quod ſunt ad aliud dñr,quid vero ſit fundamentum,dicamus.Ad cuius rei euidentiam debes ſcire quod relatio interdum alicui ineſt mediate vt duplum ſubſtantię mediãte numero, alicui ĩmediate vt numero duplum ineſt ſine medio. Illud cui immediate ineſt, ſubiectum appellant. Illud cui immediate competit appellant fundamentum. Sed mihi non placet hæc deſcriptio quia nullum accidens eſt illud cui accidens inſit,vt patet in prædicamentis. Propterea fundamentũ non poteſt eſſe id cui accidens ineſt, quia oportet eſſe ſubſtantiam.Melius igitur dici poteſt ꝙ cum relatio ſit accideus imperfectũ,quia eſt ita debile, quod quaſi putatur de ſecundis intellectis,vt.12.metaphyſicę habetur non poteſt ſubſtantiæ ineſſe,niſi per medium accidens relatione perfectius.Et ita illud accidens mediante quo relatio ſubſtantiæ ineſt:fundamentum dicitur, ſiue ſibi relatio inſit,ſiue non. Et ita relatio indiget ſubiecto per rõnem generis,quia,videlicet,eſt accñs,cui oĩ cõpetit eſſe in ſubiecto,& indiget fundamẽto,quia eſt accidens debile,qđ pro ſui eſſe indiget pluribus, & ſic fundamentum erit accidens quo indiget ad hoc vt ſubſtantiæ inſit.Verbi gratia duplicitas quia ineſt ſubſtãtiæ mediãte numero,numerus dr̃ fundamentũ illius ſubſtantia vero ſuſm, dixi aũt ſiue illi accñti inſit relatio,ſiue nõ. Propterea quia ſm catholicos põt qñq; idem eſſe fundamentum & ſubiectũ virtute diuina, vt in quantitate panis ſacri,vbi remanet quãtitas,quę eſt ſubiectũ ęqualitatis & fundamentum eiuſdẽ.hic veniunt tria gñа relatiuorum. Primum quorum fundamentum eſt quãtitas,Secũdum quorum fundamentũ eſt qualitas.Tertiũ quorum fundamentũ eſt mẽſura entitatiua.Huius ſufficientiæ regulã docet Expoſitor,quia cũ relatio cõſiſtat in ordine vnius rei ad alterã, toties relatiua dicent̃ quoties vna res ad aliam ordinari põt, ordinat̃ aũt vna res ad aliã vel ſm eſſe dependẽtiæ, & ſic habet̃ tertium genus eorum,quorũ fundamentum eſt mẽſura entitatiua:vel ſm virtutẽ,& ſic habet̃ ſm genus, quorũ fundamentum eſt qualitas:vel ſm menſurã quãtitatiuã, & ſic eſt primus genus eorum quorum fundamentũ eſt quantitas. Vlterius eorum, quorum fundamẽtum eſt quantitas quædam fundantur in ipſa quãtitate, quædam in principio quãtitatis.fundantur in quãtitate oĩa,quæ fundant̃ in numero,vt duplũ,& oĩa ꝓportionalia, fundantur in principio quantitatis quæcunq; fundant̃ in vnitate,& hæc ſunt vel quorum ſubſtãtia eſt vna, & dicunt̃ eadem, vel quorum qualitas eſt vna, & dicuntur ſiſia, vel quorum quantitas eſt vna,& dicũtur æqualia. Eorum vero quorum fundamentũ eſt qualitas, alia ſunt quorũ fundamentũ eſt potẽtia actiua vel paſsiua, vt calefactiuũ ad calefactibile, quædã ſm qualitatẽ quæ eſt agere & pati ſiue alterationes, & ſi aut ſm pñs vt calefaciẽs ad calefactũ, aut ſm futurũ,vt facturũ ad faciẽdũ, aut ſm ꝑteritum vt pater ad filiũ. Eorũ vero quorũ fundamentum eſt mẽſura ꝑfectionalis ſiue entitatiua, alia ſunt in ſuſa,alia ſunt in quãtitate,& breuiter circuũt oẽ genus.Ex his apparet imperite eſſe dictũ à qbuſdã fundamẽta relationũ eſſe quatuor gñа,videlicet, quantitatem,qualitatẽ,actionẽ,& paſsionẽ. Nã ſolum duo ſunt prædicamenta,quibus fundant̃ relationes. Actio.n. & paſsio vt ſunt fundamẽta relationũ,paſsibiles ſunt qualitates.Præterea tertij gñis fundamentũ eſſe põt trãſcendẽs oẽ prędicatũ. Sed occurres in quo differũt relatiua tertij gñis à relatiuis aliorũ generũ. Rñdit quidã ꝙ dña eſt ex parte fundamentorũ,quia fundamentũ relatiuorum primi gñis eſt quãtitas ſiue mẽſura q̃titatiua. Tertij vero gñis fundamentũ eſt mẽſura ꝑfectionis,ſiue entitatiua.Sed aliqui obiiciunt,primo qa nõ oẽ contentũ mẽſurat cõtinẽs, vt nec quaternarius mẽſurat quinariũ in quo continetur,nec oẽ cõtinẽs mẽſurat contentum, quia

*Scotus.5.meta.*

*Confutatio. Quid fundamentum ſecundum veritatem.*

*Cõm.19.*

*Cõtra Bu...*

*Dubiũ. 1.Solutio.*



quia tẽpus non menſurat motũ,quia nõ totiens ductũ reddit motũ, nec menſurãs ſemp excedit mẽſuratum, quia tp̃s mẽſurat motũ,& tñ nõ excellit illum. Hæc nõ cogũt primũ quidẽ qa quaternarius põt mẽſurare quinarium ſaltẽ ſm partem.Amplius ſm nihil eſt,qa tẽpus excellit motum vt habet rationẽ mẽſuræ,nã motus horologij,qui habet rõnẽ menſuræ reſpectu curſus æqui excellit illum,quia nõ tñ eſt mẽſura illius,ſed multorũ. Multæ dubõnes in his accidere pñt, quæ in alijs qõnibus dicentur,nũc vero patet quid ſit nã relatio, quidúe fundamẽtum. Quid vero volumus per diſtinctionẽ ſm rem,in dilucidatione apparebit. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione ſunt innumere poſitiones, qa ab Ariſt.& Auer.& aliis peripateticis nihil de diſputatione certi habemus. Propterea hæc diſputatio non eſt intentata niſi à iunioribus, q multifariã loquuntur. Sed ne ſit confuſio,reducemus põnes ad numerũ certũ, & famoſum.Propterea duæ fuerũt põnes cõtrariæ. Altera dicit ꝙ nulla relatio differt ſm rẽ à fundamento. Altera dicit ꝙ oĩs relatio differt ſm rẽ à ſuo fundamẽto.Hę.n. ſunt poſitiones contrariæ. Prima põ eſt fere oĩum logicorum,licet non vtant̃ illo modo dicẽdi, ſed ſpeciatim eſt Henrici Gãdauẽſis, & à multis defendit̃ ad mentem expoſitorũ Tho.& Egidij.Scđa videt̃ Ioãnis in ſi.5.& oĩum eorũ,q res fatent̃.ſunt põnes mediæ, quæ enituntur has conciliare,de quibus vberrime poſtea dicemus. Primã poſitionẽ probant primo de diſtantia, quæ eſt relatio,& tñ non differt ab eius fundamẽto, aliter dũ ego mouerer cauſare relationes diſtinctas ab ipſo cœlo, & ab oĩbus quæ à me diſtant. Amplius vel acquirit̃ in inſtãti vel tpe,& nõ vr̃ in aliquo horũ poſſe acquiri. Adhuc de fundamẽto eius à quo differt, vr̃ qõ quia nõ põt eſſe quantitas mobilis,quia illa nõ plurificat̃, & diſtantiæ ſic,nec põt eſſe locus,quia ille nõ eſt in re, quæ diſtat,nec põt eſſe vbi quia illud eſt reſpectus, qui fundat̃ potius in relatione,q̃ ſit relationis fundamentũ. Secundo niphum eſſe patrẽ nihil aliud eſt q̃ niphum hr̃e filiũ. Sed filius nihil eſt niphi.igit̃ relatio nihil addit ſubiecto vltra fundamẽtũ.Tertio ſi relatio differt à fundamento,tũc eſſet accidẽs per accidens,& vltra ſequit̃ ꝙ poſſit adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem,& ita Niphus & Iacobus poſſunt eſſe ſine relationibus. Quarto ſi æqualitas ſit res exiſtẽs in re quanta alia ab illa vel eſt tota in toto quanto,vel pars in parte vel tota in toto, & tota in qualibet parte, non tota in toto & pars in parte, quia cum illæ partes non differunt ſpẽ, tunc cuicunq; totũ eſſet æquale,quęlibet pars eſſet illi æqualis, nec põt eſſe tota in qualibet parte quia tunc pars eſſet æqualis alicui,cui eſt æquale ſuum totum.Alij arguũt. primo quia ſi relatio eſſet res alia à fundamento, tunc relatio poſſet eſſe terminus motus per ſe.deducitur, qa per relationem ipſum fundamentũ,cui aduenit de nouo mutaretur realiter. Secũdo quia ſi relatio differt ſm rem à fundamento, tunc relatio haberet proprium ineſſe aliud à cæteris p̃dicamentis, quod eſt cõtra Simplicium in prædicamẽtis. Aliæ rationes ſunt tactæ capite primo.Hæc pro prima põne.Cõtra hanc põnem,& pro ſecunda poſitione arguũt. Primo quia ille differunt ſm rem,quorum vnũ poteſt eſſe realiter ſine alio, ſed fundamentum põt eſſe realiter ſine relatione.vt patet,igitur differunt ſecundũ rem.Secũdo quæcunq; oppoſita pñt fundari ſucceſsiue in eodẽ illo ſemp ꝑmanẽte eodẽ, differũt ſm rẽ ab illo, ſed ſiſitudo & diſsimilitudo pñt fundari in eadẽ albedine illa ſemp eadẽ ꝑmanente,igit̃ differũt ab illa ſm rem.Tertio illa differũt ſm rẽ,quorum vnum poteſt eſſe vnum,& alterũ multiplicari, ſed poteſt albedo quæ eſt fundamentum eſſe vna & ſimilitudines plures,igitur differũt ſm rem. Quarto ea quæ ſic ſeſe habent, quod vnũ põt eſſe altero intenſius, differunt ſm rem:ſed põt album eſſe albius, & minus ſimile,igitur differunt ſm rem. Quinto ſi relatio eſſet eadẽ fundamento,tũc æqualitas & ſimilitudo magis differrent q̃ ſimilitudo & relatio potẽtiæ actiue quæ fundantur in eodẽ calore, quod eſt falſum, quia ſimilitudo & potentia actiua fundata in calore, ſunt diuerſi generis. Sexto relatio rationis eſt alia res rationis à ſuo fundamento,igitur relatio realis eſt alia res realis à ſuo fundamento.Pro hac parte videtur Ariſt.in prædicamentis, vbi corrigens primam diffinitionem ait illa eſſe ad aliquid,quorũ eſſe eſt ad aliud:& certũ eſt ꝙ pro eſſe intelligit eſſe reale.igit̃ eſſe relationis differt à ſubiecto & fundamento.Amplius Simplicius ibidem declarat relationem eſſe ad aliud, adhuc Auer.12. metaphy. vult ꝙ ſicut principiata ſunt alia,ita & principia, & exemplificat ſpeciatim de diſtinctione relationis ad alia:& principiorum relationis ad principia aliorũ. Præterea Auicenna tertio ſuæ metaphy. capite de relatione videtur vellę ex intentione ꝙ relatio habeat certitudinem propriam,& in principio capitis vult,ꝙ ſm ſuã certitudinẽ habeat proprium ineſſe, & propriam accidentalitatẽ. Ex his tenent quidam ꝙ relationes ſunt res, & diſtinctæ ſm rẽ à propriis fundamentis, propriiſq; ſubiectis. Hæc de extremis poſitionibus.De medijs vero poſitionibus Ioãnes velle videt̃ in qõne ꝙ relationes aliæ ſunt reales,aliæ rationis,& propterea dicit ꝙ omnis relatio realis differt ſm rem à ſuo fundamento. Secundo dicit ꝙ nulla relatio rationis differt ſm rẽ à ſuo fundamento,dicitur relatio realis apud Ioannem & alios, quæ requirit tria,vt extrema ſint realia, vt ſm rem differant, & vt inter extrema ſit mutua habitudo. defectu primi oppoſitio inter ens & non ens,nõ eſt relatio realis, qm̃ extrema non ſunt realia,ſed alterum tãtum,defectu ſecundi identitas nõ eſt relatio realis, quia licet extrema ſit realia,non differunt̃ ſm rẽ. Defectu tertij relatio inter ſcibile & ſciẽtiã,inter cauſam & cauſatũ,DEũ & creaturam,& id genus nõ eſt realis, quia ſcibile nõ refertur ad ſcientiam niſi quia ſcientia refertur ad ipſum, & de cæteris ſimiliter,vnde Ariſto. in prædicamentis corrigens primam diffinitionem videtur diffinire relatiua realia hoc pacto dicens ad aliquid ſunt, quæcunq; ſm eorum eſſe ad aliud ſeſe habent, & per eſſe non intelligit eſſe in intellectu & intẽtionale,ſed eſſe reale, hæc ſolent dici ab aliquibus relatiua ſm eſſe, cætera vero dicuntur relatiua ſm dici, ſm eſſe quidẽ qa mutuo ſecundum eſſe formale ſunt ad aliquid, ſm dici vero illa dicuntur,quia ipſa dicuntur ad aliud, non ſunt tamen ad aliud, dicuntur quidem ad aliud quia alia ad ipſa, non ſunt ad aliud,quia non ſecundum eorum eſſe formale. Auicenna vero fuſius ſumens reale, appellat omnẽ relationem eſſe realem.Auer.tamẽ.12.huius ait eſſe quaſi de ſecundis intellectis.Quod autem reales relationes differunt ſecũdum rem à ſuis fundamentis Ioãnes perſuadet,primo quia ſunt in diuerſis prædicamentis, quæ ſunt decem rerũ genera. Secundo quia ſi non abſolutum poſſet eſſe realiter ad aliquid qđ habet pro impoſſi. Quod aũt relatio rationis nõ differat ſm rẽ à fundamento patet de identitate, quia eadẽ ſunt quorũ ſubſtantia

*Auctores primæ poſitionis.*

*Auctores ſecũdæ poſitionis.*

*Rationes Henrici.*

*Rationes Sco. 1.ſen diſtin. 1. q.5.*

*Cõm.19.*

*Põ Io...*

*Qui... reali... rationis.*

*Quæ Aui. & Auer. Cõm.19.*

tia eſt vna,ſed identitas non eſt alia à ſubſtãtia vel vnitate ſubſtantiæ,patet etiam de relatione Dei ad creaturas,quia ſi eſſet realis, tunc Deo poſsit aliquod accidẽs de nouo aduenire.Hæc Ioannes diceret. Sed hæc poſitio media nulla eſt.Primo quia ſiue relatio ſit realis ſiue rationis eſt in diuerſo prædicamento à ſuo ſubiecto vel fundamẽto,igiť per eius rõnem primã ſequiť illam ſm rem prædicamẽti differre à ſubiecto vel fundamento, quod ipſe negat.Secundo quia cõtra ipſum ſunt rõnes factæ,quæ factæ ſunt pro prima poſitione. Alij dixerũt ꝙ aliud eſt fundamentum, per quod aduenit & aliud per quod inhæret.Verbi cauſa.ſit A.album Romæ. & B. fiat album nunc Salerni, fundamẽtum per quod.A. Romæ efficitur ſimile,& per quod ſibi aduenit ſimilitudo eſt albedo ipſius.B.quæ de nouo illi.B.accidit: fundamentum per quod ſimilitudo accidit ipſi.A.Romæ eſt ſua quam habebat albedo,dicunt igitur ꝙ ſimilitudo ipſius.A.ad B.differt ſm rem ab albedine ipſius.B.quæ erat fundamentum aduentus: nõ autẽ ab albedine ipſius.A.quæ erat fundamentũ inhærentiæ. Amplius albedo ipſius A.quæ eſt fundamentum aduentus ſimilitudinis in.B.differt ſm rẽ.A.ſimilitudine ipſius.B.albedo vero ipſius.B.quæ eſt fundamentũ inhærentiæ ſimilitudinis ipſius.B.nõ differt ſm rẽ. Addunt ꝙ qñq; non eſt fundamentum niſi vnum, quod vtriſque extremis eſt fundamentũ aduentus,& inhærentiæ,vt in relatione Dei & creaturæ,aduenit enim Deo relatio & creaturæ inſimul per vnum tantum fundamentum, vt per mutationem creaturæ & hoc pacto relatio nõ differt ſm rẽ à fundamento,ſic igitur hæc poſitio dicit tria. Primum fundamẽtum aduentus differt ſm rem à ſua relatione. Secundum fundamentum inhærentiæ non differt ſm rem à relatione.Tertium qñ fundamentum eſt vnum & idem,quod eſt aduentus & inhærentiæ: relatio à nullo differt ſm rem.Hæc poſitio tamen non differt ab illa ſecunda,quia illa ſecunda concederet totum hic, & prima etiam,propterea ex hac poſitione adhuc remanet dña. Alij iuniores vt Gratia Deus & q̃ plures dicũt, ꝙ relatio oĩs eſt vna res cum ſuo fundamento, differt tamen ratione cõceptibili atq; formali, eo quia in conceptu relationis cadit terminus ad quem, qui nõ cadit in conceptu fundamẽti.Sed hæc poſitio nulla eſt: quia ex ea ſequitur ꝙ relatio differt ſm rem à fundamento, quia omne illud differt ſm rem ab alio, quod ſm ſuam formalem rõnem addit aliquid diſtinctum realiter ab illo,nemo enim poteſt hanc negare, ſed per eos relatio addit ſecundum ſuam rationem formalem terminum, qui differt ſm rem à fundamento illius relationis,igitur differt ſm rem à fundamento.Secundo ſi demonſtrando habitudinem ad terminum differt ſm rem à ſuo fundamento patet, quia habitudo ad terminum dicit terminum realiter diuerſum à fundamẽto hoc eſt relatio, igitur relatio differt ſm rem à ſuo fundamento. Tertio terminus eſt realiter & formaliter de eſſentia relationis per eos,terminus non eſt realiter nec formaliter de eſſentia fundamenti eiuſdem, igitur relatio & fundamentum differunt ſecundum rem, aliter eidem rei aliquid poſſet eſſe realiter idẽ,& realiter diuerſum, quod eſt vltra captum humanum. Hæc de poſitionibus.

*Confutatio.*

*2.põ media duplex fundamentum.*

*Qualis poſitio.*

*Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Prima dilucidatio & primum cõſilium.*

SED veritas peripatetica põ dilucidari ſm cõem modum loquendi de diſtinctionibus, & ſm modum peripateticum.Primo modo debes ſcire, ꝙ aliqua dicunť diſtincta vel diuerſa, vel differentia ſecundũ rem, bifariam,aut ſm rem eſſentiæ, ſiue prædicamentariẽ, & ſic omnia illa ſm rem differunt, quæcunq; ſunt diuerſis in prædicamentis vel non in eodem prædicamẽto,aut ſm rem exiſtentiæ,& ſic omnia illa differunt ſm rem quorum alterum põt eſſe ſine altero ſm rem exiſtentiẽ, veluti accidens & ſubiectum,album & dulce,& id genus.

Tunc põt hoc pacto poſitiones concordari per duas concluſiones. Prima nulla relatio differt ſm rem exiſtentiæ à ſuo fundamento,ſiue illud ſit vnũ, ſiue plura. Secunda concluſio.Omnis relatio ſm rem prædicamẽtariam & eſſentiæ differt ſm rem à ſuo fundamento. Primam concluſionem probant rõnes primæ põnis. Secundam vero probant rõnes ſecundæ poſitionis. Sed dices identitas non differt ſm rem eſſentiæ vel prędicamentariæ à ſubſtantia, nec relatio Dei ad creaturã ab ipſo Deo. Dici poteſt vno modo ꝙ cõcluſiones debent intelligi de relationibus realibus,& prædicamentariis, quales nõ ſunt illæ,multæ.n.ſunt relationes tranſcendẽtes vt ſunt relationes tertij generis. Tertiũ.n.genus forte nõ eſt prædicamẽtale,vt dicemus fortaſſe poſtea. Vel dici poteſt ꝙ fundamentum identitatis & ſubiectum idem eſt: quia vnitas ſubſtãtię,fundamentum etiam & ſubiectum relationis Dei eſt idem, quod ipſa creatura, quia illa relatio non eſt in Deo niſi terminatiuæ non ſubiectiuæ, & tunc dico ꝙ identitas differt ſm rem prædicamentariam ab vnitate ſubſtantiæ,quia identitas eſt relatio, vnitas vero principium quanti. Amplius relatio Dei ad creaturam differt ſm rem prædicamentariam,quia illa relatio eſt relatio, & creatura eſt ſubſtantia,& ſic poteſt generatim defendi ꝙ relatio omnis differt ab eius fundamento ſm rem eſſentiæ vel prædicamenti. Si vero loquimur ſm peripateticos dici poteſt ꝙ aliqua eſſe diuerſa ſunt bifariam, vel in ſubiecto, vel in diffinitione. Tunc dicerem duo. Primũ nulla relatio differt in ſubiecto ab eius fundamento. Secunda omnis relatio differt diffinitione à ſuo fundamento. Prima patet quia relatio & fundamentum eidem ſubiecto accidunt, igitur ſunt eadem ſubiecto. Amplius dicuntur,de eodem ſubiecto: igitur ſubiecto ſunt eadem. Secunda vero deducitur, quia quæcunq; ſunt in diuerſis prædicantis, differunt diffinitione,quia differunt genere & differentia diuerſorum.n.generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſa ſunt genera & differentiæ. Animaduerſione dignum, vt diximus.4. huius quod aliqua eſſe ſubiecto eadem põt eſſe bifariã, aut mutuo & conuertibiliter, quia videlicet, non contingit alicui ſubiecto alterum ineſſe, quin & alterũ inſit, nec contingit alterum de vno prædicari ſubiecto, quin & de illo alterum, aut non mutuo, vt qñ poteſt alterum alteri ineſſe, vel de altero dici, cui non ineſt alterum, vel de quo nõ alterum prædicatur.Propterea ad dilucidationem põt addi ꝙ licet nulla relatio differat à fundamento in ſubiecto, tamen nulla relatio eſt eadem fundamento in ſubiecto mutuo, quia põt fundamentũ permanere relatione abiecta. Ex his poſſunt reduci poſitiones contrariæ,ꝙ, videlicet, ſi velit prima poſitio nullam relationem differre à fundamento ſecundum rem ſubiecti, recte ſentit, ſi ſecunda dicit quod omnis relatio differt à fundamento ſecundum rem diffinitionis etiam recte ſentit, & ſic ambæ bene dicunt,ſin aliter velint,nos negamus illas tanquã remotas ab auribus peripateticorũ. Hæc de dilucidatione.

*Quæ diſtinctio ſecundum rem.*

*Concluſiones.*

*Prima.*

*Dubĩ de identitate.*

*Solutio quæ declarat an identitas ſit alia ſubiecto.*

*Secũda dilucidatio.*

*Quæ dicta.*

*Cõcluſiones duæ.*

*Conſilium poſitionum.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ſoluuntur rõnes ambarum poſitionum.

Ad



Ad primã dico, ꝙ dum moueť diſtans à cœlo cauſatur in cœlo res alia à cœlo ſm rem diffinitionis, vel ſm rẽ prædicamenti,vel eſſentiæ,nõ autẽ alia res ſubiecti, vel exiſtentiæ.Hęc eſt impoſſe nulla mutatione facta in cœlo ipſum mutari ſm rem eſſentiæ vel diffinitionis,modo ſit mutatio in altero, vt dicit Auer.8.phy.põt enim relatio effici noua alicui,vel quia ambo extrema mutantur,vel quia alterum.vel quia quoddam tertium. Ad ſecundã dico ꝙ relatio diſtantiæ non per ſe acquiritur, ſed conſequitur terminum ad quem, & ſic poteſt dici ꝙ acquiritur in inſtanti, velut de termino ad quem dici ſolet,& qñ quæritur de fundamento diſtantiæ dico, ꝙ eſt locus:& qñ diceretur ꝙ in eodẽ ſubiecto eſt relatio,in quo eſt eius fundamentum. Dico ꝙ iſti dicentes ſic male legerunt Auer.& Ariſtotelẽ, poteſt enim apud peripateticos noua conſurgere relatio inter aliqua per quoddam fundamentum,vt in.3.vt.8.phy.dicitur. Nõ enim de ratione fundamenti eſt aliud,niſi vt ſit id per quod relatio ineſt ſubiecto, ſiue illud inſit idem ſubiecto,ſiue non:vt dictũ eſt. Ad ſecundam principalem dico ꝙ ſm rem ſubiecti & ſm rem exiſtẽtiæ Niphum patrem non eſt aliud q̃ habere Iacobum filium,ſm tamen rem prædicamẽti eſſentiæ vel diffinitionis, eſt aliud vt patet.Ad tertiam concedo totum vſque ad vltimũ; q̃a bene relatio poteſt adeſſe & abeſſe à Nipho, non tamẽ ſtante fundamento,& ſic nihil eſt. Ad quartam dico ꝙ nulla relatio eſt totum,& ſic nec æqualitas, nec multiplicitas eſſe poteſt tota in toto, vel tota in qualibet parte.Ad quintam reſpondet Simpli.in prædicamentis ꝙ relatione aduenietẽ alicui de nouo illud ſine dubio mutatur:quia aliter ſe habet,nunc q̃ prius:verũ ait ꝙ mutari eſt bifariã ad ſe,& ad aliquid,dicit igitur ꝙ ad relationem nõ eſt motus vt in terminum ad ſe, bene motus vel mutatio vt ad aliud. Sed de hoc librum.5.phy.lege. Ad.6.dico ꝙ relatio habet propriũ ineſſe aliud ab ineſſe fundamenti,ſed non ſm rem exiſtẽtiæ vel ſubiecti. ſed ſm rem eſſentiæ,vel prædicamẽti, vel diffinitionis. Ad rationes pro ſecunda poſitione. Ad primam concedo ꝙ differunt ſm rem eſſentiæ,prædicamenti, & diffinitionis,ꝙ non ſunt eadẽ ſubiecto mutuo,& hoc concludit prima ratio. Præterea alij dicunt ꝙ relatio nõ poteſt deſinere ſm rem exiſtẽtiæ ſtante fundamẽto,vt dicit Auer. de formis artificialibus.2.de anima cõmen,8. Bene tñ ſm rem prædicamẽti,vel eſſentiæ. Ad ſecundã dico ꝙ ratio cõcludit illa diſtingui ſm rẽ prædicamenti,vel eſſentiæ,vel diffinitionis,vel non eſſe eadem ſubiecto mutuo.Et per idem ad tertiam,& ad quartam,ſolũ enim concludunt ꝙ non ſunt eadem in re ſubiecti mutuo:& quod etiam differunt re prædicamenti, eſſentiæ & diffinitionis. Ad quintam dico ꝙ relatio & ſimilitudo magis differunt quo ad rem ſubiecti, vel exiſtentiæ, non autẽ quo ad rem obiecti eſſentiæ, vel diffinitionis. Ad.6.negatur ſimilitudo, vel concedo totum, quia relatio differt à fundamẽto ſm rẽ eſſentiæ prædicamenti,& diffinitionis. Ad omnes auctoritates patet ſolutio. Ad rationes primi capitis. Ad primam Ioãnes concedit proceſſum in infinitum in accidentaliter ordinatis, oẽs enim illæ ſunt vnius ſpẽi. Ad ſecundam diximus diſputatione prima,ꝙ habitudo ad terminum eſt de eſſentia relationis,& habitudo ad fundamẽtum vel ſubiectum, verum habitudo ad terminum eſt de eſſentia eius vt relatio eſt,habitudo vero ad ſubiectum vel fundamentũ vt eſt accidens, & ſic dici põt ꝙ relatio non differt ab habitudine ad ſubiectum vel fundamentum ſm rẽ eſſentiæ, vt accidens eſt, quicquid ſit de illa vt relatio, propterea genera relationum ſunt data per habitudines ad fundamenta tanquã per notiores. Ad tertiam negant conſequentia,quia relatio nõ eſt actus fundamenti,nec fundamentum eſt potentia, vel poteſt concedi reddi illud compoſitius ſm rem prædicamenti, non autem ſm rem exiſtentiæ. Ad quartam dico ꝙ in Deo ſi ſunt relationes,non ſunt in per modũ actus, & propterea non faciunt compoſitionẽ in Deo. Ad quintam concedunt Auerroici de accidentibus imperfectis vt patet de dimenſionibus,& de potentia & id genus. Ad ſextã concedunt in aliquo poſſe eſſe infinitas res reſpectiuas & in potentia,non autem abſolutas & in actu. Ad vltimam Auer.in.8.phy.non habet pro impoſsibili in relationibus. ſed in abſolutis res ſit digna conſideratione. Hæc ſufficiant.de.12.diſpu.

*Non eſt autem intellectus ad hæc cuius eſt intellectus, bis enim idem dictum vtique erit &c.* Tex.cõm.20.

## DISPVTATIO XIII.

De termino relatiuorum.

*Num idem relatiuum ad plura referri poſsit.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod idem relatiuum poſsit ad plura referri. Arguitur primo, quia idem continens referri poteſt ad plura contenta,nam vnus numerus continet multos.Secundo vnamet potẽtia actiua refertur per ſe ad ipſum agere & ad potẽtiam paſsiuam. Tertio idem pater referri poteſt ad cõplures filios, vt Niphus pater ad Iacobum,Domicium,& Liuiam filios. Quarto idem ſm rationem generis,poteſt referri ad correlatiuum generis & correlatiuum ſpẽi, vt dicitur in textu,veluti multiplex ad ſubmultiplex, & ad dimidium. Quinto ſpecies refertur ad genus, vt dicit Porphy.& ad indiuidua,quia diffinitur per illa. In contrarium eſt Ariſt.in textu,dicens quia tunc idem bis diceretur, qđ habet pro impoſsibili. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

REFERRI apud authores multifariam eſt.nã apud grammaticos referri quandoq; eſt repreſentare,& hoc pacto relatiua ſunt qs,vel qui,quę quod vel quid. Suus, ſua,ſuum,& cætera grãmaticæ dicta, & relatiuũ apud Priſcianum diffinitur ꝙ eſt ante latæ rei repreſentatiuũ & ſic non loquimur in diſputatione,attinet.n.ad grammaticos.Alio modo referri accipitur apud oratores, & ſic referri vel referre eſt mandatum prætoris publicare,ſicut Senatus votũ Cæſaris referre dicebatur, & nec ſic in propoſito accipitur.Tertio accipitur apud ſcientes pro indicare,eo modo quo dicitur in ſcientia effectus refertur cognitio cauſæ,vt.2.meta. dictum eſt, & nec ſic accipimus.Demum referri accipitur apud logicos & metaphyſicos pro eo quod hoc ipſo quod eſt ad aliud differentia quo prædicamẽtarium relatiuum deducitur, & hoc modo intelligiť in diſpu.refertur enim aliquid ad plura,quando hoc ipſo quod eſt ad plura dicitur,quo vero modo ſumatur,idẽ in dilucidatione apparebit. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM.

DICVNT quidam de mente expoſitoris ꝙ idẽ relatiuum poteſt ad plura referri. Secundo dicunt, ꝙ ſi idẽ relatiuũ ad plura referť, non ad illa diciť per plures relationes,

relationes,ſed vnica relatione, vt idem pater ad plures filios vnica tm̃ relatione. *Obiectiones.* Sed contra hæc aliqui oppugnant, Primo, quia his datis vna relatio eſſet plures relationes. deducunt, quia eſſe ad, eſt de eſſentia relationis, igitur multiplicato ipſo eſſe ad, relatio ipſa multiplicabit̃, quia multiplicata eſſentia alicuius, multiplicatur & res, cuius eſt. Secundo tunc idem haberet plures diffinitiones proprias & primas. deducitur, quia relatio & relatiuum non diffinitur niſi per eſſe ad, ſed plura ſunt eſſe ad, quia plures termini, igitur concluſio. Tertio tunc idem ſimul erit & non erit, deductum eſt, & deducitur: quia ſi aliquid refertur per vnicam relationẽ ad plura, ſit illa. A. per. A. igitur refertur ad plura, ſed corrupto vno correlatiuorum, etiam alterum corrumpitur, igitur poteſt vnum illorum corrũpi, & ſic. A. corrumpetur & ita non erit, ex alio vero remanet, quia poteſt aliud correlatiuum remanere, & ſic idem eſſet, & non eſſet. *2. poſitio.* Propter hæc tenent primo ꝙ impoſsibile eſt idem referri ad plura per ſe primo, patet hoc per rõnes tactas. Secundo ꝙ idem põt referri ad plura per ſe non primo: declarant quia duplum refertur per ſe primo ad dimidium, per ſe non primo ad ſubmultiplex. Amplius ſpecies refertur per ſe primo ad genus, per ſe vero non primo ad indiuidua, ad quæ refertur per rationem ſui generis, quod eſt vniuerſale, quod apud eos eſt genus ad quinque vl̃ia, igr̃ idem per ſe nõ primo põt referri ad plura. *Confutatio.* Sed hæc poſitio eſt confuſa, primo, quia idem relatiuum ſm rem ſubiecti põt ad plura referri, & ſm rem eſſentiæ non, & non diſtinxit, igitur confuſa. Secundo quia apud eos alibi, idem relatiuum materialiter põt referri ad plura numero, & ad plura differẽtia ſm rõnem, nõ autem idem formaliter, & non diſtinxit, igitur confuſa. Tertio rõnes, eorum cõtra primam poſitionem nullæ ſunt, quia prima põ dicit ꝙ vnum & idem relatiuum numero & ſm vnam relationem numero poteſt referri ad plura correlatiua numero, modo ſint eiuſdem ſpeciei vt diximus de patre vno numero per vnicam paternitatem numero, ꝙ põt referri ad plures filios numero per diuerſas filiationes numero, & ꝙ non concludant, Declaratur ad primam dico ꝙ eſſe ad, eſt de eſſe relationis indiuiduæ, non quidem ad relationem indiuiduam, ſed ad relationem ſm ſpẽm, non. n. eſſe ad filium meum Iacobum eſt de eſſentia paternitatis. Niphi: ſed eſſe ad filium, & ſic idem põt eſſe ad plura per vnicam relationem, quia eſt ad illa per rationem ſpẽi, ſic. n. Expoſitor vbiq; ſentit. Per idem ad ſecundam, quia illa relatio non diffinitur niſi per terminum ad quem, ſumptum ſm ſpeciem, ſicut non diffinitur niſi rõne ſpeciei. Ad tertiam nego conſequentiã, quia pr̃nitas mea nõ deſtruitur ad deſtructionem vnius filiationis numero, ſed filiationis ſm ſpeciẽ, & ſic deſtructa filiatione A, vel B. adhuc remanet, & ſic rationes nullę ſunt contra Expoſitorẽ. Hęc de dubõnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS.

*1. Suppõ.* PRO dilucidatione primo debes ſcire ꝙ idem referri ad plura põt intelligi bifariam, vel ad plura eiuſdem rõnis, vel ad plura diuerſarum rationũ, vt dictum eſt.

*Secunda.* Secundo debes ſcire ꝙ ſiue ſic, ſiue ſic idem poteſt intelligi referri ad plura, aut ſm identitatem rei exiſtẽtiæ, aut ſm identitatem rei eſſentiæ (vel vt peripatetici loquar) intelligi poteſt: aut ſm identitatem rei ſubiecti, aut rei definitionis. *Tertia.* Tertio debes ſcire ꝙ referri ad plura diuerſarum rõnem ſm identitatem rei eſſentiæ vel diffinitionis eſſe poteſt per ſe primo, vel per ſe non primo, vt logici diſtinguunt. *1. conclu.* Tunc dico primo ꝙ idem ſm rem exiſtentiæ, eſſentiæ, ſubiecti & diffinitionis põt intelligi referri ad plura ſm eãdem rationẽ, deducitur authoritate Expoſitoris, quia idem pater numero ſm eandem rem ſubiecti, & exiſtẽtiæ, & ſm eandem rem eſſentiæ & diffinitionis, hoc eſt ſm eandem relationẽ refertur ad plures filios eiuſdem ſpẽi filiationis, & hoc pacto Expoſitor intellexit. Secundo dico ꝙ idem relatiuum ſm identitatem rei exiſtentiæ vel ſubiecti põt intelligi referri ad plura relatiua eiuſdem ſpẽi & rationis, etiã alterius ſpeciei & rationis. patet, quia idẽ homo refertur ad patrem eius, & ad filium eius, idẽ dico ſm rem ſubiecti, & rem exiſtentiæ, res. n. ſubiecti ſiue exiſtentiæ relatiui non eſt aliud, quam eſſe ſui ſubiecti. Tertio pro mente Ariſt. dico ꝙ idem relatiuum ſm identitatem rei eſſentiæ vel diffinitionis nõ põt referri per ſe primo ad plura diuerſarum rationum, patet hæc concluſio per verba Ariſto. quia tunc idem ſm rem eſſentiæ & diffinitionis, bis diceretur ſecundum rem eſſentiæ & diffinitionis, vt deducunt rationes logicorũ. Quarto dico ꝙ idem relatiuum ſecundũ identitatem rei eſſentię & diffinitionis poteſt ad plura alterius rõnis referri per ſe non primo, deducũt. n. hoc rationes pro ſecunda concluſione logicorum, duplum enim eadem duplicitate ſpecie refertur per ſe primo ad dimidium, & per ſe non primo ad ſubmultiplex. Ex his apparet dilucidatio, & vtriuſque poſitionis conſilium.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis. Ad rationes patet ſolutio, idem. n. numerus ſecũdum rem ſubiecti poteſt referri ad plura diuerſarum rationum, non autem ſecundum rem eſſentiæ. idem potens refertur ad agere & ad paſſum, ſed non p ſe primo per eandem potentiã: ad paſſum. n. per ſe primo, ad agere vero per ſe non primo. Amplius quid de parte dicendum ſit in dilucidatione patuit. Ad cætera omnia etiam patuit ſolutio. Hæc de diſputatione. 13.

*Secundum ſe quidem igitur dicta ad aliquid hæc quidem ſic &c. Tex. cõm. 20.*

## DISPVTATIO XIIII.

De ratione formali terminandi relationem alterius correlatiui.

*Num ratio formalis terminandi relationem alterius correlatiui ſit relatio.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ratio formalis terminandi relationem alterius relatiui non ſit relatio. Arguitur primo quia. 8. phy. dicitur ꝙ colũna eſt dextera & relatiua ad animal & non per relationem colũnæ ad aĩal, igitur ratio formalis terminandi relationẽ alterius correlatiui non eſt relatio. *Cõm. 10.* Secundo nullus terminus vel ratio terminatiua eſt ęque prius terminato, ĩmo prior terminato ſed relatio non eſt prior correlatiuo, igitur non poteſt eſſe ratio terminandi. Tertio Deus refertur ad creaturam atque illius relationem terminat, igitur relatio non eſt ratio terminandi. antecedens concedunt catholici & pħi, & deducitur enthymema, quia Deus non terminat relationes creatarum rerum niſi per relationes exiſtentes in creaturis, & non in ipſo. Quarto ſcibile vt dicitur in hoc. 5. terminat relationem ſciæ ad ipſum & non per relationem exiſtẽtem in ipſo, igitur nõ ſemper



relatio eſt ratio terminandi. In contrarium eſt Ariſto. in prædicamentis, vbi dicitur relatiua ſunt ſimul natura, quia ſimul naturali intelligentia.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli. Primo debes ſcire ꝙ in relatiuo ſunt tria. ſubiectum, videlicet, cui relatio ineſt, fundamentum per quod illi ineſt, de quo ſuperius dictum eſt. & ipſa relatio quæ ineſt. Verbi cauſa. in patre eſt homo, cui ineſt paternitas, virtus generatiua, qua genuit per quã ineſt ſibi paternitas, & paternitas ipſa, quæ ineſt. Secundo debes ſcire ꝙ tria ſunt terminus ipſe, conditio terminandi ſiue cauſa ſine qua non, & ratio terminandi, pater quidem terminus eſt filiationis, conditio vero, & ratio terminandi quæ ſit dubium eſt, eſt autem ratio terminandi id propter quod pater dicitur ad filiũ formaliter, ideo quæritur ſi pater dicitur ad filiũ formaliter paternitate, vel ratione abſoluta priore paternitate. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ Sco. primo ſentẽtiarũ diſ. 30. q. 1.* DE præſenti diſputatione doctor quidam. d. primo ꝙ nulla relatio nec realis, nec rationis eſſe põt rõ formalis terminandi relationẽ alterius relatiui. Secũdo. d. ꝙ ratio formalis terminandi eſt abſolutum relatiui, ſiue illud ſit aliquid præter ſubiectũ, ſiue præciſe ipſum ſubiectũ. Primam concluſionem probat primo de relatiuis tertij generis, quia, vt dicitur in textu hæc dicuntur relatiua, quia alia referuntur ad ipſa, igitur terminãt vt abſoluta, & non relatiua. Secundo de actu & potentia, quia habetur in hoc. 9. ꝙ potentia per actum diffinitur & non econtra, igitur actus vt prior potentia diffinit potentiam, ſed vt relatiuum non eſt prior: igitur vt abſolutum diffinit potentiam, & per conſequens vt ſic, terminat potentiæ relationẽ. *His argumentis ſolet probari ꝙ vnum relatiuum per alterum non diffinitur.* Tertio generatim arguit, relatio oĩs diffinitur per terminum ad quem, igitur terminus ad quem, eſt prior relatione diffinita ſm diffinitionem, igitur nõ ſub ratione relatiui terminat, quia vt ſic non eſt prius, ſed in æquo. Quarto tũc in diffinitionibus eſſet circulus. deducitur, quia relatio alterius eſſet ratio diffiniendi alterũ, & illius relatio eſſet ratio etiã diffiniendi alterum; & ſic in diffinitionibus eſſet circulus, Secunda vero cõcluſio deducitur, quia ſi relatio nõ eſt ratio terminandi relationem alterius relatiui, ſequit̃ vt abſolutum illud quod eſt præter relationem ſit ratio terminandi. Hæc illæ. *Confutatio poſitionis.* Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. Primo, quia ſi relatio non eſſet ratio terminandi, tũc oẽs relationes eſſent tertij modi, & deducitur, quia relatiua tertij modi ſunt, quæ non per relationes eorũ referuntur, ſed quia alia ad ipſa, modo apud iſtum virũ oĩa relatiua referuntur, quia alia ad ipſa referuntur, igitur omnia eſſent dicta tertij modi, vel ſaltem non poſſet aſsignari differentia inter relatiua tertij modi, & aliorũ generum. Secundo ſi ita eſſet, tunc non quicunq; diffinite ſciret alterum correlatiuorum, diffinite ſciret & alterum. deducitur quia non quicunque diffinite ſciret vnum relatiuum diffinite ſciret abſolutum alterius, nõ enim vnum relatiuum conuertitur cum abſoluto alterius, conſequens vero eſt contra Ariſto. in prædicamentis: igitur & añs. Tertio ea ratione alterum correlatiuũ terminat relationẽ alterius, qua ratione refertur ad ipſum vt patet in prædicamentis, ſed nõ refertur per abſolutum, igitur nec per abſolutum terminat relationẽ. Quarto Ariſto. in prædicamentis habet pro impoſſi ꝙ ſubſtantia ſit ad aliquid, igitur ſm ipſum ratio terminandi non poteſt eſſe abſolutum. tenet argumentum, quia vbi ſit abſolutũ ratio terminandi, ſubſtantia poſſet eſſe ad aliquid, ſaltem quia aliud eſt ad ipſam. Ex his & alijs videtur mihi ꝙ hæc poſitio non ſit peripatetica, immo contra Ariſtote. & Porphy. & Boetium. Hæc de poſitionibus.

CAPVT QVARTVM DILVCIDATIONIS.

PRO dilucidatione igitur debes ſcire, vt dicitur in. 2. de anima ꝙ nos dici poſſumus ſcire & anima, & ſcĩa aĩa quidẽ vt materia, & ſubiecto, ſcĩa vero formaliter, ſic põt pater ad filium referri, ſubiecto quidem quia eſt homo, fundamẽto vero quia ipſum potuit generare, & genuit, formaliter aũt quia paternitate. Ex his ſequitur dilucidatio ꝙ ipſum quod refertur eſt relatiuũ vt pater, verũ quo refertur tanq̃ materia & ſubiecto eſt homo, quo vero tanquam conditione referendi eſt potẽtia generatiua: non enim poteſt ad filium referri pater, niſi præſuppoſita potentia generatiua, quo denique refertur tanquam ratione formali referendi eſt paternitas. Hæc dilucidatio deducitur primo, eo modo ſeſe habet albedo ad album, quo paternitas ad patrem, & generatim relatio ad relatiuum, ſed album formaliter eſt album albedine, igitur relatiuum eſt formaliter ad aliquid relatione, & ita ratio qua terminat relationem alterius, eſt relatio. Secũdo eo formaliter refertur & terminat relationem alterius, quo conſtituitur in eſſe relatiuo, ſed formaliter relatione eſt tale, igitur relatione terminat & refertur. Ex his ſequitur ꝙ ſi doctor ille velit relatiuum referri ad aliud vel eſſe terminum relationis alterius vt abſolutum tanq̃ materia vel conditione referendi, recte ſentit, at ſi intelligit ipſum referri vt abſolutum tanquam ratione formali referendi, non eſt peripateticum, vt viſum eſt. Aliter fortaſſe põt inter has opiniones poni concordia, nam aliquid eſſe de ratione alicuius poteſt intelligi dupliciter, aut ſm rationem generis, aut ſm rationem ſpẽi, de ratione. n. hominis, vt homo eſt rationale, non autẽ de ratione hominis vt aĩal eſt. Tunc dico ꝙ de ratione relatiui ſm genus non eſt vt terminet ſuum correlatiuũ per relationẽ, quia multa abſoluta terminant ſua correlatiua, non per relationem tãquam per rationem terminandi. vt relatiua tertij modi. & recte dicere poteſt prima poſitio, ꝙ non eſt de ratione relatiui vt terminet habitudinem ſui correlatiui ſm rationem generis, de ratione vero relatiui in ſpecie, vt tale relatiuum eſt reciprocũ & id genus, eſt vt terminet habitudinem ſui correlatiui per relationem quia refert̃ p ſe ad illud, nõ qa aliud refertur ad ipſum, & ideo baculus ſtat in angulo. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis. Ad rationes pro poſitione illius. Ad primam & ad ſecundã dico ꝙ cõcludunt de relatiuis tertij generis. Illa enim ſolũ referuntur, quia alia referuntur ad ipſa, ſecus eſt in relatiuis reciprocis, de quibus rõnes non cogunt. Ad tertiam dico ꝙ vnum relatiuũ diffinitur per alterũ, & nego ꝙ illud ſit diffinitione prius, quia ſolum in relatiuis habetur ꝙ diffiniens & diffinitũ ſunt ſimul natura vt dicit Ariſto. Immo nec per notius ſed æque notum, quia vt. d. Boetius magis cõdiffiniuntur, ꝙ vnum per alterum diffiniatur, ſunt enim diffinitione & intelligentia & natura ſimul. Et per idẽ ad quartam: concedo enim circulum in relatiuis, quia magis ambo condefiniuntur, quam alterum altero definiatur, ſecus eſt in aliis aliorum prædicamentorum. Ad rationes primi capitis. patet ſolutio, prima cogit de relatiuis tertij modi. Secũda fallit in maiori, immo terminus

nus & ratio formalis terminandi eſt æqualis & conuertibilis cum terminato. Ad tertiam & ad quartam concludunt relatiuis tertij modi. Hæc de diſputatione 14. ſufficiant.

*Ex eodem loco oriuntur hæc & ſequentes diſpu. &c.*

## DISPVTATIO XV.

### De diſtinctione relationum.

*Num relationes ſortiantur formalem diſtinctionem ab earum fundamentis.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod formalis diſtinctio relationum ſit à fundamẽtis. Arguitur primo relatio eſt fundamentum, igitur à diſtinctione formali fundamentorum ſortiũtur diſtinctionem ipſæ relationes. Secũdo habitudo ad ſubiectum eſt de eſſentia accidentis, vt. 7. huius patet, ſed relatio eſt accdens, igitur habitudo ad ſubiectum eſt de eſſentia relationis, ſed fundamentum eſt ſubiectum, ſaltem per quod, igitur habitudo ad fundamẽtum eſt de eſſentia relationis, & ita relationes ſortiuntur diſtinctionem formalem à fundamẽtis. Tertio relationes diſtinguũtur numero per ſubiecta & fundamenta, igitur & ſpecie, tenet conſequentia, quia nõ maior ratio eſt de vna diſtinctione quã de altera. ãñs ſupponitur ſc̃m peripateticos. Quarto à quo res habet eſſe. ab eodem habet formalem diſtinctionẽ, ſed relatio habet eſſe per fundamentum, vt oẽs ſentiũt, igitur ꝑ illud habet diſtinctionẽ eſſentialem. In cõtrarium arguitur, quia per habitudinem ad terminũ relatio definitur vt patuit proxima diſpu. igitur per habitudinem ad terminum relatio habet eſſentialem atque formalem diſtinctionem. Hæc de dilucidationibus.

CAPVT SECVNDVM TITVLI.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ quẽadmodũ forma eſſentia, ſpẽs, & quidditas apud peripateticos idem eſt, ſic diſtinctio formalis eſſentialis quidditatiua atque ſpecifica idem eſt, quare cum diſputatio quærit ſi relationes ſortiuntur diſtinctionem formalem ab earum fundamentis, intelligit ſi relationes ſortiantur diſtinctionem eſſentialem, quidditatiuã, & ſpecificã ab illis.

*Quid diſtingui per formas, & qd formaliter.*

Sunt tamen qui faciunt vim in verbis aſſerentes aliqua diſtingui per formas, & non formaliter, nec ſpecifice, nam Soc. & Pla. diſtinguuntur per formas, quia alia eſt forma Socratis, alia Platonis, qui tamen nõ diſtinguuntur formaliter nec ſpecifice. Et poteſt hoc habere colorem, quatenus aliud eſt diſtingui per formas tanq̃ ꝑ rationem diſtinguendi, & aliud per formas tanquã ꝑ ea quæ diſtinguũtur, formæ nãq; Platonis & Socratis differunt, nõ aũt Socrates & Plato differũt per formas veluti per rationes diſtinguendi, & propterea non differunt ſpecie, quærit vero diſputatio ſignanter de diſtinctione formali ſiue ſpecifica, quia de numerali diſtinctione diſputatum eſt ſupra. vbi locuti ſumus de principio indiuiduationis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ prima.*

ALIQVI dicunt ꝙ relatio habet duplicẽ habitudinem, alterã quidẽ ad terminũ, alterã vero ad ſubiectum ſiue fundamẽtũ. Illa ad terminũ eſt de eſſentia relationis, ſed illa ad fundamentum ſiue ſubiectũ eſt eſſentialis, non tñ de eſſentia. hoc declarant, quia aliud eſt eſſe de eſſentia alicuius. aliud eẽntiale, riſibile. n. hoĩ eẽntiale eſt, non autem de illius eſſentia, eſt quidem eſſentiale qa fluit ab eius eſſentia, & eſt ꝓpria illius paſſio, eſt autem non de eſſentia, quia non ponitur in rõne formali illius. Quare volunt ꝙ relationes eſſentialiter per habitudines ad fundamenta differant, non aũt ſpecifice per illas, & ſic dicunt duo ꝙ diſtinctio relationum per fundamenta eſt eſſentialis eſſentialitate paſſionum. Secundo ꝙ nõ eſt ſpecifica, quia nõ per illa, quæ ſunt de eſſentia relationum.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio nec quo ad modum dicendi, nec quo ad poſitionem ipſam eſt peripatetica, quo quidem ad modum dicendi, quia apud peripateticos eſſentia, forma, & ſpẽs, idem eſt: igitur quæcũque eſſentialiter differunt, ſpecie & forma differunt, quo vero ad põnem, quia ſi habitudo ad fundamentũ eſt propria paſſio relationis, & habitudo ad terminum eſt de eſſentia illius, tunc habitudo ad fundamentum flueret ab habitudine ad terminum, quod nec ipſi, nec nos cõcederemus. Præterea quicquid eſt de rõne formali generis, eſt de rõne formali ſpẽi, ſaltem per rõnem generis, ſed habitudo ad ſubm eſt de rõne accidentis vt dicemus in. 7. diſpu. prima, igitur de rõne relationis quæ eſt ſpẽs accidentis.

*Põ iuniorum.*

Iuniores vero dicunt ꝙ termini non ſunt dr̃iæ relationum. Secundo ꝙ dr̃iæ ſpecificæ relationũ ſumunt̃ à terminis illarum, vbi debes ſcire ꝙ aliquid põt ſumere dr̃iam ab aliquo, qđ non eſt eius dr̃ia, vt motus ſumit dr̃iam à termino ad quẽ, vt dicit̃. 5. phy.

*Cõm. 5.*

qui terminus ad quem nõ eſt dr̃ia motus, ſic in propoſito à terminis relationes ipſæ ſumunt ſpecificam dr̃iam, qui tñ non ſunt dr̃iæ relationum, quod quidem à terminis relationes ſortiantur formalem differentiam, teſtantur per hoc ꝙ relationes diffiniũtur per terminos, quod vero termini non ſint differẽtię relationum, arguunt quia termini ſunt alterius generis, modo diuerſorum generum nõ ſubalternatim poſitorum diuerſa ſunt genera, & differentiæ, igitur termini non poſſunt eſſe differentiæ relationum. Secũdo relationes differũt genere per nihil alterius generis, igitur differunt differentiis per nihil alterius generis. Tertio formalis diſtinctio rei eſt per, propriã rei realitatẽ, ſed terminus non eſt propria relationis realitas, vt patet, igitur nõ eſt illius dr̃ia formalis. Quarto ad idem genus pertinet materiale & formale rei, ſed materiale relationis eſt ſui generis, igitur & formale, & ita terminus non poteſt eſſe eius dr̃ia, quia eſt alterius generis.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio eſt ambigua. Primo quia per fundamenta videtur dr̃ia relationum eſſentialis, eo quia quicquid eſt de rõne generis, eſt de rõne ſpẽi, ſed hĩtudo ad fundamenta eſt de eſſentia accidentis, igitur relationis. Secũdo arguit̃ directe contra põnem, quia Porphy. ait dr̃iam eſſe, qua differũt inter ſe ſpẽs, ſed terminus eſt quo ſpẽs relonũ dr̃nt, igit̃ terminus eſt dr̃ia relationis: p̃terea ſi per eos relones differunt terminis, aut per ſe, aut per accñs, nõ per accidens, igitur per ſe, ſed differentia eſt qua per ſe differũt ſpẽs, igitur terminus eſt relationis dr̃ia. Vltimo relationis nullæ ſunt, quia aliquid eſſe differentiam alicuius põt intelligi bifariam, aut vt partem, aut vt cãm, terminus. n. ad quem eſt differentia motus, non quidẽ vt pars motus, quia qñ motus eſt, terminus ad quẽ non eſt, ſed eſt illius dr̃ia vt cã, eo quia eſt cã differẽdi, & ſic oẽs rõnes valent, ꝙ terminus non eſt differẽtia relationis vt pars, cum quo tñ ſtat illum eſſe differẽtiam vt cã, & ſic rõnes nullæ ſunt. Hæc de poſitionibus ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo accipio relonem habere duas habitudines, alteram ad ſubiectum, alterã ad terminum, & per ſubiectum intelligo ſiue ſubiectum, cui ineſt ſiue per quod ineſt, habitudo ad ſubiectum appellatur eſſe in habitudo ad terminum dicitur eſſe ad: vt aſſerit Boetius. Secundo ſuppono poſſe alicui competere aliquid per ſe per rõnem generis, quod ſibi non competit per rõnem ſpẽi: & econtra, aliquid põt competere alicui per rõnem ſpeciei, quod non cõpetit ſibi per rõnem generis.

*Cõm. 27.*

Exẽplũ eſt Ariſto. in iſto. 5. & Auer. de talpa: cui per rõnem generis competit poſſe videre, per rõnem ſpẽi competit eſſe aboculũ. His ſuppoſitis, ſit prima concluſio habitudo ad fundamentum ſiue ſubiectum competit per ſe relationibus per rõnem generis, hoc eſt inquantum accidens ſunt, hæc concluſio ſupponatur ad mentem peripateticorum, quia diſpu. prima huius. 7. determinabitur eſſe in, eſſe de eſſentia accñtis. Secunda eſſe ad, ſiue habitudo ad terminum competit per ſe relationi non per rationem generis, ſed per rationem relationis ſiue ſpeciei. Probatur prima pars, quia ſi competeret relationi per rõnem accidẽtis, tunc oĩ accidenti competeret. Secunda patet per conſenſum oĩum, & per verba Ariſto. & Boetij in prædicamentis. Ex his apparet dilucidatio, ꝙ videlicet relationes ſortiunt̃ dſtinctionem formalem à fundamẽtis, nõ quidem quatenus relationes, & per rõnes ſpẽrum, ſed per rõnem generis, & quatenus accñtia ſunt, à terminis vero ſortiunt̃ diſtinctionem formalem quatenus relones, ſunt & per rõnes proprias. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis ad rõnes. Ad primã dico, ꝙ de diſtinctione relationis, & fundamenti dictum eſt ſupra. Sed dato ꝙ relatio ſit fundamẽtum identice, non tñ eſt relatio formaliter. Ad ſecũdam patet ſolutio per dilucidationem. Ad tertiam negatur conſequentia, quia indiuidua differunt per materias numero & ſpẽ per formas, igitur non per idem res differunt numero & ſpẽ. Ad vltimum conceditur ꝙ per fundamenta relationes habent eſſe, & diſtinctionem, non tamen formalem, ſed vt dictum eſt. Ad rõnem in contrarium patet ſolutio per dilucidationem. Hæc de. 15. diſputatione.

## DISPVTATIO XVI.

### De quidditate relationis.

*Num terminus ſit de quidditatiuo conceptu relationis.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod terminus de quidditatiuo conceptu relationis ſit. Arguitur primo, quod ponitur in diffinitione relationis eſt de conceptu relationis, terminus ponitur in diffinitione relationis, vt patet in prædicamentis, igitur eſt de conceptu quidditatiuo illius. Secundo terminus attinet ad relationem per ſe, vt diſputatione proxima patuit, & non per ſe ſecundo modo, igitur per ſe primo modo, & ita de illius ratione formali. In contrarium arguitur, quod non eſt relationi idem ſc̃m rem, non põt eſſe de quidditatiuo cõceptu illius, ſed terminus non eſt idem ſecundum rem relationi, igitur nec de illius quidditatiuo conceptu. Hæc de dubitationibus ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit conceptus quidditatiuus, nõ ſemel in hoc lib. declarauimus, tñ modo dicimus ꝙ cõceptus quidditatiuus, & rõ formalis idem eſt, ratio autem formalis in hab entibus diffinitionem eſt diffinitio, in non habentibus diffinitionem eſt deſcriptio, in non habentibus deſcriptionem eſt conceptus, quo res eſt apta cõcipi vt alibi diximus, cõceptus. n. nõnũquã ſumit̃ formaliter pro actu cõcipiendi, nõnunq̃ obiectiue pro re quę cõcipit̃ vel eſt apta nata cõcipi, & ſic in nõ habentibus diffinitionẽ, nec deſcriptionẽ, cõceptus quidditatiuus eſt conceptus rei obiectiuus. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione oẽs antiqui peripatetici velle videntur terminum eſſe de conceptu quidditatiuo relatiui, ſiue relationis, vt indicãt Boetius & Simplicius in prædicamentis, dicẽtes eſſe ad, de ratione relatiui haberi, ꝑ ꝑ quod Ariſt. vbique ad aliquid vocat relatiuũ, quia eſſe ad, eſt de rõne ipſius relatiui, modo nõ põt de rõne relatiui haberi ipſum eſſe ad, quin de rõne illius habeatur terminus relationis, & ſic cõcludunt terminum eſſe de rõne relatiui. Pro hac poſitione ſunt rõnes bonæ. Prima eſt quia quicquid eſt de primaria rei ratione, eſt de quidditatiuo cõceptu illius, ſed terminus eſt de primaria ratione relatiui, ſiue relationis, igitur de conceptu quidditatiuo eius. Maior patet, quia primaria rei ratio, & quidditatiuus rei cõceptus idem eſt, vt patet in capite. 2. Minor probat̃, quia nec intelligi, nec diffiniri põt relatiuum vel relatio ſine termino. Præterea nec abſolui à cõceptu termini. Secunda nõ minus terminus eſt de conceptu quidditatiuo relatiui, quã rõnale de cõceptu hoĩs, quia ſicut nõ põt cõceptu perfecto hõ ſine rõnali apprehẽdi, ſic nec relatiuũ ſine termino, ſed rõnale eſt de cõceptu quidditatiuo hoĩs, vt oẽs dicũt, igitur terminus de conceptu quidditatiuo relatiui.

*Põ iuniorum.*

Iuniores vero dicũt duo. Primum ꝙ terminus ponit̃ in diffinitione relationis ſiue relatiui, vt rõnes tactæ probãt. Secundũ ꝙ licet ponatur in illius diffinitione, non ponitur in illius diffinitione, vt quid intrinſecũ conceptui quidditatiuo illius, ſed vt quid extrinſecũ, circũcernẽs relationis differentiã vltimam. Prima cõcluſio nõ eget probatione, quia oẽs concordant. Secundã probãt primo quia oĩs relatio, omneq́ue relatiuum cõſtat ex proprio genere, & propria dr̃ia, ſed terminus nec eſt genus, nec dr̃ia relationis, igitur non eſt de cõceptu quidditatiuo illius. Maior patet, quia omne quod eſt in prædicamẽto, conſtat ex genere & dr̃ia, vt dicitur in regulis ante prædicamentorum. Minor non eget probationem apud illos, quia terminus eſt alterius generis apud eos, qui volunt terminum eſſe rem abſolutam, vel ſaltẽ alterius ſpeciei apud nos. Secundo quicquid eſt de conceptu quidditatiuo alicuius, eſt idem illi. Sed terminus relationis non eſt idem relationi, vt patet, igitur non eſt de conceptu quidditatiuo illius. Tertio ſi terminus eſſet de concepetu quidditatiuo relationis, tunc dicendo Socra. eſt pater alicuius filij, eſſet nugatio qa filius ſemel includeret̃ in patre, & ſemel in ſe, igitur bis repetitio. Hæc iuniores.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio nõ eſt ꝑipatetica. primo quicquid eſt de rõne formali generis, eſt de ratione formali ſpẽi, ſed de rõne formali relatiui eſt terminus, quia relatiuũ eſt, quod hoc ipſo qđ eſt ad aliud ſeſe habet, vt in prædicamentis dicitur, igitur de rõne oĩs ſpẽi relatiui. Secũda hæc eſt bona diffinitio, pater eſt relatiuum ad filium, quæro igitur vel ipſum ad filium ponitur vt accidens, vel per ſe, non vt accidens, quia tunc ſaltem poſſet conceptu perfecto pater intelligi ſine eſſe ad filiũ, ſi per ſe, & cum per ſe in ratione rei ſit eſſe de cõceptu quidditatiuo rei vt patet in lib. Poſte. igitur eſſe ad terminum

minum eſt de conceptu quidditatiuo rei. Tertio omnes antecedens prædicata per ſe ſecundi modi, eſt de conceptu quidditatiuo rei, ſed eſſe ad terminum antecedit omne prædicatum per ſe ſecūdi modi relationis, vt patet intelligenti, igitur eſt de ratione formali relationis. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ terminus cuiuſq; relatiui poteſt ſumi vno modo pro eo ad qđ eſt ipſum relatiuum, vt pro filio, ad quem eſt pr̃ ipſe. Alio modo pro habitudine relatiui ad aliquid, vt ꝓ habitudine patris ad filium, quæ habitudo non eſt terminus, ſed quaſi via cū termino, veluti terminus motus, vno modo pôt ſumi pro fine, ad quem motus ceſſat, & in quo cum peruenit mobile quieſcit, & poteſt ſumi pro via cum termino vltimo, vt patet. 5. phy. Logici ponerent hanc diſtōnem hoc pacto ꝙ terminus pôt ſumi categoricæ, & ſyncategoricæ, categoricæ terminus eſt id ſolū ad qđ relatiuum refertur, vt filius ad quē pater refertur, ſyncategoricę eſt filius cū habitudine, quæ eſt ad filium, qđ appellatur eſſe ad, vt dictum eſt, tunc dico ꝙ ſumendo terminum categoricæ vtpote pro filio, ſic non eſt de cōceptu quidditatiuo patris, quia eſſe de conceptu quidditatiuo (vt nunc loquimur) eſt eſſe partem diffinitionis, videlicet, vt genus vel dr̃iam, filius aūt nec eſt pars eſſentialis patris, nec pars quidditatiua, videlicet genus vel dr̃ia, & hoc probant rōnes factæ pro pōne iuniorū, ſi vero terminus accipitur ſyncategoricæ, ſic terminus eſt differentia relationis, quia habitudo ad terminū vt ad filium eſt differentia eſſentialis patris, eſt.n. pr̃ relatiuum ad filium, vbi patet relatiuū poni pro genere ipſum ad filiū poni pro dr̃ia, & hoc intellexerūt antiqui peripatetici. *Excerptum.* Ex iis ſequitur ꝙ licet eſſe ad terminū ſit de conceptu quidditatiuo relatiui terminus tñ non eſt de conceptu quidditatiuo illius, patet prima pars, quia eſſe ad terminum ponitur ꝓ dr̃ia eſſentiali relatiui. *2. dilucida.* Secūda etiam declaratur, quia filius nec eſt genus, nec dr̃ia patris, vt dictum eſt. Aiaduerſione dignum ꝙ alibi diximus ꝙ eſſe de quidditatiuo cōceptu alicuius pôt intelligi dupl'r. Vno modo pro oĩ eo ſine quo res nec eſſe, nec intelligi pôt ſiue ſit illius pars ſiue non, & ſic ſubiectum eſt de quidditatiuo conceptu accñtis, quia accñs nec eſſe, nec intelligi pôt ſine ſubiecto ſm peripateticos vt dictum eſt diſpu. prima huius ſeptimi lib. Alio modo illud dr̃ eſſe de cōceptu quidditatiuo alicuius, ſiue quo res nec eſſe, nec ītelligi poteſt, & eſt illius pars, & ſic genus & differentia ſunt de quidditatiuo conceptu diffinibilis, tunc dici pôt ꝙ terminus eſt de quidditatiuo cōceptu relatiui ſm primū modum, quia licet non ſit pars illius ſine ipſo relatiuum nec eſſe, nec intelligi pôt. Secūdo dici poteſt ꝙ terminus non eſt de conceptu quidditatiuo relatiui ſm modum ſecundum, quia non eſt illius pars eſſentialis, quia nec genus nec differētia, licet habitudo ad ipſum ſit illius, differentia, vt dictum eſt, & hac diſtinctione pôt opiniones illæ cōſiliari. Veteres.n. voluerunt terminum eſſe de cōceptu quidditatiuo relatiui ſm primā rationem. Iuniores intelligunt ſecundū ſecundam rationem. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS modo dilucidatis, ad rōnes facile eſt ſoluere. Ad rōnes pro prima pōne, Ad primam dico ꝙ illa concludit terminum eſſe de quidditatiuo cōceptu relōnis ſm primam acceptionem. Et per idem ad ſecundam. Ad rōnes pro poſitione iuniorum. Ad primam dico ꝙ terminus non eſt de ratione quidditatiua relatiui ſm ſecundā acceptionē, qa nec eſt genus, nec dr̃ia, bene autem ſm primam. Amplius licet terminus nō ſit genus, nec dr̃ia, habitudo ad terminū eſt dr̃ia, vt dictū eſt. Ad ſecundam dici pôt vno modo ꝙ ratio concludit terminum nō eſſe de ratione quidditatiua ſm viam & acceptionem ſecundā, non aūt ſm primā, vel negari pôt minor, quia licet terminus categoricæ ſumptus non ſit de ratione quidditatiua relatiui, tamē terminus ſyncategoricæ ſumptus bene eſt de ratione relatiui, quia habitudo ad terminum eſt de ratione illius. Ad tertiā dico ꝙ non eſt nugatio: ſicut nec dicendo, homo rōnalis, licet rationale bis includaẗ, quia ſemel in ſe, & ſemel in homine, eo quia nō eodem modo, quia rationale eſt pars hominis, homo autem totum, ſic eſſe ad terminum eſt pars relatiui, relatiuum autē totum, & ſic rationes nullæ, rationes factæ in primo capite ſunt ſolute ꝑ dilucidationem. Hæc de. 16. diſpu. dicta ſatis ſunt.

# DISPVTATIO XVII

De quidditate ſex principiorū.

*Num ſex principia ſint reſpectus.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſex principia non ſint reſpectus. Arguitur primo, quia tunc eſſent in genere relationis, & ita non eſſent decē rerum prima genera, quod eſt contra Auicen. 3. ſuæ meta. Secundo ſi eſſent reſpectus, tunc illa conuenirent in genere reſpectus, igitur ſaltem illa ſex eſſent vnius generis: & ita tantum quinque prædicamenta. Tertio ſi ſunt reſpectus: tūc ſubiectū illorū eſſet ad aliquid: & quæritur ſm ꝙ genus eſſet ad aliquid, nō.n. ſm primum, vel ſecundū, vel tertiū genus, igitur nullo modo ſunt reſpectus. In contrariū cōiter ſunt oēs, dicuntur.n. ſex principia, qa ſunt ſex reſpectus, vt dicunt omnes auctoritate Gilberti. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ licet decem ſint ꝑdicamenta quaſi prima rerum genera, vt Boe. inquit, tamen illorum quatuor dicunẗ prædicamēta per anthonomaſiam, & ſex dicta ſunt principia (vt Gilbertus author eſt) dicunẗ quidē prædicamēta, vt græce categoriæ quatenus in oĩbus coordinantur quædam ſupra, quædam infra ſm rationē prædicationis. prima vero quatuor, videlicet, ſubſtantia, quātum, quale, ad aliquid dicuntur ſignanter prædicamenta, quia in omnibus magis apparet ordo ſpērum & generum: reliq̃ ſex, dicunẗ principia, quatenus in illis eſt quoddā primum, ordo tamen in poſterioribus non ita clare ſpectaẗ: immo fortaſſe in illis non inueniuntur ſpecies: vt in prædicamento quando: non.n. eſt de ratione prædicamēti, vel principij, vt ſpecies plures habet, ſed vt in nullo contineatur genere, hac ratione illa ſex principia dicta ſunt: ſunt autem ħ agere & pati: vbi & quando, habitus & poſitio. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione aut parum aut nihil inueni diſputatum à veteribus Expoſitoribus. Quicquid ſit tamen apud iuniores inueni de diſputatione tres opiniones famoſiores. *Poſitio Burlei.* Prima eſt quorundam qui voluerūt hæc ſex prædicamenta eſſe ſex relationes, nam actio & paſſio in qualitate fundantur vtpote in potentia actiua & paſſiua, vbi & quando, in quantitate qm̃ vbi non ineſt ſubie

niſi



niſi illa circunſcribaẗ à loco, vbi.n. à loci circūſcriptione procedit: qn̄ vero ab adiacētia tp̄is, habitus & poſitio fundantur in relatione: habitus quidem, quia conſurgit ex duratione: qua aliquid aliud diu habet: quod fieri non pôt abſque reſpectu: igitur fundamentum habitus eſt reſpectus: pō vero quia ex partium ꝓportione emergit: modo proportio relatio eſt: cum igitur hæc requirant ſubiectum: fundamentum: & terminum cōcluditur hæc eſſe ſex relationes. Pro hac poſitione videtur auctoritas. *Cōm 85.* Auer. 6. phy. vbi ait ſitum ſiue poſitionem eſſe relationē: ait.n. in ſitum non eſſe motum, quia ad relationem nō eſt motus: & vt de ſitu. d. ita de cæteris quinque eſt ſentiendū, *Rationes contra poſitionem primam.* Sed contra obijciunt primo quia tunc non eſſent decem rerū genera prima: quia hæc ſex non eſſent prima. eſſent.n. ſpecies relationis. Præterea nihil eſt in genere quod non ſit ſub aliqua ſpecie: ſed hæc ſex ſub nulla ſpecie relatiui eſſe poſſunt: quia nō ſub modo primo relatiuorum: nec ſub ſecūdo. nec ſub tertio vt conſtat, igitur non ſunt in genere. *Scđa poſitio.* Propter hæc dixerunt hæc ſex eſſe abſoluta, & non relatiua, eo quia nō omne quod alicui ineſt mediāte fundamēto, eſt ad aliquid: albedo.n. ineſt corpori mediante miſtura, & ſuperficie, & non tñ eſt ad aliquid, & multa alia. *3. pō Sco. in li. ſententiarum. 4. diſt. 13. q͂ō. 1.* Alij vero videntur inter hos conſiliari, aſſerunt enim reſpectum eſſe bifariam: alterū extrinſecū aduenientem, dicitur quidem extrinſecus adueniens, quoties poſitis actu extremis non ſemper inter illa emergit reſpectus. verbi cauſa: agere dicitur reſpectus extrinſecus aduenīes, quia licet ponāẗur extrema vt agēs & patiens non tamen ſemper ſurgit actio: vt patuit per multa miracula, quæ ſcripta ſunt in ſacris, de quibus quære libros nr̃æ theologiæ, intrinſecus vero aduenit reſpectus, quoties poſitis extremis, ſemper emergit relatio, vt poſito patre & filio omnino ſurgit paternitas: tūc dicunt ꝙ qui volūt hæc ſex eſſe abſoluta: recte dicunt: qa volunt illa non eſſe relatiua prædicamētaliter & intrinſece: alij volūt eſſe reſpectus extrinſece: & ſic ambo pñt reduci in bonū. *Confutatio.* Sed hæc pō non eſt peripatetica: qm̄ ſi reſpectus intrinſecus aduenīes eſt relatio ꝑdicamentaria: tunc omnes iſti reſpectus eſſent ꝑdicamētarij, quia peripatetice ſentiendo nō pôt fieri vt ſint agens & patiens approximata, & non emergat actio, quicquid ſit ſm veritatē: igiẗ ſi debemus loqui peripatetice, oportet fateri hæc ſex principia eſſe vere relationes intrinſecus aduenientes, eo quia ſm peripateticos poſitis extremis oĩno oportet relationē accidere, præterea apud peripateticos relatio eſt, quam aliquid hoc ipſo quod eſt, ad aliud dicitur vt in prædicamētis tradit Ariſ. ſed actione agens & paſſione patiens hoc ipſo, quod ſunt, vidētur dici ad aliquid, igitur ſunt relationes, nec vnquam alibi relatiua deſcripſit Ariſt. Amplius non pôt intelligi corpus circūſcribi à loco, & nullibi eſſe, vel contineri tempore, nō aliquando eſſe, igitur vbi & quando intrinſecus adſunt, demum non eſt intelligibile aliquid habere diu aliud quicquam: & nō relinqui habitum, ſimiliter eſſe proportionem partium ſine ſitu, propterea hæc conſideratio eſt ambigua.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Prima ſuppō.* PRO dilucidatione. Primo ſummo ꝙ actio & paſſio ſi ſumūtur pro reſpectibus ſunt vere relationes ꝑdicamētariæ, vt deductum eſt. Amplius ſitus ſiue poſitio etiam relatio eſt, vt ponit Auer. expreſſe cōtra Auicē. 6. phyſi. auſcul. cōmēto præallegato, eſt.n. ſitus ordo partiū in cōparatione ad locum, & ita tria, videlicet, actio, paſſio, & ſitus, ſine dubio relationes ſunt, & ꝑdicamentariæ, cætera tria ſunt abſoluta ſm primā rationē, quia vbi, eſt locus, quando tēpus, habitus qualitas. Secūdum vero ſcđam rōnem ſunt ad aliqđ, vbi.n. eſt locus vt circūſcribens locatū, quando vero eſt tp̄s vt relictū in re tꝑaria: habitus aūt qualitas vt diu conſeruata, & ſic addunt de ſecūda rōne relationes: licet ſm eſſe ſint ſimpl'r abſoluta, ſunt igitur horū ſex tria principaliter abſoluta, vt vbi, quando, & habitus, tria principaliter relatiua, vt actio, & paſſio, & ſitus. *Secunda.* Secundo ſumo ꝙ hæc ſex pñt cōſiderari vt quid, & vt modi, vt quid, ſunt certi gñis, qa vbi & qn̄, gñis quantitatis, actio & paſſio, generis relationis, habitus qualitatis, & ſitus relationis, vt modi, ſic ſunt prima principia & ſuorū coordinatorum generaliſſima, habent.n. vt ſic quendam modū ſeſe habēdi, quo in nullo continenẗ genere. Vel ſub alijs verbis hæc poſſunt conſiderari quo ad id quod ſunt, & quo ad modum quo ipſa ſunt, quo quidē ad id quod ſunt, ipſa certi ſunt generis, quo vero ad modū quo ipſa ſunt, ipſa ſunt genera prima aliorū. His ſuppoſitis, dico primo ꝙ hæc oĩa nec ſunt reſpectus, nec abſoluta, patet: qa tria ſunt relationes, & tria abſoluta. Secūdo dico ꝙ quouis modo ſint, vt quid, & quo ad id quod ſunt, ſunt in certo genere, vt modi vel quo ad modum quo ſunt, ſunt genera prima. Hæ concluſiones ex ſuppoſitionibus deduci poſſunt facile, & de dilucidatione ſatis diximus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam dico ꝙ non eſſent prima genera, ſi eſſent vt quid & vt modi in prædicamēto ſed quia ſm rem ſunt in prædicamento, & vt modi hñt modos proprios, idcirco ſunt genera prima. Ad ſcđam patet ſolutio, non.n. oĩa ſunt reſpectus. & cōcedo ꝙ illa tria cōueniūt in genere relationis vt quid, nō tñ vt modi. Ad tertiā dico ꝙ actio & paſſio ſunt ad aliquid ſm modū eorū, quæ fundanẗ in potētia, ſitus vero ſecundū modū eorū, quæ fundanẗ in mēſura. Animaduerte tamen ꝙ nonnulli tenent quatuor tm̄ eſſe prædicamēta, & hæc ſex non eſſe ꝑdicamēta, quia ſunt ſpēs prædicamenti, nec Ariſt. enumerauit niſi quatuor, & ſi enumerauit, nunquam brobauit, & propterea eſt ſignum decem eſſe prædicamēta eſſe famoſum, non autē demonſtratiuum, & mihi placet, non enim video demonſtrationes pro aliqua parte huius problematis. Hæc de decimaſeptima diſputa. & ita de libro Quinto ſatis.

FINIS QVINTI LIBRI.

# LIBRI SEXTI

## METAPHYSICORVM

## DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In ſeptem Diſputationes diuiſi.

1 *Nū finis ſcientiæ practicæ cōſideretur ex ordine ad finē.*
2 *Nū practicū & ſpeculatiuū ſint eſſentiales dr̃iæ ſciæ.*
3 *Num diuiſio ſcientiarum in textu, ſit bene poſita.*
4 *Num ſcīa vnius generis ſit vna etiā per aggregationē.*
5 *Num de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia.*
6 *Num de vero conſideret Metaphyſicus.*
7 *Num ens rationis ſit in prædicamento.*

PRAEFATIO

## PRÆFATIO.

HACTENVS Andrea magnanime nominum confuſiones abiecit in quinto huius diuinæ ſcientiæ libro nunc in ſexto hoc, cõſiderandi modum tradidit quo hac in ſcientia res ſint conſiderandæ refellens, videlicet errorẽ qui oriri ſolet ex hac re vbi & diſputationes haſce conlegimus & tibi vt priores cenſendas mittimus, fuerunt ęquidem mihi laborioſæ, ac difficultate plenæ, ſed vtcunque ſit tua auctoritate fretæ maledicorum ſuſurrus non horreſcent. Vale.

*Quare ſi omnis ſcientia aut actiua, aut factiua, aut theorica &c. Tex. cõmen. primi.*

## DISPVTATIO PRIMA
### De fine ſcientiæ practicæ.

*Num practica ſcientia ſortiatur finem ſuum ex ordine ad finem.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD ſcientia practica ſortiatur ſuum eſſe practicũ ex fine. Arguitur primo quia tertio de anima ab Ariſtotele & Auerroe habetur ꝙ practicus intellectus à ſpeculatiuo differt fine. *Com. 4.* Secundo Ariſtote. primo huius ait practicã eſſe ſpeculatiua ignobiliorem, quia practica vſus gratia eſt, igitur ab vſu atq; fine ſortitur eſſe. Tertio in. 2. lib. huius tam ab Ariſt. ꝗ ab Auerroe accipitur ꝙ finis practicæ eſt opus, ſpeculatiuæ vero veritas. *Com. 3.* In contrarium arguitur, quia Ariſto. in textu videtur diſtinguere ſcĩam practicã & ſpeculatiuã pœnes obiecta: vt Auerroes indicat commento primo. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli. Primo debes ſcire ꝙ in omni ſcientia duo ſunt finis, videlicet & obiectũ, ſiue ſubiectum. Hæc autẽ interdum concidunt in idem, vt in omnibus ſpeculatiuis, idem. n. eſt finis, & obiectũ in illis, eſt. n. obiectum vniuſcuiuſq; ſpeculatiui finis gratia cuius, omnem. n. conſideratioñe illius gratia facit ſpeculans & illud finaliter intẽdit, & de illo affectiones, & accidentia perquirit, atq; diffinitionem veſtigat. Interdũ vero ſeparantur, vt in practicis, non. n. in ſcientia medicinali idem eſt obiectum medici & finis, obiectum enim fortaſſe corpus eſt humanum, quia ipſum contemplatur, & de ipſo affectus, accidẽtiaq; conſiderat & ipſius diffinitionem perquirit, at finis eſt illius ſanitas vt per artem medicinæ eſt operabilis vel actu curationis, vel conſeruationis, vel præſeruationis. Præterea dato etiam ꝙ idem eſſet obiectum & finis in his, nõ tñ eadẽ in ratione illud eſſet idem, quia alia rõne eſſet corpus humanũ obiectũ, & alia finis, eſſet. n. obiectũ, vt cõtemplabile quicquam, finis vero vt operationi ſubiectum. Secundo debes ſcire ꝙ ſcĩam practicam vel ſpeculatiuam ſortiri ſuũ eſſe practicũ, vel ſpeculatiuũ à fine aut obiecto, eſt accipere ſuum eſſe à fine vel obiecto, tanꝗ ab his, è quibus per ſe & eſſentialiter habet eſſe. Ex his colligitur titulus, cum in omni practica ſint obiectum & finis, qui eſt praxis. Vtrum practica accipiat rationem eſſentialem à fine vel obiecto, vel vtroque, & quoniam in omni ſpeculatiua idem eſt obiectum, & finis, patet omnem ſpeculatiuam ſortiri eſſe ab obiecto, ideo quæſtio eſt de practicis, & non de ſpeculatiuis. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Thomiſtarum.* DE diſputatione nonnulli Thomæ ſectatores ſimpliciter protulerunt illud è quo ſcĩa eſt practica, & denominatꝛ practica: & ꝑ quod differt à ſpeculatiuis, eſſe finem: qui eſt praxis, de qua tãta diximus primo huius. *Rationes.* Pro hac põne argui ſolet primo auctoritatibus, quæ tactæ ſunt primo capite. Secundo quia idem obiectũ eſt contemplabile & operabile, & vt cõtemplabile eſt obiectum ſpeculatiuarũ, igitur vt operabile eſt dr̃ia practicæ, & ſic ab operatione ſortitur eſſe practicum. Tertio practica eſt ꝑꝑ conformitatẽ ad opus. 6. Ethico. igitur ab opere ſortitur eſſe practicum, *Obiectiones.* Sed obiiciunt aliqui. Primo, quia practica dicitur ſcĩa ꝑꝑ extenſionem aptitudinalẽ, ſed oĩs aptitudo eſt reſpectus & ſupponit principium, vnde fluit, igitur ſcĩa non ſortitur eſſe practicũ ab illa aptitudine, ſed à principio illius aptitudinis, ſed principium illius eſt obiectum: igiꝛ ab obiecto. Secundo arguunt ſi à fine ſcĩa ſortitur eſſe practicũ, aut ab illo vt intentus, aut vt in re, non vt in re: quia ſic eſt poſterior, & nullius prioris cauſa, non vt intẽtus. Primo quia ſic haberet rõnem obiecti. Secundo quia antequã finis intendatꝛ ſcĩa habet ſuum eſſe practicum. Tertio principaliter arguunt quia ſcĩa practica habet duplicem reſpectum aptitudinalem ab obiecto, quia conformitatẽ & prioritatem, conformitatem quidem, quia obiectũ eſt rectitudo praxis, & illam virtualiter continet. prioritatem vero quia ab obiecto ſpeculatiua eſt prior practica: pręterea quia obiectũ eſt operabile. Propterea eſt intellectione poſterius. Hæc de poſitionibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1. ſuppoſitio.* PRO dilucidatione. Primo ſumo ꝙ ſcĩa practica, & ſpeculatiua ſunt formę intellectus pots, quibus ipſe denominatur formaliter practicus & ſpeculatiuus: veluti albedo eſt forma parietis: qua ipſe denominatꝛ formaliter albus, hanc ſuppoſitionem non aliter declaro, ſed ſuppono ex lib. de aĩa. 3. Secũdo ſumo ꝙ oĩs forma dependet è tribus cauſis tm̃ eſſentialiter materia, videlicet, agente, & fine: compoſitum vero ex materia & forma à quatuor, vt à forma, materia, efficiente & fine. *2. ſuppoſitio.* Prima pars patet, quia forma eſt actus materiæ ab agente illatus, ad opus ordinatus, vt oẽs pħi dederũt. Secunda etiam probatꝛ, quia cõpoſitũ depẽdet non tm̃ à materia, efficiente & fine, ſed etiam forma, è qua non põt forma dependere, quia formę non eſt forma, & ſic ſcĩa ipſa practica quatenus eſt forma intellectus: ſolum à materia, & ab agente, & fine dependet, intellectus vero practicus cum ſit compoſitum depẽdet ab oĩbus cauſis, qa à materia, forma, agẽte, & fine. *1. concluſio.* His ſuppoſitis dico tria. Primũ eſt ꝙ ſcĩa practica non tantũ ab obiecto nec tantum à fine ſortitur ſuum eſſe practicum, deduco quia forma eget pro ſui eſſe in ſubiecto, & pro ſui eſſe in rerum natura tribus cauſis, quia materia, qua ſuſtẽtetur, agente, quo inducatur: fine, quo non fruſtraretꝛ, & quo moueatur agens ad illam educendam. *Secunda.* Secunda concluſio eſt, ꝙ intellectus practicus ꝑ ſui eſſe requirit. 4. cauſas. ſcĩa vero practica, tres tm̃. Hæc patet ex p̃dictis ſuppoſitionibus, nã ſciẽtia practica, eſt forma intellectus: igitur indiget intellectu pro ſui ſuſtentatione: eſt actus agentis, igitur indiget agente pro ſui eductione, eſt intenta, igiꝛ & fine eget: at intellectus practicus eſt quid compoſitum ex ſcientia practica & intellectu: & ideo eget intellectu & ſcientia practica tanquam ipſius partibus,



*Tertia.* tibus, & fine & agente: vt dictum eſt. Tertia concluſio ſcientia practica ſuum eſſe ſortitur principalius à fine quam ab obiecto. Deduco primo à principaliori cauſa, principalius ſortitur eſſe: ſed finis eſt principalior cauſa ipſo efficiẽte, igitur ab illo ſortitur principalius eſſe, quàm ab obiecto, quod eſt effectrix cauſa. Secundo, à cauſa quæ eſt omnium cauſarum cauſa, principalius effectus dependet in eſſe, ſed finis eſt cauſa cauſarum, vt omnes volunt, igitur vt prius. Hæc de dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis ad rõnes pro opĩonibus facile ſoluuntur. Ad auctoritates dico ꝙ non ſunt comparatiue, nam quæ. d. ſcientiam practicam ſortiri eſſe à fine, recte dñt, & quę dicunt ab obiecto, etiam bene ſentiũt, quia ab illo habet eſſe: & non tñ per tales habere quonam magis vel minus eſſe ſortitur, & ſic nihil contra dilucidationem ſunt. Ad ſecũdam rõnem pro poſitione prima dico ꝙ ratio concludit dilucidationem, quia ab obiecto vt operabile eſt principalius ſumit eſſe, & hoc eſt pro dilucidatione. Et per idem ad tertiam. Ad rõnes pro ſecunda poſitione dico ꝙ ſiue practicum dicat aptitudinem, ſiue actum, ſciẽtia habet eſſe & aptitudinem illam à principiis eius, talia ſunt tria vt dictum eſt; & eo principalius à fine, quo ille eſt potiſsima cãrum & ſic negatur minor, eſt. n. principium illius aptitudinis non tantum obiectum, ſed finis. Ad ſecundam dico pro modo ſcientiam practicam ſortiri eſſe à fine vt intento, non tñ pro ipſo intento, vt ipſi dicunt, quia aliud eſt eſſe finem in intentione, & pro intẽtione. Ad rõnes contra hoc. Dico ad primam ꝙ finis vt intentus & pro intentione habet rationem obiecti, non autem in intẽtione & pro re. Ad ſecundam dico ꝙ licet anteꝗ actu finis intendatur ſit practica, non tñ anteꝗ ſit aptus intendi. Ad tertiam principalem patet ſolo: concedo. n. ab obiecto illa haberi, ſed non principaliter, immo habet illa ab oĩbus cauſis, veluti, & eſſe principaliter tñ à fine, eo quia eſt prima cauſarum. Per idem ad rationes primi capitis. Hęc de prima diſputatione.

## DISPVTATIO SECVNDA
### De diuiſione ſcientiæ in practicam & ſpeculatiuam.

*Num practicum & ſpeculatiuum ſint eſſentiales differentiæ ſcientiæ.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod practicum & ſpeculatiuum ſint dr̃iæ ſciẽtiæ. Arguitur primo, quia Ariſt. in textu diuidit ſcientiam per illa, igitur ſunt dr̃ię ſcientiæ, & non accidentales, igitur eſſentiales. Secundo ſcientia eſt genus quoddam, igitur per differentias eſſentiales diuidi debet, & non vr̃ quibus, niſi illis, igiꝛ illę ſunt dr̃iæ eſſentiales. In contrarium arguunt quia res vnius prædicamenti non eſt differẽtia eſſentialis rei alterius, ſed practicum & ſpeculatiuum ſunt reſpectus, & ſcientia eſt qualitas, igitur non ſunt differentiæ eſſentiales, qđ illa ſint reſpectus. probatur, quia practicũ eſt ordo ad opus, ſpeculatiuum priuat illum ordinem, & ſic diſputatio eſt ambigua. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DIFFERENTIA eſſentialis ea eſt, qua genus diuiditur: quaque ſpecies conſtituitur, vt rationale, quo animal diuiditur, & homo conſtituitur, & propterea differentia eſſentialis eſt, quæ ſumitur à forma, accidentalis vero qua differunt indiuidua, & quæ ſumitur à materia, vt album & nigrũ, & id genus. Amplius dici ſolet ꝙ eſſentialis dr̃ia eſt, quæ variat eſſentiam, accidentalis vero, quæ non variat eſſentiam. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Monachi.* DE diſputatione dixerunt nonnulli practicum & ſpeculatiuum non eſſe eſſentiales differentias ſcientię, quia differentiæ eſſentiales non ſumuntur à ſubiecto, modo practicum & ſpeculatiuum ſunt potẽtię animæ, quibus anima ſubiicitur ſcientijs, practicis quidem per practicam potentiam: ſpeculatiuis vero per ſpeculatiuam, igiꝛ practicum & ſpeculatiuum vñr eſſe ſubiecta, & ita differentiæ ſumptæ ab illis ſunt accidentales, & nõ eſſentiales. Alij probãt idem per rationem tactam, quia res vnius prædicamenti non poteſt eſſe differentia eſſentialis rei alterius prædicamẽti: ſed practicum & ſpeculatiuum ſunt reſpectus, ſcientia autem eſt qualitas, igitur non poſſunt eſſe differentiæ eſſentiales ſcientiæ. *2. poſitio.* Alij dicunt practicum & ſpeculatiuum eſſe differentias eſſentiales ſcientiæ. Probãt per rationem tactam, quia ſcientia eſt genus, & diuiditur per illa, igitur ſunt differentiæ eſſentiales. *3. poſitio.* Tertij conſiliant, dicũt. n. ꝙ practicũ & ſpeculatiuum poſſunt ſumi aut pro reſpectibus, quibus ſcientiæ ſunt aptæ, illa quidem ad dirigendũ intellectum ad opus, ſpeculatiua vero ad priuandum talem reſpectum, & ſic recte dicunt primi ꝙ talia non ſunt differentiæ eſſentiales, ſed accidentales, vel paſsiones ſcientiarum: aut poſſunt ſumi pro principijs eſſentialibus, è quibus fluunt tales reſpectus, quæ principia circũloquimur per tales reſpectus, & ſic ſunt differentiæ eſſentiales, quia ſunt abſoluta, & non reſpectus: & hoc pacto ſunt differentiæ eſſentiales: & per ſe, quibus ſciẽtia diuiditur. Hæc eſt mens Ioannis. *Confutatio.* Sed mihi non placet h̃ determinatio. Primo quia practicum & ſpeculatiuum ſumuntur aut ab obiectis, aut à fine, & vtcũque ſumantur, ſunt extrinſeca à ſcientia, igitur per illa non poteſt ſcientia à ſcientia eſſentialiter differre. Secundo omnes ſcientiæ ſunt eiuſdem ſpeciei habitus, vt patet in capitulo qualitatis, ſed quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non differũt differentijs eſſentialibus, igitur illa nõ poſſunt eſſe differentiæ eſſentiales. Prętere a quæ differunt ſpecie non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto vt dicitur. 10. huius in textu & cõm. 13. Sed omnes ſcientiæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, igitur non differunt ſpecie, & ſic practicum & ſpeculatiuum nõ ſunt differẽtiæ eſſentiales ſcientiarum. Hæc de opinionibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Suppoſitio.* PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ ſcientia quo ad ſuam primariam rõnem, atq; ſuum primarium ſignificatum eſt qualitas de prima ſpecie qualitatis, & ens ſimpliciter abſolutum, quo vero ad rõnem ſecundariam atq; ſignificatũ ſecundarium eſt relatiuũ quoddã per ſe ad ſcibile, vt. 5. huius eſt declaratum. *1. conclu.* Tunc dico duo. Primum ꝙ ſcĩa ſm̃ primariam vel eius rõnem, vel eius ſignificationem eſt ſpecies habitus: & non diuiſibilis per ſe tanꝗ per differẽtias eſſentiales per practicum & ſpeculatiuum. probatur, quia ſpecies vltima non diuiditur niſi per accidentales differentias. Sed ſcientia ſm̃ primariam eius rationem vel eius ſignificationem eſt ſpecies habitus vltima, igitur practicum & ſpeculatiuum non ſunt illius differentiæ eſſentiales. *2. concluſio.* Scđm ꝙ ſi

conſideretur ſcientia quo ad eius vel rationem, vel ſignificationem ſecundariam, ſic practicum & ſpeculatiuum ſunt eſſentiales dñæ quatenus ſumuntur in reſpectu ſcibiliũ vel operabilium per illas, declarat, quia relationes ſunt dñæ relatiuorum eſſentiales. vt.5.huius dictũ eſt ſed ſcientiæ ſunt relatiua, & practicum & ſpeculatiuum illarum relationes, igitur ſunt dñæ eſſentiales illarum. Ex his apparet conſilium inter põnes, nam prima poſitio, quæ ait practicum & ſpeculatiuum non eſſe dñas eſſentiales, põt verificari ſumendo ſcientias quo ad earũ primariam vel rõnem vel ſignificationẽ. Secunda autem poſitio, quæ.d.illa eſſe dñas eſſentiales ſcientiarum, verificatur ſumẽdo ſciẽtias, quo ad illarũ rationem vel ſignificationem ſecũdariam, & ſic ambæ recte poſſunt ſentire. Hæc de dilucidatione. *Conſilium.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis ad rationes primi capitis per conſilium facile ſoluitur. Ad primam dico ꝙ Ariſt. conſiderat ſcientiam quo ad eius ſecundariam vel rationẽ, vel ſignificationem. Per idem ad ſecundam dico ꝙ ſcientia quo ad eius ſecundariam vel ſignificationem, vel rationem eſt genus, quo vero ad eius primariam vel ſignificationem vel rationem eſt ſpecies habitus. Ad rationem in contrarium patet ſolutio, practicum.n.& ſpeculatiuũ dñæ eſſentialis ſciæ ſunt, quatenus illa eſt relatiuum quoddam, non autem quatenus eſt ſpẽs habitus, & ſic patet ſolutio. Hæc de diſputatione ſecũda.

*Quare tres erunt philoſophiæ theorice, mathematica, phyſica, theologia &c. Tex. cõm. 2.*

## DISPVTATIO TERTIA
### De diuiſione ſcientiarum in tria genera.

*Num conueniens ſit diuiſio ſcientiarum in textu poſita, in Mathematicam, Phyſicam, & Theologiam.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Quod diuiſio ſcientiarum in textu aſsignata nõ ſit recte aſsignata. Arguitur primo logica, & rhetorica, & grãmatica, & poetica ſunt ſpẽs ſciæ, & ſub nullo membro diuiſiones in textu aſsignatæ continẽtur, igitur diuiſio mala. Secundo ſubalternãs ſcientia non ponit in numero cum ſubalternatis, nec diuiditur contra illas. Sed metaphyſica ſubalternat ſibi phyſicam & mathematicam, quia ſubiectum metaphyſicæ continet ſubiecta illarum, vt arguit Ariſt. in primo poſteriorum: igitur non eſt conueniens hæc diuiſio. Tertio arguit Ioannes ſcientia debet diuidi ad diuiſionem entis, quia oĩs ſciẽtia eſt de ente: ſed ens diuiditur in decem genera rerum prima: igitur decẽ ſunt primæ ſcientiæ ſpecies. Quarto vna eſt ſcientia, quæ eſt de corporio, vt naturalis. igitur vna erit quæ eſt de incorporio, & hanc non ponit Ariſt. igitur mancus. Quinto naturalis & mathematicus conſiderant de eadem re, vt de quanto, igitur non contradiuiduntur. Sexto diuiſio omnis debet eſſe bimembris, vt dicit Boetius: & Porphyrius, ſed ſubdiuiſio poſita in textu eſt i tres ſpecies, igitur non eſt conueniens. In contrarium ſunt Ariſt. & Auer. & omnes expoſitores. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Pro intellectu tituli debes ſcire ꝙ Ariſto. in textu ſcientiam diuidit prima diuiſione in practicam ſiue operariam, & theoricam ſiue contemplatoriam, contemplatoriam vero ſubdiuiſit in tres, vt in naturalem ſiue phyſicam, mathematicam, ſiue diſciplinabilem, & metaphyſicam, ſiue ſupernaturalem, propterea quæſitum eſt ſi hæc diuiſio ſit recte data. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Primi itaque philoſophantes, qui rerum diſtinctiones non cognouerunt, aſſerentes omnia eſſe vnum ens, ceu Parmenides, & Meliſſus, & quamplures ſcientiarum nullam fecerunt diuiſionem prorſus, horum argumentum eſſe potuit, quia ſcientiæ ſecantur veluti & res ipſæ, de quibus ſunt: at res nullo ſecantur pacto, hac ratione nullam potuerunt ſciẽtiarum diuiſionem proferre. *1. Poſitio.* Poſt hos phyſiologi qui rerum diſtinctiones balbutiri cæperunt corporea tantum percipientes & naturalia, naturalem ſcientiã fecerunt primam phiam. & nullam aliam cognoſcentes, ceu omnes illi qui intellectum putauerunt ſenſum eſſe. *2. poſitio.* Plato nouit rerum diſtinctiones, verum ſcientiarum nec ordinem, nec diuiſionem feciſſe vllam creditum eſt. Immo ſcientias adeo confundit vt nullus in ſuis libris ſpectetur ordo, nulla pænitus diuiſio, vnde Ariſto. primum ſcientiam ad ordinem, diuiſionemq; reduxit, vt græci fere omnes tradunt. *Qua Plato.* Alij vero aſpicientes ad ſubdiuiſionem, dicunt ꝙ diuiſio ſciẽtiæ ſpeculatiuæ in tres, videlicet, metaphyſicam, phyſicam & mathematicam eſt conuenienter aſsignata, tribus, videlicet, ſeruatis. primum ꝙ loquatur Ariſtoteles de ſpeculatiuis realibus. Secundũ ꝙ de illis quæ per ſe primo, & proprie ordinantur ad ſcire vt in finem, quod dicunt propter medicatiuam quæ aliquo pacto ordinatur in ſcire, non tamẽ proprie, & principaliter: & ſolum. Tertium ꝙ de ſpeculatiuis naturali lumine acquiſitis, quod dicunt propter theologiam, quæ non naturali lumine habetur, ſpeculatiua igitur ſcientia realis, per ſe primo ordinata ad ſcire, naturali lumine acquiſibilis per ſe diuiditur in metaphyſicam, phyſicam, & mathematicam. *Poſitio aliorũ.* Dicunt primo realis propter logicam, grammaticam, rhetoricam, poeticam, & omnes quæ non ſunt de rebus. Dicunt ſecundo quæ per ſe primo ordinata eſt ad ſcire, & propter moralem etiam, ſed nõ principaliter, immo primo & principaliter ad opus. Dicunt tertio lumine naturali acquiſibilis propter theologiam noſtram, quæ eſt ex creditis. Sed hæc determinatio eſt inſufficiens. Primo quia omnis diuiſio eſt bimembris, & per hanc non patet quo nam pacto hæc trimembris reducatur ad bimembrem. *Confutatio.* Secundo quia per hanc non apparet ſufficientia oĩum ſcientiarum. Ariſt.n. debuit aliquo in loco dare diuiſionem ſufficientem omnium ſcientiarum, & nullibi dedit, igitur eſt mancus, propterea dandus eſt modus, quo hæc tollantur. Hęc de opinionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De diuiſione ſcientiarum legi multos celeberrimos authores: vt græcos, Arabas, & Latinos, apud me tamen nullum vidi peritiorem Alpharabio Babyloniẽſe: hic enim pace græcorum dixerim in quodam codicillo de diuiſione ſciẽtiarum adamuxim omnes ſcientias amplexus eſt, & illas optima via enumerauit. Themiſtius tamen in proœmio auſcultationum phyſicarum diuiſionem Ariſtote. generalem pulchre expoſuit, ideo hos precipue ſequar. ſcientia igitur authore Alpharabio prima ſui diuiſione diuiditur in eam quæ de vocibus, & in eam quæ de rebus. *De diuiſione ſcientiarum.* Ea quidem quæ de vocibus (vt mihi videtur) cõmuni verbo logica dici poteſt,



põt, ideſt ſermonica, cuius primę partes ſunt dialectica, & grammatica, namq; de vocibus eſt quo ad cõgruũ, incongruũue & ornatum grammatica græcæ dr̃ latine literaria, cuius inuentrix fuit Carmenta, quæ vero conſiderat voces, vt ſigna veri falſiue, ꝓbabilis, & veriſimilis dialectica communi verbo appellari pt̃. dialegome.n. græcę latine diſſero: vel diſputo. Inde dialectica græcæ erit latine diſſerendi facultas: huius ſpẽs ſunt Analy. Topica, Sophiſtica, Retorica, atq; Poetica. Analy. græcæ latine eſt reſolutoria, quæ quia docet iudicium. Iudiciaria appellatur à Cicerone primo topi. hanc abſoluit Ariſto. in lib. prio. qui eſt de ſyllogiſmo ſimplr̃, & in lib. poſte. qui eſt de ſyllõ demonſtratiuo. Topica vero græce latine eſt locaria, quatenus docet loca, ſedes atq; maximas, quibus probabiliter de quolibet poſſumus diſſerere, hanc Ariſt. abſoluit in octo libris. Sophiſtica autem græcæ latine deceptoria, eo quia docet ſyllogizare & paralogizare. hanc abſoluit in duobus libris elẽchorum Ariſ. Rhetorica gręcę latine eſt exercitatoria, quatenus tradit regulas, ex quibus poſſumus aut inducere, aut exẽplo perſuadere animos aduerſæ opĩonis. Hanc Ariſt. abſoluit in tribus libris rhetoricæ. Eſt tñ apud græcos rhetoricæ quidam libellus non per libros ſectus, Ariſt. attributus, quem nonnulli non Ariſt. ſed Gorgiæ Leõtino aſcribunt: nam Quintilianus nonnulla Gorgiæ in ſua oratoria tradit, quæ reperi in illo lib. re vera tñ ad Alex. regem de rhetorica liber eſt Ariſto. poetica vero quæ à pieo verbo græco deſcendit, latine creo, ſiue facio ea eſt, quæ fingit quædam ad hominũ perſuaſionem, quæque nõ differt (vt mihi vr̃) à rhetorica, niſi ꝙ rhetorica proprijs perſuaſionibus perſuadet, poetica vero fictis: vnde poetæ mimmi rhetoricorum atq; phorum laruæ appellantur hanc abſoluit Ariſt. in vno poeticæ lib. Sic igitur patet quæ ſint ſcientiæ vocum. Scientia rerum vt docent Them. & Alpharabius prima ſui diuiſione diuiditur in practicam ſiue operariã & theoreticam: ſiue ſpectatoriam. Practicæ duæ ſunt præcipue ſpecies: medicinalis, & moralis. Medicinalis quidem illa, quia docet regulas quibus delentur morbi, & valitudo conſeruetur in corpore. Moralis vero hæc, quia docet vias quibus animæ vitia tolluntur & virtutes indicantur, harum ſubdiuiſiones omitto, ne longus videar, ſpeculatiuæ vero partes tres ſunt naturalis, metaphyſica, & mathematica, primæ diuiſionis in practicam, & theoreticam rationem ex hoc nãciſcif Them. quia animę duplex eſt vis, appetendi vna cognoſcẽdi altera id genus, quod perficit appetitum practicum appellant peripatetici, quod in cognoſcendo perficit mẽtem ſpeculatiuum dicunt. Secundæ diuiſionis vero rõnem tradit Them. quia ea ſpeculatio quæ circa res materiæ coniunctas, quæque auxilio ſenſus: & viſionũ ope ipſum poteſtatis intellectũ perficit naturalis ſcientia nuncupatur ea ratione quod & circa eas res: & in his conſiſtere natura vr̃, ea vero ſpeculatio, quæ circa res eſt omnino à materia abiunctas quæque dicuntur ſimpliciter & per eſſentiam ſeparatæ. Metaphyſica vocaẽ quia.ſ. poſt naturalium rerum traditionẽ inſtituta eſt, ea demum quæ verſatur circa res partim materiæ coniunctas, partim ſeparatas mathematica appellatur, hæc .n. de rebus eſt, quæ ẽm eſſe materiæ ſunt coniunctæ, ẽm vero rationem à materia ſunt ſeparabiles. Hæc ex Them. Quare omnis ſcientiæ diuiſio generali quadã ratione eſt, aut de vocibus: aut de rebus ſi de vocibus logica eſt, ſi vero de rebus, aut perficit vim appetendi,

& ſic eſt practica, aut vim cognoſcendi, & hæc aut de ſeparatis, aut de coniunctis, ſi de coniunctis, ſic eſt naturalis. ſi de ſeparatis aut ſimpliciter: & ſic eſt metaphyſica: aut ẽm quid, & ſic eſt mathematica. Multe poſſunt aſsignari ſpecies & ſub ſpecies, vt Alpharabius docet, verum nos ratione quadam vniuerſali procedimus. Ex his apparet Ariſt. otelem ſolum amplexum eſſe rerum ſcientias, & non omnes indifferenter rerum & vocum. *Excerpta et ꝺ lucidatio.* Secundo apparet quo nam modo diuiſio Ariſto. eſt genera li ratione tradita. & reducibilis ad bimembrem. Tertio apparet qualiter diuiſio Ari. tradita in textu eſt ſufficienter aſsi gnata. Sed circa dilucidationem occurrunt difficu'tates. *Dubitationes.* Prima qualis nam ſit ſcientia de Anima an metaphyſica? *Prima.* Secunda qualis nam ſit trium ſcientiarum ordo? *Secunda.* Tertia ſub quo horũ diuinandi ſcientiæ contineantur, vt ſomniorum interpretatiua: augurica, & id genus. *Tertia.* Amplius necromantia, & magica, & cæteræ id genus. Quarta eſt quia licet de partibus naturalis ad libros naturales, & de partibus mathematicæ ad libros mathematicæ ſpectari debeat, quæritur de partibus metaphyſicæ, nam de his ſpectare debet ad hunc librum. *Quarta.* Animaduerſione dignum pro ſolutione. Ad primam nos in libris de Anima, quos primo edidimus tenuiſſe ſcientiam de Anima eſſe mediam & mathematicam propter auctoritatem Them. & Ariſtote. *Si ſcientia d'a ſit mathemati.* Nunc vero ſum huius opĩonis: ꝙ ſcientia de Anima eſt pars libri de ani malibus, & parua naturalia etiam partes librorum de animalibus, liber.n. de animalibus eſt magnus. & ſectus in. 42. libros, vt author eſt Plin. quod non eſſet, niſi inter libros de animalibus connumerarentur tres libri de anima, & omnes libri paruorũ, propter quod liber de animalibus eſt ſeptimus & vltimus & liber de anima & parui ſunt illius partes. Signum autem eſt quia in omnibus codicibus græcis cum libris de Animalibus reperiuntur tres de Anima, & omnes parui, & ſic faciunt omnes græci. Id autẽ quod Them. dicit, non eſt ꝙ ſcientia de Anima ſit mathematica, ſed ꝙ mathematice ſint ſcientiæ de Anima, quatenus mathematicæ ſunt ſciẽtiæ de rebus Animæ, quia de rebus per Animæ actionem ſeparatæ, non autem de rebus ſeparatis per eſſentiam, & naturam rei verum in editionibus noſtris ſecundis res iſta apertius pertractabitur. De ordine vero harum Albertus lib. phorum primo voluit primam ẽm rei naturam eſſe metaphyſicam. Secundam eſſe mathematicam. Vltimam autem eſſe phyſicam: ordine vero ad nos dicit phyſicam eſſe primam. Mathematicam ſecundam. Vltimam metaphyſicam. *Sol. 2. Poſitio Alber.* Mouetur autem ꝙ rerum ordo de quibus hæ ſunt, vr̃ iſte, res.n. abſtractæ per eſſentiam ſimpliciter primæ ſunt ẽm rei naturam. Mathematicæ vr̃ medię inter ſimpliciter, abſtractas & ſimpliciter materiæ cõcretas, igit ille debet eſſe ordo. Sed h̃ Alberti ſolutio non ſapit peripatetici quicquam Ariſt. in lib. præſenti inquit. Si igitur non eſt aliqua altera ſubſtãtia præter natura cõſtãtes, phyſica nimirũ erit prima ſcĩa. *Confutatio.* Preterea quę abſtrahuntur ẽm rationem ab aliquibus: ſunt poſt illa, è quibus abſtrahuntur. Sed ea quæ conſiderantur in mathematica abſtrahũtur à rebus naturalibus, igitur ſunt poſt res naturales. Tertio motus vel mobilitas, quæ eſt rõ conſiderandi vel prima paſsio ſcĩæ naturalis vlior eſt quantitate quę eſt prima paſsio mathematici. Mobilitas.n. ſe extẽdit ad res oĩum ꝑdicamẽtorũ at q̃titas nõ niſi ad res vnius ꝑdicamẽti, eſt.n. qualitas, & oẽ prædicamẽtũ mobile ſaltẽ terminatiue, & hoc, ſiue ꝓprie ſiue impro-

ue improprie, quia hoc pacto mobilitas eſt paſſio. Decepit autem Albertũ fortaſſe id quod credit, videlicet, ꝙ corpus mobile eſſet ſubiectum naturalis phiæ, hoc.n falſum eſt: ſubiectum.n. naturalis phiæ eſt ens mobile mobilitate terminatiua, vel ſubiectiua, propria vel ſm̄ quid, & ſic ſubiectum hoc eſt vniuerſalius ſubiecto mathematicæ, quod eſt ens quantum, oẽ.n.ens q̃tum eſt mobile, nõ aũt cõuertitur. Intell'us.n.eſt ens mobile ſaltem perfectiue: & non eſt q̃tum ens: & multa alia. Quare patet ordine naturæ phyſicam eſſe priorẽ mathematica. Præterea nec eſt apud oẽs verum ꝙ ordine doctrinę phyſice ſint primę, quia mathematice ſunt in primo gradu certitudinis & naturales ſequunt̃ illas, vt dr̃.2.huius & textu vnde dicuntur apud græcos, quia iſtas pueri incipiebãt primum diſcere, vt accipit̃ primo Ethic. & Alex. in procemio librorum phyſicæ. Quare ſm̄ or-

*Cõm.16. Sol.propria. Cõm 3.* dinẽ naturę prima erit metaphyſica: Secunda erit phy. Vltima mathematica, ordine vero doctrinæ cõtra prima erit mathematica: Secunda phyſica. Vltima metaphyſica, hunc ordinem indicat Auer. in hoc.6.in calce ait.n.metaphyſicam eſſe in doctrina poſt phyſicas, & non dixit poſt mathematicas, quia inter metaphyſicas & mathematicas mediãt phyſicæ, artes diuinandi fortaſſe non numerantur inter ſcĩas, & ille q̃ enumerãtur inter ſciẽtias coordinantur cum proprijs cauſis, vt pronoſtica medicinæ quæ diuinat per pulſus & vrinas coordinatur cum medicina pronoſtica aſtronomiæ q̃ per ſtellas coordinatur cum aſtrologia, & ſic de cæteris Hæc de dilucidatione ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primã patet ſolo ꝑ dilucidationem, Ariſt.n.enumerauit ſcĩas rerũ, & nõ vocum. Ad ſecundam negat̃ minor, ſunt.n.ex toto auerſæ, & alteri altera nulla ſubalterna, & licet ſub̃m meta. cotineat ſubiecta cæterarum, nõ ſufficit vt primo huius dictũ eſt, & in lib. poſte. Ad tertiã dico ꝙ ſcientia diuidit̃ ad diuiſionẽ entis, ſed nõ ad quẽlibet entis diuiſionẽ, vñ cõcedo ꝙ quot ſunt, p̄dicamẽta, tot ſunt ſcĩæ, nõ tñ tot ſunt ſcĩę diuerſæ, q̃a oĩa p̄dicamenta poſſunt ꝑtinere ad vnũ genus ſcĩę propter vnã rõnem ſciẽdi. Illa igit̃ auctoritas ꝙ quot ſunt entia tot ſcĩæ debet ĩtelligi ſm̄ ſpẽm, & nõ ſm̄ genus. Ad.4.cõcedo ꝙ de incorporeo eſt ſcĩa ſicut de corporeo, non tñ ſunt hæ ſcĩæ gñe diuerſæ, ſed poſſunt eſſe ſpecie differentes quia poſſunt ſubire vnam rationem ſciendi. Ad quintam dico ꝙ de eadem re duæ poſſunt eſſe ſcientiæ, quia vna res poteſt diuerſa ratione conſiderandi & ſciendi conſiderari. Ad ſextam dictum eſt ꝙ illa diuiſio eſt reducibilis ad bimembrem. Hęc de tertia diſputatione.

*Dubitabit autem aliquis, vtrum prima philoſophia ſit vniuerſali aut circa. aliquod genus & naturam vnam &c. Tex.cõm.3.*

## DISPVTATIO QVARTA
### De vnitate generica ſcientiæ.

*Num ſcientia vnius generis ſit vna etiam per aggregationem.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſcientia vnius generis non ſit vna per aggregationem. Arguitur primo. Scientia eſt habitus qui gñatur ex frequentatis actibus, igitur eſt vna per eſſentiam à principio vſque ad finem añs oẽs concedunt, ſed conſequentiam deduco, quia magis & minus non variant ſpeciem, ſed propter actus diuerſos habitus ille reditur magis & minus, igitur eſt vnius ſpẽi. Secundo oĩs ſcientia eſt vna ſpecie, quia diuiditur cõtra alias in ſpecie, igitur eſt vnus habitus, qui per additionem augetur & minuitur. In contrariũ arguitur, quia ſi ſcientia eſſet habitus intenſibilis & remiſſibilis. Tunc ad ſcientiam eſſet motus, contra Ariſto.7. phyſi. Hæc de dubitationibus.

CAPVT SECVNDVM TITVLI.

PRO titulo debes ſcire ꝙ ſcientia dicitur vnius generis, quæ eſt de vno ſubiecto ſecundum genus ſcibile vt metaphyſica phyſica, & mathematica, quælibet.n. harum ſcientia dicitur ſm̄ vnum genus, non quidem prædicamentarium, quia omnes ſunt eiuſdem generis aut relationis, aut qualitatis, ſed ſcibile vt patet.1.poſteriorum quæ eſt vnius generis ſcibilis partes & paſſiones conſiderans, quæritur igitur ſi metaphyſica ſit vna per aggregationem, veluti exercitus, aut res publica. Smili ratione & de mathematica, & de naturali intelligi poteſt. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio. Thẽ. Prima.* DE diſputatione variæ fluxerunt opĩones. Thẽ. vir maximus credidit nos nihil intelligere niſi per eſſentiam intellectus agentis, iuxta cuius opinionem cogimur dicere ſcientiam ipſam nihil aliud eſſe, quã ipſum intellectum agentem, vt per ipſum intelligimus. Quare dicemus iuxta Thẽ. ipſam ſcientiam non eſſe vnam per aggregationem: immo oẽs ſcientias eſſe vnũ quoddam ſimplex variari tñ propter diuerſa phantaſmata, quibus copulatur nobis talis vnicus intell's. Secundo dicendum oẽs ſcientias eſſe vnum numero vnitate eſſentiæ intell's. Hæc Thẽ. Contra hanc poſitionem

*Poſitio Aue. Secunda.* obijcimus in lib. de intellectu fortiſſimis rationibus, quas nunc omitto. Auer. autem in quam plurimis locis potiſſimum.7.phy.cõm.20.velle videtur ſcientiam nõ eſſe habitum, ſed intellectum eſſici nobis habitũ, quatenus per phantaſmata nobis copulatur: vt forma, & principium intelligendi, hanc poſitionem declaraui & confutaui in lib. de intellectu, ideo nunc de ipſa h̃ ſufficiant.

*Poſitio Buri.* Iuniores vero quidam arbitrantur ſcientiam eſſe vnam ſm̄ aggregationẽ, verbi cauſa. Metaphyſica eſt vna per aggregationem multarum ſcientiarum differentium ſpẽ, horum autem fundamentum eſt quia voluerunt ad numerum concluſionum ſpecie differentiũ eſſe numerum ſcientiarum: quia alterius concluſionis ſm̄ ſpẽm alia eſt ſcientia, vt huius ſtellæ ſunt lucidæ eſt altera ſcientia ſpecie, & illius terra eſt rotunda, altera etiam ſm̄ ſpeciem. Quare ex oĩbus concluſionibus reſultant in ſubiecto oẽs ſcientiæ ſpecie, & ita vna ſciẽtia totalis, vt phyſica, aut metaphyſica cõtinet multas partiales ſpecie differentes, quare ſcientia totalis eſt vna nõ per vnitatem ſimplicitatis, ſed per aggregationem veluti exercitus per ordinem ad vnum ſubiectum. Pro hac poſitione ſolet argui, quia habitus per actus: & actus per obiecta innoteſcunt, ſed in vna ſcientia totali ſunt diuerſa obiecta ſm̄ ſpẽm, igitur diuerſæ cognitiones, & ſcĩæ, & ſic diuerſi habitus. Sed obijciunt aliqui.

*Obiectiones.* Primo quia tunc ſcĩa totalis eſſet vna per aggregationẽ, quod videtur contra Ariſtotelem primo poſteriorum qui ait ſcientiam eſſe vnam ſecundum genus. Scđo tũc oẽs ſcientiæ eſſent vna per aggregationem, & ita non eſſent tres ex toto diuerſæ. Tertio obijciũt alij, quia hac poſitione



poſitione data, non eſſet habitus genitus in arte deduco, quia ex vna concluſione non põt fieri niſi vnus habitus, ſi alterius concluſionis ſic alia ſcientia ſm̄ ſpẽm. Quare oportet ponere oẽs concluſiones gñare vnum habitum in ſcientia. Quicquid ſit de veritate põnum

*Sol. et defenſio.* ad has rões poteſt facile ſolui. Ad primam concedo oẽm vnam ſcĩam totalem eſſe vnam ꝑ aggregationem, nec legi contrarium in libris poſte. bene.n.legitur dici vna vnitate gñis ſubiecti, per hoc tñ hr̃ contrarium, hr̃.n.ſcĩam eſſe vnam per ordinem ad ſubiectum vnum, & ſic eſt vna ordine, & ita vna aggregatione. Dico igit̃ ꝙ ſcĩa totalis dr̃ vna per hoc quod oẽs ſcĩæ partiales ſpẽ differentes hñt attributionem ad vnum ſubiectum formale, & hoc ſatis. Ad ſecundam nego conſequentiam, quia oẽs ſcĩæ non hñt ordinem ad vnum primum formale ſubiectum, & propterea non poſſunt dici vna totalis, niſi forte ſm̄ genus remotiſſimũ, quatenus oẽs ſunt de ente. Ad tertiam iterum nego conſequentiam quia habitus poſſunt eſſe tot, quot concluſiones. Illius .n.concluſionis terra eſt rotunda põt eſſe vnus habitus ſpẽ per hoc, quia potuit diuerſis actibus conſiderari, & inde firmari, & hac rõne habitus dicetur & ſic rões nõ

*Poſitio Tho. Henrici Egid.* cogunt. Expoſitores vero credunt ſcĩam vnam totalẽ. verbi cã, metaphyſicam eſſe vnum habitum ſimplicem ſm̄ ſpẽm ſpecialiſſimam gñatum ex cognitionibus diuerſarum concluſionum eiuſdem gñis ſciẽtię & ſubiecti, vnde Thomas inquit ꝙ cum aliquis in aliqua ſcĩa totali per demr̃onem ſcientiam vnius acquirit concluſionis, habet quidem habitum illius ſcientiæ, ſed imperfecte: at cum acquirit in eadem ſcĩa totali ſcĩam cuiuſdam alterius concluſionis, non gñatur ex eo alius habitus, ſed prior perficitur quatenus ad plura ſe extẽdit, & ſic per alias conſequenter, vt igitur temperãtia gñat̃ in appetitu ex diuerſis actibus eiuſdem rõnis, ſic ex diuerſis actibus ſciendi eiuſdem rõnis & obiecti gñatur

*Obiectiones.* in aĩa vnus habitus ſm̄ ſpẽm. Hæc expoſitores. Sed contra hanc poſitionem aliqui obiiciunt. Primo quia actus non poſſunt gñare habitum, niſi per hoc ꝙ naturaliter relinquunt in paſſo ſimilitudinem: ſed agẽtium differentium ſpẽ ſunt ſimilitudines ſpẽ differentes, igit̃ actus diſtincti ſpẽ concluſionum & principiorum non poſſunt gñare eundem habitum. Secundo ex actibus difformibus nõ poteſt generari habitus vniformis, ſed ſcientiæ diuerſarum concluſionum ſunt actus difformes, igitur non põt gñari ex illis vnus habitus conformis. Tertio habitus principiorum & habitus concluſionum eiuſdem ſcientiæ totalis differunt ſpẽ, vt patet 6. Ethic. igitur non poſſunt efficere vnum habitũ ſpẽ.

Quarto rõ euidentiæ in principio & concluſione alia eſt, igitur non poſſunt facere vnum habitum ſpẽ. Quinto arguũt alij ſic. Sit habitus vnius concl'onis A & habitus alterius B & arguo ſic. Cũ A ſtat aliquid ꝙ nõ ſtat cũ B & A repugnat aliquid, qđ nõ repugnat ipſi B. igit̃ A & B differunt, & ita nõ faciũt vnũ habitum ſimplicem. añs apparet. q̃a cũ A ſtat ſcĩa, & cũ B ignorantia, amplius cũ A ſtat veritas, cũ B error, igit̃ apparet añs.

*Cõm.49.* Sexto in his quæ ſunt eiuſdem ſpẽi quicquid cõpetit vni, cõpetit alteri.2.cœli, & quicquid contrariat̃ vni & alteri, ſed aliquid cõtrariatur ipſi A ꝙ nõ cõtrariat̃ ipſi B. igit̃ vt prius. Vltimo ſcĩa prioris concl'onis põt deꝑdi ſcĩa poſterioris acquiri: igit̃ non ſunt vnus habitus, nec

*Defenſio.* numero nec ſpẽ. Ex his & alijs ſolet refelli põ Expoſitorũ. Quicquid ſit de veritate põnis, defendi põt hæc põ: & bene. Ad primam & ad oẽs debes ſcire aliqua poſſe eſſe eiuſdem gñis vno modo: quæ ſunt diuerſorum generum alio modo. Amplius aliqua poſſe eſſe eiuſdem ſpẽi ſm̄ vnam rõnem, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum ſm̄ aliam rationem, verbi cauſa. oẽs formæ ſunt eiuſdẽ generis ſubiecti: & tñ non omnes ſunt eiuſdem generis prædicabilis. Amplius omnes actus temperantiæ ſunt eiuſdem generis, & ſpẽi moris, qui tñ non ſunt eiuſdem ſpẽi prædicabilis, actus temperatus circa venerea alterius ſpẽi prędicabilis eſt ab actu temperato circa iram, & ab actu temperato circa cibum & potum. Tunc dicerẽt Expoſitores ꝙ vnus habitus ſpẽ: vel numero effici poteſt à diuerſis actibus ſpecie prędicabili, mõ ſint eiuſdem ſpeciei moris: vel eiuſdem ſpeciei cognoſcibilitatis. Ad primam dico ꝙ oẽs relinquũt ſimilitudinem eiuſdem ſpeciei cognoſcibilitatis, omnes.n.cõcluſiones eiuſdem ſcientiæ totalis relinquunt ſimilitudines eiuſdem rationis ſcibilis & cognoſcibilis quia omnes gñantur quatenus obiecta concernunt materiam, concernere.n.materiam eſt vna rõ reſeruabilis in oĩ cognito phyſicæ. Ad ſecundam dico ad maiorem ꝙ ex actibus difformibus oĩ modo non poteſt gñari habitus conformis: at minor hoc pacto fallit, ſunt.n.actus difformes in ſpẽ prædicabili, nõ aũt in ſpẽ cognoſcibilitatis Ad tertiam dico ꝙ habitus principiorum & habitus cõcluſionum differunt ſpẽ virtutis, non aũt ſpẽ cognoſcibilitatis vt dictum eſt. Per idem ad quartam, eſt.n.rõ euidentiæ in principio & concluſione alia atq; alia ſm̄ ſpẽm prædicabilem, non aũt ſm̄ ſpẽm conoſcibilẽ. Ad quintam nego conſequentiam, nam cum albedine vt.3. ſtat nigrum vt quatuor, quod nõ eſt cũ albo vt quinq; & tñ album vt tria & vt quinq; ſunt eiuſdem ſpẽi. Ad ſextam dico ꝙ non concludunt plus niſi ꝙ ille habitus non eſt vnus ſimplex, & inuariabilis, cum.n.ille ſit variabilis aliquid põt ſtare cum vno: & non cum alio: aliquid cõtrariari vni & nõ alteri. Amplius propter variationem põt intẽdi ex vna parte, & minui ex alia parte, vt de alijs qualitatibus dicit expoſitor. Ad dictũ Auer. dico ꝙ debet intelligi per ſe & ſm̄ ſpẽm, modo hoc eſt verũ, quicquid.n.contrariatur ſm̄ ſpẽm habitui vnius concluſionis & per ſe etiam cuilibet contrariatur, ſtat tñ per accñs aliquid cõtrariari vni, & nõ alteri vt de intenſa & remiſſa albedine apparet. Hæc de põne Expo- *Poſitio aliorũ.*

ſitoris ſatis ſufficiunt. Alij vero aliam fingunt põnem, volũt.n.ꝙ duplex põt poni habitus in qualibet ſcĩa totali. vnus quo formaliter intellectus inclinatur ad ſpeculationem concluſionis, alius quo virtualiter tendit ad ſpeculationem concluſionum in tali ſcientia, tunc dicũt duo. Primus habitus formaliter inclinans eſt alius alterius concluſionis, & tot ſunt quot concluſiones, vt rationes tacte indicant. Secundum eſt ꝙ habitus virtualiter inclinans eſt vnus numero & communis omnibus ſcientiis partialibus eiuſdem ſcientiæ totalis probant, quia concluſiones reſoluuntur in principia omnia principia in vnum primum principium ſcientiæ, & illud primum principium reſoluitur in terminos, omnes termini in ſubiectum primum illius ſcientiæ: & illius principij, igitur omnes habitus formales ſunt vnus virtualiter propter reductionem ad vnum primũ in tali ſcientia. Sed iſti vt noua videantur dicere, videntur *Confutatio.*

non differre à primis, quia ſi omnes habitus formaliter inclinantes ſunt vnus virtute reductionis p̄dictæ, etiam primi dixerunt omnes habitus aggregatione reduci ad vnum primũ: & ſic videntur differre à primis, & nõ differunt ſm̄ rei veritatem. Scđo tunc oẽs ſcientię totales

eſſent vnus habitus virtualiter, quod reputarunt impoſsibile,& deduco,quia concluſiones omnium ſcientiarum reducuntur ad vnum primum & commune principium ſimpliciter primum, & ſic omnes eſſent vnus habitus virtualiter per reductionem ad vnum ſimpliciter primum. Tertio ſicut per reductionem ad vnum obiectum omnes concluſiones efficiunt vnum habitum virtualem:cur non per reductionem ad vnum ſubiectũ,qualis eſt intellectus. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ ſcientia quæ relinquitur ex concluſione per demr̃onem deducta per ſe eſt cognitio,per accidens habitus,eſt quidem cognitio per ſe,quia ipſum ſcire per ſe eſt per demr̃onem intelligere ſiue cognoſcere,igitur ſcĩa per ſe eſt cognitio quædam, per accidens vero habitus, quatenus accidit eandem concluſionem pluries demr̃ari per eandẽ demonſtrationem ſpẽ, per diuerſos tñ actus vt formetur in virtute memoratiua ſiue illa ſit in intellectu, ſiue in ſenſu: de quo in lib de intellectu, igitur ſcientia vnius concluſionis eſt per ſe cognitio:& per accidẽs habitus, quatenus accidit illam radicari in ſubiecto ex frequentatis actibus circa eandem numero concluſionẽ. *1.concluſio.* Tunc iuxta hanc diſtinctionem dico ꝙ ſi ſcientiæ conſiderãtur vt ſunt habitus, ſic non modo oẽs ſcientiæ eiuſdem gñis ſubiecti ſunt eiuſdem ſpẽi,ſed oẽs ſcientiæ mundi, deduco, quia oẽs ponuntur ſub ſpecie habitus, qui eſt vnius ſpẽi ſpecialiſsime qualitatis vt patet in prædicamentis.Secundo habitus dñr reſpectu habentis,ſed oẽs intellectus ſunt vnius ſpẽi, igitur oẽs habitus erunt eiuſdem ſpẽi ſubiecti. *Secunda.* Secunda concluſio ſi ſcĩa conſideretur quatenus eſt cognitio derelicta ex concluſionibus per demr̃ones deductis: reſpectu quidem ſubiecti primi virtute cuius derelinquitur, eſt vna ẜm genus illius ſubiecti, reſpectu vero ſubiecti proximi, à quo ꝓxime efficitur,eſt vna ẜm ſpẽm vel numero.Quatenus vero à diuerſis concluſionibus relinquitur, ſic eſt vna per aggregationem. *Laus Bur.* Ex his apparet ꝙ non imperite ſentiunt iuniorum quidam, qui dixerunt vnam ſcientiam poſſe ſumi pro vna numero ſiue ſpẽ, pro vna gñe pro vna aggregatione verbi cã, metaphyſica particularis,particularis rei attinentis ad metaphyſicã,dr̃ ſcientia vna ſiue numero,ſiue ſpecie: aggregatum ex oĩbus cognitionibus oĩum conſideratorum in metaphyſica eſt vnum aggregatione.Ipſa tota metaphyſica rõne habita ad primum eius ſubiectum eſt vna genere. Hæc .n.omnia patent ſumendo ſcientiam quatenus eſt per ſe cognitio,non autem quatenus per accidens eſt habitus, quo facile inclinamur ad ſpeculationem eiuſdem vel ſimilis, nam,quatenus eſt per ſe cognitio, ſcientia dici poteſt vna ſpẽ,genere,& aggregatione, quatenus vero eſt habitus quo facile proneue eligimus eandem vel ſimilem concluſionem ſic eſt vna numero qualitas intenſibilis & remiſsibilis,vt dixerunt expoſitores. *Dubitationes.* Sed occurres contra primam concluſionem.Primo quia ſi ſcientia vt habitus intendiẜ & remittitur,tunc ad ſcientiam poſſet eſſe motus alterationis. Secundo ſi omnes ſciẽtię vt habitus eſſent vna qualitas ſpecie reſpectu habentis quod ſpecie eſt vnum pari ratione omnes virtutes eſſent vna qualitas reſpectu habentis,& tñ virtutes ponuntur diuerſi habitus. Contra ſecundam dubitatur, quia tunc vna tota ſcientia non eſſet magis vna, quam eſſent duæ,videlicet geometria & phyſica deducitur, quia aggregatum ex his eſt aggregatum: vt eſt vna ſcientia. *Solutio.* Ad hæc dici poteſt. Ad primam nego conſequentiam, nam lumen eſt qualitas intenſibilis & remiſsibilis:& tñ ad lumen non eſt motus, non.n.ſuffi cit ad hoc vt ad qualitatem ſit motus ꝙ qualitas ſit intenſibilis & remiſsibilis, ſed oportet habere contrariũ poſitiuum, vnde ẜm Auer. formæ elementorum intẽduntur & remittuntur, ſed quia non habent contrariũ poſitiuum,ad illas non eſt motus. Ad ſecundam nego ſimilitudinem,quia virtutes ſunt per ſe habitus,per accidens cognitiones, & propterea ſpecie differunt pœnes habitum, ſcientia vero eſt per accidens habitus, & per ſe cognitio,& propterea poſſunt eſſe vnum numero per accidens oẽs ſcientiæ,& per ſe differunt ſpecie. Præterea ratio habendi omnes ſcientias eſt eadem ſpecie,vt intellectus poſsibilis, & memoria: ratio habendi omnes virtutes non eſt eadam ſpecie,immo alia rõne habetur temperantia, alia ratione habetur continentia. Ad tertiam dico vt dixi ꝙ ſcienti vna totalis eſt vna non tñ vnitate aggregationis,ſed vnitate gñis: & propterea in habẽtibus vnitatem aggregationis poteſt eſſe maior vnitas,& minor vnitas, aggregatum.n. ex geometria & Phyſica eſt minus vnum quam aggregatum phyſicum tñ,quia illud non eſt vnum gñe ſicut aggregatum phyſicum. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

EX his apparet ſolutio rationũ primi capitis, omnes.n.concludũt ſcientiam eſſe vnum numero per accidens quatenus eſt habitus quidam, non autem quatenus eſt cognitio. Præterea apparet conſilium poſitionum. Illa.n.poſitio quæ dicit ſcientiam eſſe vnam ſpecie vel numero,recte ſentit ſumẽdo ſcientiam quatenus eſt habitus.Illa autem quæ dicit eſſe vnam aggregatione recte ſentit etiam ſumendo ſcientiã vt eſt cognitio & reſpectu proximorũ obiectorum à quibus formaliter & proxime generatur, illa quæ dicit ſcientiam eſſe vnam virtualiter etiam recte poteſt ſentire, ſi conſideretur ſcientia ratione habita ad commune ſubiectum, ad quod reducuntur omnia. Hæc de quarta diſputatione.

*Primum de eo quod ſecundum accidens eſt dicendum quòd nulla eſt circa ipſum ſpeculatio, ſignum autem &c. Tex.cõm.4.*

## DISPVTATIO QVINTA
### De ente per accidens.

*Num de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod de ente per accidens poſsit eſſe ſcientia. Arguitur primo de ente per accidens Ariſt.in textu quædam demonſtrat, igitur de eo poteſt eſſe ſcientia. antecedens apparet, quia ſaltem demonſtrat de ipſo quod cauſatur ab agente vt in pluribus. Secunda perſpectiua eſt ſcientia, & tamen illa eſt de linea viſibili, quod eſt ens per accidens, igitur vt prius. Tertio à primo ente ſimpliciter inuariabili prouenit & ens per ſe & ens per accidens,igitur de ente per accidens eſt ſcientia, deducitur. quia quod habet cauſam ſimpliciter inuariabilẽ poteſt ſciri. Quarto quicquid continetur ſub ſubiecto metaphyſicæ ſcibile eſt. Sed ens per accidens continetur ſub ente communi, quod eſt metaphyſicæ ſubiectum, igitur eſt ſcibile.



eſt ſcibile. Quinto de ente per accidens eſt diffinitio, igitur poteſt eſſe ſcientia, añs apparet, quia in textu diffinitur. Sexto pars ſcientiæ eſt ſcientia, ſed tractatus de caſu & fortuna eſt pars ſcientiæ naturalis,& tractatus de ente per accidens eſt pars metaphyſicæ, igitur de ente per accidens eſt ſcientia. Septimo pluuiã fieri ſub cane eſt ens per accidens vt patet in textu, & tamẽ hoc eſt ſcibile ab aſtrologo,igitur de ente per accidens eſt ſcientia. Octauo oppoſitorum eadem eſt ſcientia atque diſciplina,vt patet.9.huius, ſed entis per ſe eſt ſcientia,igitur entis per accidens, quod enti per ſe opponitur. Sed in cõtrarium eſt.Ariſtoteles in textu. Hęc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ENS per accidens (vt in textu dr̃) bifariam dicitur aut accidentalitate rei aut accidẽtalitate cauſæ, ens per accidens accidẽtalitate cauſæ illud dicitur: quod euenit extra intentionem cauſæ raro & in paucioribus: raro quidem quo ad tẽpus, in paucioribus vero quo ad ſuppoſita, accidẽtalitate rei adhuc multifariam eſſe poteſt, quia aut eſt quod per accidens ineſt: vt muſicum eſſe ædificatori,aut quod per ſe ineſt, ſed alterius eſt naturæ ab eo cuius ineſt,vt riſibile homini,aut quod eſt alterius naturæ,& ordinis vt album homini,tñ ſolet breuibus diſtingui ꝙ ens per accidens eſt: aut accidẽtalitate rei vtpote illud quod aggregat naturas oĩno diuerſas, vt homo albus & id genus,aut accidẽtalitate cãę:vt fortuitũ & caſuale, quærit igitur diſputatio ſi de ente per accidens quouis modo poſsit eſſe ſcĩa. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione aliqui diſtinguunt de ſcientia quia ſcientia põt haberi de ente per accidens, aut tanquam de ſubiecto, aut tanquã de paſsione vel cõclr̃one, ſcitur .n.ſubiectum,& ſcitur concluſio, ſubiectum quidẽ tanquam id de quo,ſcitur vero concluſio, tanquã id quod paſsio etiam ſciri põt, tanquã id quod de alio. Amplius diſtinguunt de vnitate ſcientiæ, quia ſcientia dici põt vna & ẜm ſpẽm, & ẜm genus ſiue proximũ ſiue remotum. *1.concluſio.* Tunc dicunt ꝙ ſi loquimur de ente per accidẽs accidentalitate rei,vt de homine muſico:nõ poteſt haberi ſcientia tanquam ſubiecto per ſe vna ẜm ſpeciem. deducunt,quia de tali non eſt vna paſsio ſpẽ: cum non ſit vnum ſpẽ. Secundo dicunt quod de ente per accidens accidentalitate rei non poteſt haberi ſcientia tanquam de concluſione per ſe vna vnitate ſpẽi.deducunt vt prius quia de tali nõ poteſt accipi propriũ medium, niſi ratione alterius partis. Tertio dicunt ꝙ ſumẽdo ens per accidens accidentalitate rei, de ipſo poteſt haberi ſcientia per ſe vna ẜm genus, & tanquam de ſubiecto,& tanquam de concluſione.tanquam de ſubiecto quidem: vt de linea viſibili, de quo ẜm genus ſubiecti proſpectiue multa demonſtrantur, tanquam de concluſione vero,quia ſi poteſt de illo ſcientia haberi tanquam de ſubiecto, magis tanquam de cõcluſione. Hęc de ente per accidens accidentalitate rei. Si autem ſit ſermo de ente per accidens accidentalitate cauſę,tenẽt logici duo. Primum ꝙ de ente per accidens non eſt ſcientia quatenus per accidens, hoc eſt reſpectu illius cauſæ, cuius eſt effectus per accidens, non.n.ſcitur pluuiã eſſe ſole decurrente per canem, per hanc cauſam, quæ eſt ſolis per canem deambulatio. Secundum eſt ꝙ de ente per accidens abſolute eſt ſcientia, quia de pluuia ſole decurrente per canem eſſe poteſt ſcientia, quia ſi non reſpectu ſolis per canem decurſu, ſaltem reſpectu alterius conſtellificationis tũc occurrentis, quæ poteſt vniuerſale exuperare,bene logici ſub alijs verbis de tali ente per accidens ſic loquuntur.Dicunt ꝙ ens per accidens ſciri poteſt, quia hoc ſciri poteſt demonſtrata pluuia eueniente ſole per canem decurrẽte & hoc eſt ens per accidens,igitur ens per accidens ſciri poteſt. Secundo dicunt ꝙ non põt ſciri ens per accidens quia non põt ſciri ens per accidens ea rõne, qua eſt ens per accidens. *Confutatio.* Sed contra primã partem ſor̃onis rationabiliter addubitare poſſum. Primo quia ſi põt haberi ſcientia vna ẜm genus,ſequitur vt poſsit haberi ſciẽtia vna ẜm ſpẽm,quia nihil eſt ſub genere,quin ſit ſub aliqua ſpẽ.2 topi.Scđo quia non apparet per eorũ ſor̃onem ſi poſsit de ente per accidens haberi ſcientia tanquam id quod demr̃atur de altero.Et ſic prima ſor̃onis pars redditur ambigua. Circa ſecundam etiam addubitari poſſum: quia Ariſt.tradit ſcientiã in.2.lib.phyſi.de ente per accidens ſecundo modo, & non quatenus eſt ens per ſe, quia loquiẜ de caſu & de fortuna quatenus ſunt caſus & fortuna, igitur quatenus ſunt ens per accidẽs, igitur de ente per accidens quatenus eſt ens per accidens poteſt haberi ſcientia,& ita non tantum de ente per accidens,põt eſſe ſcientia quin ſciẽtia poſsit haberi de ente per accidens: amplius quod põt diffiniri quatenus per accidẽs: põt ſciri quatenus per accidens, ſed fortuna & caſus quatenus fortuna & caſus poſſunt diffiniri quatenus talia,igitur de ente per accidens quatenus per accidens eſſe põt ſcientia. *Poſitio Ioan. Gandauen.* Ioannes vero tenere vr̃, ꝙ de ente per accidens põt hr̃i ſcientia, vt importatur ꝑ hoc nomen cõe ens per accidens, non aũt vt importatur ꝑ hoc nomen ſpãle fodiens theſaurum vel id genus. *Confutatio.* Sed vr̃ Ioannes errare, quia tunc de ente per accidens poſſet eſſe ſcientia, vt eſt ens per accidens: quod non conceditur cõiter. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Suppoſitio.* PRO dilucidatione vero debes ſcire quòd ſcientia de aliquo vno modo eſſe poteſt tanquam de concluſione demonſtrata vel demonſtrabili, & ſic dicitur forte.2.poſte.quęſtiones ſunt ęquales numero his,quę quidem ſcimus. Alio modo poteſt haberi ſcientia de aliquo tanquam de re ſignificata per aliquem quemuis concluſionis terminum, & hoc pacto primo poſt. accipitur ꝙ ſcientia eſt vnius generis ſubiecti partes & paſsiones conſiderans, igitur poteſt haberi ſcientia de aliquo tanquam de ſubiecto concluſionis, & tanquam de illius paſsione, quorum quodlibet per aliquem concluſionis terminum ſignificatur. *1.concluſio.* Tunc dico ꝙ ſumendo ens per accidens quouis modo, de illo non haberi põt ſcientia tanquã de concluſione. deduco quia id qđ ſcitur hoc pacto,eſt concluſio vera & neceſſaria, vt patuit in lib. poſte.modo ens per accidens nõ poteſt eſſe concluſio vera & neceſſaria. *Secunda.* Secundo dico loquendo de ente per accidẽs quauis ratione,ſic de ipſo eſt ſcientia vt de re ſignificata per terminum concluſionis. deducitur, quia omne ens mundi poteſt ſciri vt terminus concluſionis, velut res ſignificata per terminum cõcluſionis, oĩ.n.entia per accidens ſignificantur per iſtum terminum ens,& per iſtum terminũ ens per accidens,& id genus,igitur de ente per accidẽs quouis modo ſumpto eſſe poteſt ſcientia,vt de re ſignificata ꝑ terminum aliquem concluſionis. Et ſic tradit Ariſto. ſcientiam de ente per accidẽs ĩ hoc lib. ſic de fortuitis & caſualibus in.2.lib.phy.& alibi. Ex his apparet vſq; ad quantũ recte dixerunt aliqui,& Ioã. Hæc pauca de dilucida.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis ad rōnes primi capitis. Ad primam concedo de ente per accidens haberi ſcīam tāquam de termino vel de re ſignificata ꝑ terminum cōcluſionis. Per idem ad ſecundam patet ſolutio. Ad tertiam concedo de ente per accidens haberi ſcientiam, vt reducitur ad per ſe, vt dictum eſt ſuperius. Ad quartam dico ꝙ eſt ſcibile res eſt ſignificata per terminum concluſionis, per idem ad cætera omnia, illa nāque concludunt de ente per accidens haberi ſcientiam vt eſt ens vel res ſignificabilis per terminum cōcluſionis & non aliter. Hæc de diſputatione quinta.

*Quoniam autem complexio & diuiſio eſt in mente & non in rebus, quod autem ita ens alterum ens à propriis &c. quod quidem vt accidens, & quod vt verum prætermittendum &c. Tex. cōm. 8.*

## DISPVTATIO SEXTA
### De ſcientia veri.

*Num de vero conſideret Metaphyſicus.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod verum debeat conſiderari à metaphyſico. Arguitur primo quia metaphyſicus conſiderat de primo obiecto intellectus. Sed verum eſt primum obiectum intellectus, igitur eſt de vero. Secundo habetur lib. huius ſcientiæ. 2. metaphyſicam vocari ſcīam veritatis, igitur conſiderat de vero. Tertio quod eſt cōe omnibus ſcientijs, non debet conſiderari in aliqua ſpeciali ſcientia, ſed ſolum in metaphyſica, verum eſt cōe omnibus ſcientijs, igitur non niſi in metaphyſica conſiderandum eſt. Minor probatur, quia oīs ſcientia de vero ipſo conſiderat tanq̄ de concluſione, igitur conſiderare de vero ſpectat ad oēm ſcientiam. Quarto dicitur. 4. huius primos phos poſſe de omnibus conſiderare: igitur nihil ab huius conſideratione eſt remouendum. In contrarium eſt Ariſt. in textu, vbi ait nec de ente per accidens, nec de vero eſſe conſiderandum in metaphyſica. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

De titulo. De ipſo vero falſoue aliqui multiplicem acceptionē fecerunt, voluerunt. n. verum eſſe & quod in re, & quod in intellectu. Amplius verum in re voluerunt aliud eſſe abſolute ſm rem aliud per relationem ad cognoſcentē. Preterea verum quod eſt abſolute ſm rem trifariā ſubdiuidunt, quia aliud eſt, quod dicit abſolute conformitatem producti ad producens. Aliud quod dicit dictam conformitatem ſuperaddens imitationem. Aliud vltra dictas conformitatem & imitationem ſuperadit adequationem. Iterum etiam verum quod eſt in re per relationem ad cognoſcentem, etiā trifariam ſubdiuidūt, quia aliud eſt quod eſt ſui manifeſtatiuum abſolute reſpectu cuiuſuis potentiæ cognoſcitiuæ, aliud quod eſt ſui manifeſtatiuum mediāte quadam ſimilitudine ſiue illa ſit ſpēs ſiue actus cognoſcendi Aliud eſt ꝙ facta aſſimilatione eſt in intellectu, veluti cognitum in cognoſcente, Hæc de vero in re tradunt, de vero autem in intellectu etiam ſubdiſtinguūt, quia aliud eſt ſm primam intellectus opōnem. Aliud ſecundum eiuſdem ſecundam opōnem, de quibus quære eos: quia multa ſcribūt.
Confutatio. Sed iſtæ diuiſiones & ſubdiuiſiones ſunt difficiles. Primo quia vt Ammonius dicit in libro de interpretatione verum eſt in aīa in re & in voce & eſt idem verum numero: & non diuerſa vera: vt credunt logici. Secundo habetur in textu ꝙ bonum & malum ſunt in rebus: & verum & falſum in aīa igitur diſtinctio eſt cōtra textum. Tertio Ariſt. dicit expreſſe in textu: ꝙ verū & falſum ſunt in ſecunda operatione intellectus quæ eſt cōpoſitio & diuiſio & non in ſimplici: in qua eſt rō ipſius quod quid eſt: igitur dicere verum eſſe in prima operatione intellectus eſt contradicere expreſſe Ariſtoteli: vltimo ſine tot diuiſionibus & ſubdiuiſionibus poſſumus veritatem diſputationis dilucidare: igitur iſtæ ſunt ſuperfluæ inuentæ potius ad confuſionem q̄ ad dilucidationem. Preterea Ioannes addit ꝙ æquatio & inadequatio ſunt proprie in rebus quātis: & ſic verum falſumúe non poſſunt per eiuſmodi deſcribi. Verius igitur ſm peripateticos dicerem iuxta Alexandrum in lib. Elēchorum: & Ammoniū in libro de Interpretatione ꝙ verum pōt vno modo accipi vt diſtinguitur cōtra Metaphoricum Fictum & Alchimicum: qua rōne aurū minerale dicitur verū, & Auricalchum dr̄ falſum ſiue Alchimicū: & hoc pacto verū eſt entis (vt dicunt iuniores) paſsio, iuxta librum ſecundum metaph. oportet principia ſempiternorum eſſe veriſsima: eſtq; verum hoc pacto in quibuſdam magis, in quibuſdam minus. In cauſa quidem magis, in effectu vero & cāto minus, & propterea principia, & cauſæ ſempiternorum ſunt veriores effectibus & cauſis corruptibilium. Alio modo ſumitur verum vt diſtinguitur contra falſum, & ſic verum eſt relatio quędam, qua compoſitio, vel diuiſio, quæ eſt ſecunda mentis operatio dr̄ vera vel falſa: & de hac loquitur Ariſt. in prędicamentis dum dicit ab eo: quod res eſt vel non eſt dr̄ oratio vera vel falſa. Ex his ſequitur titulus diſputationis, nō. n. diſputatio loquitur de vero primo modo. quia cum verum primo modo ſit paſsio entis ſimpliciter: ſine dubio de ipſo ſpectat ad metaphyſicū, vt etiā de ente, quatenus vero eſt huius vel illius entis, ſpectat ad ſcientias ſpāles, reſtat igitur vt diſputatio ſit de vero & falſo, ſecundo modo quæ ſunt in compoſitione diuiſioneúe. Hæc de titulo.

Propria opi. — Titulus quæſtionis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio. De diſputatione ſunt qui dicunt de vero ipſo nullam artem diſſerere niſi dialecticam, eo quia grammatica orationem contemplatur, quatenus congrua, incongruaúe. dialecticus autem & logicus quatenus vera falſaúe. Præterea hæc vr̄ intentio expoſitoris, vt quilibet videre poteſt qui in expoſitione huius loci aſſerit metaphyſicum de ipſo vero conſiderare nō poſſe propterea quia ipſum verum eſt ens diminutum: eo quia eſt ens rationis, huic conſentit Auer. in hoc. 6. in calce, (Cōm. 8.) qui ita ſcribit. Dimittamus igitur perſcrutari de ente, ꝙ eſt per accidens, & de ente, quod eſt veridicans. ſ. quod eſt in anima, ens. n. ꝙ eſt per accidens non habet cauſam terminatam, & quod eſt veridicans non habet cauſam niſi animam, ideo vtrunque numeratur in genere entis diminuti, & ideo perſcrutandum eſt de ente perfecto quod eſt extra animam, ſic igitur apparet de mente Auerrois de ipſo vero non tractare metaphyſicam, quia eſt ens rationis: & ita ſpectat ad logicum, qui ſolum entia rationis contemplatur.
Confutatio. Sed hæc poſitio ſtare non poteſt. Primo quia omnis ars, omnis ſcīa conſiderat de vero, tanquam de oratione ſiue concluſione, vt dicemus igitur non modo logica vel dialectica. Secundo quia ſi verum eſt ens rationis ſiue ens animæ, vt tangit ſecunda ratio, potius ſpectabit ad ſcientiam



ſcientiam de aīa: eo quia eiuſdem eſt cōſiderare ſubm̄, & ſubiecti affectionem.
2. poſitio. Propter hæc dixerunt alij naturalem p̄hiam debere de vero ipſo perſcrutari, maxime illa pars de vero debet agere, in qua ſubm̄ oīum verorum, & agens conſiderantur, vt eſt ſcientia de anima in qua tractatur ītellectus pot̄s, qui eſt ſubiectū oīum verorum, & intellectus agens quod eſt principiū oīum verorum. vt hr̄ in lib. de anima cōm. 5.
Confutatio. Sed obijciunt quia verum non tm̄ eſt in intellectu, ſed in re, igitur de vero conſiderare debet oīs ſcīa, quæ de rebus contemplatur. Præterea oīs ſcīa ſaltem de vero conſiderat tanquam de concluſione.
3. poſitio. Propter hæc dixerunt alij oēm ſcīam debere de ipſo vero cōſiderare: dicūt oēm ſcīam ſpeculatiuam, quia eius finis eſt verum, non autem practicam: cuius finis eſt opus, & ꝓ hac rōne facit, quia oīs ſcīa debet conſiderare finem ſuum. Sed cuiuſlibet ſpeculatiue finis eſt verum, igitur debet cōſiderare ipſum verum. Secundo oīs ſcīa debet cōſiderare id per quod differt ab alijs ſcientijs, ſed ſpeculatiua differt à practica per hoc quod eſt de vero, illa de bono: igitur debet cōſiderare de vero.
4. poſitio. Alij velle vr̄r conſiliare hos dicunt. n. ꝙ verum in complexum non pertinet ad meta. quia quatenus reſ̄o rationis attinet ad logicū: quatenus reſ̄o realis attinet ad librum de aīa. Secundo dicunt ꝙ verū ꝑ comparationem ſumptam ad ꝓducentē, pertinet ad metaphyſicā, & ad oēm ſcientiam, quia in oī ſcīa, & in metaphyſica conſideratur effectus, vt gerit cāæ ſimilitudinem. Præterea verum etiam ſumptum per comparationem ad cognoſcentem, pertinet ad metaphyſicū & ad oēm ſcīam propter eandem rationem. Tertio dicūt ꝙ verum quatenus eſt rei vt ſimilis intellr̄ai, vel per ſpēm, vel per ſeipſam attinet ad librū de anima ſiue ad naturalem, & non ad metaphyſicum.
Conſilium. Ex his facile patet conſilium pōnum. Illa. n. pō quæ ait logicum agere de vero, ſumit verum vt eſt relatio rationis. Illa poſitio quæ dicit naturalem conſiderare de vero, ſumit verum vt eſt relatio realis: & vt eſt rei ſimilitudo ad intellectū illa deniq; quæ dicit oēm ſcientiā agere de vero ſumit
Confutatio. verum per compoſitionem ad producentē. Sed dubia eſt hæc poſitio. Apparet primo, quia verum apud peripateticos non ſumitur niſi aut vt diſtinguitur cōtra ſophiſticū aut contra falſum, & ſic poſitio fundař in falſo fundamento. Secundo quia verum vt eſt relatio rationis, eſt res animæ, & ita attinet ad librum de anima, & etiam vr̄ hæc poſitio ſuperflua: propterea omnes iſtæ poſitiones omittantur. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitio. Pro dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ verum poteſt bifariam conſiderari. Vno modo vt cōcluſio, ſiue queſtio ſcibilis. Alio modo vt res ſignata per terminū cōcluſionis ſiue vt quæſitum de alijs, ſiue vt conceſſum de quo aliud quæritur Amplius verum vt res per terminum concluſionis ſignata, ſiue vt quæſitū de alio vel vt conceſſum de quo aliud quæritur, poteſt trifariam ſumi apud peripateticos. quia eſt in re vt in cauſa, in anima, vt in ſubiecto & materia, in voce vt in ſigno hoc. n. dicit Ammonius in lib. de interpretatione, igiř poteſt conſiderari vt ineſt in anima, vt eſt in re, & vt eſt in voce, ꝙ quidem verum: accipi poſsit vt concluſio patet primo poſte. vbi dicitur ſcīam non eſſe niſi verorum, ꝙ poſsit accipi vt quæſitum de alio, apparet quia ſæpe demřat Ariſt. de aliqua cōcluſione ꝙ ſit vera. Amplius in. 2. lib. de interpretatione enumerat verum & falſum inter modos. Modus autem vr̄ quæſitum quoddam eorum, quorum ponitur modus, quod autem verum vt modus ſiue vt quæſitum poſsit accipi vt in re, vt in anima, vt in voce: patet per Ammonium, qui ait verū eſſe in re vt in cauſa, dr̄. n. in prædicamētis ab eo quod res eſt vel non eſt, dr̄ orō vera vel falſa, & ſic vr̄ verum eſſe in re, vt in cauſa, eſt etiā in voce vt in ſigno, eo quia voces ſunt eorum quæ ſunt in anima paſsionum notæ eſt etiam in anima vt in ſubiecto, vt patet. 3. de anima q̄a vera dr̄ compō vel diuiſio, quæ ſunt animæ operationes, modo operationes animæ ſunt in anima, igitur ipſum verum poteſt conſiderari illis oībus modis. Ex his apparet dilucidatio, & conſilium poſitionum, dilucidatio quidem, qm̄ ſi conſideratur verum vt cōcluſio: de ipſo agit omnis ars, atque oīs ſcīa ſi verum conſideratur, vt quæſitum vel vt modus, quatenus eſt in aīa, de ipſo conſiderat naturalis: vt lib. de anima, quatenus in voce, de ipſo agit logicus vel dialecticus, quatenus in re, de ipſo conſiderat metaphyſicus, & ſic patet dilucidatio. Conſilium vero, quia poſitio dicens verum ſpectare ad logicum eſt vera loquendo de vero vt in voce quæ dicit verum ſpectare ad librum de anima: eſt vera loquendo de vero vt in anima quæ dicit de ipſo vero ſpectare ad metaphyſicum eſt vera de ipſo vero vt in re, quæ ait ad oēm ſcientiam ipſum ſpectare, eſt vera loquendo de ipſo vero vt concluſio eſt. Hæc peripateticæ quo ad dilucidationem dicta ſatis. Dilucidatio et conſilium.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis conſultatiſúe. Ad primum concedunt Tomę ſectatores verum eſſe obiectum intellectus, & propterea de ipſo non conſiderat metaphyſicus: eo quia ratio obiecti diſtrahit. (De vero ſi eſt obiectum intellectus.) Sed aliqui objiciunt probando verum non eſſe primum obiectum intellectus. Primo quia non præcedit intellectum. Secundo quia non intelligit actu recto, ſed reflexo. Tertio quia obiectum ſcientię non debet excedere obiectum potentię. (Poſitio Tho. Replicæ logicorum.) Quarto quia bonū continetur ſub per ſe obiecto intellectus, quod diſtinguitur contra verum vt patet in textu, quicquid ſit de veritate ipſa, de qua diximus peripateticæ in lib. primo. Nunc omnia hæc tolluntur, quia apud Tomam eſt obiectum trifariam. terminatiuum, & hoc eſt ens vt ens, motiuum, & hoc eſt ens ſenſile. (Defenſio Tho.) cōſecutiuum, & hoc eſt verum entitatiuum, qn̄ igitur Tomas ait verum eſſe obiectum intellectus, loquitur de obiecto cōſecutiuo, quatenus intellectus nihil intelligit, quin illud conſecutiue & reflexe vt verū intelligat, & ſic tollūtur iſtæ captiones. Ad cæteras rationes patet ſolo per dilucidationē, & cōſiliū. Metaphyſicus conſiderat de veritate vt in re, oēs ſcientiæ de vero, vt eſt concluſio ſcibilis per media ſuæ artis. Amplius metaphyſicus conſiderat de omnibus & de vero, vt in re. Hæc de diſpu. 6. dicta ſatis.

*Eodem Tex. & commento.*

## DISPVTATIO SEPTIMA
### De ente rationis.

*Num ens rationis ſit in prædicamento.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod entia rōnis non ſunt in prędicamento. Arguitur primo, quia tunc in rebus prædicamentarijs eſſet proceſſus in infinitum. deduco quia poteſt aliquis homo aliquid intelligere: & rurſus intelligere

gere ſe intelligere, & ſic infinitum: & tamen intellectiones ſunt entia rationis. Secundo omne quod eſt in prædicamento, eſt ſubſtantia vel accidens, ſed ens rationis non eſt ſubſtantia: vt patet, nec accidens, quia nec proprium, nec commune, vt etiam patet, igitur vt prius. Tertio famoſum eſt nihil eſſe in prædicamento niſi ens reale, igitur entia rationis non ſunt in prædicamento. In cõtrarium arguitur, quia ordo ſecundum ſuperius & inferius eſt prædicamentum: vt dicit Boet. ſed in entibus rõnis poteſt eſſe ordo ſm ſuperius, & inferius, igiť ſunt in ꝓdicamento. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Prima poſitio [...] rõnis.* QVID ſit ens rationis, non parua eſt quæſtio, nonnulli peritiſſimorum conceptus rerum obiectiuos eſſe entia rationis fatentur. diſtinguunt.n. de conceptu, qm̄ alius eſt conceptus obiectiuus vt res ipſa vt actu concipitur, veluti lapis cognitus. Alius eſt conceptus formalis, vt eſt ratio cõcipiendi ſpecies, videlicet, intelligibilis vel actus intelligendi, hæc.n. formales conceptus dicũtur, quatenus his dicimur formaliter concipientes, volunt igitur cõceptus obiectiuos eſſe entia rationis: quatenus nec ſunt in re ſubiectiue, nec in aĩa ſubiectiue, ſed in intellectu obiectiue, quod vero aliquid poſsit eſſe in aliquo obiectiue, quod non eſt alicubi ſubiectiue, probant multis experientijs. Primo de ſolis quantitate, ſolis.n. quantitas apparet bipeda, quæro ipſa vt bipeda in quo eſt ſubiectiue, non quidem in re, quia illa in re eſt maior tota terra, nec in mente, quia vt color qui videtur, non eſt in viſu, ſic illa ſolis bipeda quantitas non eſt in mente: igitur nec in mente, nec in re, igitur eſt in mente obiectiue & ſic aliquod, eſt ens obiectiue. Secundo in pariete depicto apparet concauitas, quæ nec eſt in re ſubiectiue: nec in viſu, ſed ſolum obiectiue.

Tertio idem perſuaderi poteſt de hiatu & voragine, quæ ſunt foueæ, vel cœli feneſtræ, quæ apparent in æſtate, vt traditur. 1. Meteororum. Hæc.n. vt Ariſto. dicit nullibi ſunt ſubiectiue, ſed ſolum apparitiones ſunt obiectiue. Multæ aliæ poſſunt addi experientiæ, quæ omnes ſuper vnam radicem firmantur. *Obiectio. Ioannis.* Sed obiecit Ioan. quia omne ꝙ eſt, vel eſt in ſubiecto, vel de ſubiecto: ꝙ quidem eſt in ſubiecto, accidens eſt, ꝙ vero dicitur de ſubiecto eſt ſubſtantia ſecunda. Sed hæc entia obiectiue per hos, nec ſunt ſubſtantiæ, nec ſunt in ſubiecto, igi*Qua Ioan.*tur nihil ſunt. Propter hæc tenet Ioan. & huiuſmodi apparitiones nihil ſunt, & concedit non ens poſſe intelligi ab intellectu, non quidem motiue ſed terminatiue. *Confutatio.* Sed hæc Ioannis determinatio non eſt contra eos quos reprobat, quia apud iſtos terminare, & obijci intellectui idem eſt, & propterea quod poteſt terminare intellectus opõnem, & non eſt ſubiectiue in re, nec ſubiectiue in intellectu, dicitur eſſe obiectiuum in intellectu apud illos, & ſic nihil habet Ioan. contra eos, præterea apud ipſum alibi nihil eſt obiectiue in intellectu, quin ſit obiectum intellectus nihil eſt obiectum intellectus, quin moueat intellectum, eſt.n. intellectus omnia fieri, & intelligere in pati: & moueri conſiſtit, vt dicitur. 3. de aĩa, igitur nihil eſt obiectum intellectus, quin moueat *Sol. experientiarum.* intellectum apud Ioannem. Propterea ad experientias dici poteſt vt Alber. ait lib. ſuo de aĩa. 2. ꝙ illa ſunt obiectiue in virtute apprehendente, apparitio.n. viſualis eſt in re, vt in cauſa, in viſu vt in ſubiecto, licet ſit falſa, nec eſt ſimile de colore, & de apparitione: quia color eſt res vera, apparitio eſt res animæ. Hęc de prima põne.

*Poſitio logi[...].* Alij vt logici dicunt ens rationis eſſe conceptus rerum formales, vt dictum eſt, qui res ad extra repreſentat, atq; ſignificant probant quia ſicut entia realia ſunt quæ aut ſunt in re ſubiectiue, aut res ipſæ, ſic entia rationis erunt quæ ſunt in ratione ſubiectiue, ſiue mente. Talia autem non ſunt niſi conceptus formales, igitur entia rationis ſunt conceptus formales. *Qualis poſitio.* Sed nõ eſt dubium conceptus formales eſſe entia rationis, quia ſint in ratione ſubiectiue, tamen nos non quærimus de his entibus rationis, ſed de his, quæ ſunt ſecundæ intentiones. *3. expoſitio.* Alij dixerunt ens rationis, quod eſt ſecunda intentio eſſe reſpectum quẽdam relictum in re quæ intelligitur ex actu collatiuo intellis. Verbi cã intellectus ĩtelligit hoĩem actu recto, deinde comparando hoĩem ad inferos hoĩes relinquit in homine reſpectũ, quo homo ſpecies dicitur, hic reſpectus apud eos eſt ens rationis ſubiectiue exiſtens in re intellecta obiectiue in intellectu. *Confutatio.* Sed de iſto derelicto quærendum eſſet an ſit aliquid præter rem, quæ comparatiue intelligitur, & certum videtur ꝙ nihil, quia nec ſubſtantia, vt omnes tenent, nec accidens, quia omne accidens eſt ens naturæ. *4. expoſitio.* Alij propter hæc voluerũt entia rationis nihil aliud eſſe, q̃ ea quæ ſola ratione, & mente concipiuntur vt vacuum Hypocentaurus mons aureus, & id genus. Hæc.n. entia rõnis, vt illa entia rei dicuntur. Illa quidẽ entia rei, quia pręter rõnem ſunt in re. Hæc vero entia rationis, quia præter rem in ratione tm̃ collocantur. *Qualis hæc poſitio. Poſitio peripateticorum. Cõm. 19.* Sed hæc poſitio ſine dubio vera eſt, verum nos loquimur de ente rationis, ꝙ eſt ſecunda intentio, tale.n. non eſt fictio pura. Propterea de hoc quærendum eſt, propter hęc & alia videtur mihi eſſe dicẽdum entia rationis, quæ ſunt ſecundæ intentiones eſſe ſcđo intellecta, vnde Auer. 12. huius inquit, & dixit proprie relationẽ quia eſt debilioris eſſe alijs prædicamentis, ita ꝙ quidam reputauerunt ipſam eſſe ex ſcđis intellectis, ecce qũo entia rationis & ſecundo intellecta idem ſunt, eſt autem ſcđo intellectũ idem ſm rem, ꝙ primo intellectum, verum primo res intelligitur abſolute. Secundo vero intelligitur cõparatiue, igitur ſecundo intellecta ſunt res quæ comparatiue intelliguntur. Sigñantur aũt ſecundo intellecta per hæc nomina ſpẽs, genus, proprium & accidens, pręedicatum, ſubiectum, & id genus, quibus in voce vel in ſcripto nihil corrñdet in re præter hominem & aĩal: & res prædicamentarias vt comparatiue intelliguntur. differunt autem noĩa figmẽtorum & noĩa ſcđo intellectorum quia noĩbus figmẽtorũ in voce vel in ſcripto, licet nihil actu vel ptãte ſit aptum corrñdere præter res, eſt intelligibile aliquid corrñdere præter res, at nominibus ſecundo intellectorum correſpondent res ipſæ comparatiuæ intellectæ, & nihil actu vel ptãte vel ad imaginationem eſt aptum correſpondere præter res ipſas. Ex his apparet in quo differt hoc nomen hõ in voce vel in ſcripto ab illo nomine ſpecies, homo.n. in voce ſigñat cõe quoddam vľe vel formam abſolute ſpẽs ſigñat hoĩem & equum vt comparatiue intelliguñ ratione habita ad ſuperiora, vel inferiora. Quid igitur ſit ſecunda intentio, quidúe ens rationis vel intentionale, ex his modo patet. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio prima.* DE diſputatione aliqui tenent entia rationis eſſe in prædicamento, non quidem vno de decẽ, quia illa ſunt entia realia, & nihil eſt in aliquo illorum niſi ſit ens reale, ſed entium rationis conſtituunt vndecimum prædicamentum, quod continet genera & ſpecies entium rationis, cuius figura eſt.

DIVISIO



# DIVISIO ENTIS AD MENTEM PERIPATETICORVM.




PRO hac põne argui ſolet quia logica eſt vera ſcĩa, igitur habet verum ſubiectum: & veram paſsionem, & veram diffinitionem, ſed vera paſsio eſt proprium, vera diffinitio conſtat ex vero gñe & vera dĩa, igitur in logica ſunt proprium: dĩa & genus prædicamentaria. Sed.n. hæc nõ poſſunt eſſe entia realia, igitur ſunt entia *Qualis poſitio. Cõm 17. Cõm. 14. Cõm. 17.* rationis. Hæc poſitio eſt contra Auer. primo metaph. vbi ait genus eſſe formam mediam inter potentiam & actum puros, & 12. meta. idem ſentit, igitur nullum ens rationis poteſt eſſe genus. Præterea vľia apud Auer. 1. meta. ſunt formæ, igitur entia rationis non ſunt vľia: & ſic non poſſunt eſſe in prædicamento. Amplius fundamentum poſitionis falſum eſt. Primo quia diffinitio eſt *Cõm. 37. Cõm. 43.* formæ vľis vt. 7. meta. igitur non eſt entis rationis. Secundo ibidem dr̃ ꝙ genus eſt forma vľis: differentia autem particularis. Ex his accipitur ꝙ entis rationis non poteſt eſſe verum genus, nec vera dĩa, nec vera diffinitio, & ſic non poſſunt eſſe in prædicamẽto. Et licet poſſint negare auctoritatem Auer. non poſſunt negare auctoritatem Boetij & Simplicij, & nec poſſunt non accuſare Ariſtotelem, qui nihil talis prædicamenti meminit. Præterea fundamentum eorum dubium eſt, quia omnes peripatetici volunt logicam, eſſe organũ ſciendi & non ſcientiã, & propterea oĩa hæc dubia ſunt. *2. poſitio.* Qui vero dixerunt entia rationis eſſe conceptus formales in mente, coguntur dicere entia rationis eſſe in prædicamento qualitatis, cuius poſitionis ſunt logici: qui volũt vniuerſalia & entia rationis eſſe in prædicamento qualitatis: vt ſpecies. *3. poſitio.* Qui autem dicunt entia rationis eſſe conceptus obiectiuos, coguntur dicere illa eſſe in prædicamento qualiter in illo ſunt conceptus obiectiui, vnde ſi conceptus obiectiui ſint in prędicamento entia rõnis ſunt in prædicamento, & ſi non ſunt in prædicamento, nec entia rationis ſunt in prędicamento, ſunt igitur ordinanda veluti conceptus ipſi obiectiui. Iſtæ poſitiones ſunt rectæ, & conſequuntur earum fundamenta, peccant vero in primis fundamentis, vt viſum eſt. Propterea de his ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DILVCIDATIO leuis eſt, & patet ex his quæ in titulo diximus, entia.n. rationis, cum ſint res ſecundo intellectæ, & noĩa entium rationis cum ſignificent res vt ſecundo intelliguntur, oportet dicere entia rationis vt ſic in nullo eſſe prædicamento formaliter: quia vt ſic non ſignificant res abſolute, ſed reſpectiue cum hoc ſtat illa eſſe in prædicamento per identitatem, quia vel ſignificant illa quę ſunt in prædicamento: ſi ſumantur in voce vel in ſcripto, vel ſunt illa quę ſunt in prædicamento, ſi ſumantur in re, ſpecies.n. ſi ſumitur in voce aut ſcripto, ſignificant res prædicamentarias, non quidem certi & determinati prædicamenti. Sed oẽs res oĩum prædicamentorum, quæ poſſunt per nomen ſpẽi ſignificari,

ſignificari, ſi ſumuntur in re, ſunt idem ꝙ res prædicamentariæ diuerſorum prædicamentorum. Quarę poſſunt dici eſſe in prædicamento vel per identitatem, vel per ſignificationem, nunq̃ tñ poſſunt dici eſſe in prædicamento formaliter vt ipſa ſunt. Species.n. & genus & cætera id genus in nullo ſunt prædicamento formaliter, bene tamen ſunt idem his, quæ ſunt in prædicamentis, vel ſignificant res prædicamentorum. Hæc de dilucidatione ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis Ioan. ad primum concedit poſſe eſſe proceſſum in infinitum in accidentaliter ordinatis, ſed in eſſentialiter ordinatis negandum eſt, ſm tñ noſtram dilucidationem concedo ad quod deducit ratio, non.n. entia rationis ſunt in prædicamento vno & certo, ſed modo quo diximus. Ad ſecundam dico ꝙ ens rationis eſt ſubſtantia vel accidens per ſignificationem. vel per identitatem, & hoc ſufficit dilucidationi. Ad tertiam dico ꝙ famoſum eſt nihil eſſe in prędicamento formaliter niſi ens reale, tamen poſſunt eſſe in prędicamento entia rationis per ſignificationem vel per identitatem & ſic ad rationem. In contrarium patet ſolutio, concludit.n. entia rationis non eſſe in prædicamento vno certo, & limitato. Hæc de vltima diſputatione, deq; toto ſexto ſufficiant.

FINIS LIBRI SEXTI.

# LIBRI SEPTIMI
## METAPHYSICORVM
## DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

### In. 19. Diſputationes diuiſi.

1 *Num inhærentia ſit eſſentia accidentis.*
2 *Num ſubſtantia ſit tempore prior accidente.*
3 *Num ſubſtantia oĩbus accidẽtibus diffinitione prior ſit.*
4 *Num ſubſtantia cognitione præcedat accidentia.*
5 *Num forma ſit prior materia, ipſoq; compoſito, & magis ens vtroq;.*
6 *Num materia ſit ens.*
7 *Num quod quid erat eſſe ſit idem ei cuius eſt quod quid erat eſſe.*
8 *Num eadem ſpecie ex ſemine & ex putri materia prodeant.*
9 *Num compoſitum per ſe primo generetur.*
10 *Num à forma ſeparata poſſit proficiſci hoc aliquod.*
11 *Num in materia rerum generabilium rationes ſeminariæ præſint.*
12 *Num in cauſis agentibus præſint rationes ſeminariæ rerum generandarum.*
13 *Num materia ſit pars eſſentiæ, vel quiditatis.*
14 *Num ſingulare ſit per ſe intelligibile à nobis.*
15 *Num conceptus generis ſit alius à conceptibus ſpecierũ.*
16 *Num differentia ſpeciei formaliter includat differentias generum ſuperiorum.*
17 *Num vniuerſale ſit aliquid in rebus.*
18 *Num formalis differentia partium diſſimilarium eiuſdem animalis ſit propter formas ſubſtantiales.*
19 *Num totum dicat formaliter aliquam entitatem realẽ in realiter diſtinctam à partibus.*

PRÆFATIO.

IT DE modo quo conſiderationes in hac ſciẽtia aguntur hactenus, nunc res aggreditur, quas conſiderâre intendit in hac ſcientia, in quibus acutiſsimas diſputationes ſtatuimus, quas vt cæteras tibi recognoſcendas ſcribimus, quęſo igitur vt accurate legas. nam ſi tibi videbuntur neminem dubitabunt. Vale.

*Nihil.n. ipſorum eſt, nec ſecundum ſe aptum natum, nec ſeparari poſſibile ſubſtantia &c. Tex. cõm. 3.*

## DISPVTATIO PRIMA
### De natura accidentis.

*Num inhærentia ſit de eſſentia accidentis.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD inhęrentia non ſit de eſſentia accidentis. Arguitur primo, quia nõ eſt idem cõceſſum & quæſitum, modo eſſentia accidentis eſt conceſſum quia præcognoſcitur, cum ſit diffinitio, quæ medium eſt in demonſtratione illius, medium autem ſemper ante demonſtrationem cognoſcitur, at inhęrentia accidentis proprij ad ſubiectum demonſtratur, igitur inhęrentia nec eſt eſſentia, nec de eſſentia. Secundo ſi ſic: tunc dicendo accidens inhęrens eſſet nugatio. tenet argumẽtum. quia addere aliquid alicui, quod eſt de illius eſſentia eſt nugatio. In contrarium arguitur, quia ſi inhęrentia non eſſet de eſſentia accidentis: eſſet ſubſtantia vel accidens: non ſubſtantia vt patet. nec accidens: quia tunc inhæreret accidenti: & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Secundo Boetius dicit accidentis eſſe proprium & eſſentiale inhærere: & ſic quæſtio eſt ambigua pro vtraque parte.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CIRCA titulum debes ſcire ꝙ ſunt qui faciũt differentiam inter ineſſe & inhærere: dicẽtes ipſum ineſſe competere formis ſubſtantialibus, quæ materię inſunt: ipſum vero inhęrere cõpetere accidẽtibus. Sed hęc differentia non eſt peripatetica. Boetius.n. in p̃dicamentis ait dici de, conuenire ſubſtantijs: eſſe in, conuenire accidentibus. Præterea. 2. de aĩa. Auer. vult ꝙ tam formæ ſubſtantiales, q̃ accidentia ſubiecto inſint, licet differenter. Propterea aliter oportet dicere ꝙ, videlicet, inhærere eſt alicui ineſſe, cum quo non facit vnum per ſe, aut clarius inhærere eſt vnio aliquorum ad aliqua ex qua non reſultat vnum per ſe. & ſic tam formæ: q̃ accidentia inſunt verũ accidentia inſunt inhærenter hoc eſt ſm quid: formæ vero inſunt ſimpliciter. Vlterius. 2. debes ſcire ꝙ accidens poteſt ſumi pro intentione, & pro re ſubiecta intentioni, pro intentione idem eſt ꝙ ens rationis apud nonnullos, pro re vero ſubiecta intentioni diuiditur per nouem prædicamenta vt in quãtum quale, & id genus & dixi notanter pro intentione eſſe ens rationis, quia ſic volunt in vniuerſalibus Porphyrij, licet hi velint illam eſſe idem ꝙ inhærẽtia. Vlterius. 3. debes ſcire ꝙ inhærẽtia ab eiſdem ſolet diſtingui, qm̃ alia eſt actualis: alia aptitudinalis, inhęrẽtia actualis eſt vnio aliquorum ineſſe exiſtentiæ & ſingulari. Inhęrentia vero aptitudinalis eſt ipſorum vnibilium in potentia & non in

*Cõm. 4.*



actu vel ſub alijs verbis inhęrentia aptitudinalis eſt ipſa accidentis depẽdentia, ſiue ipſius accidentis eſſentialis ordo ſm ſuam quidditatem ad ſubiectũ ſm ſuam quidditatem, dico ſm eorum quidditates, quia hæc inhęrentia abſtrahit abeſſe exiſtentiæ, non autem abeſſe eſſentiæ. Immo hæc ſupponit ipſum eſſe eſſentię & propterea eſt vnio accidentis cum ſubiecto non ſm eſſe exiſtentiæ, ſed ſm eſſe eſſentiæ, hinc dant dr̃ias. Prima eſt quia actualis inhęrentia circunſcribitur à demonſtratione, quia demonſtratio abſtrahit ab exiſtentia, & ab his quæ rem conſequuntur vt illa exiſtit, alioquin nõ eſſet neceſſariorum. Secunda vero inhærentia aptitudinalis non circũſcribitur à demonſtratione. Ex hac ſequitur ſecunda dr̃ia ꝙ actualis non ſemper accidenti ineſt: at aptitudinalis ſemper ineſt, nã prima aut eſt exiſtentia aut conditio propriæ exiſtentiæ, modo non eſt de rõne accidentis ſemper inexiſtere alteri, ſufficit.n. ꝙ poſsit ineſſe. Sed hæc diſtinctio non eſt peripatetica, ſm.n. peripateticos. oĩs inhęrentia eſt actualis, nam ſm ipſos nõ magis in eſſe cõparatur formis q̃ inhęrere accidentibus, ſed non ſunt formę niſi inſint, igitur nõ ſunt accidentia niſi inhæreãt. Præterea q̃ eſſentiale eſt per ſe eſſe ſubſtantiæ, tã eſſentiale eſt alteri inhęrere accidenti, ſed non eſt ſubſtantia, quin ꝑ ſe ſit, igitur non eſt accidens, quin alteri inhęreat, multas alias rationes addemus. Propterea ſm peripateticos omnis inhærentia eſt actualis, verum iuxta nonnullos peripateticos oportet dicere ꝙ hęc inhęrẽtia actualis eſt duplex ſm eſſe eſſentiæ, & ſm eſſe exiſtentiæ. Prima quidẽ eſt vnio aliquorum ſm eſſe eſſentiæ tm̃: eo modo quo imaginamur albedinem ſm ſuam naturam: & eſſentiam vniri ſubſtantiæ, vt.n. in ſubſtantijs compoſitis cõcipimus formam ſm ſui naturam vniri materiæ acceptæ ſm eſſe eſſentiæ ſic ꝙ ex tali vnione reſultat quoddam cõpoſitum abſtrahens ab oĩ ſingularitate, & exiſtẽtia, quoddam modo cõe, ſic concipere poſsimus albedinem ſm ſui naturam vniri ſubſtãtiæ ex cuius vnione reſultat quoddam cõe compoſitum ſm quid abſtrahens ab hoc & ab illo compoſito ſm quid, hoc patet quia cõpoſitio & vnio proportionari debẽt principijs vnibilibus, quare vt poteſt ex materia & forma abſtractis ab exiſtentia & ſingularitate cõcipi vnum cõe compoſitum, quod nec eſt hoc, nec illud, ſic poteſt ex albedine: & ſubſtantia concipi vnum actuale compoſitum ſm quid, quod nõ ſm eſſe exiſtentiæ, ſed ſm eſſe eſſentiæ erit cõe abſtrahens ab hoc & ab illo. Secunda vero inhęrentia actualis quę eſt ſm eſſe exiſtentiæ, eſt ſingularium non abſtrahentium ab exiſtentia, hæ differunt quia demonſtratio non abſtrahit à prima, at à ſecunda bene abſtrahit, ꝙ demõſtratio non abſtrahat à prima, declaratur quia Ariſt. & Auer. in litera vt cõm. 3. demonſtrat accidens eſſe inſeparabile à ſubſtantia, amplius & primo phyſi. demr̃ant ꝙ intellectus quærens ſeparationem paſsionum à ſubiectis quęrit impoſsibile. Sed debes ſcire ꝙ hæc diſtinctio non eſt Auerroica, quia ſm Auerroem non datur compoſitum cõe nec ſm quid nec ſimpliciter, vt primo huius diſputauimus, & ſi non datur tale cõe & vl̃e compoſitum non poſſumus concipere talem vnionem accidentis & ſubiecti ſm eſſe eſſentiæ, ſicut nec concipimus vnionem cõem formæ, & materiæ ſm eſſe eſſentiæ, cauſa autem eſt quia vl̃ibus ſm Auer. nihil correſpõdet in re præter formas, vt hoĩ nihil præter formam hoĩs: albo etiam nihil pręter albedinem. Eſt tñ hęc differentia ꝙ compoſitis vl̃ibus in voce vel ſcripto correſpondẽt conceptiones quædã in mente ſm quas poſſumus cõpoſitum ipſum ſingulare ratione vl̃i concipere, & ſm quas ſingularia compoſita poſſumus diffinire, & per quas de ipſis poſſumus quædam demonſtrare. vt dictum eſt. 1. huius. Ex his ſequitur ꝙ Auerroice loquendo oĩs inhęrentia eſt actualis, & nulla abſtrahit ſm naturam ab exiſtentia, licet ipſum inhęrens poſsit vl̃iter concipi, non conceptione, cui corrñdeat aliquid præter ſingulare, ſed conceptione cui ſingulare corrñdet, ſed non hoc ſolum, quin aliud, & ſic vocàtur cõceptio vl̃is. Animaduerte tñ ꝙ licet ſm peripateticos & maxime ſm Auerroem oĩs inhęrentia ſit actualis, tñ ſm veritatem non eſt ita, quia eſſe poteſt accidens, & nõ actu ſubiecto inhęrens per potentiam ſupernaturalem, quæ ſupplet vicem cauſæ materialis, & effectiue. vt poſtea breuiter tangetur. Et propterea ſm veritatem formæ oẽs poſſunt eſſe actu ſine materia: vt per potentiam ſupernaturalem. Quarto debes ſcire ꝙ aliqui faciunt differentiam inter eſſe idẽ eſſentia & eſſe idem eſſential'r, nam quicquid eſt de eſſentia alicuius eſt eſſentialiter idem illi, non autẽ quicquid eſt eſſentialiter idẽ alicui eſt de eſſentia illius, propria.n. paſsio eſt eſſentialiter idẽ ſubiecto, & tñ non eſt de illius eſſentia propterea volũt eſſe de eſſentia, nihil aliud eſſe q̃ de conceptu formali & quidditatiuo, at eſſe eſſentialiter idem eſt conuenire in eadẽ natura exiſtente & ſingulari: quo fit vt p̃dicata primi modi ſint de eſſentia eius cuius ſunt, p̃dicata vero ſecundi modi ſunt eadem eſſential'r his, quorum ſunt. Sed hæc expõ non eſt peripatetica, non.n. vr̃ ꝙ aliquid poſsit eſſe alicui eſſential'r idẽ: & non eſſe de illius eſſentia. Primo quia cuilibet nomini & verbo ꝓprium corrñdet denominatiuum & aduerbiũ, eſſe de eſſentia eſt verbum, modo nõ video ꝙ denominatiuum poſsit illi correſpondere, niſi eſſentiale & nec aliud aduerbium præter eſſentialiter, ab eſſentia.n. inquit Boetius eſſentiale, ab eſſe de eſſentia eſſe idẽ eſſentialiter proficiſci debet, igitur quicquid eſt de eſſentia alicuius eſt illi eſſentiale, & idẽ illi eſſentialiter, & econtra quicquid eſt alicui eſſentiale, vel idem eſſentialiter eſt de illius eſſentia. Propterea debes ſcire ꝙ forma, eſſentia, & quidditas idẽ ſunt apud peripateticos, & maxime apud Auer. diffõ vero ſermo eſt explicatiuus quidditatis formæ, & eſsẽtiæ vt primo huius daclarauimus ex opinione Auer. hic, & propterea eſſe de eſſentia & eſſe de forma, & eſſe de quidditate alicuius eſt eſſe de diffõne illius. vt diximus eſſe eſſentiale, eſſe formale, eſſe q̃dditatiuũ, eſt eſſe diffinitiuum. eſſe eſſentialiter eſſe formaliter. eſſe quidditatiue, eſt eſſe diffinitiue ſecũdum ꝑipateticos, quid igitur ſit eſſe de eſſentia. & eſſe eſſentiale apud peripateticos patet, inſuper etiam patet paſsionem non eſſe eſſantialem, nec de eſſentia nec eandem eſſentialiter ſubiecto ſecundum peripateticos. Sed ſubiectum & propria paſsio forte ſunt eadem in ſubiecto & differunt ratione ſiue diffinitione, hoc enim modo diſtinctionũ vtuntur peripatetici, & per hæc apparet confuſiones in metaphyſica eſſe multiplicatas ex hominibus quorũ ſtudium fuit in deſtruendo veritatem, & non in inueniendo: per hæc enim verba ficta logicorum fiunt difficultates mataphyſicæ, quæ videntur in comprehenſibiles: & tamen in re nihil ſunt. Hæc de titulo.

CAPVT SECVNDVM POSITIONVM.

AD hanc quæſtionem reſpondent aliqui & per cõcluſiones. Prima igitur concluſio eorum eſt ꝙ loquẽdo de accidente pro re ſubiecta intentioni, vt ſic ſit prima con-

*Confutatio.* — *Quæ ſecũdum peripateticos.* — *Cõm. 3 9. Quæ Auic.* — *Exceptum. Auerroicũ.* — *Quæ aliqui de eſſe idem eſſentialiter.* — *Confutatio.* — *Quæ peripatetici.* — *Cõm. 41. & 43.* — *Põ Sco. ĩ 4 ſen. diſtin. 12. q 1. 1. concluſio.*

ma concluſio. Q̃ neutra inhærentia eſt de eſſentia accidentis, ſiue ſit accidens abſolutum, ſiue reſpectiuum. *Secunda.* Secunda concluſio apud eos eſt iſta. Q̃ inhærentia aptitudinalis eſt eſſentialiter idem accidenti ſumpto pro re ſubiecta intentioni ſiue ſit abſolutum ſiue reſpectiuum. *Tertia.* Tertia ſumendo vt prius accidens pro re ſubiecta intentioni actualis, inhærentia non eſt idem eſſentialiter accidenti abſoluto. *Quarta.* Quarta concluſio loquendo de accidente vt prius pro re ſubiecta inhærentia actualis eſt idem eſſentiale accidenti reſpectiuo, hæc dicunt de accidente pro re ſubiecta, ſed de accidente pro intentione nihil expreſſæ hr̃, & videntur vt dixi varij, nam in vniuerſalibus eorum princeps voluit accidẽs ſumptum pro intentione eſſe ens rõnis. & ad hunc ſenſum adaptat diffinitionem Porphyrij, hic autem dicũt accidens pro intentione ſumptum eſſe ipſam accidentalitatem ſiue accidentiam, ſiue inhærentiam, & hoc modo velle videntur eſſe rem conceptibilem Et propterea iuxta ea quæ hic dicunt oportet dicere accidẽs pro intentione & inhærens eſſe ſynonyma, ſiue multiuoca & ita poteſt poni *Quinta.* Quinta concluſio. Inhærẽtia eſt ſynonymum accidenti ſumpto pro intentione, ſiue pro ratione conceptibili & tunc iuxta hæc patent quinque concluſiones, de quibus per ordinem diſputandũ eſt. *Rationes primæ cõ.* Primam igitur deducunt quantum ad primam partem quòd videlicet, aptitudinalis inhærentia non ſit de eſſentia accidentis abſoluti pro re ſubiecta ſumpti, quia nullus reſpectu eſt de eſſentia abſoluti: ſed vtraq; inhærẽtia eſt formaliter reſpectus aptitudinalis quidẽ eſt aptitudinalis reſpectus, ſiue ordo, actualis vero actualis reſpectus ſiue ordo, igitur neutra eſſe poteſt de eſſentia accidentis abſoluti, maior vero eſt Ariſt. & Auer. 4. huius cõm. 26. Præterea iuniores ex auctoritate Ariſt. dicta in. 4. inferant tale enthymema, videlicet, ſi oĩa eſſent vera, tunc oĩa eſſent ad aliquid, quod habet pro impoſſibili: quæro igitur quid intelligit Ariſt. per eſſe ad aliquid, aut identice, aut formaliter, non idẽtice intelligi poteſt quia non eſt illud impoſſibile, igitur formaliter, quare impoſſibile eſt abſolutũ eſſe formaliter ad aliq̃d. Sed ſi aptitudinalis inhærẽtia eſt de eſſentia accidentis abſoluti, tunc accidens abſolutum eſſet formaliter ad aliquid, quod Ariſt. habet pro impoſſibili. Secunda pars de accidente reſpectiuo etiam probatur & ſupponunt in oĩ eo quod refertur eſſe aſſignare principium referendi, & fundamentum referendi, & quod ipſum refertur. Verbi cã. pater per ſe primo refertur ad filium, pater quidem eſt, quod refertur, fundamentum ſiue ſubiectum, eſt Niphus, vel Iacobus principium ſiue rõ referendi eſt paternitas, tunc arguunt ſi inhærentia ſit de eſſentia accidentis reſpectiui, tunc de paternitatis eſſentia eſſet inhærentia ad Niphum, igitur paternitas illa formaliter refert̃, & cum per ſuppoſitionẽ oportet in oĩ eo quod refertur dare aliquid præter relationem, ipſam qua refertur, oportet vt p̃ter paternitatem detur inhærentia qua refertur ad Niphum, igit̃ paternitas illa erit præter inhærentiam illam qua refert̃ ad Niphum ipſum, & ſi eſt præter inhærentiã, relinquit̃ illam inhærentiam non eſſe de eſſentia paternitatis, & hoc modo habetur intentum. Tertio cõiter concluſionẽ probant, quia ſi de eſſentia accidentiũ eſt inhærẽtia aptitudinalis, tunc quãtum, quale, & id genus non erunt gñaliſſima. deducunt, quia inhærentia eſt eiuſdem rõnis in oĩbus illis. igitur poteſt abſtrahi cõceptus cõis oĩbus illis vniuocus, inferior quidẽ conceptu entis, ſuperior vero conceptibus illorũ. Sed oĩs talis eſt conceptus gñis, & hoc modo habebunt genus ſuperueniens. Præterea arguunt alij ſi inhærentia eſſet de eſſentia accidentis, non poſſet accidens aliq̃d concipi ſine habitudine ad ſubiectum. tenet conſequentia, quia nihil poteſt eſſentialiter & ꝑ ſe concipi. ſine his quæ ſunt de eius eſſentia. conſequens eſt falſum, quia mathematicus concipit & conſiderat q̃titates ſine ſubiecto. Pręterea vt dictum eſt demonſtrator anteq̃ demonſtret paſſionẽ conſiderat paſſionem ſine ſubiecto, aliter fruſtra demonſtraret. Hæc pro prima concluſione. *Dedu. 2.* Scd̃am concluſionẽ deducunt iterum. Primo quia nulla naturalis aptitudo eſſentialiter diſtinguitur ab eo, cuius eſt, modo inhærentia aptitudinalis aptitudo eſt quædam vt patuit. Secundo nulla paſſio entitatiua diſtinguitur eſſentialiter ab eo quod continetur ſub ente cuius eſt illa paſſio patet, quia ſi nõ diſtinguitur paſſio ab ente in eo qd̓ ens, nec hęc paſſio ab hoc ente in eo ꝙ hoc ens. *Dedu. 3.* Tertiã deducunt per medium catholicum, poteſt tñ deduci per mediũ naturale ſic. Accidens eſt quod põt in eſſe & ab eſſe præter ſubiecti corruptionem, igitur inhærentia actualis nõ eſt de eſſentia accidentis nec idem realiter vel eſſentialiter illi, aliter nõ poſſet niſi ineſſe. *Dedu. 4.* Quartã deducunt primo & ſupponunt duas eſſe habitudines in relatiuis ipſis vna eſt eſſe in, quæ eſt ipſa inhærentia actualis, alia eſſe ad, q̃ eſt habitudo ad terminum: modo arguũt habitudinem ad ſubiectum ſiue fundamẽtum eſſe idem realiter ſiue eſſentialiter, quia non poteſt relatio eſſe ſine tali habitudine, & propter hoc dicunt habitudinem ad terminũ eſſe de eſſentia relatiui, ad ſubiectũ vero vel fundamentum eſſe propriam paſſionem, cã eſt quia habitudo ad terminum eſt prior prima, quia ſi relatio diffinitur, diffinitur ꝑ habitudinem ad terminum: & non ad fundamentum, vt patet in. 5. huius, & in prædicamentis, præterea abſolutum & reſpectiuum diuidunt ens, ſed eſſe ad ſe eſt de eſſentia abſoluti, igitur eſſe ad terminum eſt de eſſentia relatiui. *Dedu. 5.* Quintam concluſionem de mẽte eorum facile eſt declarare. nam accidere & inhærere idem noĩe & re videntur vt dicunt, amplius accidentia & inhærentia idem. Ex hac quinta concluſione ſequit̃ eſſe duplicem accidentiam, alteram actualem, alteram aptitudinalem, & de accidẽtia eſt dicendum apud eos veluti de inhærentia. Hæc eſt eorum põ. *Rõnes Io. contra Scot. quas facit Sco. contra ſe. 4 ſent. di. 1 2. q 1. & Ant. hic. tali.* Sed contra hanc põnem arguit Ioan. & præſertim contra tertiam. Primo ſic. Illud quo aliquid formaliter eſt ens, eſt dę eſſentia ſui, ſed dependentia ad ſubſtãtiam eſt illud quo accidens eſt formaliter ens vt dicunt Ariſt. & Auer. in cõm. 2. huius ꝙ accidentis eſſe eſt in eſſe dicentes quia non eſt ens niſi quia entis, modo illa particula quia, vr̃ nota cã formalis. *Secunda.* Secundo dicitur. 4. huius ꝙ ens dicitur de ſubſtantia & accidente veluti ſanum de ſanis. Sed vrina eſt ſana per dependentiam ad aĩal ita ꝙ ille ordo ad ſanitatem in aĩali eſt ratio formalis ſanitatis in vrina, igitur & in accidente. *Tertia.* Tertio ſi inhærentia eſſet alia ab albedine inhærente, tunc talis inhærentia inhæreret aut per ſe, aut aliquo alio, ſi ſeipſa, igitur ſtandum eſt in prima. ſi per aliud, dabitur proceſſus in ĩfinitum. *Quarta.* Quarto reſpectus rei productę ad productorem ipſum eſt idem eſſentialiter rei productæ, igitur reſpectus accidentis ad ſubiectum erit idem. deducitur, quia reſpectus accidentis ad ſubiectum videtur intimior accidẽti, q̃ reſpectus rei productæ ad producens, quia accidẽs per ſubiectum diffinitur: non autem res producta per ipſum producens. *Quinta.* Quinto ſi inhęrentia eſt alia ab accidente



cidente vtpote ab albedine, igitur poteſt eſſe ſine iſto reſpectu depẽdentiæ ad ſubiectum, & ita concipi & diffiniri ſine iſto reſpectu, contra ph̃m. *Sexta.* Sexto & vltimo ſi inhærentia actualis eſt poſterior accidente, tunc nõ poteſt eſſe niſi illius propria paſſio. deducitur quia immediate ineſt accidenti, modo omne immediate inhærens alicui vr̃ eſſe illius propria paſſio; & ita oportet fateri actualem inhærentiam eſſe propriam accidentis paſſionem, & per conſequens erit idem realiter & eſſentialiter accidenti. Hæc contra dictam concluſionem. *Solutiones & replicæ.* Sed enituntur ſoluere rõnes haſce, nos vero enitemur replicare: quia poſitio vt dicemus nõ eſt peripatetica. *Solu. primæ.* Ad primam ſoluunt primo ꝙ q̃ñ Ariſt. ait accidens non eſt niſi quia entis, illa particula, quia, redit cãm, & poteſt redere cãm formalem: & materialem, & oẽ genus cauſæ, & ita in propoſito redit cãm materialem, eſt. n. ſenſus accidens non eſt ens, niſi quia ſubſtãtia eſt ſub̃m & materia eius. *Replicæ.* Sed hæc ſolutio ſtare nõ poteſt. Primo quia à pari dicere poſſemus ſubſtantiales formas nõ eſſe ens, niſi quia entis. deducitur, quia cã materialis formarũ, eſt illud ens, quod eſt materia, igit̃ formæ non ſunt ens, niſi quia entis. tenet conſequentia ab inferiori ad ſuperius, ẜm regulam logicã, ſunt. n. ens quia ſunt huius entis, igitur non ſunt ens niſi quia entis, hoc autem non dicerent peripatetici. Scd̃o quia ſi accidens non eſt niſi quia entis prout illa particula, quia, dicit cãm materialem, tunc ſubſtãtia eſſet materia accidẽtis, ſed ẜm Ariſt. habitudo formæ ad materiam eſt eſſentialis, & de eſſentia formæ vt patet. 2. phyſi. textu, & igitur idem quod *Cõm. 26.* prius. Ideo pro veritate quam nos catholici tenemus ad primam rõnem Ioan. dicerem, ꝙ illa ꝓcedit ex ſuppoſitis, ſuppõnit. n. dependentiã accidentis ad ſubſtantiam eſſe illud quo formaliter accidens eſt ens, hoc. n. licet ſit peripatetice dictum de actuali inhærentia, non tñ eſt verum, quia ẜm veritatem q̃ tenemus, accidentis eſſe non eſt actu ſub̃æ inhærere, nec eſt eſſe actu entis, quicquid velint Ariſt. & Auer. Per idem patet ſolutio ad ſecundam. vt patuit. 1. & 4. huius. Contra ſolutionẽ ad ſecundam eſt replicatum in. 1. & 4. huius, ideo nunc ſufficit. *Solutio. 3* Ad tertiã rñdent concedendo inhærentiã actualem accidenti ipſi inhærere alioquin albedo non eſſet formaliter inhærens, & cum quæris de ſecunda inhærentia, dicunt ꝙ illa non differt à prima, & ꝓpterea eſt *Confutatio.* ſtatus. Sed hæc ſolutio eſt dubia ẜm Ariſt. ſit. n. albedo inhærens, & inhærentia qua inhæret ſit A. & quæro vel A. eſt accidens vel non, & certum eſt ꝙ apud eos oportet dicere ipſum A. eſſe accidens, vel igitur inhæret vel non. ſi non inhęret, tunc erit contra eos, ſit igitur inhærentia qua inhæret B. tũc arguo vel ipſum B. eſt de eſſentia ipſius A. vel adhuc eſt accidens ipſi A. non curo ſiue actuale, ſiue aptitudinale. Si accidens, & accidentis diffinitio eſt in eſſe vel actu vel aptitudine, igitur ipſum B. inhæret ipſi A. quod negarunt, ſi dicis vt fortaſſe credunt, ꝙ ipſum B. eſt de eſſentia ipſius A. & ꝙ A. per ſe inhæret, & per nihil aliud: cum A. ſit accidens, tunc de eſſentia alicuius accidentis accepti pro re ſubiecta eſſet actualis inhęrentia, quod ſuperius abſolute negarũt, dicentes inhærentiam actualem non eſſe idem eſſentialiter accidenti, vbi conclo erat vl̃is, & ille terminus accidenti, ẜm logicos ſtat diſtributiue. Scd̃o ijs q̃ ſunt eiuſdẽ gñis atq; rõnis quicquid per ſe competit vni competit oĩbus. Sed albedo & ſua inhærentia ſunt eiuſdem rõnis, in accidente quia ambæ conueniunt in rõne accidentis, igitur quicquid cõpetit albedini per rõnem accidẽtis, competit ipſi A. inhærẽtiæ per naturam accñtis. Sed albedini cõpetit vt inhæreat inhærentia præter ſuã ipſius naturam, igit̃ ipſi A. etiam idem cõpetit per naturã accidentis, quare oportet dicere ipſum A. inhærere inhærẽtia præter ſui eſſentiam. Aliter igit̃ pro veritate dicerem ſaluo ſemper meliori iudicio cui ſemper me remitto, ꝙ accidens inhæreret per inhærentiam, q̃ inhæret vt quo. album. n. inhæret ligno: vt qd̃, & inhærentia, vt quo, & ſic non oportet vt per aliam inhærẽtiam inhæreat ipſum A. quia illud quo aliquid inhęret ſeipſo ĩhæret. Ad ſecundam ſupponit falſum, non. n. album quod inhęret & inhærentia q̃ inhęret, ſunt eiuſdem rõnis, quicq̃d velit Ariſt. quia alterum eſt quod, & alterum quo. *Solutio. 4.* Ad quartam concedunt reſpectum rei productæ ad Deum eſſe idem realiter cum re producta, & negant habitudinem actualem accidẽtis ad ſubiectum eſſe idem accidenti. Vlterius negant magis debere eſſe idem illam habitudinem cum accidente, quam illum reſpectum cum re producta. & q̃ñ dr̃ ꝙ magis deberet eſſe quia accidens non põt diffiniri ſine ſubiecto, igit̃ reſpectus ad ſubiectum eſt intimior accidenti q̃ reſpectus creaturæ ad Deum, eo quia creatura põt diffiniri ſine Deo. Reſpondent ꝙ accidens diffiniri per ſubiectum non eſt, quia reſpectus accidentis ad ſubiectum ſit accidenti intimior q̃ ſit reſpectus creaturæ ad Deum ipſi creaturæ. Sed hoc eſt quia creatura habet eſſe magis per ſe ſubſiſtens, & hoc modo vr̃ poſſe per ſe terminare actũ intellectus ſine omni alio, accidens vero cum ſit forma ſubiecto inhærens, non vr̃ poſſe quietare per ſe intell̃m niſi cointelligatur ſubiectum, cuius eſt forma, igitur ponitur ſubiectum in diffinitione accidentis, nõ quia ille reſpectus ſit accidenti intimior, ſed quia accidens eſt imꝑfectus. *Replica.* Sed replicatur primo diffinitio explicat eſſe vt dicit Auer. in hoc. 7. cõm. 42. igitur illud qd̓ eſt intimius diffinitioni ipſi, eſt intimius eſſentiæ ipſi, cuius eſt illa diffinitio. Sed habitudo accidentis ipſius ad ſubiectum ipſum eſt diffinitioni ipſi intimior, q̃ ſit habitudo creaturæ ad Deum, igitur habitudo accidentis ad ſubiectum erit intimior eſſentiæ accñtis, q̃ habitudo creaturæ ad Deũ ipſi creaturę. Scd̃o minus depẽdens ab aliquo in eſſentia, minus dependet ab illo in cognoſcibilitate. Sed ꝑ eos accidẽs minus depẽdet à ſub̃to q̃ habitudo ad ſubiectũ nõ eſt ita ſibi intima, igit̃ minus in cognoſcibilitate ab eodem dependebit. Tertio q̃ro propter quid accidẽs habet conceptũ imperfectiorem conceptu creaturæ. aut quia ſibi aliquid deficit, qd̃ pertinet ad eius eſſentiam. aut quia ſibi deficit aliquid quod cõſequit̃ eſſentiam, aut quia ſibi deeſt aliquid accidentale, nõ. n. audiui à ph̃is aliquem conceptũ poſſe eſſe imperfectũ pluribus modis his. Si ponit̃ ꝙ accidẽs habeat conceptũ imperfectum, quia ſibi deeſt aliquid quod ꝑtinet ad quidditatem. Primo hoc eſt impoſ̃e, quia per eos habet verũ genus, & veram dr̃iam. Secũdo ſi accidenti deeſt aliquid quod ꝑtinet ad quidditatẽ, & tale non ſuppletur niſi ꝑ habitudinem ad ſub̃m, igitur habitudo ad ſubiectum ſpectat ad eius quidditatẽ, igitur nihil ſibi deeſt quo ad quidditatem, ſi vero deeſt ſibi aliquid quod conſequitur quidditatem, ridiculum eſt, quia cui non deeſt quidditas ei non deeſt aliquid conſequens quidditatem. Si vero quia ſibi deeſt aliquid accidentale, tunc nõ propter hoc dr̃ habere conceptum imperfectum vel imperfecte diffinibile. Aliter igitur ſaluo meliori iudicio dicerem pro veritate, videlicet, ꝙ rõ li eſt ex ſuppoſitis ab Ariſto. ſupponit. n. reſpectũ rei productæ

productæ ad ſuum producens eſſe de eſſentia rei productæ, certe falſum eſt ſm veritatē, quia ſm veritatem non eſt idem eſſentiale, & de eſſentia, & ſic reſpectus rei ꝑductæ ad primum producens eſt eſſentiale, quia virtute illius oīs fit productio, non autem ad ſecundarium producens. Silr̄ dico ꝙ habitudo accidentis ad primam ſubām, quæ eſt prima cā oīum cārum vicem ſupplens, eſt eſſentiale quoddam accñti, licet non de eſſentia ſm veritatem. oīa.n. æqualiter à prima ſubā æque dependent, cur vero magis accidens diffinitur per ſubām, q̈ producens ꝑ productum, patet ſolutio, quia ſm veritatem vtrunq; diffinit̃.ſ. productum ꝑ primum producens, & accidens per ſubām, ſm Ariſt. qui hæc ignorauit, accidens diffinitur per ſubām, quia opinat̃ de eſſen-

*Sol.5.* tia accidentis eſſe actualem inhærentiam. Ad .5. dicunt ꝙ reſpectus eſt poſterior accidente, & tñ terminus eſt prior reſpectu & accidēte, veluti ſolent exponere de reſpectu creaturæ ad Deum, ꝙ res quæ eſt creatura ipſa, prior.n. eſt reſpectu creaturæ ad Deum, & tñ Deus eſt prior reſpectu illo, & creatura, & concedunt ꝙ poteſt intelligi accidens ſine tali reſpectu, non tñ ſine termino

*Replica.* reſpectus intelligi poteſt intellectu quietatiuo. Sed hęc ſolō eſt dubia. Primo, qa ſi accidens eſt prius ipſo reſpectu ad ſubm̄, & non eſt prius ipſo reſpectu, niſi quatenus eſt reſpectus, & non eſt reſpectus niſi quatenus eſt ad ſubm̄, igit̃ nō eſt prior illo reſpectu: niſi quatenus eſt reſpectus ad ſubiectum, igit̃ ex oppoſito, ſi accidens nō eſt prius termino reſpectus, non erit prior illo reſpectu vt in illum terminum. Scd̄o mirum eſt ꝙ accñs habeat oīa eſſentialia, & quidditatiua ſine habitudine ad ſubiectū, & nō poſsit per ſe ſine ſubiecto diffiniri. Ad vltimā dico ꝙ inhærentia actualis eſt accidens per accidēs accidentis, & quod non immediate inhæret accidenti cuius eſt, ſed mediante propria paſsione illius. Cōtra hāc ſolutionem eſt replicatū, quia tunc eſſet proceſſus in infinitum. Ideo ad hæc aliter dicerē, cum.n. in quinta rōne infert̃ ꝙ albedo poſſet eſſe ſine illo reſpectu actuali concederem ſm veritatem, quicquid velit Ariſto. & vlterius concedo ipſam poſſe diffiniri ſine ſubiecto cui actu inhæret, non tamen ſine ſubiecto ſimpliciter, cui poteſt inhærere. Ad vltimam iam reſponſum eſt aliter, quia non oportet procedere in infinitum, quia inhærentia inhæret, vt quo, & accidens, vt quod. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione diſputationis. Primo debes ſcire ꝙ ſimpliciter ens eſt ſubā, accidens vero non eſt ens formaliter ꝓpria & abſoluta entitate. Hoc declaratum eſt primo huius diſputatione prima de mēte Simplicij. Ex hoc ſequitur ꝙ vt ſubā eſt ſimpliciter ens propria & formali entitate, & ſic accñs non eſt niſi ꝓpria & eſſentiali habitudine ad ſubſtantiā. Secundo ſequitur ꝙ duplex eſt habitudo alia ad terminū, alia ad ſubiectū, ſubſtantiā, ſiue cām, habitudo ad terminum eſt tanq̄ ad ſuū cōſimultaneū, habitudo ad ſubiectū ſiue ad cām, ſiue ad ſubām eſt veluti ad ſuū prius. Et ꝓpterea habitudo ī terminum eſt relatio pręḍicamētalis, habitudo in ſubiectū,

*1. concluſio.* vel ſubām, vel cām eſſe pōt cuiuſlibet accidentis. Tunc ſit prima concluſio. Habitudo actualis accidentis ad ſubiectum, ſiue ſubſtantiam eſt formaliter & eſſentialiter ipſummet accidens, vt habitudo albi ad ſubſtantiam eſt ipſamet albedo, & ſic potius eſt eius eſſentia q̈ ſit dicenda de eſſentia. Secūda concluſio. Nullū accidens poteſt aut diffiniri, aut abſtrahi à ſubiecto. Primā conclōnem

probo. Primo per verba Auer. in hoc .7. vbi dicit ꝙ diffinitio ſimpl̄r non inuenit̃ niſi in ſubſtantijs, & non accidentibus, quia accidentia ſunt compoſita ex ſubſtantia & accidente, hoc autem non dicit, niſi quia vult accidens non eſſe niſi habitudinem ad ſubſtantiam. Præ- *Cōm. 14.*

terea & dicit & diximus ꝙ ſubſtātia eſt prior diffinitione cuiuſlibet accidentis, qm̄ neceſſe eſt vt ſubſtātia accipiatur in diffinitione cuiuſlibet accidentium, qm̄ partes diffinitionis ſunt illa per quæ conſtituuntur res, & quia accidentia conſtituunt̃ per ſubſtantias, neceſſe fuit vt acciperentur in diffinitionibus eorum. Hæc Auer. *Cōm. 4.*

ecce qūo ambæ concluſiones patent. Tertio Auer. 4. phyſi. infert ꝙ ſi prædicamentum q̈titatis eſſet ſeparatum, tunc q̈titas eſſet ſubſtantia ſeparata, quæ non valet niſi quia habitudo ad ſubiectum eſt ipſummet accidens. Secundo principaliter probatur, quia ſi accidēs haberet eſſe formaliter circūſcripta habitudine ad ſubiectum, tūc ens prædicaretur vniuoce de ſubſtantia & accidente, contra ea quę diximus .1. & .4. huius. Secunda vero concluſio ſequitur ex prima. cum.n. eſſe accidentis ſit alteri actu inhærere, tunc accidens nec diffiniri, nec abſtrahi poteſt à ſubiecto. Ex his ſequitur genus & dr̄iam, quibus ipſum accidens diffinit̃, nihil aliud dicere præter illam actualem habitudinē, qua accidēs eſt ad ſubſtantiam, ſiue qua eſt in ſubiecto, nam pro diuerſis rōnibus, quibus accidens eſt in ſubiecto, ſumunt̃ genus & dr̄ia. Aīaduerte tñ ꝙ hæc ſunt dicta ſm Ariſt. & Auerroem, vt exponit Egid. & Ioannes, ſm veritatem accidens poteſt actu eſſe ſine ſubiecto & ſic actualis inhærentia non eſt de eius eſſentia, & tunc ad auctoritates Auer. patet ſolutio, oēs.n. ſunt negandæ. Ad rōnem concederem ſm veritatem ens eſſe vniuocū ſubſtantię & accidenti, quicquid velint ꝑipatetici, quare tenendo veritatem oportet oīa quæ peripatetici dicunt, *Cōm. 60.*

negare. Sed contra hanc determinationem quæ eſt ſm peripateticos in eorum via ſunt nō paucę quęſtiones. Prima quia tunc nullum accidens poſſet eſſe abſtractum, & ſic non differret albedo & album. Secundo quia nullum accidēs eſſet genus ad aliud, nec dr̄ia. deduco, quia genus & ſpēs æqualiter ſunt ad ſubſtantiam & ad ſubiectum habitudo. Tertio tunc oē accidens eſſet circūcernens ſubiectum vt aquilum vel ſimmum, & nullum eſt abiunctum à ſubiecto contra oēs. Quarto tunc ſubiectum & accidens non facerent vnū per accidens, quia addendo ſubiectum non additur aliquid extra eſſentiam accidentis. Quinto tūc accidēs non diffineretur per additionem, quia ſubſtantia eſſet de eius eſſentia, hoc eſt contra Ariſt. & Auer. hic cōm. 17. & 19. Sexto Ariſt. 4. phy. tex. cōm. 58. quærit ſi eſſet ſpatium in quo non eſſet niſi ſonus & color, an tale ſpatium eſſet vacuum, reſpondet ꝙ ſi talę ſpatium nullum haberet corpus, & eſſet receptiuum corporis eſſet vacuum. Hæc Ariſt. vbi patet ꝙ ipſe intelligit ſonum & colorem ſine corpore, igitur de ratione accidentis nō eſt ſubiectum. Septimo intellectus poteſt intelligere albedinem ſine A. & ſine B. ſubiectis, & ſic de cæteris, igitur poteſt intelligi & diffiniri ſine ſubiecto. Octauo videtur hæc poſitio contra religionem, vt patet expreſſe de accidentibus illius diui ſacramenti cui ſine dubio debemus aſſentire. Nono ſi ita eſſet tūc relationi æque intima eſſet habitudo ad ſubiectum, & ad fundamentum ſicut ad terminum, quod non videtur rationale. Decimo tunc actualis inhærentia & aptitudinalis non differrent, aut non eſſet niſi actualis tantum. *Dubitationes*

Vndecimo



Vndecimo tunc nullum accñs eſſet intenſibile vel remiſsibile, deducitur, quia omne accidens eſt habitudo ad ſuum ſubiectum, modo talis habitudo non videtur poſſe intendi nec remitti. Duodecimo tunc nullū eſſet actiuum vel paſsiuū: quia .5. phy. dicit̃ ꝙ relatio nō eſt

*Quæ aliqui de abſtractione.* de principijs actiuis vel paſsiuis. Ad primū dicunt, quidam triplicē abſtractionē, veluti triplex eſt concretio, alia quidem naturæ à ſuppoſitis, aliam accidētis à ſubiecto, aliā relatiui à fundamēto, quia contingit cointelligere naturā cū ſuppoſitis accidēs cū ſubiecto, & relationē cū fundamēto, quare in ſubſtantia vna eſt tantū abſtractio, videlicet, naturæ à ſuppoſitis vt humanitatis, in abſolutis accidētibus duas, videlicet, accidēs à ſubiecto, vt albedo, & naturæ à ſuppoſitis vt albedineitas, in relatiuis tres, à ſubiecto quidē vt paternitas, à fundamento vt patrinitas, à ſuppoſitis vt quidditas patrini

*Confutatio.* tatis. Hæc illi. Sed hæc ſolō non placet, Primo quia vt Themiſt. & Auer. dicunt .1. phyſic. abſtrahere eſt intelligere quoddam prius non intellecto poſteriori. Sed oē accñs eſt poſterius ſubiecto, & oīs relatio eſt poſterior fundamēto, igit̃ nō pōt abſtrahi accñs abſolutū à ſubiecto, nec relatio à ſubiecto & fundamento, ſed magis ecōtra ſubiectū pōt abſtrahi ab accidēte, & fundamentum à relatione. Secundo ſubiectū & fundamentū idē ſunt, quia fundamentū eſt ſubiectū relationis quaſi proximum, igit̃ in relatiuis vna eſt abſtractio à ſubiecto, & quæ eſt à fundamento. Propterea dicendum ꝙ tam in ſubſtantia, q̈ in accidētibus abſolutis, q̈ in relatiuis vna tm̄ eſt abſtractio, videlicet, naturæ à ſuppoſitis, huius aūt cauſa eſt, quia accidentia numerant̃ principal̄r ꝑꝑ ſubiecta, aut ſaltem cōcomitanter ſm eos, igit̃ abſtrahere accidēs à ſubiectis, eſt abſtrahere ipſum ab indiuiduis, quia per ſubiectū erat indiuiduū, quare vna tm̄ eſt in oībus accidentibus abſtractio, igitur cū abſtrahitur accidēs ab his vel illis ſubiectis, tunc abſtrahitur à ſuppoſitis & aliquo mō à ſubiectis, non tñ pōt abſtrahi à ſubiecto cōiter ſumpto, quod reſpicit̃ ab accñte cōiter ſumpto. vnde albū eſt cōcretū, quia cōcernit hoc albū, quod eſt nix, illud vero eſt cygnus, adhuc margaritam, & id genus, ſed qa pōt intelligi nō intellecto cane, nec cygno, nec niue, ſed reſpectu cōis ſubiecti, qd̄ eſt miſtum cōe cani, cygno, niui, & id genus, iō pōt abſtrahi à ſuppoſitis abſtrahendo ab indiuiduis ſui ſubiecti primi & cōis: ſubiectū primū & cōe, & hoc pacto differt albū & albedo, nā albū circūcernit hoc albū qd̄ eſt canis, vel illud qd̄ eſt cygnus, albedo cōcernit ſubiectū cōe qd̄ eſt miſtū. Et ſi dices ergo albedo eſt cōcretū, qa cōcernit ſubiectū & formā. Dico ꝙ albedo cōcernit ſubiectum in cōi in obliquo, albū particularia ſubiecta in cōcreto, & hac rōne alterū eſt abſtractū, alterū concre-

*2. ſolutio.* tum. Per idē ad ſcd̄m dr̄.n. accñs indiuiduū quia cōcernit certū ſubiectū & indiuidū, dr̄ accñs abſtractum ſm ſpēm, quia cōcernit ſubiectū ſm ſpēm. dr̄ accñs genus, qa cōcernit ſubiectū ſm genus vt quale eſt genus omnium qualiū qa cōcernit ſubām, albū ſpēs, quia cōcernit ſubām miſtā, & ſic vſq; ad indiuidua. Ad tertiā di-

*3. ſolutio.* co ꝙ oē accidens qd̄ vis cōcernit ſubiectū, ſed dr̄ aliquod concernens ꝑ excellentiā qa concernit certū & conſtitutū ſubiectū atq; ſpecificū vt aquilū ipſum naſum, maſculū & fœmineū aīal & id genus quędam dicunt̃ abiunctā accidētia, quia non ſpecificū concernit ſubiectū, licet nō poſsint abſolui à ſubiecto vt albū, qd̄ licet nō magis naſum cernat, q̈ pedē, tñ cōcernit miſtā

*4 ſolutio.* ſubām, & ſic patet dr̄ia inter hæc. Ad quartā vno modo dici pōt ꝙ addēdo accidenti ſubiectū primū à quo non pōt abſolui vt aquilo naſum, & albo miſtū forſan nō facit aggregatū ꝑ accidēs, ſed vnū ꝑ ſe, ſed addendo ſubiectū cōe vt albo hoīem, aquilo aīal eſt aggregatū ꝑ accidēs. Vel melius dici pōt ꝙ dū addit̃ accidentibus ſubiectū propriū & primū, ſit aggregatū ꝑ accidēs ex parte ſubiectorū, nō aūt ex ꝑte accidentiū, hoc.n. naſus aqlus eſt aggregatū ꝑ accidēs nō ex ꝑte aquili, ſed ex parte naſi, qui nō limitat ſibi aquilū, & hoc ſatis eſt.

Ad quintā dici pōt vno mō ꝙ qñ accidēs diffinit̃ ꝑ primum ſubiectū nō eſt eius diffinitio ꝑ additamentū, ſed quādo primū ſubiectū circūloquimur, tūc erit ꝑ additamentū: cōiter.n. prima ſubiecta ignoramus. Vel dicendū ꝙ additamentū pōt dupl̄r intelligi. Vno modo pro eo quod eſt alterius p̄dicamēti, & ſic oē accidēs ꝑ additamentū diffinit̃: qa ꝑ rem alterius generis: & nulla ſubſtantia diffinitur ſic, quia ſemꝑ ꝑ res ſuis generis. Alio modo additamentū intelligit̃ pro eo qd̄ nō eſt de eſſentia, & ſic accidēs nō diffinit̃ ꝑ additamentū: quando in eius diffinitione ponit̃ ſubiectū primū, niſi quādo *5. ſolutio.*

poneremus ſubm̄ cōe: & ſic patet ſolutio. Ad ſextā dico ꝙ imaginatur ibi ſonū & colorē nō intellecto corpore ſenſili: vt aere vel aqua, & id genus, nō aūt nō intellecta ſubſtantia q̈ta, quæ ſaltē eſt ſubiectū cōe ſoni & coloris, & ſic nihil habes bone cucullate. Ad ſeptimam cō *6. ſolutio.*

cedo ꝙ pōt intelligere albedinē ſine A & B ſubiectis & ſic de ſingulis ſingularibus, nō tamē ſine ſubiecto cōi, videlicet, ſubſtantia, vt diximus. Ad octauā de religio- *7. ſolutio.*

ne, bene dico ꝙ Ariſt. cogit̃ diſcordare à theologo: vnde Ariſt. vult actualē habitudinē eſſe ipſum accidens, theologus & nos ſm veritatē tenemus aptitudinalē inhærentiam eſſe ipſum accidēs, & ſic negādus eſt Ariſt. & eiuſdem rōnes & authoritates ſunt iam ſolutæ in præcedentibus. Sed qui volūt Ariſtotelē ſentire cum theologis non bene dicunt, ꝑꝑea cōſidera, quia fundamenta ſunt cōtraria. Ad nonā dico ꝙ relatiuis vna & eadem *8 ſolutio.*

eſt habitudo ad ſubiectū & ad fundamentū, quia ſubiectum cū illo fundamēto eſt primū ſubiectū relationis vt aīal potēs genuiſſe, & vlterius dico ꝙ habitudo relationis ad ſubiectū eſt prior q̈ habitudo relōnis ad terminū, quia illa ſibi cōpetit vt accidēs eſt, habitudo ad terminum ſibi cōpetit vt relatiuū, prima non dr̄ prædicamentalis, quia cōpetit oībus accidētibus. Secūda eſt prædicamentalis quę vero eſt intimior. dici pōt vt de genere & dr̄ia, nā habitudo ad ſubiectū eſt vt genus, illa in terminū eſt vt dr̄ia. Ad decimā ſm peripateticos oīs inhærentia eſt actualis reſpectu primi ſubiecti, & nulla eſt aptitudinalis, actualis dico aut actualitate eſſentiæ aut actualitate ſubſiſtentię: ſm theologos quædam eſt actualis, quædā aptitudinalis. Ad vndecimā cō *9 ſolutio.* *Solutio. 10.*

cedunt cōſequēs, ſed volūt ſubiectū ſm accidēs intendi vel remitti. Vel pōt dici ꝙ accidēs intēdit̃ & remittitur & cōcedit̃ ꝙ habitudo ad ſubiectū pōt intendi vel remitti: nō aūt habitudo in terminū, quæ eſt relatio. Ad *Solutio. 11.*

duodecimam eodē modo, ꝙ nullū accidens eſt actiuū vel paſsiuū: ſed ſubiectū ꝑꝑ accidēs, vel cōcedo habitudinē ad ſubm̄ eſſe de principijs actiuis, nō aūt relationem quæ eſt habitudo in terminū, de qua loquit̃ Ariſt. *Solutio. 12.*

5. phy. Sed adhuc occurres quia ſi albedo abſtrahit ab hoc vel illo corpe miſto, nō aūt à miſto vl̄i, tunc daret̃ miſtū vl̄e & cōpoſitū vl̄e, cōtra Auerroē. Dico ꝙ apud alios non eſt hoc impoſſ̄e, quia concedunt eſſe compoſitum vniuerſale, & miſtū vl̄e, apud Auerroē eſt dicendū ꝙ miſtū à quo albedo non abſtrahit eſt ſingulare, *Replica.* *Solutio.*

non tamen diſcrete tentũ ſed confuſæ:oportet.n.oĩno
qui ipſam albedinem intelligit, aliquod miſtum intelli
gere,quia vel parietẽ: vel lignũ vel aliquod id genus,
abſtrahit tamẽ à ſubiecto,quia nec hoc oportet eũ cõ-
ſiderare ſi albedinẽ conſiderat, nec illud diſcrete, nec
aliquod tale diſcrete. Hæc ad mẽtem Auer.tamẽ ſm ve
ritatẽ oportet dicere ſimpliciter accidẽs poſſe actu eſ-
ſe ſine ſubiecto,& ꝙ actualis inhærentia non ſit de eſ-
ſentia accidentis, rationes vero & auctoritates omnes
ſunt ſolutæ. Egid.tamen & Ioan.hæc tenent ad mentẽ

*Dubiũ obiter an demõſtratio abſtrahit ab exiſtentia.*
Ariſt. Quærunt nonnulli nunquid demõſtratio abſtra-
hat à ſingularibus exiſtentibus.Si.n.non abſtrahit,tunc
oĩs inhærentia actualis includit exiſtentiam . Si abſtra-
hit tunc põt dari inhærentia actualis actualitate eſſen-
tiæ vt dictũ eſt, & propterea mouetur hæc dubitatio.

*Põ Ioan.*
Ioannes tenet ꝙ nõ quia vt dicit Linconyenſis nõ põt
ſciri aliqua ſpẽs:quin actu ſit in indiuiduis,modo indi-

*Põ iuniorum.*
uiduum includit exñtiam. Iuniores credunt monſtra-
re contra Ioannem & probant ꝙ demonſtratio oĩno
abſtrahit à ſingularibus.Primo demõſtratio nõ eſt ſin-

*Cõm.33.*
gulariũ vt dicit in hoc.7.textu,&.1.poſte. igitur abſtra
hit ab exiſtentibus. Secundo demonſtratio eſt paſsio-
nis de ſubiecto,& oĩs paſsio fluit à principijs eſſentiali-
bus ſubiecti, nullis ſingularibus cõſideratis, igitur ab-
ſtrahit ab exiſtentibus. Tertio demonſtratio abſtrahit
à contingentia,igitur ab exiſtentia,quæ eſt radix cõtin-
gentiæ,& propterea abſolute contra Ioannem volunt
omnem demõſtrationem abſtrahere ab exiſtentibus,

*Confutatio.*
exiſtentiaq; ipſa. Sed contra primo quia naturalis pħus
demonſtrat dentes anteriores eſſe acutos,per hoc quia
melius diuidunt cibum,& conſtat hoc eſſe contingens
plerunq;.Sed contingens non abſtrahit ab exiſtentia ꝑ
eos, igitur demonſtratio non abſtrahit ab exiſtentia.
Præterea dicit.1.Prio.ꝙ demõſtrationes naturales ver
ſantur circa contingens plerunq;, mathematice circa
ſimpliciter neceſſarium,igitur nõ abſtrahũt ab exiſten
tia. Tertio demonſtratio nõ abſtrahit ab his quæ ſunt
per ſe,igitur nec ab his quæ ſunt de omni, igitur non à
ſingularibus,quia de omni eſſe eſt quando nihil ſubie-
cti eſt ſumere de quo non prædicatur pdicatũ, & ſic
non abſtrahit à ſingularibus. Quarto demonſtratio nõ
abſtrahit ab vlibus,ſed vniuerſale eſt vnum de pluribus

*Solutio vera.*
& in pluribus,igitur non abſtrahit à ſingularibus. Põt
igitur dici ꝙ demonſtrationem abſtrahere à ſingulari-
bus,ſiue exiſtentibus intelligi ſolet bifariam: aut inten-
tione prima,& ſic intentione prima abſtrahit à ſingula-
ribus,qm intentione prima non conſiderat illa,nec qđ
demonſtrat de illis demonſtrat intentione prima,& po
teſt intelligi intentione ſecunda, & hoc pacto conſide
rat demonſtrator ſingularia, quia intẽtione prima con
ſiderando vniuerſalia,& demõſtrando de illis intentio-
ne prima id quod quærit,intentione ſecunda conſide-
rat ſingularia,& exiſtẽtia,& hoc pacto poſſent hæ duæ
poſitiones concordari. Hæc de dilucidatione.

Caput solutionum quintum.

His viſis ad rõnes in oppoſitum factas reſponde-
tur. Ad primam dico ꝙ conceſſum eſt paſsionem ali-
cui ſubiecto confuſæ ſumpto inhęrere:immo eſſe inhæ
rentiam alicuius ſubiecti cõfuſæ ſumpti, quæſitum aũt
eſt ſi inhæret huic vel illi. Verbi cauſa conceſſum eſt ha
bere tres eſſe alicuius figurę, quæſitum eſt. ſi trian-
gulo inſit. Ad ſecundam dico ꝙ ſicut non eſt nugatio
dicere albedinem eſſe accidens,ſic non eſt nugatio di-
cere albedinẽ inhęrere. Primum quidẽ nõ eſt nugatio
quia non explicat ſubiectũ cui inhæret, & ſic nec ſecun
dum. Præterea dum dico homo eſt aĩal, nõ eſt nugatio,
& tamẽ in homine intelligitur aĩal,quia animal eſt vni-
uerſalius hoĩe,ſic dum dico,albedo inhæret,non eſt nu
gatio,quia inhærens eſt vlius albo,ſiue albedine. Tunc
vlterius ad rationes logicorum & aliorũ factas. 3. cap.
pro eorum poſitionibus. Ad primam concedo nullum
reſpectum ad terminũ eſſe de eſſentia, vel eſſentiã abſo
luti,at reſpectus ad ſubiectũ eſt aut de eſſentia, aut eſ-
ſentia abſoluti accidentis,immo dico ꝙ nihil niſi Deus
eſt ſimpliciter abſolutũ, quia omne citra Deum eſt re
ſpectiuum vel ad terminũ,vel ad cauſam,vel ad ſubie-
ctũ,vel ad fundamentum. Ad ſecundam dico ꝙ Ariſt.
infert omnia eſſe ad aliquid relatione ad terminum,vt
patet legentibus verba eius,non aũt relatione ad ſubie
ctum vel cauſam,quia ab omni reſpectu ſolus Deus eſt
abſolutus. Ad tertiam dico ꝙ album eſt quod refertur
ad ſubiectũ, albedo eſt habitudo qua album ad ſubie-
ctũ refertur,& ſimiliter dici põt in relationibus vel for-
te ſolum in relatiuis ad terminum oẽ quod eſt ad aliqd,
eſt aliquid præter relationẽ,nõ aũt in alijs. Ad quartam
negatur conſequentia,quia habitudo non eſt vnius ra-
tionis,cum.n.habitudo ſit ad ſubiectũ, & ſubiecta non
ſint vnius rationis,hac ratione nihil eſt cõe vniuocum
& genus ad.9.prædicamẽta, vnde ſi ratio eorum vale-
ret,ens finitũ eſſet genus ad.10.prædicamenta, quia eſt
minus ente & vniuocum,igitur genus,& ſic dico ꝙ il-
la habitudo ad ſubiectũ eſt alterius,rationis in quanto,
& quali,& in cæteris,nam quantum eſt ad ſubſtantiã vt
in materia,quale eſt ad ſubſtantiam vt habet formam,
& ſic in cæteris id genus poteſt conſiderari differentia.

*Nota de abſtractione mathematica.*
Ad quintam dico ꝙ mathematicus nõ abſtrahit à ſub-
ſtantia,quia non poteſt conſiderare lineã, niſi in aliqua
ſubſtantia,aut ligno,aut puluere,aut in aliquo tali, ab-
ſtrahit tamen à materia ſenſili: quia põt lineã conſide-
rare non in miſto,nec in elemento, quia eam conſide-
rat in cœlo,non tñ abſtrahit à ſubſtantia, quia neceſſa-
rio oẽ qđ conſiderat in aliquo ſubiecto cõſiderat ſaltẽ
cõfuſe ſumpto. Ad rõnem de paſsione patuit ſolo. Hęc
de diſpu. iſta in qua ſi qua phyſicę dixi ad mentẽ Ariſt.
volui eſſe dicta.tñ catholicæ ſentiendo dicẽdum eſt ꝙ
actualis inhærẽtia eſt oĩno ꝑ accñs quid ipſi accidenti.

*Sed ſubſtantia omnium primum ratione, & notitia, & tempore, & natura, aliorum enim. &c. Tex. cõm.4.*

## DISPVTATIO SECVNDA
De ordine ſubſtantiæ ad ipſum accidens
penes tempus.

*Num ſubſtantia ſit tempore prior accidente.*

Caput obiectionum primum.

*Rõnes Antonij*
QVod non ſolet argui. Primo quia nulla ſubſtan
tia prior eſt motu cœli, quia æterno nihil eſt
prius. Secundo quia tunc ſubſtantia eſſet tem-

*Rationes Ioan.*
pore prior ipſo tpe,quod eſt ridiculũ. Tertio tunc nul-
lum accidẽs eſſet proprium. tenet argumentum, quia
nullum ſubiectũ tempore præcedit accñs ſuũ propriũ.
In oppoſitum eſt Ariſt.in textu:& Auer. cõm.4.

Caput tituli secundum.

Svbstantia multifariam ab Ariſtotele inueni-
tur ſumpta,in prædicamẽtis.n.prædicamẽtariã ſubam
diuidẽs,dixit ſubam eſſe bifariã:primã quidẽ,quę pro-
prie principaliter, & maxime ſubſtat, vt Socrates, &
Plato,



Plato,& quæ cum in ſubiecto nullo ſit de primis dicit
ſubſtãtijs vt homo & aĩal, in lib. de aĩa & in hoc.7.ſub-
ſtãtiam diuiſit in materiã,formã,& cõpoſitum, ſed bre
uibus vſia græcæ hic auditur vt diſtinguit cõtra acci-
dens,& ſic pro ea re,quæ nec apta nata eſt alteri inhæ-
rere,nec actu alicui inhæret. Nã ens hic diuiſum in ſub-
ſtantiam & acidẽs viſus eſt primo diuidere. Quid vero
ſit accidẽs: diſputatione patuit proxima, prius vero tpe,
ſumit hic vt in lib.4.phy.pro eo quod eſt in aliquo tpe,
in quo non eſt aliud,qũo pater eſt prius tpe filio, quia
aliquando fuit pater,quãdo nõ fuit filius: in pdicamen
tis.n.deſcribens prius tpe hoc pacto ſumptum inquit,
prius tpe eſt quo aliquid antiquius & vetuſtius alio di-
ci ſolet,quia nãq; plus eſt tpis,antiquius atq; vetuſtius
dicit. Quinto vero huius capite de priori dixit ꝙ priora
tpe ſunt aut quia remotiora ſunt à pũcto præſentis tpis:
vt Troianũ bellũ prius tpe eſt pſico bello, aut quia de
futuris pũcto præſenti ſunt propinquiora veluti Iouij
ludi priores ſunt ludis Apollinis. Hoc.n.pacto vbique
Ariſt.priora tempore deſcribit,priora vero natura ali-
quãdo deſcribunt.vt.5.huius deſcribit dicẽs priora na-
tura eſſe quæcunq; poſſunt ſeparatim,eſſe ſine alijs, &
alia non ſine ipſis,quo pacto vlius eſt,prius natura mi-
nus vli,aliquãdo pro his quæ ſunt priora cauſalitate vt
2.phyſi.ſumitur & in libro de Subſtãtia orbis. Quo pa-
cto ſubiectum dicit eſſe prius, his quæ ſibi accidunt.
Hæc de titulo.

Caput positionum tertium.

*Reductio. Põnũ in duas. Poſitio Auer. Com.4.*
Aliqui de diſputatione tenent ꝙ ſubſtantia ſit
prior tpe accidentibus,& hoc ſumendo prius tpe vt in
titulo eſt dictũ. Alij prius tpe æquiuocãt, ſumẽtes prius
tpe pro priori ſm ſeparationẽ. Primo tripartiti ſunt: nã
Auer. vult præpoſitionẽ Ariſt. eſſe verã de accidẽtibus
generabilibus,ſed qm accidens generabile eſt duplex,
inſeparabile & ſeparabile,dicit ꝙ ſubſtãtia cõpoſita eſt
prior tpe accidẽte ſeparabili,de accidẽte inſeparabili di
cit ꝙ ſubſtantia cõpoſita eſt prior rõne materiæ. Con-
tra hoc aliqui arguunt. Primo quia Ariſt. probat in li-

*Replicæ.*
tera ſubſtantiã eſſe priorẽ, tum quia prædicat in quid,
accidens vero in quale, tũ quia ſubſtãtia eſt ens ſimplr,
accidẽs ens quia entis. modo hęc nõ ſunt vera de ma-
teria,nam nec materia pdicat in quid, ſed in quale ſm
Auer. nec accidẽtia ſunt entia quia ſint materiæ. Secun
do de eodem probat primitatẽ tpis cognitionis & dif-
finitionis,modo materia nõ præcedit accidẽtia cogni-
tione & diffinitione. Tertio aut hoc eſt verum de mate
ria ſm ſe,aut de materia ſub forma,non de materia ſm
ſe,quia illa nõ cadit ſub tpe,ſi ſub forma, tunc illa eſſet

*Defenſio Ioannis.*
ſubſtãtia compoſita. Quarto ſaltẽ de accidentibus cœli
hoc ſtare nõ põt. Ioan. defendit Auer. ab his,& tu lege
ipſum. Sed põt dici ꝙ eadẽ ſubſtãtia cõpoſita eſt prior
accidẽte tpe,cognitione,& diffinitione, nõ tamen ea-
dem rõne.eſt.n.ſubſtãtia cõpoſita prior accidente tpe
rõne materiæ,intelligẽdo accidẽtia propria & corrupti
bilia,intelligendo accidẽtia ſeparabilia eſt prior illis ra
tione formæ. Amplius ſubſtãtia cõpoſita eſt prior ac-
cidentibus cognitione & diffinitione rõne formæ,igit
in toto textu de ſubſtãtia eadẽ loquit,nõ aũt ſub eadẽ
rõne,& ſic ſubſtantia eſt prima,quia pdicat in quid, &
quia eſt ens ſimplr rõne formæ, rõne vero materiæ eſt
prior tpe. Et ſic patet ſolutio ad primã, & ſecundã, aut
forte Ariſt. ꝑ illa verba quia ſubſtantia pdicatur in qd,
& quia accidẽtia non ſunt entia niſi quia entis, probat
ſubſtantiã eſſe principale ens,nõ prius tpe vt patet. Ad
tertiã vero dicit ꝙ rõne materiæ ſm ſe ſubſtãtia cõpoſi
ta præcedit accidentia,& licet materia ſm ſe nõ ſit ſub
tpe,coexiſtit tẽpori,ad hunc.n.ſenſum dicit Ariſt. mo
tum cœli tpe pcedere alia oĩa, & cœlum pcedere corru
ptibile tpe,ſatis.n.eſt vt tpi coexiſtat, ſic igit ſubſtantia
cõpoſita eſt quæ præcedit tpe accidẽtia propria,ſed ra-
tione materiæ. Ad quartã dicit Ioannes Auerroem eſſe
locutum & Ariſt.in accidentibus corruptibilibus, vn-
de Egidius breuiter põnem Auer. exponit, ꝙ ipſe velit
verbum Ariſt. eſſe verũ de ſubſtãtijs cõpoſitis: nã ſub-
ſtantiæ compoſitæ pcedunt tpe ea accidentia, quæ ſibi
adueniunt poſt compoſitionem, ea vero quæ ſimul cũ
compõne adueniunt, ſubſtãtia cõpoſita pcedit ex pte

*Difficultas põnis Auer.*
materiæ. Sed hæc poſitio Auer. & Ioãnis reuera põt tol
lerari,tamẽ habet non nihil difficilis. Primo quia diſpo-
ſitiones nouæ pcedũt ſubſtantiã compoſitam tam ſm
ipſum quam ſm Auerroẽ & manent eadem apud eos,
& ſunt accidentia ſeparabilia. Prꝫterea Ariſto. abſolute
videtur loqui de oĩbus accidentibus, quia diuiſio ente
in ſubſtantiam & accidẽs,loquit de omni accidente cõ
tra diuiſo ad ſubſtãtiã,potiſsimũ cum iſte liber ſit vni-
uerſaliſsimus,& propoſitiones vniuerſaliſsimæ. Præte
rea eſt expoſitio exorta, nam Ariſt. nullã fecit de mate
ria mentionẽ.ſed loquitur de ſubſtantia abſolutę, & ſic

*2. poſitio.*
videtur hæc expoſitio difficilis. Propter hæc alij ſecun
di & tertij in idẽ veniunt, volunt.n.propoſitionem eſſe
veram de ſubſtantia quatenus ſubſtãtia, modo ſufficit
generi eſſe verũ de vna ſpẽ, ſubſtantia.n.eſt prior tpe
quatenus ſubſtantia, quia Deus eſt prior tpe accidẽte.
vnde ſecunda põ eſt ꝙ propoſitio Ariſt. eſt vera ſenſu
reduplicatiuo, modo ad talẽ ſufficit verificatio ꝑ vno,
vnde hæc eſt vera, oĩs ſubſtãtia tpe pcedit accidẽtia:
quia quædam ſubſtantia præcedit illa vt ſubſtantia vt.
Deus ipſe præcedit quatenus ſubſtãtia. Tertij in idẽ ca
dunt,dicunt.n.propoſitionẽ eſſe verã per ſe, falſam per
accidens,qa eſt vera ꝑ rõnem generis,& falſa per rõnẽ
ſpẽi,vt oẽ aĩal poteſt videre ꝑ rõnem generis, per rõnẽ
ſpeciei falſa eſt de talpa,vt dictũ eſt.5.huius: vnde ea-
dem propoſitio eſt vera per ſe quia ad ſenſum redupli
catiuum,vt omne continuũ eſt diuiſibile in infinitum,
quia vt quantũ,eſt falſa ꝑ accidens rõne certi ſuppoſiti,
quia de igne vel aliquo id genus, & ſic oĩs ſubſtantia
prior tpe eſt accidentibus vt ſubſtantia, non tamen vt

*Replicæ contra primam.*
hæc vel illa. Contra tamen has obijciunt logici. Primo
quia non ſequit à ſubſtantia eſt prior tpe accidente vt
Deus,igitur B ſubſtantia eſt prior accidente. Secundo
quia Deus non eſt in genere. Tertio ſaltem Deus non
præcedit ipſum tempus tempore,& ſic ſecunda poſitio

*Replicæ contra*
nulla. Contra tertiã quia ſi poteſt eadem propoſitio eſ-
ſe vera per ſe,& falſa per accidens,tunc neceſſariũ poſ-
ſet aliter ſe habere. Secundo vnde ſit falſa per accidẽs
aut ex parte ſubiecti,aut ex parte paſsionis, & non vi-

*Defenſio.*
detur. Hæ rationes non valent contra hos. Prima qui-
dem non,quia enthymema debet eſſe ſic A ſubſtantia,
videlicet, Deus eſt prior accidente quatenus ſubſtan-
tia,igitur B eſt prior tempore accidente quatenus ſub-
ſtantia,& ſic nulla eſt fallacia. Secunda minime, quia ꝑ
eſſe in genere,intelligitur eſſe inferius, & non proprie.
Ad tertiam dicerẽt quod verbum Ariſto. eſt verum de
oĩbus accidentibus corruptibilibus. Ad rõnem contra
tertiã. Ad primã dico ꝙ propõ dicit eadẽ duplr ſm ma-
teriã & ſm formã. dico ꝙ eadẽ propõ dici põt vera &
falſa q̃tũ ad idẽtitatẽ materiæ,nõ aũt q̃tũ ad idẽtitatem
formæ, hoc eſt quo ad eũdem ſenſum, hæc.n.propo-

ſitio ſubſtantia præcedit accidens tempore,eſt vera,&
hæc eadem ſm materiam eſt falſa,non tamen ſub eodẽ
ſenſu.Prima quidem eſt vera de ſubſtãtia vt ſubſtãtia,
ſubſtantia.n.præcedit accidẽs tpe vt ſubſtantia,falſa ve
ro de hac vel illa ſubſtantia, quia A ſubſtãtia nõ pcedit
accñs tpe, nec B ſubſtantia. Ad ſcđam dico ꝙ eſt falſa
ex parte ſubiecti,nõ ſimpliciter, ſed vt reſeruati in ſuis
inferioribus,& ſic poſſunt tales põnes defendi. Verum
non ſunt ad mentem Ariſt.quia Ariſt.loquit̃ de ſubſtan
tia abſolutæ,nõ.n.loquit̃ de ſubſtãtia vt ſubſtantia, vel
*Poſitio aliorũ.* de propoſitione p ſe vel p accidẽs. Alij pp hæc ſuppo-
nunt tria.Primũ ꝙ dum Ariſt.ait ſubſtantiã priorẽ eſſe
tpe accidente,tp̃s ſumit nõ vt in.4.phyſi. quatenus eſt
paſsio motus:quia hæc primitas cõpetit ſubſtantiæ vt
conſideratur à metaphyſico,igit̃ ſubſtantiæ vt ſubſtan-
tia eſt,modo ſubſtantia vt ſic abſtrahit à motu & tpe,
eſt.n.tp̃s menſura & quietis & eorũ dũtaxat quæ ſunt
ſub motu & quiete. Ex hoc ſequitur ſecunda ſuppoſi-
tio ꝙ tp̃s hic ſumptum non accipitur pro mẽnſura ſi-
ue duratione ſucceſsiua alia à rei ipſius eſſentia,quia cũ
talis mẽſura ſit accidens, verteret̃ quæſtio de illa ſi,vi-
delicet,ſubſtantia præcederet durationem talẽ tpe,vel
ne.Sic igitur ex his fieri põt vna ſuppoſitio ꝙ tp̃s non
accipitur vt in.4.phyſi.tum quia ſubſtantia vt hic con
ſideratur abſtrahit à tpe & motu:tũ quia verteret̃ quæ-
ſtio de illo tpe.Tertia ſuppõ eſt ꝙ prius tpe alio hic,ac-
cipitur vt dicitur in litera pro eo qđ põt ſeparatim exi-
ſtere ſine alio:& aliud non ſine ipſo, hoc autẽ(vt expo-
nunt)eſt poſſe habere actualem exiſtentiam atq; prio-
rem & ſeparabilem ab alia quantũ eſt ex ſe,ita vt nõ ſi-
bi repugnet,cum non dependeat ab illo,vel quia nõ eſt
neceſſario cauſa illius,pp duo.n.aliqd põt abſolui quan
tum eſt ex ſe ab aliquo,& quia non dependet ab illo: &
quia non eſt neceſſaria cauſa illius. hac.n.rõne aliquid
nõn põt ſeparari ab alio,quia vel eſt illius neceſſaria cau
ſa,vt ſol non põt ſeparari à luce, quia lucis eſt neceſſaria
cauſa,vel quia dependet ab illo,vt compoſitum nõ põt
à partibus ſeparari quia dependet ab illis,igitur per op-
poſitum ſeparari põt aliquid ab aliquo & quia non eſt
illius neceſſaria cauſa,& quia non depẽdet ab illo. Tũc
*Concluſio.* logici dicunt duo. Primum ꝙ loquendo de accidẽtibus
ſeparabilibus ſubſtantia eſt prior accidentibus vtroq;
modo,& quia nõ eſt cauſa neceſſaria illorũ,& quia q̃tũ
eſt ex ſe põt exiſtere ſine illis, & ſic ſubſtãtia illis oĩbus
prior eſt natura ſumendo prius natura pro ſeparabili-
tate.Secundo dicunt ꝙ loquẽdo de accidentibus pro-
prijs,& inſeparabilibus ſubſtãtia eſt prior illis vno mo
do quia non dependet ab illis, ſed potius ecõtra illa ac-
cidentia dependent à ſubſtantia. Hæc logici intelligũt
ſumendo prius tpe ad ſenſum ſecundæ ſuppoſitionis,
pro eo quod quantum eſt ex ſe põt ſeparatim eſſe ſine
*Confutatio.* alio & non pro tempore propriæ.Sed hæc poſitio acu-
ta eſt & pulchra verum eſt ex torta aliquantulum, dum
per eſſe ſine alio:& aliud non ſine ſubſtantia vult ſepa-
rabilitatem exiſtentiæ,hoc enim ex textu non habetur,
nec eſt neceſſarium de ſubſtantia omni, ſubſtantia.n.
naturalis nec poteſt proprijs ſine accidentibus exiſte-
re,nec ſine ſeparabilibus omnibus prorſus, vt phyſici
textantur. Hac ratione expoſitio hæc non videtur tex
tui conſona.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

HIS viſis nunc dilucidemus mentem Ariſt.ſed pri-
mo debes ſcire ꝙ apud peripateticos eſſe ſine alio ſumi
tur interdum pro exiſtere ſine alio, q̃uo dicitur.4.phy.
vinum poteſt eſſe ſine amphora & hoc pacto illud qđ
loco & ſubiecto ſeparari poteſt ab alio,dicit̃ poſſe eſſe
ſine illo. Alio modo pro habere eſſentiam independen
tem ab alio, vt dicitur.12.metaphyſi.ꝙ intelligẽtia põt
eſſe ſine orbe, non.n.poteſt eſſe ſine orbe,quia ipſa poſ
ſit exiſtere ſeperata loco & ſubiecto ab orbe,ſed qa ha-
bet eſſentiam eius abſolutam atque independentem ab
orbe. hinc ſequitur ꝙ prius nã poteſt ſumi dupl̃r. Vno
modo pro eo ꝙ eſt prius ſeparabilitate.Alio modo pro
eo quod eſt prius cauſalitate, vt in titulo notauimus: il-
lud dr̃ prius nã quantum ad ſeparabilitatem, quod põt
exiſtere per ſe aliis corruptis, illud autem cauſalitate,
quod habet ſuum eſſe indepẽdẽter ab alio,& illud aliud
*Concluſiones.* dependenter ab ipſo. Tunc dico primo ꝙ ſubſtantia
non eſt prior tpe accidẽtibus. patet, quia eſſe prius tpe
eſt eſſe prius in aliqua menſura, vt in titulo notauimus.

Secundo dico ꝙ ſumendo prius natura pro priori ſe-
parabilitate non oĩs ſubſtantia eſt prior natura acciden
te.patet, quia ſaltem de ſubſtantia naturali propõ eſſet
falſa,quæ nec ſine ppriis,nec ſine cõibus accñtibus eſſe
põt. Tertio dico ꝙ ſumendo prius natura pro eo quod
eſt cauſalitate prius, ſic oĩs ſubſtantia eſt prior nã acci-
dentibus quibuſuis. probatur, quia ſemper ſubſtantia
eſſentiam habet abſolutam atq; ab illis indepẽdentem,
ſunt qui calumniant̃ hoc, quia A ſubſtãtia non eſt prior
cãlitate omnibus accñtibus, quia non accidentibus ip-
ſius B. & propterea per accidentia tu debes intelligere
eius cuius ſunt accidentia,oĩs.n.ſubſtãtia oĩbus ſuis ac-
cidentibus cauſalitate prior eſt.ad hũc.n.ſenſum loqui-
tur Ariſto. Animaduerſione tñ dignum ꝙ Ariſto.pro-
ponit ſubſtantiam quadrifariam eſſe accidentibus prio-
rem,vt in græcis & latinis codicibus patet,videlicet co-
gnitione, diffinitione,tempore,& nã,at in proſequẽdo
tria tm̃ exponit. probat.n.illam eſſe priorem nã cogni-
tione,& diffinitione.priorem quidem natura,quia eſſe
poteſt ſine accidentibus,& accidentia non ſine ipſa, cæ
teræ prioritates ſuo loco dicentur. Prioritatis aũt tem-
poris nihil meminit,propterea vel oportet dicere ipſum
fuiſſe mancum, vel ipſum prius tẽpore non eſſe hic ſum
ptum in cõi vſu: vt ipſe docuit in prædicamentis, & in
5. huius ipſum fuiſſe mancum non dicerem,& propte-
rea videtur mihi ipſum accepiſſe prius tẽpore nõ in cõi
vſu, vt recte quidam hic dixerunt.Sed vt in textu expo
ſuit pro eo quod põt eſſe ſine accidentib[9] & accñtia non
ſine illo:inſuper videtur mihi ipm̃ accepiſſe eſſe ſine aliis
non pro ſeparatione: ſed pro habere eſſentiam indepẽ
dentem,hoc eſt pro eo quod cauſalitate eſt prius,ſic.n.
verbũ Ariſt.eſt cõe oĩbus,& non eſt alienũ ab vſu eius
alibi. Animaduerte ꝙ expõ Auer.fortaſſe caderet ad
ſenſum quo qs vellet capere prius tpe ſm cõem vſum,
nam capiẽdo prius tempore pro priori ſm naturã, non
curauit exponere, quia ex textu patet, & ſic congregã
do illud quod Auer.dixit, cum eo quod nos expoſui-
mus, habet̃ vtrunq;.ſ.ꝙ ſubſtantia ſit prior tpe accñte
capiendo prius tpe ſm cõem vſum, & ſm ꝙ eſt idem
quod prius natura. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rõnes patet ſolo.Prima.n.tollit̃ ꝙ ſuƀa
quæ eſt cęlum pcedit motum cãlitate,de q̃ loquimur.
Scđa etiam quia ſuƀa quæ eſt cęlũ pręcedit tp̃s cãlitate
per eandem rõnem. Tertia etiam quia ſuƀm præcedit
accñs proprium cãlitate. Hæc de diſputatione ſcđa.

*Et ratione hoc primum, neceſſe enim in vniuſcuiuſque ratione ſubſtantiæ rationem eſſe &c. Tex. cõm. 4.*

DISPVTA.



## DISPVTATIO TERTIA

De ordine ſubſtantiæ ad accidens pœ-
nes definitionem.

*Num ſubſtãtia omnibus accidẽtibus definitione prior ſit.*

PRIMVM DVBITATIONVM CAPVT.

QVod non arguunt. Primo quia omne accidẽs
propria habet genus & differentiã, igitur in il-
lius diffinitione nõ cadit ſubſtantia, & ſic ſub-
ſtantia non eſt omnibus accidentibus prior diffinitio-
ne. Secundo nomen accidentis non ſignificat ſubſtan
tiam,igitur in diffinitione accidẽtis nõ debet poni ſub-
ſtantia.tenet enthymema,quia ratio quã nomen ſigni
ficat eſt rei diffinitio.Tertio ſi ſic, tunc erit nugatio di-
cere naſum ſimmum, ſi in ſimmi diffinitione pona-
tur naſus, patet explicatione nominis. Quarto acci-
dens poteſt eſſe ſine ſubiecto, vt patet in eius diffini-
tione:eſt id quod adeſt,& obeſt præter ſubiecti corru-
ptionem:igitur & diffiniri. Quinto non omnis ſubſtan
tia omni accidente diffinitione eſt prior:igitur propo-
ſitio non eſt vl̃is,añs declaratur, quia ignis ſubſtãtia nõ
omni accidente diffinitione eſt prior, quia nõ acciden-
te cœli,non.n.accidens cœli per ignẽ diffinitur. Sexto
ſi in diffinitione accidentis caderet ſubſtãtia, tunc ſub-
iectum & accidens non facerent vnũ per accidẽs, quia
addendo ſubſtantiã,non adderetur aliquid extra eſſen
tiam accidẽtis.Septimo intellectus põt intelligere albe
dinẽ ſine A. & ſine B. ſubiectis,& ſic de ſingulis:igit̃ põt
illã diffinire ſine ſubſtãtia. In cõtrariũ eſt Ariſt.in lite-
ra:vbi probat ſubſtantiam eſſe omni accñte priorem.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli expoſitione aĩaduertendũ ꝙ ſicut prius
cauſalitate id dicitur reſpectu alterius,quod eſſe poteſt
per ſe ſine illo,& illud non ſine ipſo,ſic prius diffinitio-
ne omne illud dicetur,quod diffiniri poteſt ſine aliquo,
& illud non ſine ipſo.veluti animal prius homine diffi-
nitione dicitur,quia põt animal diffiniri ſine homine,&
homo non ſine animali,hoc eſt & homo non põt diffi-
niri,quin in eius diffinitione cadat animal. Ex his ſe-
quitur titulus, eſt.n.ſenſus ſi in cuiuſq; accidentis dif-
finitione cadat ſubſtantia,ſiue ſubiectũ. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. poſitio.* DE diſputatione Herculei vt habetur primo huius
ſola accidentia cognouerunt,& tunc iſti coguntur dice
re ſubſtantiam non cadere in diffinitione accidentiũ.
pro hac poſitione põt argui, quia omne quod ponit̃ in
alicuius diffinitione,eſt illo notius:at ſubſtantia non eſt
accidente notior, ſunt.n.nobis.Primo nota accidentia
ſubſtantijs,vt primo poſte.habet̃. Sed hæc poſitio eſt
*Confutatio.* confutata ab Ariſtotele primo huius, & ratio eius nul-
la eſt,quia tunc nullus effectus poſſet diffiniri per ſuas
cauſas,oẽs.n.effectus eſt notior quo ad nos ſuis cauſis,
vt habetur primo phyſi.& ppterea oportet dicere pro
me & ipſis ꝙ id quod ponitur in diffinitione alicuius ſit
notius nobis vel per ſe,vel per inuentionẽ. Modo licet
cauſa per ſe non ſit effectu notior,per inuentionẽ tamẽ
põt effici notior in genere notitiæ pp qd, & hoc pacto
ſubſtantia põt eſſe notior accidẽte,non dico per ſe, ſed
per inuentionẽ,p q̃ in genere notitiæ pp quid effici po
teſt notior ipſo accidente. Ioannes vero concedit ſub-
*Põ Ioannis.* ſtantiam eſſe accidentibus priorẽ diffinitione. Sed ad-
dit ꝙ ſubſtantia eſt prior accidentibus diffinitione de-
articulata,hoc eſt diſtincta per partes,quia non poteſt
diffiniri accidẽs aliquod niſi in illius diffinitione cadat
ſubſtantia dearticulatæ diffinita. Sed hęc expoſitio nõ
placet, quia tunc qui actu diffiniret aliquod accidens,
ſemp oportet vt actu diffinite cognoſceret ſubſtantiã,
hoc aũt eſt falſum:ſtat.n.me diffinire ſimmũ,& nõ dear
ticulate atq; diffinite ſcire naſum. Præterea ſi ſic:opor-
tet vt cũ aliquod accidens diffiniretur,vt omnia caden
tia in eius diffinitione,quæ ſunt diffinibilia diffinirent̃
actu,quod nõ credo. Alij concedunt accidens diffini- *Poſitio aliorũ.*
ri non poſſe quin in illius diffinitione cadat ſubſtantia,
verum dicũt duo. Primum ꝙ in diffinitione accidentis
non cadat ſubſtantia tanq̃ de intellectu illius quiddita-
tiuo. Secundo ꝙ cadit in illius diffinitione ſubſtantia
tanquam de intellectu illius quietatiuo. Primum pro-
bant quia ſi ſubſtantia poneret̃ in diffinitione acciden-
tis tanquã id quod eſt de illius eſſentia, tunc diffiniẽdo
accidens per ſubſtantiam,diffinitio non eſſet per addi-
tamentum:quod eſt contra Ariſtotelem & Auerroem
hic.Secundum vero deducunt, quia forma imperfecta, *Cõm.17 & 19.*
quæ imperfectum conceptum dicit, non põt quietati-
ue diffiniri, niſi ponatur in eius diffinitione illud,cuius
ipſa eſt forma:ſed accidens eſt forma imperfecta dicẽs
conceptum imperfectum,igitur nõ põt quietatiue diffi
niri niſi ponatur ſubiectũ,cuius ipſa eſt forma: & licet
contra hanc poſitionem diſputatione prima ſit confu-
tatum,tamẽ nunc non eſt malum eadem melius repete
re.Et primo arguo diffinitio rei eſt ſermo nihil aliud ex- *Confutatio.*
plicans,niſi eſſentiam rei, vt dicit Auerroes. hic igitur *Cõm. 42.*
omnis diffinitio erit completa,quæ complete explicat
eſſentiam rei, & nihil prætermittit de his quæ ſunt de
rei eſſentia.Sed per eos accidens habet eſſentiam com
pletam ſine ſubſtantia:igitur illa diffinitio,quæ acciden
tis eſſentiam explicabit nihil prætermittẽs de illis quæ
ſunt illius eſſentiæ,erit completa.ſed diffinitio comple
ta quietat ſemper intellectũ, igit̃ ſubſtantia nec de diffi
nitione quietatiua,nec quidditatiua erit ipſius acciden
tis.Secundo quæro propter quid conceptus accidentis
ſine ſubſtantiæ conceptu ſit imperfectus, aut quia ſibi
aliquid deficit quod pertinet ad eius eſſentiam, aut qa
ipſum ratione habita ad ſubſtantiam eſt imperfectius,
non quia ſit imperfectius ſubſtantia, quia ſic ſolus ipſe
Deus habebit perfectum conceptũ,nec quia ſibi aliqd
deficit,quod ad eſſentiã eius attinet, quia per eos ſub-
ſtantia ipſa non eſt de eſſentia accidẽtis, quare accidẽs
nullo pacto ſine conceptu ſubſtantiæ habebit imp̃fe-
ctum conceptũ.Hæc nunc de poſitionibus ſufficiãt,nã
diſputatione prima ſunt dicta quædam his vtilia.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ in diffi-
nitione accidentis cadere ſubiectum ſiue ſubſtantiam
poteſt intelligi dupliciter. Vno modo determinate vt
lignum vel ignis,vel aliquod id genus.Alio modo con-
fuſæ ad ſenſum quo logicorum quidã vtuntur ꝙ cadat
aliqua ſubſtantia in diffinitione accidẽtis, nulla tamen
ſubſtantia in illius diffinitione cadat.Secũdo debes ſci-
re ꝙ accidentia ſunt in duplici genere,quædã ſunt pro-
pria vtpote quæcunq; certum datũ ſubiectũ ſibi limi-
tant vt ſimmitas,& aquilinitas,& id genus:quędã cõia,
non quia ſubiectum non requirant, ſed quia ſubiectũ
determinatum non requirunt, licet requirant ſubiectũ
aliquod confuſæ vt album, nam licet album nec A nec
B.ſubiectum requirat: tamen requirit ſubiectum, vt A.
vel B. vel C. vel aliquid id genus. His ſuppoſitis dico
primo quòd ſi loquimur de proprijs accidentibus, in

illorum diffinitione cadit ſubſtantia, & certa data ſubſtantia cadit, patet hoc inductione, nam in diffinitione ſimmi cadit ſubſtantia, & certa data ſubſtãtia vt naſus, & etiam de alijs eodem modo. Si vero loquimur de accidentibus cõibus, dico ſecundo ꝙ in diffinitione illorum cadit aliqua ſubſtantia confuſæ, nulla tamen ſubſtantia determinate cadit. declaratur primo, quia omne accidens de ratione eius formali vt diſputatione prima patuit eſt alteri inherere, non põt aliquid intelligi alteri inhęrere, niſi id cui inhęrere intelligitur confuſæ vel diſtinctæ intelligatur: igitur concluſio. Secundo (vt. 4. huius determinatum eſt) accidens omne nõ eſt ens niſi entitate ſubſtantiæ, dicitur enim ens de ſubſtãtia & 9. prædicamentis vt ſanum de ſanis, igitur non poteſt diffiniri ſine ſubſtantia. Tertio inhærentia actualis ſm peripateticos aut eſt ipſum accidens aut de eius eſſentia, igitur non poteſt diffiniri ſine ſubſtantia. Hæc pauca de dilucidatione, quoniam tota iſta materia dependet ex dictis, tum prima diſputatione quarti huius, tum prima diſputatione ſeptimi præſentis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis ad primam dicerem ꝙ aliquod habere genus proprium & differentiam propriam poteſt eſſe bifariã, aut abſoluta, & hoc modo ſola ſubſtantia hæc habet, aut reſpectiua, & hoc pacto omnia accidentia habent hæc, & nõ dico reſpectiua ad terminum, ſed reſpectiua ad ſubiectũ. Tunc dico ꝙ quæ habent genus & differentiam abſoluta, poſſunt per ſe diffiniri, quę vero illa habent reſpectiua, nõ poſſunt diffiniri ſine termino reſpectus, & hoc modo ſunt omnia accidentia. Ad ſecundum dico ꝙ nomen accidentis ſignificat ſaltem ſecundario ſubſtantiam, non dico hanc vel illam determinate, ſed ſubſtantiam, & propterea diffiniri nõ poteſt ſine ſubſtãtia: Ad tertiam dico ꝙ dicẽdo naſum ſimmũ non eſt nugatio, ſicut nec dicẽdo animal hominem, quia naſus eſt vt genus ſimmi, quod per ſimmum contrahiť, ſed dicendo ſimmum naſum, forte eſſet nugatio. Ad rationem dico ꝙ non quotiens idem explicatur bis eſt nugatio, quia tunc dicendo animal homo eſſet nugatio. Sed cum idem explicatur bis neceſſario ſm intellectum, vt dicere gladium cultellum. Vel dici poteſt ꝙ dicẽdo naſum ſymmum, eſt negatio ſm quid ex parte ſymmi, non autem ſimpliciter: ex vtriuſq; vt in illa animal homo, qua nugatione nihil prohibet, vt vtamur. Ad quartam dico ꝙ nõ poteſt accidẽs eſſe ſine ſubiecto, & ad dictũ Porphyrij dictum eſt ꝙ accñs eſt ꝙ poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem: hoc eſt quod eſt prædicatum de ſubiecto nõ conuerſim. Ad quintam dico ꝙ argumentum cõcludit verum, ſed non contra ſenſum Ariſtotelis. Ariſto. n. vult ſubſtantiam omni accidente eſſe priorem, hoc eſt accidens nõ poſſe diffiniri, quin in illius diffinitione cadat ſubſtantia: & ſic nihil ad rem. Ad ſextam dico ꝙ facere vnum per accidens põt intelligi dupliciter, vel ita ꝙ vnum ſit omnino extra eſſentiam alterius, & ſic non faciunt vnum per accidens, vel quia ſunt res diuerſorum prædicamentorũ, & hoc pacto ſubſtantia & accñs pñt facere vnũ per accidens, etiã ſi ſubſtantia ſit de eſſentia accidentis. Ad vltimam concedo antecedens, & nego conſequentiã. vt nõ valet, nõ intelligo Socratẽ nec Platonẽ, igitur non intelligo hoĩem, ſtat. n. me intelligere hoĩem, & non Socratẽ vel Plato. Ad rationes logicorũ quære ſolutionẽ diſputa. 1. Hæc de. 3. diſputatione.

*Eodem textu. &c.*

# DISPVTATIO QVARTA

## De ordine ſubſtantiæ ad accidens penes cognitionem.

*Num ſubſtantia cognitione præcedat accidentia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

ET ARGVITVR ꝙ nõ, quia quod cadit in ſenſibus, eſt prius cognitione, eo qđ non cadit in ſenſibus. Sed accidentia cadunt in ſenſibus, ſuƀa aũt non, igitur accidẽtia cognitione præcedunt ſuƀam. Secundo ſubſtantia non cognoſcitur niſi per cognitionem accidentium vt dicitur. 1. de aĩa textu, & igitur accidentia cognitione præcedunt ſubſtantiam. In contrarium eſt Ariſtoteles in textu. *Cõm 11.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſubſtãtia ſit, patuit. Animaduerte tñ ꝙ ſubſtantia põt ſumi nonnunquam pro forma, ſiue quidditate cuiuſq; rei, quõ ſolemus dicere ſubſtantiam hoĩs eſſe intellm: nonnunquam pro ſubiecto cuiuſq; accñtis ad quem ſenſum concedimus albi ſubſtantiam eſſe corpus. Quid aũt ſit præcedere alterum cognitione, dicemus in dilucidatione. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ aliquorum & Ioan.* DE veritate non eſt dubium, oẽs. n. volunt cũ Ariſtotele ſubſtantiam præcedere accñs cognitione, ſed de intellectu propõnis eſt nõ parua difficultas. Aliq (quos Ioan. imitatur) diſtinguũt, nam ſubſtanti iam pſam pręcedere accñtia cognitione eſt bifariã, aut via originis: aut via perfectionis, illud dicitur eſſe prius cognitione via originis, cuius cognitio nobis primo occurrit, via vero perfectionis illud eſt prius cognitione, cuius cognitio eſt perfectior, atque præſtabilior. Tunc duas conſtituunt concluſiones. Prima ſubſtantia nõ eſt primum accñtium cognitione primitatẽ generationis, ſiue originis, vt rõnes in. 1. capite indicant. Secunda eſt, ſuƀa eſt primum oĩum entium cognitione via perfectionis, ꝓbãt ſic: cognitio eius quod habet proprie quod quid eſt vř perfectior cognitione illius, qđ nõ habet quod quid eſt. Sed ſuƀa habet quod quid eſt, accñtia vero nõ: igiť cognitio ſuƀæ eſt perfectior. *Confutatio.* Et licet hæc põ ſit vera in ſe, ad ſenſum verborum Ariſto. non facit, nec ad ſenſum Auer. nec expoſitoris. Ariſt. n. in textu ꝓbat ſuƀam præcedere cognitione accidẽs, per hoc quia perfectius declarat illud cuius eſt ſubſtantia, ꝙ̃ illud idem declaret accñs, & ponit exemplum Auer. dicens nos non ſcire aliquod indiuiduum ſuƀę per aliquod accidẽs, niſi prius ſciamus illud accñs quid ſit aut quantum. *2. poſitio.* At patet põnem hanc non conuenire verbis Ariſt. nec alicuius alterius expoſitoris: ꝑp hæc alij dicunt Ariſto. in tex. formaſſe de ſuƀa tres concluſiones indefinitas. Prima eſt ſuƀa præcedit accñs tpe. Secunda ſubſtantia præcedit accidens diffinitione. Tertia ſubſtantia præcedit accñs cognitione, & volunt iſtas indefinitas eſſe veras, non tñ de eadem ſubſtantia. Prima eſt vera de ſubſtãtia cõpoſita, reſpectu quidem accidentium, quæ ſibi poſt cõpõnem adueniunt rõne compõnis: reſpectu vero accidentium, quę ſibi adueniunt cũ compõne, vera eſt rõne mĩæ, igitur prima concluſio verificatur de ſuƀa compoſita. Secunda verificatur de ſuƀa, quæ eſt ſubiectum accidentium, quæcunque ſit illa. Tertia de quidditate & diffinitione, quidditas. n. ſubſtantiæ perfectius explicat id cuius eſt, ꝙ̃ accidens facit, & ſic volunt textum eſſe intelligendum. *Confutatio.* Sed hæc ſolo. Primo peccat, quia facit



facit cõcluſiones particulares, quæ debẽt eſſe vľiſsimæ eo quia in lib. vniuerſaliſsimo traduntur. Secundo peccat, quia adhuc verba textus per hanc expoſitionẽ nõ, patent, vt legens literã videre poteſt. Tertio peccat qa facit ſermonem Ariſt. eſſe æquiuocum, eo quia voluit Ariſt. de ſubſtantia non ſecundum eandẽ rationem eſſe locutum. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione ſupponendum. Primo in toto hoc proceſſu Ariſtotelem fuiſſe locutũ ſemꝑ de ſuƀa vniuerſali declarať, quia ſolũ de vľibus eſt ſcĩa. Præterea in ſcĩa vľiſsima, de vľibus eſt loquendũ, vtrũ vero de materia, forma, vel compoſito fortaſſe nõ eſt curãdũ, forſitan. n. in toto hoc proceſſu loquitur de ſubſtãtia famoſa, & hæc eſt cõpoſita, verum poſt ſtatim ipſe ſubdiſtinguit, Secundo quidem ſuppono ꝙ ſubſtantiã vľem de qua loquiť in toto proceſſu, p̃cedere accidentia cognitione, bifariam eſt, aut cõparando ſubſtantiã ad accñs, aut comparando ſubſtantiam & accidens reſpectu primarũ ſubſtãtiarũ quæ ſunt indiuiduæ ſubſtãtiæ. Et cõparando ſuƀam eſſe põt, rurſus bifariam, aut ordine ꝑfectionis, aut ordine gñonis, vt logici ſubdiſtiguũt. Tũc dico ꝙ cõparãdo ſuƀam & accñs inter ſe, logici bene dixerunt, quia ſuƀa p̃cedit accñs cognitione ordine perfectionis, non aũt ordine generationis, hæc vero res nõ ex textu eſt, quia ad hũc ſenſum Ariſ. nõ loquiť, ſed hæc eſt ratio, quia oẽ illud quod aliud præcedit ſm ꝑfectionem, illud etiã præcedit cognitione ordine ꝑfectionis, modo ſubſtantia eſt perfectius ens accidente, igiť ſuƀa præcedit accidens cognitione via ꝑfectionis. Quod vero non via generationis, dictum eſt. Secunda vero concluſio pro mente Ariſt. in tex. & pro mẽte Auer. & pro mente EXPOSITORIS, eſt ꝙ comparando ſubſtantiã vľem & accidẽs ad indiuidua ſubſtantiæ, ſubſtantia vľis præcedit cognitione accñtia, declarat Ariſt. hãc, quia illud p̃cedit accidẽs cognitione reſpectu indiuiduæ ſubſtantiæ, quod eſſentialius & formalius, ac perfectius declarat indiuiduã ſubſtantiam, ſed vľis ſubſtantia, & vľr oẽ vľe ſubſtantiæ eſſentialius, formalius & ꝑfectius declarat indiuiduã ſubſtantiã, ꝙ̃ illã declaret accñs, quia vt dicit Auer. perfectius eſt ſcire Socratẽ quia ſit hõ, vel aĩal, ꝙ̃ ſcire ipſum quãtus vel qualis ſit, igiť ſuƀa vľis præcedit cognitione ipſum accidens reſpectu indiuiduæ ſubſtãtiæ. Ex his ſequiť Ariſt. nihil aliud velle dum ait ſubſtantiã præcedere accidẽs cognitione, quã ꝙ vľia ſubſtãtiæ eſſentialius & formalius declarẽt indiuidua ſubſtantiæ, quã illa met declarent accidentia. Quẽ quidem ſenſum plane Auer. & expoſitor dederunt, cæteri vero, & Ioannes, circa verba parum inſpexerunt.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

*Dubĩ ſi ſubſtãtiã per propriã ſpẽm cognoſcitur.* SOLVTIONES rationũ quaſi patent, verũ occurrit dubitatio, ſi accidẽs ꝑfectius cognoſcatur quã ſubſtantia. Et videť ꝙ ſic, id. n. perfectius cognoſciť ab intellectu cuius ſpẽs recipitur in intellectu. Sed accidens eſt cuius ſpẽs recipiť in ipſo intellu: non aũt ſubſtantia eſt cuius ſpẽs recipiť in intellectu, igiť accidẽs ꝑfectius ſubſtãtia cognoſciť, maior non indiget probatione, qa vnumquodq; cognoſcitur ꝑ rõnem cognoſcendi, & ita id perfectius, qđ per propriam cognoſcendi rationem cognoſcitur. Quod vero accidens per propriam cognoſcatur ſpeciem, nemo dubitat, quia illius phantaſma cadit in ſenſibus interioribus, igitur agens intellectus illius ſpeciem abſtrahit. Quod autẽ ſpecies ſubſtantiæ non recipiatur in intellectu, patet quia eius ſpecies non cadit in ſenſu, quia ſi ſic ſpẽs ſubſtãtiæ poſſe cognoſci à ſenſu, vel ſubſtãtia per illam ſpeciem à ſenſu cognoſceretur. *1. Solutio.* Circa iſtam dubitationem ſunt variæ ſolutiones vna eſt eorum, qui volunt cum ſpeciebus accidentium multiplicari ſpeciem ſubſtantiæ, in ſenſibus omnibus. dicunt tamen ſenſus ſubſtantiã per illius ſpeciem non ſentire, quia nullus ſenſus eſt ita altus vt illa ſpecie vti poſsit vt ratione cognoſcendi & repreſentandi, ſed cum ſpecies deferẽtur ad intellectũ, qui eſt perfectiſsima virtus, omnibus illis vteť vt rationibus repreſentandi. & ſic tam ſubſtanttã, quã accidentia poterit intelligere diſtinctæ & ꝑ proprias earũ ſpẽs. *Cõm. 63.* Huius poſitionis videtur eſſe Auer. in lib. de aĩa ſcđo, vbi non tm̃ vim hanc intellui tribuit, ſed dianæticæ, ſiue cogitatiue, vult. n. ꝙ cũ ſpẽs ille defluxerint ad dianoeticam ſiue cogitariã vſq;, illa vteť ſpẽbus hiſce vt proprijs rõnibus cognoſcendi, & ſic ꝑ illas dianætica poterit illa oĩa diſtinctis rõnibus cognoſcere. Vtrũ ſi hæc ſit Auer. poſitio: vel ne, nunc nolo diſputare, & tũc iuxta hãc poſitionem patet ꝙ minor dubitationis eſt falſa quãtum ad illius ſcđam partẽ, quia ſubſtantia ipſa ꝑ propriã ſpeciem cognoſci põt, & eius ſpẽs in intellectu recipiť. *Obiectio aliquorum.* Sed obiiciũt aliqui ſic, illud qđ pñs intellectui ꝑ propriam ſpẽm immutat intellectum, eius abſentia cũ nõ mutat intellectum, põt cognoſci, patet hoc de viſu, qui cũ per propriam ſpẽm immutať à lumine cognoſcit lumẽ, qñ eſt abſens, vt in lib. de anima ſcđo dř, igiť ſi intellectus põt cognoſcere ſubſtantiã pñtem ꝑ eius propriã ſpẽm poterit illius abſentiã cognoſcere, qđ non eſt ita, vt in illa ſacratiſsima panis trãſubſtãtiatione videť. *Confutatio & ſolutio.* Sed ſi hęc ratio valeret probarẽ ꝙ viſus nõ cognoſceret accñtia ipſius A. oui: deduciť ꝑ horum rõnem, quia abſentia. A. oui non ſemꝑ cognoſciť à viſu, vt patet in his q̃ de ouo agũt ioculatores, ꝑpea pro me & ipſis, dici põt ꝙ quando agentia diuerſorum effectuũ ita ſunt ſimilia vt fere in nullo videatur dřia, ex cõſimilitudine agentiũ, q ſpẽs illas agunt in ſenſus, cadit deceptio, & crediť ſpẽm ipſius. A. oui vel ſubſtantiæ eſſe pręſentẽ, eo quia ſpẽs. B. oui vel. B. ſubſtãtiæ eſt præſens, quæ ab agente oĩno ſimili genita eſt, & ſic nõ arguit ſubſtantiã non cognoſci ꝑ ꝓpriam ſpẽm, ſed intellectũ decipi, veluti ſenſus decipiť circa multa, quæ ꝑ proprias cognoſcit ſpẽs. *2. Solutio.* Nõnulli de mente expoſitoris crediderunt in intellm non effici niſi vnam ſpẽm accidentis, videlicet eius quod in ſubſtantia erat, hæc aũt ſpẽs accidentis cum ſit genita ab accidente virtute ſubſtantiæ, ſimul & ſemel repræſentare habet vtrũq;, licet ordine quodã ex parte intellectus, primo quidẽ accñs, ſcđo ſubſtantiã, cuius illud erat accidens, & ſic ab vna eadẽq; ſpecie duæ conceptiones fieri poſſunt, duarũ videlicet rerũ genere diuerſarum. huius exẽplum pulchrũ eſt de calore: calor enim vt calor non niſi calore generat, vt vero ſubſtantiæ cui coniungitur inſtrumentum generat ſubſtantiã. Sic accidens phantaſticũ, vt accidens cognitionẽ accidẽtis, generat, vt inſtrumentũ ſubſtantiæ, cui coniugebať, generat cognitionem ſubſtantiæ, ambaſq; vnicã per ſpeciem. *Obiectio.* Sed aduerſus hanc obiiciunt ſic, nulla ſpẽs poteſt diſtincte repreſentare illud, quod eſt ipſo perfectius, cuius eſt ſpecies, igitur ſpecies accidentis nõ poteſt repreſentare ſubſtantiam, quæ eſt perfectior accidente, cuius illa eſt ſpecies, conſequẽtia patet per ſe, antecedens vero per exemplũ probať, quia ſpẽs albi remiſsi non poteſt repreſentare album intenſum, quia tunc, quicunque videret remiſſe album, videret intenſe album. Sed

*Solutio.* hæc ratio nulla eſt, maior.n. debet ſic ſumi nulla ſpecies poteſt repreſentare aliquod perfectius eo cuius eſt ſpecies, in cuius virtute non agit, modo ad hũc ſenſum debet negari minor ſub audienda, quia accidens imperfectius ſubſtantia agit illam ſpeciem in virtute ſubſtantię, & vt inſtrumentum ſubſtantiæ, exemplum eorum non eſt ad rem, quia album remiſſum nõ agit in virtute albi intenſi, ſicut accidens agit in virtute ſubſtantiæ. Et ſi di cas adhuc quia ſi ſpecies accidentis repreſentat ſubſtãtiam, tunc in ſacratiſsima illa tranſubſtantiatione repreſentaret abſentiam ſubſtantiæ, iam dictum eſt intellectum decipi propter conſimilitudinem agentiũ virtute quorum ſpecies agitur. *2. Solutio.* Nonnulli autem & de mente Expoſitoris crediderunt ſubſtantiam nõ cognoſci niſi per diſcurſum ab accidẽtibus arguẽdo ad ſubſtãtiã veluti medicus cognoſcit morbi ſpeciem per diſcurſum à ſignis ſenſilibus. *Obiectio.* Sed contra hoc obiiciunt, quia tunc ſubſtantia imperfectius accidente cognoſceretur, quod eſt contra Ariſto. in textu & deducitur, quia notitia diſcurſiua eſt imperfectior cognitione ſimplici. *Defenſio.* Dici poteſt pro his cõcedendo accidens præcedere ſubſtantiã cognitione comparando ſubam & accñs inter ſe, Sed comparando hæc ambo ad indiuidua ſubſtantiæ, ſuba vl̃is præcedit accidens cognitione vt dictum eſt, & ſic hæc ſolutio nõ contradicit Ariſt. iuxta igitur has põnes ad dubium non vno modo dici põt, ſm.n. primas duas negatur minor, quia ſm primam ſuba per propriã ſpeciem cognoſcitur, ſm vero ſecũdam ſubſtantia cognoſcitur per ſpeciem cõem ſubſtantię & accñtis, ſm tertiã aũt, cognitio ſubſtãtiæ eſt imperfectior cognitione accidentis comparando ſubam ad accñs. Ad tertium aũt comparando cognitio ſubæ præcedit. *Solu. aliquorũ.* Sed quia hę ſolutiones nõ placent aliquibus, ideo aliter rñdent. volunt.n. ꝙ differt aliqđ eſſe perfectius cognoſcibile in ſe & abſolute & ꝑfectius ab ĩtellectu noſtro cognoſcibile, veluti de viſili, dicitur: eſt.n. ſol ſumme viſile in ſe, non tñ ſumme viſile ab oculis noſtris. Et ſic cõcedunt accidẽs eſſe perfectius à nobis cognoſcibile, non autem abſolute: ſubſtantia.n. vt dicũt eſt perfectius cognoſcibilis in ſe, & à nobis, ſed non pro ſtatu iſto, dictum aũt Ariſtot. eſt verum comparando ſubſtantiam ad accidens ſm cognitionem in ſe, non aũt reſpectu noſtri. *Confutatio.* Quicquid ſit de poſitione Ariſto. hic, videtur ꝙ hæc ſolutio non ſit peripatetica. Primo, quia ſi ſubſtantia eſt in ſe ſumme cognoſcibile, igitur ab intellectu noſtro, deducitur, quia intellectus vt Ariſto. dicit eſt oĩa fieri, vnde & Auer. in libro de generatione dicit intellectui humano nihil eſſe ignotum. *Cõm. 19.* Secundo cognoſcibile eſt relatio aptitudinalis ad intellectum noſtrum, veluti cognitum relatiuum actuale ad intellectum noſtrũ, igitur vt cognitum actuale relatiuum refertur ad intellectũ noſtrum ita cognoſcibile refertur potentialiter ad intellectum noſtrum: ergo ſicut nihil eſt cognitum, quin ab noſtro cognoſcatur intellectu, ſic nihil eſt cognoſcibile quin ab noſtro ſit aptum cognoſci intellectu: igitur nihil eſt in ſe cognoſcibile quin ab noſtro intellectu & reſpectu noſtri intellectus ſit tale, cuius contrarium putant. Tertio ſi ſubſtantia eſt per ſe cognoſcibilis quantum ipſa eſt in ſe cognoſcibilis, & non pro ſtatu iſto, igitur pro alio ſtatu, ſed ſecundum eos alius ſtatus eſt dubius apud Ariſt. igitur dubium antecedens, & per cõſequens non eſt certum ſubſtantiam eſſe perfectius cognoſcibilem. Quod vero dicunt de viſili, nihil eſt, quia ſol quantum eſt viſilis tãtum ab aliquo viſu videri põt, nec eſt plus in ſe viſilis, q̃ ab aliquo viſu ſit videri aptus, quia licet viſus nocticoracis illũ non videat, quantum eſt in ſe viſilis, oculus aquilæ forte vel alterius videt ipſum quouſq; ille ſit viſilis. *Propria ſolutio.* Ex his ad dubiũ dico ꝙ comparando ſubſtantiã & accidẽs inter ſe, accidẽs præcedit ſubſtantiã cognitione, quia prius à nobis cognoſcitur & per illius cognitionẽ deuenimus in cognitionẽ ſubſtãtiæ ſm aliquã dictarũ rõnum cõparando ſubſtantiã & accidẽs ad tertiũ, vtpote ad indiuidua ſubſtãtiæ, ſubſtantia præcedit accidens cognitione: & ſic ad rõnes omnes patet ſolutio. Hæc de quarta diſputatione.

*Quare ſi ſpecies materia eſt prior & magis ens, & ipſo quod ex vtriſque prior erit propter eandem rationem. Tex. cõmen. 7.*

## DISPVTATIO QVINTA

De ordine formę ad materiã & compoſitũ.

*Num forma ſit prior materia, ipſoq; compoſito, & magis ens vtroque.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non ſit prior compoſito, Primo arguitur, quia compoſitũ eſt per ſe, forma per accidẽs, vt pars compoſiti. Secundo ꝙ non magis ens compoſito, quia compoſitum includit quicquid forma, & vltra illam addit materiæ perfectionẽ. Quod vero nõ ſit magis ens materia, perſuadetur: quia materia videtur pluribus ſubſtare, igitur eſt magis ſubſtãtia, & ita magis ens. vltimo ꝙ non ſit prior materia, quia vbi forma ipſa eſſet materia prior, materia non poſſet eſſe ſine forma. cõtrariũ ab oĩbus habet̃, quia materia cõtinuo eadẽ numero eſt ſine hac, & ſine hac forma, & ita ſine forma, Sed cõtra hoc eſt textus & cõmentum. 7.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo primo debes ſcire ꝙ forma apud veteres conſueuit aliquando accipi pro eo omni, qđ aliud format, atq; perficit, & deducit, ad quem ſenſum Varro forte dixit DEum eſſe formã mundi, & Aui. intellectum agentem, quia arabice Cholchodea dicit̃ eſſe formam mũdi inferioris. Deus enim apud Varronem forma mũdi dicitur, non quia mundi ſit pars conſtitutiua, ſed quia mundum ſua mẽte format, conficit, & gubernat, & ita forma à formãdo, ſimiliter Cholchodea dicit̃ forma horum oĩum à formando, quia oĩa hæc format præbẽdo his oĩbus formas & ꝑfectiones primas. Alio modo dicta eſt forma, quæ vna cum materia cõpoſitũ cõſtituit, & hac rõne forma ab informãdo dicta eſt. ad quem ſenſum aĩæ aĩalium formæ dicuntur, vt lib. de aĩa patuit, forma vero hoc pacto ſumpta appellatur græce ειδοσ ſpẽs, aut idea, nõnunquam Μορφη latinæ forma, dicitur quidem forma quia informãdo ſeparat & diſtinguit, ſpẽs autem quia per ipſam eſſe habet̃ & cognitio, nõnunquã logos dicitur, quæ ideo rõ appellatur quia illius tñ eſt per ſe diffinitio. Materia quæ græcè eſt υλη latinæ materia, nõnunquã cõſueuit ſumi pro ſubiecto, ſiue operationis, ſiue cõtemplationis, quo in ſenſu dicimus logicæ materiã eſſe ſyllm̃, carpentarij aũt ligna, aliquãdo pro partibus quãtitatiuis, ad quẽ ſenſum Demo. dixit primã oĩum materiã eſſe corpora atoma, & Ariſ. 2. phy. dictiones eſſe materiam orationis, & literas dictionis, interdum pro ea parte, quę cum forma ipſum conſtituit compoſitum. In propoſito materia eſt accepta



hoc tertio modo, & forma ſecundo modo. Cõpoſitum vero id appello, quod ex his conſtat. prius in diſputatione audimus pro eo quod eſt prius perfectione, magis vero ens pro eo quod eſt principalius ens. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio prima.* AD diſputationem reſpondent quidã per cõcluſiones. Prima eſt, forma eſt prior materia & magis ens. qđ quidẽ prior, patet q̃a actus ſimpl'r eſt potẽtia prior, potẽtia vero reſpectu eiuſdẽ vt. 9. huius dicet̃. Quod vero magis ens, patet, quia forma eſt materiæ ꝑfectio, at materia non eſt ꝑfectio formæ. Secunda forma eſt prior cõpoſito, tũ quia eſt prior materiã, quæ cõpoſitũ præcedit, tũ quia ipſa eſt cõpoſiti principium. Tertia forma non eſt magis ens cõpoſito: probant, quia cõpoſitũ includit & formã & vltra, videlicet materiã. Sed ꝓ intellectu Ariſt. dicunt Quarto, ꝙ forma eſt prior & magis ens cõpoſito ꝑ indepẽdentiam, quia minus dependet. Hæc illi. Sed iſtæ concluſiones non ſunt intelligibiles, quia cum in prima dicit formam eſſe priorem materia & magis ens, quærit̃ quid ꝑ priorẽ velint, aut ꝑfectione, aut tꝑe, aut natura: non tꝑe nec natura, tꝑe quidem nõ, quia forma & materia ſimul ſunt. nec natura, quia forma & materia ipſa ſunt ſibi mutuo cauſæ, vt dicitur. 2. phy. & ſic neutra illarũ alterã p̃cedit cauſalitate, *Cõm. 30.* quare nec natura. Si vero per priorẽ ipſi velint ſm perfectionẽ, tũc idem erit dicere formam eſſe ipſa materia priorem, ꝙ eſſe illa magis ens, quod ipſi euitant. Secunda concluſio eſt æquiuoca, quia dum dicit̃ formam eſſe priorem compoſito põt in vno ſenſu eſſe vera & in alio falſa, & ſic peccãt ꝑ æquiuocationẽ. Tertia cõcluſio eſt *Cõm. 7.* falſa, & cõtra Auer. hic, & in lib. de aĩa, & in. 2. phyſi. & *Cõm. 7. Cõm. 4.* probat̃ ſupponẽdo de mẽte Ariſt. ꝙ perfectũ intantũ ſit inquantũ põt operari. declarat̃ hæc in vltimo quarti libri meteo. Præterea. 3. de aĩa probat Ariſt. intellectũ agentẽ præſtabiliorẽ eſſe intell'u poſſibili ꝑ hoc q̃a eius operatio & modus operãdi excellit operationẽ & modum operandi intell's poſsibilis vt patet ꝑ Auer. ibi & *Cõm 19.* The. & omnes, tunc arguo, quicquid operat̃ in participando forma eſt forma ipſa imperfectius, patet hæc, quia quicquid operat̃ in participando aliquid, eſt participatione illius, & ſic ipſum eſt tale participatiue, illud autem tale ꝑ eſſentiã & ſic eſt maior clara, ſed compoſitum operat̃ participãdo forma ſm peripateticos oẽs, ſemper enim extimatur ſpẽs mouẽs. 3. phyſi. & omne quod operatur, operat̃ vt in actu, & ſic rõne formæ, & illius participatione, igit̃ forma eſt ꝑ eſſentiã ꝑfecta, & cõpoſitũ participãdo forma, & ita forma perfectior, hæc ratio eſt efficax oĩbus bonis p̃hıs. Quarta concluſio, quæ ex verbis eorũ colligit̃ ad mentẽ Ariſt. eſt oĩno remota à mente Ariſt. quia Ariſt. ſumit formam eſſe materia priorẽ & magis ens, & poſtea concludit formam eſſe priorem eo quod eſt ex vtriſq; propter eandem rationem. Modo ratio qua præcedit materiam eſt actualitas, igitur per hanc rõnem præcedit forma ipſum compoſitum. Sed per actualitatem forma præcedebat materiam perfectione & principalitate, igitur per hanc eandem cauſam forma præcedet cõpoſitũ perfectione & principalitate, & ſic oĩno extra ſenſum Ariſt. loquunt̃. *2 poſitio.* Alij fingunt, cõpoſitum eſſe perfectius forma pœnes acceſſum ad ſummũ, q̃ fit per additionẽ partis gradualis ad partẽ gradualẽ, formã vero eſſe perfectiorẽ cõpoſito ꝑ receſſum à nõ gradu, & ſic forma erit perfectior cõpoſito, quia minorẽ includit imꝑfectionẽ cõpoſitũ magis perfectũ forma, quia maiorẽ includit ꝑfectionẽ. *Confutatio.* Sed hæc poſitio nõ cõuenit verbis Ariſt. hic, quia Ariſ. per eandem rationem dicit formã eſſe cõpoſito perfectiorem, quia dicit formam eſſe materia perfectiorem, modo forma eſt ipſa materia ꝑfectior vtroq; modo, & quia minorem imperfectionẽ includit q̃ ipſa materia, & quia maiorẽ perfectionẽ. Secũdo ſuppono mihi formam eſſe totũ ad materiã perfectionale ſaltẽ, ſicut aurum ad argentũ, hoc nemo dubitat, nã forma eſt perfectior materia, igitur eſt totũ ꝑfectionale materiæ. Tũc arguo ſi totũ eſt forma ꝑfectior per incluſionẽ maioris ꝑfectionis, hoc non eſſet, niſi quia cõpoſitũ includeret vltra formã actualẽ materię ꝑfectionẽ. Sed actualis hęc ꝑfectio tota virtualiter ſiue ꝑfectionaliter continet̃ in forma, igit̃ cõpoſitũ nullã aliã habet ꝑfectionẽ præter illã, q̃ eſt formæ, & ſic cõpoſitũ nõ erit forma ꝑfectius ꝑ incluſionẽ maioris ꝑfectionis. Hęc de poſitionibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione primo ſupponamus maiorẽ ꝑfectionem alicuius non attendi niſi pœnes perfectionẽ operationis, ſaltem occaſionaliter. *1 ſuppoſitio.* quod addo propter calculatores, qui ſunt in hac re diuerſi. nam alij pœnes acceſſum ad ſummũ, alij pœnes receſſum ab imo, alij pœnes multitudinẽ graduũ, alij aliter, oẽs tamẽ conueniunt formã eſſe denominandã perfectiorẽ altera, quæ perfectiorẽ operationẽ perficit, vel eandem perfectiori modo. Cui ſuppoſitioni aſſentientes medici dicunt coæqualem temperationẽ eſſe perfectiorem qualibet inæquali. *Secunda.* Secũdo ſupponamus vnum dici poſſe magis ens altero, atque principalius, quia minus depẽdet. declaratur, quia peripatetici dicunt ſubſtantiã eſſe magis ens accidente, quod non eſſet, niſi quia ſubſtantia minus dependet ab illo. His ſuppoſitis ſit prima cõcluſio, forma eſt materia prior perfectione, & magis ens. declaratur per ordinem, perfectione quidem ipſa materia eſt prior, quia operatio formæ eſt perfectior operatione materiæ, & modus operandi formæ perfectior modo operandi materiæ, patet per ſuppoſitionem primã. Magis autem ens ipſa materia, quia principalius ens, eo quia licet forma dependeat à materia, & materia à forma, modus cauſandi formæ circa materiã per minorẽ dependentiã habetur, quia forma à materia quaſi veluti à cauſa ſine qua non depẽdet, at materia à forma dependet ſimpliciter ſm peripateticos, vt duodecimo metaphyſicæ habetur & alibi. *Cõm. 14. Secunda.* Secũda concluſio pro mente etiã Ariſt. in textu forma eſt perfectione prior compoſito & magis ens illo. Prima pars patet, quia licet vna eademúe ſit formæ & compoſiti operatio, tñ forma ꝑ eſſentiam eſt operandi principium: at compoſitum participatiue. Sed magis perfectũ dicitur altero aut pœnes perfectiorem operationem, aut pœnes perfectiorẽ circa eandem modum operandi, igitur eſt perfectior ipſo compoſito. Secunda pars declaratur: quia minus forma à compoſito dependet, quam compoſitũ à forma vt omnes ſciunt, igitur forma eſt magis ens compoſito patet, quia per ſuppoſitionem pænes h̃ attẽditur magnitudo entis. Hæc de dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rationes dici poteſt ꝙ ſiue forma ſit propter compoſitum, ſiue compoſitum propter formam, pœnes illud non attenditur perfectio rei, vt patuit. Secundo addit̃, ꝙ forma eſt ꝓpter cõpoſitũ quo ad actũ ſubſiſtendi, at compoſitum ꝓꝑ formam quo ad actum eſſentiæ, atque eſſendi vt dicitur ſecundo de aĩa, quia quod

quod propriæ eſt, actus eſt. Ad ſecundam dico ꝙ ſiue addat materiam ipſum compoſitum ſiue non, non pœnes hoc attenditur rei perfectio, ſed pœnes qualitatem operationis, aut dicitur ꝙ licet compoſitum includit actualem perfectionem materiæ, nō propter hoc dicitur abſolute ipſa forma perfectior, nam licet hoc aggregatum, quod eſt Deus & mundus includat actualē perfectionem mundi, quam Deus non includit, tñ non dicitur abſolute perfectius Deo, quia Deus illam mundi perfectionem includit perfectionaliter, & ſic eſt in propoſito, hoc.n.aggregatum quod eſt materia & forma, licet addat actualem ipſius materiæ perfectionem, non dicitur abſolute forma perfectius, quia perfectio materiæ continetur in forma perfectionaliter. Ad tertiam dico conſequentiam eſſe nullam, vel concedo conſequens, quia ſtat formam eſſe materia priorē perfectione, vel magnitudine, entitatis, quæ nō eſt illa prior tpe, quia nunquam fuit forma, quin tunc eſſet materia, nec econtra materia eſt aliquando, quin tunc ſit forma, cōcederem tantum hac & hac & hac forma eſſe priorem & poſſe materiam eſſe ſine hac, & ſine hac ſicq; de ſingulis diuiſiue, non tamen ſine forma, quia hoc non intelligitur niſi collectiue, de his tamen alibi. Hæc de quinta diſputatione.

*Dico autem materia quæ eſt ſecundum ſe nullatenus, neq; quid, neque quantitas, &c. Tex.cōm.8.*

## DISPVTATIO SEXTA

### De materiæ entitate.

*Num materia ſit ens.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod materia non ſit ens. Arguitur primo, quia ſubiectum generationis non eſt, vt.5.auſcultationis phyſicæ dr̃. Sed materia ſubm̃ eſt gn̄ationis, igitur non eſt. Secundo omnis generatio eſt ex non ente, omnis generatio eſt ex materia, igitur materia non eſt ens, Maior patet.1.phyſic. quia ſi generatio eſſet ex ente, tunc res eſſet antequam generaretur. Tertio materia non eſt ens ſimpliciter, igitur eſt non ens, antecedens patet, quia tunc eſſet per ſe intelligibilis. Quarto illud, cuius forma eſt priuatio, non eſt ens, ſed forma materiæ eſt priuatio, vt dicitur ab Auer.2. 
Cōm.15.
phyſicæ auſcultationis, igitur materia non eſt ens. In contrarium eſt Ariſt. in libro phyſicæ auſcultationis, & in lib. de gn̄atione, probat.n. ꝙ materia ſit per ſe principium, itemq; in.2.huius probat ꝙ eſt cauſa per ſe, & ſic ſequitur illam eſſe ens. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit materia, & quot modis capitur, diſputatione proxima patuit. Ens vero ipſum quid ſit, & quot modis dicatur, libro præſenti diximus & quarto huius. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Pō Arnaldi.
DE diſputatione hac variæ ſunt pōnes. Arnaldus & quidam alchimicorum dixerunt ꝙ materia, quæ græce eſt hyle conſueuit ſumi apud philoſophos nonnunq̃ pro materia compoſitionis, & ſic lapides & ligna ſunt materiæ compoſitionis domus, interdum pro materia alterationis, quod eſt ipſum corrumpendum, veluti lignum eſt materia alterationis ignis & panis eſt materia alterationis ſanguinis, & id genus. Et iuxta hoc dicunt duo. Primo ꝙ ſumendo materiam pro ipſo corrumpendo, ſic materia eſt ens, non quidem in fine generationis, ſed ante generationē ipſam. Secundo dicunt ꝙ ſumendo materiam pro materia compōnis, quæ dicitur ſubiectum, ſic in naturalibus nulla eſt, ſed in accidentalibus atque artificialibus bene eſt ens. Pro hac po-
Rō poſitionis.
ſitione argui ſolet per verba Ariſ. primo de generatione, vbi dicitur ꝙ generatio differet ab alteratione, quia generatio eſt trāſmutatio totius in totum, nullo ſenſili remanēte, alteratio vero trāſmutatio eſt, ſed remanente aliquo ſenſili. Præterea.5.phy auſc. Ari. ponens differentiam inter generationem & motum, dicit ꝙ illud quod mouetur eſt, at quod generatur non eſt. modo ꝙ generatur non eſt niſi materia vt vbi exponit Auer. igitur materia ſumpta pro ſubiecto generationis non eſt ens, vt primo capite tactū eſt. Sed contra obijciunt,
Obiectio.
quia tūc oīs generatio eſſet ex nihilo, deducūt quia in generationis momento nihil ipſius corrūpendi remanet, nihil etiā generandæ præfuit, igitur ex nihilo. Sed
Solutio.
hæc ratio nulla eſt & reſpondeo per eorū ſolutionem dicendo ꝙ productio ſiue fieri ex nihilo bifariā eſt, aut nullo præpoſito vt ſubiecto in quo & ex quo, aut nullo propoſito vt termino à quo. Modo dico ꝙ non eſt impoſsibile immo neceſſariū agens naturale agere aliq̄d ex nihilo, tanquam ex ſubiecto in quo, ſed agere ex nihilo tanq̃ ex ſubiecto, & termino, hoc ſolus Deus pōt, agens.n. naturale ſemper ſupponit corrūpendum ſi debeat generare, non aūt ſubiectū. Sed cōtra replicāt, q̄a
Replicæ.
per præſentiam corrūpendi actio agentis naturalis potius impedit̃, igitur ſine præſentia illius citius & melius agit. Secundo generatio non fit niſi per remotionem contrarij: igitur remoto corrumpendo generatio celerior fieret, igitur nō eſt neceſſarium ipſum corrūpendum. Sed nec hæ replicæ valent, iſta.n. poſitio ſuppo-
Solutio.
nit generationem oēm eſſe ſuapte natura corruptionē & omnem corruptionem eſſe generationem, nec pōt huius reddi alia cauſa, niſi q̄a gn̄o eſt gn̄o, & corruptio eſt corruptio. Tūc ad rationes. Ad primā concedo antecedens, & nego cōſequentiā, quia ſine pręſentia illius non generaret, quia non poteſt generare, niſi corrūpat eo quia omnis generatio eſt corruptio, & ſic licet impediatur, non propter hoc ſine illo fieri poſſet. Et ꝙ hæc ſolutio ſit rationalior, patet quia mobile per reſiſtentiā medij impēditur, & tamen ſine medio nō pōt fieri motus. Et ꝓpter hoc dici pōt ꝙ ſicut duplex eſt impediēs in motu locali ſcilicet reſiſtēs & prohibens, ſic duplex pōt eſſe ipſum corrūpendum aut reſiſtēs, aut prohibēs, & ſic dico ꝙ ſine corrumpendo prohibente citius fieret, non tamen fieri pōt ſine corrumpendo reſiſtēte, ꝑ idem. Ad ſecundam dico ꝙ generatio fit per remotionem cōtrarij prohibitiui, nō aūt fieri pōt, niſi cōcurrat reſiſtens, tale aūt eſt ipſum corrumpendum: cuius reſiſtentia eſt minor potentia actiua generantis, & ſic rationes hæ nullæ ſunt hæc de defenſione primæ poſitionis, verum de rationibus contra ipſam, dicemus in dilucidatione. Plato vero in parmenide ſyllogiſmo parme-
Platonis poſitio.
nidis perſuaſit materiā eſſe non ens, & arguit ſic, quicquid eſt præter ens, & præter vnū eſt multitudo & nō ens: ſed materia eſt præter vnū, quia ꝑ̃ter ipſum Deum, qui apud eum ponitur vnitas, & præter ens, quia ꝑ̃ter decem prædicamenta, quæ tantū ſunt ens: igitur materia eſt non ens, & multitudo, videlicet dualitas, quæ magno paruoúe deſignatur. Quare iuſta Platonis ſyllogiſmum oportet fateri materiam eſſe non ens. Pyta-
Poſitio Pitagoræ.
gorici ordinantes rerum ſeries duas fecerunt coordinationes,



nationes, bonorum quidem & malorum & in ordine malorum poſuerunt materiā & priuationem. Vnde & Ariſt. dicit ꝙ ſemper machinatur ad maleficium, & ſic iuxta hos materia eſt priuatio & malū. Hi ſunt qui materiā collocarūt ſub non ente: naturales vero oēs materiā fecerunt ens, immo ens in actu & aliquod quatuor elr̃torum, vt in lib. phy. dicit̃, & ſecūdo de generatio-
Poſitio Auicēnæ.
ne, nā alij aerem, alij ignē, alij aquā, & id genus. Auic. materiā dixit eſſe ens cū naturalibus & Ariſt. amplius dixit cū Ariſt. illam non eſſe aliquod quatuor elementorū, verū aduerſus Ariſt. perſuaſit materiam eſſe corpus, corpus dico extra oīa elementa & oīa miſta, quod ab omnibus illis eſt ſeparabile. Sed contra poſitionē naturaliū & cōtra Auicennā nolo contercre tēpus, quia copioſe in libris phyſicorū eſt contradictum & nos ibidē, in lib. de generatione. Hæc de poſitionibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DILVCIDATIO huius diſputationis non eſt difficilis, quia omnes volumus materiam eſſe ens. amplius & ipſam eſſe ens in potentia. Quod quidem materia ſit ens in potentia, Plato affirmat in Timæo, vbi ipſam vocat pādechen, hoc eſt omni capacē, quia vt dicit eſt omnium formarū receptaculū. præterea Plotinus in lib. de materia expreſſe materiam ponit inter entia, Alcionus Platonicus in lib. de doctrina Platonica aſſerit Platonē non diſſenſiſſe ab Ariſt. de ipſa materia. Simplicius etiā & Themiſtius idē dicūt. Ariſt. materiam eſſe ens in potentia nactus fuit ex tranſmutatione. cum.n. generatio ipſa non recipiatur in corrumpendo, nec in generante, concluſit eſſe quoddā medium ſubiectū vtriuſq; termini, quod ipſe hylam appellauit. Vnde vis de demonſtrationis Ariſt. fuit in duabus propoſitionibus, quarū prima eſt ꝙ generatio ſit motus vel motui, Anaxa. Secunda ꝙ in omni motu oportet intelligere ſubiectū, vt patet per diſſinitionem motus. Ex his ſequitur materiam eſſe ens ſubiectum in potentia. Nam ipſum corrūpendum non poteſt eſſe ſubiectum, nec ipſum generans, igitur oportet eſſe tertium, tu vero lege viam Ariſt. lib. phyſi. nunc.n. raptim ſat eſt locum aperuiſſe. Sed quonam modo ipſa materia ſit ens in potentia, facile pōt declarari. Vbi animaduertendum eſt ens in potētia eſſe bifariam, aut in potentia obiectiua, vt roſa nunc, aut ſubiectiua, vt ſuperficies dealbāda: verum ſm̄ Ariſto. qui non poſuit creationē, idē eſt ens in potentia obiectiua, & ſubiectiua, materia.n. vt reſpicit formam per agēs ipſum deducibilē dicitur eſſe in potentia obiectiua, vt autem reſpicit agens abſolute, vt ſic eſt in potentia ſubiectiua, qua fit ab agente paſsiua. Cū.n. forma ſit obiectum & intentum agentis, materia vt reſpiciens illam poſſe deduci, dicitur eſſe in potētia obiectiua. Sed cum reſpiciat agens per potentiam paſsiuam, reſpectu agentis eſt in potētia ſubiectiua, materia igitur eſt ens,
Conſilium Pla. & Ariſt.
& ens in potentia quouis modo intelligendo. Ad hunc ſenſum Iamblicus in lib. de ſetta pitagorica Platonem cum Ariſt. cōciliat, nam ens apud Plato. pōt ſumi quēadmodum apud Ariſt. pro oī eo quod contra nihil diſtinguit̃, & ſic materia ſub ente continetur, & vnitas, & dualitas, & omne quod non eſt nihil. Alio modo pro ente diuiſo in decē prædicamenta, quod quidē ex prima proficiſcit̃ vnitate, & hoc pacto materia nō eſt ens. nec valet materia, non eſt ens prædicamētarium, nec vnū,
Te.com.14. Te.c.8.
igitur eſt nihil. Nā cadit ſub multitudine hanc poſitionem etiam Ariſt. nō negat. In.5.n. huius, ita inquit. per ſe autem ea dicuntur eſſe, quæ prædicamenti figurā ſignificāt. tot enim ipſum eſſe ſignificat, quot modis ipſa dicuntur. præterea in hoc.7. ita inquit. materiam autem eā dico quæ neq; eſt quid per ſeipſam, neq; quantum, neq; aliud quicquam eorū dicit̃, quibus ipſum ens diffinitur, ecce qūo materiā non reponit ſub ente prędicamentario, conſtat aūt apud Ariſt. ipſam non eſſe nihil, quo fit vt Ariſt. ita cogatur dicere de ente, veluti & Plato, videlicet ꝙ duplex eſt ens ſimpliciter, quod contra nihil diſtinguitur, & ꝙ in decē diuiſum eſt prædicamenta, & hoc modo cogitur ponere materiā non ens quia nō ens prædicamentarium & ens, quia non nihil. non igitur Plato aliud ſentit ab Ariſto. vt recte Iamblicus affirmat, & Simplicius docet. Sed cum ſit determinatum materiam eſſe, ens & quale nam ens, reſtaret diſputare ſi materia habet entitatē aliā à priuatione & forma ſimpliciter abſolutam, ac independentem, amplius de illius vnitate, & alia multa, quæ quia in.1. libro phy-
Lege tex. com. 58. de hac re.
ſicorum ſatis copioſe diſputauimus contra exteros, nūc volumus ꝑ̃termittere, ne videamur implere libros inaniter. Hæc de dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis ad rationes. Ad primam Auer. ibi ſoluit ꝙ Ariſt. inter motum & generationem hāc vult eſſe differentiam, ꝙ ſubiectū motus ſit ens in actu, ſubiectū vero generationis non ſit in actu, ſed ſolum in potentia. Et ſi replicares ꝙ etiam ſubiectū motus ſit ens in potentia, quia motus eſt actus entis in potentia tanq̃ ſubiecti, vt dicitur in diſſinitione motus, dicerē ꝙ motus eſt actus entis in potentia ſm̄ quid, quia non ad eſſe ſimpliciter, at generatio eſt actus entis in potentia ſimpliciter, quia materia eſt in potētia ad eſſe ſimpliciter, qđ eſt ſubſtantia, vel dicerem ꝙ motus eſt actus entis in potentia, & generatio actus entis in potentia. Sed differt quia motus eſt actus entis in potentia formaliter, cōcomitanter vero entis in actu, quia licet mobile vt mobile ſit in potentia, cōcomitat̃ tamen ipſum eſſe in actu, at generatio eſt actus entis in potētia & formaliter & cōcomitanter, quia ſubiectū generationis non debet eſſe actu nec formaliter nec cōcomitāter. Ad ſecūdam concedo ꝙ materia ſit nō ens actu quia generatio eſt ex nō ente actu, tñ cum hoc ſtat ipſam eſſe ens in potentia. Ad tertiam concedo materiam non eſſe ens ſimpliciter quod idem eſt ꝙ eſſe ens in actu, tamen eſt ens ſm̄ quid quia in potentia. Ad quartam ſoliti eramus exponere illum locum, intelligendo per priuationē, formam corporis, tamen dici pōt ꝙ priuatio eſt quaſi forma materiæ, quia inſeparabils à materia, nec intelligit aliter vt patet per verba eius, per hæc ad rationes pro opinione Arnaldi. Quidā dicunt generationē eſſe mutationē totius in totū categorematice, nō aūt ſyncategorematice, q̄a mutatur totū in totū, nō aūt quælibet pars in quālibet partē. Sed hæc ſolutio, an ſit peripatetica, ignoro. ꝓpea tutius dicerē verba Ariſt. in.1. de generatione hæc eſſe, cū autem totum tranſmutat̃, nullo ſenſili manente tanq̃ ſubiecto eodem ſed veluti ex ſtirpe tota ſanguis, vel ex aqua, aer, vel ex aere toto aqua, eiuſmodi gn̄atio erit illius, vero corruptio. Hæc Ariſt. Vbi patet ipſum velle generationem eſſet tranſmutationē totius in toto nullo ſenſili remanente tanq̃ ſubiecto eodē in actu. Modo licet materia maneat, non eſt ſenſile idē actu: vt patet per ea quæ dicit, & ſic verba Ariſt. nō ſunt contra determinata. Scd̄a eiuſdē rō ſoluta eſt, hęc pauca de entitate materiæ, nam diligentius in libro phyſicæ auſcultationis rem hanc reperies. Hactenus de ſexta diſputatione.

Vtrum

*Vtrum autem idem eſt aut alterum quodquideratesſè, & vnumquodque perſcrutandum eſt &c. Tex.cõm.20.*

## DISPVTATIO SEPTIMA
De quodquid erat eſſe.

*Num quodquiderat eſſe ſit idem ei, cuius eſt.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ipſum quodquideſt non ſit idem ei cuius eſt quodquideſt, Arguitur primo, quia Ariſt.3. *Cõm.* de aĩa expreſſe ait eſſe carnis eſſe aliud à carne, & eſſe magnitudinis eſſe aliud à magnitudine. vbi Auerro. & Expoſitor: & Them. & Simplicius per carnis eſſe & magnitudinis eſſe intelligunt quodquideſt. Secundo *Cõm.41.* Ariſto. in hoc.7. ait non eſſe idem ipſum quodquideſt, cum eo cuius eſt quodquideſt in cõceptis cum materia vt patet per Auer. ibidem. Tertio tunc ipm̃ quodquideſt eſſet gñabile veluti id cuius eſt quodquideſt. Quarto ſi ipſum quodquideſt, eſt idem cum eo cuius eſt tunc ipſius quodquideſt eſſet quodquideſt, & ſic in infinitũ: deducit conſequentiã Auer. huius.7. vide. Quinto apud *Cõm.81.* *Cõm.40.* *Cõm.9.* Auer. vt dicemus ſola forma eſt rei diffinitio, diffinitũ vero compoſitum hñs formam, vt patet in hoc.7. & 8. metaphy. Sed forma differt ab habente formam veluti pars à toto, igitur quodquideſt & ipſum cuius eſt quodquideſt, nõ ſunt eadem. In oppoſitũ ſunt Ariſt. & Auer. cõm.20. & 21. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVODQVIDERATESSE ſiue quodq̃deſt quod græce eſt τὸ τὶ ἐ͂ιναι vniuſcuiuſq; rei, ꝓpria eſt illius diffinitio. Diffinitio vero grȩce eſt horos, latinæ finitio, ſiue diffinitio. dicitur quidẽ finitio, quia in ipſam ſtat cuiuſq; rei diffinibilis reſolutio, dicitᷣ vero quodquiderat eſſe rei, quæ diffinitur pro quanto eſt illius principium, quæ cum ipſum diffinitum præcedat tanquã illius principium, iure quodquideratesſe dicitur & per prȩteritũ, vt notaretur ordo prioritatis illius ad diffinitum, ipſa vero diffinitio ſiue ipſum quodquideſt, põt interdum ſumi pro enunciatione diffinitiua, vt in lib. Poſteᷣ. Ariſto. enumerauit ipſam ĩter propõnes ĩmediatas, & põt ſumi pro prædicato cõuerſim de diffinito ſm̃ eſſentiã illius, vt in lib. topi. docet Ariſt. hic aũt audiatur pro p̃dicato diffinitiue enuntiationis. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ attributa Tho. Egidij.* QVIDAM de mente Expoſitoris, & de mente Egidij hic ſupponunt duo quorũ primum eſt ꝙ ipm̃ quodquideſt ſubſtantia eſt per ſe dicta ſm̃ rõnem. Secundũ ꝙ ſolæ ſubſtantiæ habent quodquideſt. Primum deducunt ex diffinitione ipſius quodquideſt, hoc pacto, prædicata in quid ſunt talia per rationem, quodquideſt vel eſt collectum ex prædicatis in quid, vel ipſa prȩdicata in quid, igitur ipſum quodquideſt ſubſtãtia eſt per rõnem. Secũdum declaratur, quia ſole ſubſtantiæ habent intellectum completum per terminos ſui generis, accñtia.n. ſemper dependent ad ſubm̃: igitur ſolæ ſubſtantiæ hñt per ſe & proprie quodquideſt. Ex his tenent tres concluſiones. Quarum prima eſt ꝙ ipſum quodquideſt idem eſt cum eo cuius eſt quodquideſt, patet per Phm̃ in litera. Secũda in his quȩ per accñs dicuntur, quodquideſt non eſt idem cũ eo cuius eſt. patet hæc cõcluſio per rõnem Ioan. quia ea quȩ dñr per accñs, vt homo albꝰ non hñt quodquideſt, igitur ipſum quodquideſt nõ eſt idẽ illis: veluti hyppocẽtaurus nulli eſt idẽ, quia non eſt, vel per rationem Ariſto. in textu, ſi nãq; ipſum quodquideſt hominis albi eſt idẽ illi ꝑ accidẽs dicto, vel hoc erit idẽ tam albo q̃ homini, vel albo, & non homini, vel homini & non albo. Non idẽ vtriſq;, quia tunc illa eſſent eadem inter ſe, & ſic nõ eſſent vnũ ꝑ accidẽs, ſi vero alteri illorũ, quoduis ponatᷣ, nõ erit idẽ alteri illorũ, & ſic non idẽ illi toti. Tertia concluſio ipſum qđquideſt nõ eſt idẽ ſingularibus. deducũt, quia ſingulariũ nullũ eſt quodquideſt, niſi ratione ſpeciei, igitᷣ nullũ eſſe põt illi idem. Hæc de mente Thomæ, & Egidij cõiter tenentᷣ.

*Obiectiones.* Sed his obijciunt. & primo contra ſuppõnem. Secũdo cõtra tertiã cõcluſionẽ. Cõtra ſuppoſitionẽ quidẽ, primo quia ipſum quodquideſt per rationẽ eſt. ſed vnũquodq; diffinibile formaliter eſt ſuo quodquideſt, igitᷣ vnumquodq; diffinibile erit per rationem, & hoc modo vnũquodq; tale per ſolã conſiderationẽ intellˀs erit tale. Secũdo per verba Ariſt. quia ait ꝙ ipſum quodq̃deſt, dicitur ſubſtantia ſinguli: ſi igitur qđquideſt ſubſtantia eſt ſm̃ rõnem, tunc ſingulum eſſet ens rationis. Tertio prior eſt rei ad rem idẽtitas ſm̃ rem q̃ ſm̃ rõnẽ, igitᷣ homo antequã conſidereᷣ ab intellˀu eſt idem ſuo quodquideſt. Quarto arguunt Iuniores, & ſyllogiſmus eſt principiũ demonſtrationis eſt reale: diffinitio ſiue quodquideſt, eſt principiũ demonſtrationis, igitᷣ eſt reale. minor nota eſt apud oẽs. & maior multipliciter declaratur: tum quia principiũ demonſtrationis eſt cauſa ſcientiæ, quæ eſt effectus realis, tum ſecundo quia principium demonſtrationis mouet, vel ſaltẽ primariæ terminat actũ intellˀs, quia ab eo menſuratᷣ actus intelligendi, tum per alias cauſas. Cõtra cõcluſionẽ vero primo, quia quodquideſt non eſt niſi ſubſtantiæ, ſed ſingularia ſubſtantiȩ ſunt maximæ ſubſtantiæ, igitur maximȩ illarum eſt quodquideſt, & ſic idem illis. Secũdo accipio illud quod prima ſubſtantia addit ſpeciei, vel facit vnum cum illa natura ſpeciei per ſe: vel per accidẽs, ſi ꝑ accidẽs, igitᷣ ſubſtantiæ primæ nõ eſſet per ſe generatio, quia terminus eſſet aggregatũ per accidẽs. Si aũt facit vnũ per ſe cũ natura illa ſpecifica, tũc illius congregati ex natura ſpecifica & illo addito indiuiduali erit ꝑ ſe diffinibile, quia per ſe ens. Hȩc illi.

*Defenſio.* Sed quicquid ſit de veritate rei in ſe, hæc duo in quibus hi reprehendunt Thomã & Egi. bene intellecta ſunt veriſsima, nã (vt ex verbis doctiſsimi Egidij clare habetᷣ) illud collectũ qđ eſt quodquideſt, vtpote h̃ collectum aĩal rõnale qđ eſt quodquideſt hoĩs fieri ab intellectu põt intelligi aut ꝙ intellectus faciat aĩal & rõnale, aut ꝙ intellˀs colligat illa duo & faciat ea partes illius collecti. Primo modo nec Tho. nec Egid. diceret, nullus enim ita temere diceret ꝙ ſi diffinimus hominem per animal rõnale, nos faciamus animal & rationale vel hominẽ eſſe aĩal rationale, nam ſiue colligamus illa ſiue nõ in re, ſunt animal rõnale, & homo eſt animal rõnale. Secundo modo oẽs dicerẽt. nam niſi nos diuiſione & cõpoſitione, vt docet Ariſt. illa colligeremus in vnũ, nũquam ſciremus illud collectũ aĩal rõnale eſſe ipſius hoĩs qđquideſt, & ꝓpea ſapide inquit Egi. aĩal rõnale eſſe partes rationis: non quidem ꝙ fiãt à ratione abſolute, quia in re ſunt, ſed à rõne fiunt partes diffinitionis & ipſius quodquideſt. Ex his ſequitur eſſe paralogiſmum ſic arguere animal rõnale ſunt in re, igitur partes ipſius quodquideſt non fiunt à ratione, quia aĩal rõnale vt ſunt partes rationis colliguntᷣ à rõne, & fiũt partes ipſius quodquideſt à rõne. Albificans.n. facit parietẽ albũ, nõ tñ parietẽ. Sic intellˀs facit & aĩal rõnale partes ipſis quodq̃deſt, non



non tamen facit aĩal rationale. Secundo ſequitᷣ ꝙ collectum illud aĩal rõnale pro re pro qua ſumuntᷣ termini illi aĩal rõnale, nõ fiunt à rõne, ſed vt ſunt partes collecti, ſunt à rõne. Tũc ad primã dico ꝙ maiorem qđ ipſum quodq̃deſt pro re ſignata non eſt à rõne, ſed bene pro collecto ſignante, & hoc mõ diffinibile, nõ eſt ens ſuo quodquideſt ſumpto pro ipſo collecto ſignificante, ſed pro ipſo collecto ſignificato. Per idẽ ad verba Ariſto. Ad aliã cõcedo ꝙ prima idẽtitas eſt rei ad rẽ: & de illa loquuntᷣ Tho. & Egi. cũ.n. dicũt qđquideſt eſſe idẽ ei, cuius eſt intelligũt ipſum qđquideſt pro re ſignificata vt dixi. Et ꝑ idẽ ad vltimã iuniorũ, cõcedo.n. principiũ demõſtrationis & ipſum quodquideſt eſſe reale pro re ſignificata, pro collecto ſignante eſt à rõne. Hæc de primo. Ad rõnes cõtra ſcđm dico ꝙ iniuſte cõtradicũt, q̃a fundamẽtũ Tho. & Egidij eſt ꝙ oẽ indiuiduum ſubſtantiæ ſit aggregatũ per accñs, & ſic illius non eſt diffinitio niſi rõne ſpẽi. Tunc ad primã dico ꝙ diffinitio cõpetit ſubſtãtiæ rõne qua ſubſtantia eſt & vlˀis, modo primæ ſubſtãtiæ nõ ſunt maximæ vlˀes, vel cõpetit ſubſtantiæ rõne qua ſubſtãtia ꝑ ſe vna, & q̃a nulla eſt ꝑ ſe vna verius ipſa ſpecie, ideo ſoli ſpẽi cõpetit primo. Hæc.n. eſt declaratio Ariſt. in tex. Ad ſcđam dico ꝙ indiuiduũ ꝑ ſe generatᷣ, & tamẽ eſt aggregatũ ꝑ accñs, qm̃ motus eſt vnus rõne termini formalis, & nõ ratione termini totalis, modo licet indiuiduũ ſit ꝑ accidẽs vnũ, tamẽ forma eius eſt ꝑ ſe vna, & rõne illius attenditur vnitas generationis, & motus ꝑ ſe. Hȩc dici pñt ꝓ Thoma & Egidio, verum quia nõdum patet dilucidatio, ideo ad põnem eorũ deueniamus.

*Põ aliorum. 1. diſtinctio.* Alij p̃mittũt quatuor diſtinctiones. Prima eſt ꝙ idẽ põt cõcipi diſtincte & confuſe, cõfuſe quidẽ concipitᷣ aliquid cũ ꝑ nomẽ ſignificatᷣ, diſtincte vero cũ ſignificatᷣ ꝑ diffinitionẽ. vel ſub alijs verbis confuſe aliquid ſignificatᷣ, cũ per vnũ ſignificatᷣ nomẽ, qđ totũ eſſentiale ſignificat, diſtincte vero cũ ꝑ plura noĩa ſignificãtia partes illius totius ſignificati, veluti illa res quæ eſt homo, cũ ſignificatᷣ ꝑ hoc nomẽ homo, qđ totum eſſentiale hoĩs ſignificat, cõfuſe cõcipitᷣ, cũ vero illamet res ſignificatᷣ ꝑ aĩal rõnale, quȩ ſignificant partes illius totius diſtincte cõcipitᷣ. Ex his ſequitᷣ ꝙ diffinitio *Cõm.5.* quodãmodo reſoluit miſtũ in elementa, vt dicit Auer. 1. phyſi. Secunda diſtinctio eſt ꝙ ſicut forma põt ſumi dupliciter, pro forma totius & forma partis. ſic materia eſt duplex, videlicet, totius, & partis, forma quidẽ partis eſt vt aĩa rõnalis, forma totius humanitas, materia partis altera pars hominis, materia totius eſt hecceitas apud hos, quæ quia correſpõdet formæ totius & contrahit illã ad eſſe hoc, dicitᷣ materia totius, vnde queadmodum ex materia partis & forma cõficitᷣ cõpoſitum quoddã, ſic ex forma totius & materia totius cõficitᷣ indiuiduũ quidditatiuũ. Tertia diſtinctio eſt ꝙ eorũ quæ ſunt, quædã ſunt ꝑ ſe, quædã ꝑ accidens: per ſe ſunt decem genera & oẽs ſpẽs illorũ, & oĩa indiuidua, quȩ ſunt per ſe in genere, ꝑ accidẽs ſunt quæ includũt res diuerſorum generũ: ſiue vno, ſiue pluribus noĩbus appellentur, noĩantur aũt vnũ noĩe, albũ & nigrũ, pluribus vero *Quarta.* homo albus, & lapis niger. Quarta diſtinctio eſt ꝙ diffinibilia quædã ſunt ꝑ ſe prima vt ſpẽs, quædã ꝑ ſe ſecunda, vt indiuidua ſpecierũ, quæ abſtrahũt ab exiſtentia & accidẽtibus, quædã ꝑ accidẽs, vt quæ circuncernũt exiſtentiã & accidẽtia. Tũc tenẽt duas cõcluſiones. prima eſt in his entibus quæ ꝑ ſe dicuntᷣ ſiue ſint ſubſtantiæ ſiue accidẽtia idẽ eſt qđquideſt, & ipſum diffinibile. Secũda in his entibus quæ ꝑ accidẽs dicuntᷣ ſiue ſint ſubſtantiæ ſiue accidẽtia, qđquideſt nõ eſt idẽ cũ eo cuius eſt quodquideſt. Primã deducũt per rõnes in textu. Primo quidẽ, quia ſingulũ nõ videtᷣ aliud ab eius eſſentia: at diffinitio eſt eſſentia. Secundo quia ſi non eſſet idem rei, res nõ eſſet ſcibilis, quia ſemꝑ in illa eſſet prætermiſſum aliquid rei. Tertio quia tunc nullũ ens eſſet formaliter ens ſua eſſentia, ſiue diffinitione, q̃a ſemꝑ reſtaret aliq̃d quo illa res eſſet. Quarto ſit B quodquideſt ipſius A vel B includit. prȩciſe idẽ quod A vel plus, vel minus, non minus, vel plus, q̃a nõ eſſet propriũ, igitᷣ idẽ præciſe. Scđam vero probãt ꝑ h̃ quia entia ꝑ accidẽs nõ habẽt quodquideſt, igitᷣ quodquid eſt in illis nec idẽ nec diuerſum. & ſic non idẽ. Hæc illi.

*Correctiones.* Iuniores metaphyſici corrigũt hos in his quatuor diſtinctionibus. dicũt.n. ꝙ prima diſtinctio eſt falſa, eo quia potius diffinitio dicit cõceptũ confuſum, quia dicit conceptũ generis, ꝑ quẽ ſpẽs confuſe cõcipitᷣ, ſpẽs vero concipitᷣ diſtincte in ſe. Sed in hoc non iuxte cõtradicũt, eſt.n. hæc diſtinctio. *Cõm.5.* Auer. 1. phyſi. vbi ait ꝙ diffinitio reſoluit in partes, diffinitum vero cõfundit partes, propterea dico ꝙ duplex eſt cõfuſio ſubiectiua, & eſſentialis, diffinitum eſt confuſum eſſentiale, quia totũ eſſentiale reſolubile in partes eſſentiales, genus eſt confuſum ſubiectiuũ, quia continet ſub ſe plures partes, & ſic ſpẽs dũ reſoluitᷣ in partes eſſentiales diſtinctæ cõcipitᷣ, dũ ꝑ nomẽ ſpẽi cõcipitur, qđ ſignificat illud totũ cõfuſe cõcipitᷣ. Secundo corrigunt eos in ſecũda diſtinctione de illa duplici materia. Primo quia fundamentũ diſtinctionis eſt falſum, nam materia & forma non ſunt relatiua, cũ ſint res abſolute vt ipſimet exteri fatentᷣ, aliter materia nõ poſſet eſſe ſine *Cõm.26.* forma, quia eſſet relatiuum ad formã. Et licet.2. phy. dicatᷣ materiã & formam dici ad aliquid & Auer. dicat ꝙ ſunt in capitulo relationis, per relationẽ intelligit determinationẽ ſiue habitudinẽ, vt patet per verba eius illic. prȩterea ſi fundamentũ eſſet verũ, tunc materia diceretᷣ multifariã, nã alia eſſet materia oppoſita formæ partis aliæ formæ ꝑ ſe ſubſiſtẽti, alia oppoſita quidditati, mõ ab Ariſto. non inuenimus materiã eſſe ſumptã niſi pro materia partis vel pro ſubiecto. Tertio mirabile eſt ꝙ materia ſit proprietas indiuidualis, cũ ſm̃ ꝑipateticos p̃ter materiã & formam in indiuiduo nihil eſt niſi accidẽs, de quo in.5. huius. Et certe in h̃ iuxte reprehendũt, *Cõm 36.* quia apud Auer. forma partis & forma totius idẽ ſunt vt patet.7. huius, vbi dicit ꝙ rectũ & forma recti idem ſunt, ſic hõ & forma hoĩs, mõ hõ eſt forma hoĩs, & forma hoĩs eſt homo, vt dicemus, reprehendunt præterea illos in tertia diſtinctione, nõ quãtũ ad diſtinctionem, ſed quantũ ad applicationẽ eo q̃a illi volunt albũ eſſe aggregatũ ꝑ accidẽs, cũ tñ ſolã qualitatẽ ſignificat vt dr̃ in p̃dicamentis, & in h̃ recte ſentiũt: q̃a Auer. voluit in.5. huius cõtra Aui. ꝙ albũ ſolã qualitatẽ ſignãt, licet ſupponat ꝓ corpe, albedo vero ſignãt qualitatẽ, tñ nõ põt ſupponere pro corpe vt dicemus. Reprehẽdũt vltimo quartã diſtinctionẽ & iuxte nõ quidẽ quãtũ ad mẽbra, ſed quo ad applicationẽ. Primo quia indiuiduũ abſtrahere ab exiſtẽtia eſt nõ eſſe indiuiduũ apud phos, nã abſtrahere ab exñtia eſt abſtrahere à rõne cõtingẽtiȩ & ſic eſt effici vlˀe. Præterea illa abſtractio vel eſt ꝑ intellectũ vel ꝑ aliquẽ ſenſuũ. ſi ꝑ intellˀuũ, igitur eſt vlˀis, q̃a intellectus q̃cquid abſtrahit, abſtrahit ab hic & nũc, non per ſenſum, quia ſenſus omne quod comprehẽdit, comprehendit vt exiſtens. Hæc ad illos.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Diſt...* PRO dilucidatione vtemur aliquibus diſtinctioni-

bus logicorum,& alter illas applicabimus. Prima igiẽ diſtinctio ſit ꝙ idem pōt concipi confuſe, vt cum per nomen ſignificans ſpẽm ſignificatur,& diſtincte,cũ per noïa ſignificantia partes ſpẽi, vtpote genus & dſiam,patuit hæc ex dictis. Secunda diſtinctio eſt ꝙ entium q̃dam ſunt per ſe, quædã per accñs,per ſe ſunt, quæcũq; figuram alicuius decem prædicamẽtorum ſignificant, vt dicit Ariſto.5.huius vt hõ & animal,in prædicamẽto ſubæ,album & color in prædicamento qualis per accñs vero quæcunq; aggregant naturas diuerſorũ generũ,vt homo albus, & hic hõ, & id genus. Tertia diſtõ eſt ꝙ diffinibilium,quoddam eſt per ſe primum,quoddã per ſe non primum,quoddã per accñs diffinibile per ſe primo eſt forma vt ſignificatur per nomẽ ſpẽi vt homo,& vl'iter oïs ſpẽs,& album, & nigrum in gñe qualis, & vl'r oïs forma,quæ ꝑ nomẽ alicuius vl'is ſignificatur, per ſe non primo eſt compoſitum habens formam, in genere ſubæ quidem eſt compoſitum humanum,in gñe qualitatis non dicatur, quia illa compoſitio quæ eſſet in illis eſt per accñs,& ſic non eſt vnum per ſe quod eſt ſuba & accidente fieret, per accñs autem eſt oẽ indiuiduũ generis ſubæ.

*Dubitatio.* Sed occurres primo in quo differt ſpẽs & compoſitum ſpecificum vt hõ & compoſitum humanum:item nõne differt homo & humanitas? igr̃ hõ eſt compoſitum. Tertio in quo differt album:& albedo, & corpus album, propterea ſit.

*Solutio.* Quarta diſtinctio ꝙ noïum vl'ium, quæ ſignificant aliquid cõe,quædam ſignificant cõem formã & nec ſignificant indiuidua compoſita nec protenduntur ſiue ſupponũt pro indiuiduis compoſitis,vt albedo & humanitas, non.n.hoc album eſt albedo,nec hic hõ eſt humanitas,quędam ſignificãt cõem formam & non indiuidua cõpoſita, bene tñ ꝓtenduntur ſiue ſupponunt pro indiuiduis compoſitis, vt homo & album,nam hic homo eſt, & hoc album ſiue hoc corpus album eſt album,quędam ſignificant nõ formas cões,ſed ſingularia ſub cõceptu confuſo & ſupponunt ꝓ illis vt in ſubſtantia aïal corporeum,humanũ & id genus, compoſitum.n.humanum nihil ſignificat niſi ſingularia licet ſub quadam confuſa rõne intelligẽdi. Ex his ſequitur dſia horum,& patet quid ſit diffinibile primum & per ſe,eſt.n.diffinibile primũ & per ſe ſpẽs vel vl'e ſiue forma vt ſignificatur per nomen ſpeciei cõis vt homo, & album, & id genus,non aũt humanitas vel albedo,nec humanum vel aïale,diffinibile ꝑ ſe nõ primo eſt ſingula re vt ſignificatur per nomẽ cõe. Diffinibile per accidẽs ſingulare vt ſignificatur per nõmẽ ſingulare.

*Suppoſitio.* Quibus notatis, de mente peripa. ſit hæc ſuppoſitio,videlicet,ꝙ quodquideſt nihil aliud eſt niſi forma,vt per noïa generis & differẽtię diſtincte ſignificaẽ, patet hæc concluſio per diſtõnes,vt dicemus in hoc.7. nam declarabimus ꝙ materia non eſt pars ipſius quodquideſt,ſed ſolum apparens pars, propriè.n.diffinitionis ſiue ipſius quodquideſt partes ſunt partes foræ vt.5.

*Cõm.30.* huius dicitur,& propterea forma ipſa vl'is queuis vt per genus & dſiam explicatur. eſt quodquideſt. Hæc ſuppõ pro nunc habeatur, quia poſtea probabitur. Tunc de mente Auer.& Ariſto,ſint iſtę concluſiones.

*1.Concluſio.* Prima diffinibile ꝑ ſe primo & qđ quideſt eius idẽ ſunt & non diſferunt niſi per diuerſum modum concipiendi. probaẽ per ſuppoſitionem, quia diffinibile eſt ipſa forma, vt ꝑ nomen ſpẽi,vel generis, vel alicuius vl'is confuſæ concipitur. diffinitio eſt ipſa forma, vt per nomen generis & dſiæ diſtincte ac reſolute cognoſcitur,igitur diffinibile per ſe primo & quodquideſt idem ſunt pœnitus,& ſolum differunt ſm diuerſam rõnem cõcipiendi.

*Secunda.* Scđa concluſio diffinibile per ſe non primo vt ſingulare cõpoſitum apprehenſum confuſe ſub ratione vl'is differt à diffinitione ſiue ipſo quodquideſt,vt cõpoſitũ habẽs formã ab ipſa forma.probatur, quia tale diffinitum eſt habens formam,quodquideſt vero eſt forma, vt dictũ eſt:igitur differunt dicto modo.

*Tertia.* Tertia concluſio diffinibile ꝑ accidẽs vt compoſitũ ſingulare diſcrete apprehenſum differt ab ipſo quodquideſt,vt cõpoſitũ habẽs formã à forma & vt aggregatũ ꝑ accidens ab altera parte.patet quia ſingulare ſingulariter ſumptum eſt compoſitum & congregãs accidentia,igitur vtroq; modo. differt.

*Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ entia per accidẽs vt homo albus,& id genus non habent quodquideſt,niſi per accidens rõne alterius partis & per cõſequẽs ipſum quodquideſt nõ pōt eſſe idẽ eis niſi ratione partis.

*Secundum.* Sequiẽ ſecundo ꝙ in entibus per ſeipſum quodquideſt & diffinibile non ſunt idem niſi primo modo: vt ex cõcluſionibus patet,vtrum vero materia ſit pars ipſius quodquideſt poſtea dicetur. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam dico ꝙ Ariſt.per carnem & magnitudinẽ intelligit compoſitum, quod eſt diffinibile per ſe non primũ, vt patet per Auer.ibidem. Per idem ad ſecundam. loquitur enim de compoſitis quę ſunt diffinibilia per ſe non primo. Ad tertiã conceditur per accidens ratione indiuiduorũ, in quibus eſt, nõ autẽ per ſe. Ad quartã dico ꝙ ſequereẽ illud,quando nec re nec diuerſo modo concipiendi differret. Et propterea ipſius qđ quideſt non eſt rurſus aliud quodquideſt. Ad quintam patet ſolutio ꝑ dilucidationem, loquitur.n.ipſe de diffinibilibus per ſe nõ primo. Hæc de ſeptima diſputatione.

*Quædam enim & illic eadem & ex ſpermate fiunt & ſine ſpermate.&c. Tex.cõm.23.*

## DISPVTATIO OCTAVA

### De genitis ex ſemine & putri materia.

*Num eadem ſpecie ex ſemine & ex putri materia prodeãt.*

PRIMVM DVBITATIONVM CAPVT.

QVod non arguunt. Primo quia materię ſpecie diuerſa arguũt formas ſpecie diuerſas. Sed materia ſeminalis & materia putris differunt ſpecie,igitur & formæ ex his deducte. Secundo quæ caſu prodeunt differunt ſpecie ab his quæ per ſe fiunt. Sed quæ ex putri exoriuntur materia, caſu prodeunt, quæ ex ſemine,ſunt per ſe intenta,igitur differũt ſpecie. Tertio alterationes differunt ſpecie, vt alteratio ad formã ex ſemine productã,& alteratio ex putri materia, vt patet,igiẽ termini differunt ſpecie,& ſic formæ erũt diuerſę. In contrariũ videẽ Pħs in textu qui dicit eadem fieri ex ſemine,& ſine ſemine. Hęc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire ꝙ ea aïalia dicunẽ ex ſemine oriri,quæcunque ad ſui generationem requirunt particulare agens vniuocum,vt homo & æquus, & id genus vt.12.huius colligitur,quæ vero generantur ,& non ab *Cõm.12.* agente vniuoco,hæc dici poſſunt fieri ex putri materia,vel à caſu,vt dicemus, eſt igitur quæſtio ſi eadẽ ſpecie animalia poſſunt fieri ex ſemine,& ab ipſa putri materia. Hæc pauca de titulo.

CAPVT



CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Cõm.46.* RES iſta eſt diligenter diſputata.8.lib.phy. vbi rationes Auer.& opinionem eius explicaui, verũ nunc de hac diſputatione quædã tangemus ad vtilitatẽ audientium.

*Poſitio prima.* Euripides itaq; poeta tragicus Anaxagoræ phyſici auditor ait,in illa mundi confuſione, ꝙ cum terra mollis primum ſolis ardore denſior euaſiſſet,putredines nõnullæ tenui cõtente pellicula excitatæ erãt, quæ eruptæ tandẽ ab illa colluuie, varias aïaliũ formas ædere nt:quorum ea quæ maiorẽ calorẽ ſortita eſſent in ſuperiorẽ regionẽ volatilia abierũt:ſicciora aũt & grauiora ſerpentia ac terreſtria euaſerũt aïantia. Terra deinceps tum ſolis ardore,tum ventis areſacta mutua commiſtione ſenſuũ ꝑfectiora generanẽ. Huius opinionis etiam Empe.clariſsime eſſe diciẽ,qui pariter cũ Euripide chaos fattitat: Ari.quoq; peripateticorũ princeps in.2.politi.lib.hanc põnem videẽ manifeſtiſsime profiteri,dũ inquit putandũ eſſe priſcos illos hoïes ſiue ex terra genitos,ſiue corruptione aliqua ſeruatos ſil' fuiſſe ignaros,& imprudẽtes,hanc opinionẽ in extremo defendit Aui. qui tenet omne idem animal ſpẽ poſſe fieri ex ſemine,& ex putrefactione, vt hoïes, & mures & id genus.

*Primum fundamentũ Auicẽ. Nota de diluuio.* Pro hac poſitione ſunt rõnes. Prima ſumiẽ ex eo codicillo,quem de diluuio cõſcripſit. ꝓbauit.n.Auic. in illo libro poſſe ex concurſu ſtellarũ eſſe vl'e diluuiũ, vbi omne ſuꝑ terra diluit. Huius opinionis ſunt aſtronomi præcipue Albumaſar eo libro quẽ de cõiunctionibus magnis cõſcripſit,vbi ponit fuiſſe diluuiũ vl'e ſuꝑ vniuerſam terrã, prouenifſeq; à concurſu Saturni & Iouis in quartadecima parte cãcri, quæ cõiũctio ſm eius ſupputationẽ præceſsit diluuiũ annis. 287. licet apud Haomarũ p̃ceſſerit annis. 279. fuitq; tale diluuiũ vl'e ante Chr̃i geniturã annis circiter tribus. 1381. diebus. 200. horis circiter. 8. & ſic nõ tm̃ vl'e diluuiũ eſſe poſ'e profitenẽ aſtronomi,ſed fuiſſe de facto,tunc ſic in hoc vl'i diluuio oẽ genus diluit, vel igiẽ ꝑpetuo remãſerat, & hoc eſt cõtra ſenſum,vel fuit reparatũ,& ſi reparatũ non videẽ niſi vi ſtellarũ,& nõ alio mõ, quare oportet profiteri oẽ aïal poſſe idem ſpecie ſemine & putrefactione fieri.

*Rõnes iuniorũ.* Pro hac põne Iuniores ſolent arguere. Primo quia quodlibet aïal eſt ad elemẽta immediate reſolubile,igitur ex elementis ſine omni alio immediate generabile. Secundo ſtellæ & elementa ſufficiunt pro corruptione cuiuſq; viuentis, igitur pro gñatione,non enim videẽ maior rõ de vna q̃ de altera. Tertio quicquid pōt virtus inferior cum inſtrumento,poteſt ſuperior ſine inſtrumento,igitur quicquid pōt homo cum ſemine,poſſunt ſtellæ ſine ſemine. Quarto Hermes magnus in omni diſciplinarũ genere ait nullum eſſe in terra animal nec arenarũ granũ, quin propriũ in cœlo non obtineat ſydus ſuſcitãs ad eius incremẽtũ, igitur vnũquodq; fieri poteſt ſuo ab ſydere. alias rationes lege in.8.phy. propter rationes has fatetur Auic. omne idem aïal ſpecie poſſe ſemine & ſine ſemine generari,qua ratione fateẽ matricẽ, ſiue vuluam non eſſe generationi, neceſſariam,ſed illi conuenientiorẽ,& hac ratione animalibus dixit fuiſſe tributa inſtrumenta generationis.

*Scđm fundamẽtum Auicen.* Concedit vero Aui. facile hanc poſitionem, quia vult aliud eſſe agens creãs formas & aliud diſponẽs,& propterea ait ꝙ cum in materia eſt diſpoſitio conueniens per actionem ſolis & ſtellarũ inducta, tunc Colchodea creat formas, & ſic poteſt idem animal fieri ſemine & ſine ſemine ab eodem agente, non aũt ab eodẽ diſponente. Sed contra hoc fundamentum obijcit Auer. in hoc ſeptimo dicẽs: ſi aliud eſſet agens diſponẽs & aliud generans formam, tunc generatum non eſſet vnum in actu. conſequentia tenet, quia ſicut actio agentis debet terminari ad ens actu ita actio diſponentis debet terminari ad ens actu aliter ambæ eſſent ocioſæ, quare cũ ſint duæ actiones, igitur genitum eſſet duo in actu, & ſic fundamentum Auice. eſt falſum. *Obiectio Auer ro. contra fundamentum ſecundum. Cõm 31.*

*Obiectionem cõtra primum.* Primum etiam fundamentum de diluuio Auer. refellit in libro Meteo. vbi probat diluuium vl'e per omnem terram non poſſe eſſe, quia non poteſt eſſe aliqua ſiue coniunctio ſiue conſtellatio, quæ æqualiter oẽm terram atq; omnem regionẽ reſpiciat, & videtur rõ Auer. eſſe fundata in præceptis Ptolomæi oïum mathema. principis, qui in libro apoteleſmaton ſecundo ponit effectus conſtelliſicationum contingere regionibus, rõne & concordia, q̃ regiones habent cum ſigno, vbi conſtellatio contingit, & iuniores addunt vel cum ſigno, in quo conſtelliſicatio accidit, vel cum illo configuratis de diametro, vel quadrangulo, & ſic illa coniunctio Saturni & Iouis in quartadecima parte cancri non portendebat diluuiũ niſi regionibus cancri, & regionibus capricorni, & regionibus Arietis & Librę, & ſic non vniuerſaliter omnibus regionibus, igitur non potuit vniuerſale oïbus regionibus diluuium portendere. Præterea, poſt diluuium conſtelliſicatio hæc non ſemel fuit & tamen tale diluuium non eſt à noſtris amplius obſeruatum. Tertio Ptolomæus iubet in coniunctione eſſe obſeruandum planetam fortiorem modo. Iuppiter in cancro eſt fortior, Saturno, & ſic euentus ſunt pro natura Iouis, modo conſtat Iouem potius temperiem, quam diluuium ominari: & ꝓpterea fundamentum Auic. primũ nullum eſt. Accedit ꝙ nos catholici tenemus fuiſſe diluuiũ vl'e, ſed ĩ illo fuiſſe hoïum reparationem per arcam Noe, nec illud de arca eſt dubium vt dicit Auic. quia ſunt hiſtorię, quę tradunt multos homines illam vidiſſe in montibus armeniæ, vt teſtatur Albumaſar & forte hoc Ariſt. indicat in 2. politicæ dum.d. illos priſcos hoïes eſſe à putrefactione conſeruatos, aut ex terra ortos, non enim aſſerit qđ iſtorum fuit, ſed indicat vtrunq;, & ſic potuerunt eſſe in arca conſeruati, ſed in libro de noſtrarum calamitatum cauſis multa de diluuiis diximus. Rationes addite à iunioribus nullæ ſunt. Prima quidem deletur, quia non eodem animal generatur, quo corrumpitur, quia corrumpitur quaſi ab infinitis cauſis, non autem ab infinitis generatur. Ad ſecundam dico ꝙ ſtellæ ſufficiũt cum elementis corrumpere, non autem generare, q̃a corruptio poteſt fieri à pluribus, generatio non niſi ab vno. Ad tertiam ſecundum Ariſto. illa maior eſt falſa, nulla.n.cauſa vniuerſalis poteſt agere ſine particulari & inſtrumentaria, dicitur tñ vniuerſalis, quia per plura inſtrumenta ad plura ſe extendit. Ad dictum Hermetis dico ꝙ Hermes non vult ſydus ſufficere ad generationem ſui comparis, ſed facilius fieri gñonem à terreno agente vigente ſydere ſuo vt diximus in eruditionibus aſtronomicis, & ſic patet illud quod dixit Auic. de vitulo, eſſe fabulam, cum ait ex nube cecidiſſe corpus vituli. illud.n. ſi fuit, non erat capax vitæ bouis: non potuiſſet eſſe aïal. Hæc de põne Auic. de qua lege ĩ.8.lib.phy. quia alia quædam adduximus. Secunda põ eſt ꝙ nullũ idem aïal ſpẽ poſsit ſemine & ſine ſemine fieri, ĩmo ſꝑ animal ex ſemine ſpecie differt ab animali ſine ſemine.

*Secunda põ. Aue. attributa.* Hanc põnem aliqui Auer. tribuũt, & non ſolum hi, ĩmo tota iuuentus. mouentur autem ad dicendum hanc eſſe poſitionem Auer. pro tanto quia rationes quas fecit. 8. phyſico,

Cõm.46. phyſi.contra Auic. vñr vr̃es de oī generatio,ſunt.n.illæ nes duæ. Prima eſt,quia ſi hō idē ſpē ſemine & ſine ſemine fieri poſsit,tunc homo ex putri mã eſſet æquiuoce hō:quia vt addunt logici vnius naturæ vnus ſpē eſt modus cōicandi. Secunda rō eius eſt,ꝙ ſi hō idem ſpē ſemine & ſine ſemine fieri poſsit, tunc vna ſpecies poſſet caſu & per ſe fieri.Hæ ſunt rōnes,mō hę rōnes ſunt vr̃es ad oē aīal, vt patet cōſideranti.Et ac rōne aliqui credūt opinionem Auer.eſſe in extremo contrariam opinioni Aui.ꝙ, videlicet,nullum idem ſpē aīal pōt ſemine & ſine ſemine gñari.Hæc ſunt quæ Auer.tribuunt. Deinde contra hanc fictam pōnem arguunt, primo contra ſundamentum, nam in accñtibus & ſubſtantiis vnius nãæ poſſunt eſſe plures modi cōicandi,vt patet.2.cœli de calore,quem per motum & lumen fieri poſſe ait. Prӕterea de ſubſtantiis idem concedit, patet de igne.tertio cœli, quem dicit poſſe fieri latione & alteratione, & gñatione ab igne.etiam.prӕterea de impreſsionibus meteorologicis patet ignem fieri ſine igne. præterea de plantis ſenſu videtur,ꝙ ipſe ortę à putrefactione terræ alias per ſemen ſibi ſimiles agunt. Præterea arguunt quia talia videntur habere eandem oppoſitionem ſpecie figuram motum, & oīa propria accidentia eiuſdem ſpeciei,igitur oīa ſunt eiuſdem ſpeciei, vt mures & veſpe,& oīa talia: præterea contra Auer.facit verbum Ariſt.in tex.& Auer.vbi dicitur ꝙ eadem ab arte & ſine arte fieri poſſunt, igitur eadem ex ſemine & ſine ſemine,multa alia pro hac pōne & contra hanc pōnem diximus in lib. 8. phyſi.quæ nunc omittimus potius addentes,quæ tunc non diximus,& prӕtermittentes quæ diximus.Hæc illi. Sed pace horum dixerim hæc non ſunt ad mentē Auer, nec vnquam Auer.nec vſquam dixit hanc opinionem: ſed ſolum de hoīe reprobauit Auicē.& de aliis aīalibus perfectis, quæ ſunt hoī finitima,& ꝙ hæc nō ſit Auer. poſitio patet.nam.12.lib.metaphyſi.laudat Thē.qui dixit eadem aīalia poſſe generatione & putrefactione fieri, vt apes & veſpe, idem potes legere huius ſeptimi, huius verba omitto. Secundo huius admiratur Auic. qui ita dicat hominem fieri putrefactione ſicut murē, & ſic velle videtur murem eundem ſpē poſſe fieri ſemine & ſine ſemine, aliter admiratio nulla eſſet.Præterea Ioan.Ganda.tã curioſus in doctrina huius expreſſe ait Ariſto.& Auer.tenuiſſe medium, cōcludamus igr̃ illos non recte ſeſe habuiſſe. Ad Auer.Quo vero modo rōnes eius valeant de hoīe & aīalibus perfectis & non de aliis,in dilucidatione dicemus. Hęc de poſitionibus.

*Obiectiones cõtra ſecundã pō.* — *Commen.42.* — *Commen 56.* — *Cõm.22.et 23.* — *Cõtra aliquos.* — *Cõm.31.* *Cõm.15.* — *Cõm.18.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione ſuppono primo ꝙ duplex eſt materia,quæ ad generationem oēm concurrit,compōnis, & alterationis: materia compōnis eſt vna gñato & corruptō, de qua alibi, alterationis vero materia,eſt ipſum corrumpendū, ne cuius corruptione ipm generandum generatur. Verbi cã.ſemen in gñatione hoīs vt dicitur 1.phy.& panis in generatione ſanguinis & ſtuppa in generatione ignis. Secūdo ſuppono ꝙ quãto aliqđ gñandum eſt perfectius tãto in paucioribus alterationis materiis continetur,contra vero quanto imperfectius,tanto à pluribus alterationis materiis generari poteſt. Ex hoc ſequiṫ ꝙ homo & ea aīalia quæ ſunt homini finitima,fieri non poſſunt niſi ex vna certa mã, tanꝗ ex corrumpendo.nam ſi quæ perfectiora ſunt,in paucioribus continenṫ materiis perfectiſsima non pñt niſi in vna cōtineri.Tūc de mente Ariſ.& Aue.ſint hæ concłones.Prima homo & aīalia perfecta,quæ homini ſunt finitima vt equus & bos & id genus nō poſſunt fieri niſi ex ſemine.Secunda oīa animalia citra hoīem & citra illa aīalia homini finitima eadē poſſunt fieri ex ſemine & ſine ſemine.Primam concluſionē probãt rōnes Auer. quarū prima fuit ꝙ ſi homo vel aliquod tale poſſet ex ſemine & ſine ſemine fieri,tunc illud animal eſſet æquiuoce tale,vt æquiuoce homo vel æquiuoce æquus. hæc conſequentia valet ſupponendo talia non poſſe fieri niſi ab vna materia alterationis,vt ſuppoſui, & ſic ſi fieret ſine ſemine,non eſſet illud,ſed ſimile illi,& ita homo æquiuoce.Per idē tenet ſcd'a ratio, quę erat, ꝙ ſi homo vel aliquod animal pfectum poſſet ſine ſemine generari, tūc eadem ſpecies eſſet caſu, hoc eſt ſine ſemine & per ſemē, quod de perfectiſsimis ſpeciebus eſt impoſsibile quia illæ nō poſſunt fieri niſi ab vna materia alterationis ſpecie. Secunda concluſio patet quia illa ſunt imperfecta, & propterea continentur in pluribus materiis alterationis, de quarū corruptione fieri pñt: & propterea non ſequitur vt aliquod illorum fiat æquiuoce, quia in illis materiæ differūt ſpecie, nec eſt impoſsibile in illis eandē ſpeciem eſſe per ſemē & ſine ſemine, quia ſunt imperfectæ & poſſunt in varijs materijs contineri. Ex his apparet quam iniuſte quidã dicant fundamentum poſitionis eſſe,quia vnius naturæ eſt vnus modus cōicandi.nunquam enim hoc verbum legi in Auer. & ſi illud volunt legere,non eſt legendum niſi de hoīe & aīalibus ſibi finitimis,quorū natura ob eorū pfectionē non eſt niſi vno modo cōicalis, & de vna ſpecie materiæ æducibilis, ſecus in aīalibus imperfectis, & hæc apparet ſolutio oīum rōnum eorū. Sed occurres vtrum animal genitū ſine ſemine fiat caſu,& videṫ ꝙ ſic, quia Auer.appellat illud eſſe caſu. Sed cōtra eſt Auerroes.8. phy. & in hoc.7.vbi dicit ꝙ nulla eadē ſpēs naturalis fit caſu,quia quod natura intendit, non fit caſu & pro hac parte arguitur omne caſu factum eſt imperfectum & quaſi monſtruoſum. Sed mus ſine ſemine genitus non eſt imperfectus,nec monſtruoſus, igitur non fit caſu,& ſic iuxta Auer.poſitionem oportet dicere ꝙ nullum aīal nec ſpecies aliqua poteſt caſu fieri ſed bene in animali vel ſpecie poſſunt nōnulla caſualia fieri pter naturam vt in homine bicipite,& in boue octipedo, & id genus ſiūt hæc caſualia, tūc dico ꝙ Auer.appellat hæc animalia,ſine ſemine eſſe facta caſu quia ab agēte æquiuoco,vtpote à calore putredinali, non aūt à caſu ſimpliciter,& ſine intentione. Sed dices quid eſt agens hæc intendens,reſpondet Ioannes agens hæc intēdens, eſſe motorem vniuerſalem, qui dirigit illum putredinalem calorem.Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia nec monſtruoſitas eſſet caſu,quia eſt intēta à cœlo vt docet Ptolemæus.3.lib.apoteleſmaton,propterea dicerē in materia putri eſſe aliquod proportionale ſemini, in quo eſt virtus ſimilis ſeminariæ, & hæc intendit per ſe illud animal:ſignum autem quia reſpectu illius poſſunt etiã in animalibus cum ſemine accidere monſtruoſitates. Hæc de dilucidatione.

*Cõm.62.* — *Dubitatio. Cõm.46. Cõm.22.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

TVNC ad rationes. Ad primam dico ꝙ diuerſitas materiæ arguit diuerſitatem formæ, nō quidem in materia alterationis,ſed compoſitionis, in animalibus vero perfectis vtraq; materia arguit differentiam formarum,vt diximus. Ad ſecundam patet ſolutio,animal enim ſine ſemine non dicitur fieri caſu niſi large vt dictum eſt. Ad tertiam patet ſolutio per dilucidationē. Hæc de octaua diſputatione.

Palàm



*Palàm ergo quòd nec ſpēs fit aut quodcunq; oportet vocare in ſenſibili formam & reliqua. Tex.cõm.27.*

## DISPVTATIO NONA

### De compoſiti generatione.

*Num compoſitum per ſe primo generetur.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non arguitur. Primo quia totum generatur ſm alteram partem, igitur non eſt primo, vt patet.5.phy.auſcul. Secundo forma per ſe primo generatur: igitur non compoſitum. antecedens patet. primo quia gñatio denominatur à forma, eſt.n. generatio naturalis,quia eſt via in naturam, quæ eſt forma. Secundo quia forma ſola accipit eſſe poſt nō eſſe. Tertio materia per ſe generatur,igitur compoſitum antecedens videtur Ariſtote.in principio.8.hujus, etiam generatio eſt actus generebilis, igitur materiæ actus eſt. In oppoſitum eſt Ariſt.hic,& Auer.commen.22.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli dilucidatione. Primo animaduerſione dignum per compoſitum in propoſito nō eſſe audiēdum oē congregatum ex quibuſuis partibus, quia ſic exercitus diceretur compoſitum. Sed ex duabus partibus quarum altera eſt forma,& altera materia,nec ex omnibus quibuſuis talibus,quia non ex forma accidentali & ſubiecto,tale.n.compoſitum non generatur ſimpliciter, ſed ſm quid.non.n.ſimpliciter album fit, ſed corpus fit ſm album, vt in libro de generatione diximus igitur per compoſitum intelligendum eſt oē illud quod fit ex per ſe forma, & per ſe materia vere vnum atque per ſe vnum.Quali ratione æquus fit ex vera forma & vera materia vere & per ſe vnius in ſpecie æqui. Secundo animaduerſione dignum verbum per ſe primo apud peripateticos eſſe aliquando ſumptum vt diſtinguitur contra ſecundam partem, hoc eſt vt valet ad ſecundum ſe & quodlibet ſui: iuxta illud.6.phy. ꝙ ſi aliquid mouetur in aliquo tempore per ſe primo mouetur in tempore,& in quolibet illius temporis, & iuxta illud lib.de ſenſu & ſenſili ſi aliquid per ſe primo calefit,ſecundum ſe & quodlibet ſui calefit. Secundo aliquid dicitur competere alicui per ſe primo,quia ipſum includit aliquid in ſe, quod eſt præciſa illius cauſa, & hoc pacto diffinit per ſe primo Ariſt.in lib.poſt.vbi appellat hoc vniuerſale, iuxta quem modum riſibile per ſe primo homini competit, quia homini competit, & non per aliam cauſam, ſed quia homo includit præciſam illius cauſam, veluti rationalem animam, appellant autem logici per ſe primo dictum primo modo per ſe primum quantitatium, ſecundo verum modo dictum per ſe quidditatium.ſtatuunt vero inter hæc tres differentias, prima quia per ſe primum quantitatiuum non ſtat cum eſſe tale ſecundum partem, at per ſe primum quidditatiuum ſtat cum eſſe tale per partem, homo.n. per ſe primo quidditatiue eſt riſibilis, & tamen per partem eſt talis,quia per rationalem animam.Secunda eſt ꝙ per ſe primum quantitatiuū remouetur ab eo cuius eſt, ſi remouetur à parte,non enim dicitur per ſe primo quantitatiue ſanari homo, ſi oculus duntaxat ſanetur, at per ſe primum quidditatiuum non remouetur ab eo cuius eſt ſi remouetur ab aliqua illius parte, dicitur.n. homo per ſe primo quidditatiue riſibilis, tam & ſi pes non ſit riſibilis. Tertia eſt ꝙ quicquid competit per ſe primo alicui quãtitatiue ineſt vt paſsio homogenea ad ſubiectum homogeneum, hoc eſt ineſt toti & partibus ſub eadem denominatione, vt per ſe primo calefit A quantitatiue,quia ipſi A competit, & cuilibet parti ipſius A quod autem ineſt per ſe primo quidditatiue alicui non ineſt vt paſsio homogenea toti homogeneo: ſed quaſi vt paſsio etherogenea quia nō ineſt illi,& cuilibet parti illius ſub eadem denominatione. Ioannes vero addit ꝙ tertio modo dicitur aliquid per ſe primo tale, quoties ipſummet ſeipſo, & nullo alio cauſa eſt eſſendi tale præciſa,& adæquata,qua ratione dicitur ꝙ vnitas eſt per ſe primo menſura, quia ratio mēſuræ ipſi competit per ſeipſam,& per nihil aliud, puncto etiam competit per ſe primo terminare lineam, quia ſeipſo illam terminat, eſt.n.ipſum præciſa cauſa terminandi. Tertio debes ſcire ꝙ generatio eſt quædam mutatio, omnis autem mutatio poteſt comparari ad duo, videlicet,ad ſubiectum in quo eſt,& ad terminum, vt declarat Auer.in.5.phyſi.terminus autem eſt aut qui terminat,aut quo terminatur gñatio. Quarto debes ſcire,ꝙ mutatio quædam eſt eiuſdem denominationis cum termino, veluti albatio, cum albo vel albedine; quædam alterius denominationis vt generatio cum albo vel albedine,mutatio quæ eſt eiuſdem denominationis cum termino,non denominat terminum,non.n.dicitur album albari, nec nigrum denigrari, ſed ſubiectum.diciṫ .n.corpus albari,corpus denigrari,& id genus,mutatio vero alterius denominationis à termino indifferenter poteſt ſubiectum, & terminum denominare,nam generatur compoſitum ſiue forma,& generatur materia ſiue ſubiectū, vt patet primo phyſicorum. Ex his potes colligere titulum diſputationis.

*Commen. 9.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DEMOCRITVS & Empe.dixerunt nec cōpoſitū nec formam gñari,ſed ſeparata atq; diſgregata congregari, quia apud hos gñatio non eſt niſi inordinatorum ordinatio,corruptio autem ordinatorum inordinatio, quare iuxta hos nec forma,nec compoſitum gñabitur. Sed hæc poſitio reprobatur in lib.de gñatione, ꝑ hoc quia tūc nulla eſſet dr̃ia inter alterationem, & gñationem, & ex multis aliis. Poſt hos Thē.Alexã.Auic.& oēs tenentes intellm agentem eſſe formam à formando formas,dixerunt formas per ſe & proprie gñari,cōpoſita autem participatione formarum fieri.Mouebãtur autem primo quia generatio proprie & primo eſt ad eſſe,ſed id quod vere eſt,actus eſt,igitur forma principaliter generatur.Secundo corruptio & generatio habent fieri circa idem, ſed corruptio eſt formæ principaliter, vt Auerroes velle videtur.1.phy.3.propter quod vnum quodque tale, & illud magis,ſed compoſitū generatur ob formam, igitur magis forma. Quarto illud principaliter gñatur, quod extrahiṫ de potētia ad actū. Sed forma ſola extrahiṫ de potētia ad actū: & cōpoſitū rōne formæ,igiṫ forma per ſe principaliter gñatur. Sed contra hanc poſitionem Auer.arguit.12.meta.vnica rōne. quia ſi forma per ſe fieret, tunc crearet ex nihilo. deducitur,quia apud pħos creatio eſt ꝓductio alicuius nulla parte illius pſuppoſita, igiṫ ſi forma per ſe fit, cū ipſa fiat nulla parte eius pſuppoſita tūc crearetur. Propterea cōpoſitū per ſe fit,quia aliqua eius parte ſuppoſita gñatur, qm̃ fit pſuppoſita materia:quæ eſt pars eius. Alij vero breuibus tenent ſex concłones. Quarū prima eſt ꝙ materia per ſe gñatur & corrūpiṫ ſubiectiue. Secunda

*Poſitio Demo. Emped.* — *Poſitio Themi ſtiarum. Alex. Auic.* — *Cõm. 61.* — *Confutatio. Cõm.18.* — *Poſitio aliorũ.*



cunda

cunda ꝙ materia non generatur terminatiue. Tertia ꝙ forma non generatur per ſe vt terminus qui. Quarta ꝙ forma per ſe generatur vt terminus quo. Quinta ꝙ compoſitum non generatur per ſe primo primitate quantitatiua. Sexta ꝙ compoſitum per ſe primo generatur primitate quidditatiua. Has concluſiones facile deducunt. Primam quidem, quia materia eſt ſubiectum generationis & corrup. igitur per ſe ſubiectiue generatur. Secundo quia generatio eſt actus generabilis vt generabile, generabile vt generabile eſt materia: igitur materia per ſe ſubiectiue generatur. Tertio quia materia mutatur de non ſubiecto in ſubiectum, quia illa nunc eſt ſub vna forma, nunc ſub alia, igitur nunc eſt ſubiectum vnius, nunc alterius, igitur mutatur de non ſubiecto in ſubiectum. Quarto dicitur.5.phy. quod id quod generatur non eſt, vbi omnes intelligunt materiam eſſe id quod gñatur, & quod non eſt. Secundam deducūt quia materia non habet materiam partem ſui, igitur nō generatur vt terminus.

Secundo quia oē quod generatur vt ſic eſt poſſe eſſe vel non eſſe ab intrinſeco: materia nō eſt poſsibile eſſe vel non eſſe ab intrinſeco, quia tunc materia haberet materiam, poſsibile.n. ab intrinſeco eſt rōne materiæ primo cœli. Tertio materia eſt primum ſubiectum omnium gñationum: igitur ipſa eſt ingenita. rō eſt Ariſto. primo phyſico. Tertia vero patet per diſtinctiones in titulo, nam quod gñatur vt terminus qui, oportet habere materiam partem ſui, at forma non habet materiam partem ſui, igitur non generatur vt terminus qui. Quarta etiam patet quia terminus generationis qui formaliter eſt propter formam, & formaliter generatur ob formam, igitur forma eſt terminus formalis generationis, & terminus quo. Quinta concluſio ex diſtinctionibus deducitur, quia illud generatur per ſe primo primitate quantitatiua, quod ſm ſe & quodlibet ſui generatur, modo compoſitum nō ſm quodlibet ſui fit, quia non ſm materiam, igitur non per ſe primo quātitatiue generatur. Vltima vero concluſio etiam ex dictis patet: quia illud generatur per ſe primo primitate quidditatiua, quod in ſe cōtinet cauſam præciſam generationis. modo compoſitum continet cauſam præciſam generationis, vtpote formam ipſam, igitur per ſe primo primitate quidditatiua generatur. Ioannes vero addit ſeptimam concluſionem, videlicet, ꝙ forma per ſe primo gñatur perſeitate quarti modi, hoc eſt quia ipſa eſt cā præciſa gñationis. Et ſic quaſi ex toto ſequitur eos, licet vtatur verbis aliis. Sed re vera concluſiones hæ non ſunt falſæ, poſitio videtur inſufficiens. primo quia multum refert aliquid eſſe tale, & denominari tale, in anima.n. eſt ſcientia, non tñ denominatur ſciens. Amplius in re eſt veritas & falſitas, non tñ res denominatur vera vel falſa, vt.d. Ammonius. Et ſic licet compoſitum generetur, forma generetur, & materia generetur, quodlibet ſuo modo, ex poſitione tñ hac non apparet quod horum ſit denominandum generari proprie. Secundo vr̄ ꝙ ſi forma ſit gñationis terminus, & ſi compoſitum ſit gñationis terminus, nullum horum dicatur generari. deduco, quia oē illud quo aliud dr̄ generari ipſum non.d. generari, vt quoniam albedine paries albus eſt, ipſa albedo non dicitur alba. Seo forma vel compoſito materia denominatur generari, igitur nec forma nec compoſitum dicere generari. Amplius generatio non debet denominari generari: ſed forma eſt generatio, igitur non debet dici generari. maior apparet, quia albificatio non albatur, nec calefactio calefit. Minor eſt Auerro.5.phy. vbi dicitur ꝙ calefactio & omnis motus eſt forma imperfecta. Quare forma vel compoſitum nec generari nec corrumpi denominabitur. Hæc de poſitionibus.

*Cōm.24.* *Quale horum.* *Commen.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVONIAM vt diximus refert aliquid eſſe tale, & denominari tale, veluti in eſſe, & denominari, ideo primo dicemus, cui ineſt generatio. Secundo quod illorū abſolute eſt denominandum generari. Quantum ad primum debes ſcire ꝙ motus ſiue mutatio ineſt ſubiecto, & ineſt termino vt patet.5.& 6.phy. eſt enim ī ſubiecto tanquam in eo, cuius eſt actus, eſt in termino tanquam in genere vt dicitur.5.phy. Secūdo debes ſcire ꝙ generatio omnis eſt ad eſſe, eſſe vero duplex eſt exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ, eſſe exiſtentiæ eſt quo res eſt actu ens extra nihil atque eius cauſas, eſſe ſubſiſtentiæ eſt ens in actu, quo res eſt extra nihil & extra cauſas: & nec pars alterius, nec accidens alicui. Tunc ſequitur, ꝙ ſi conſideretur generatio vt eſt ad eſſe exiſtentiæ eſt in forma. deducitur, quia forma eſt quod vere eſt, atque actus & ens eſt, ſi conſideretur vt eſt ad eſſe ſubſiſtentiæ eſt in compoſito, quia quod vere ſubſiſtit, compoſitum eſt, quia nullius eſt accidens, nullius eſt pars. Si vero conſideretur generatio vt eſt in ſubiecto, & in materia prima, tunc ſequitur veritas primi ꝙ, videlicet, generatio eſt in materia, in forma, & in compoſito, & ita ſecundum rem materia, forma & compoſitum vere generari videntur. Materia quidem vt ſubiectum, forma vt terminus generationis quatenus generatio eſt ad eſſe exiſtentiæ, compoſitum vt terminus generationis quatenus generatio eſt ad eſſe ſubſiſtentiæ. Hæc de primo. De ſecundo dico ꝙ ſimpliciter & abſolute materia denominatur generari, forma vero & compoſitum non denominantur generari niſi improprie. deducitur, quia vt ſubiectum albationis proprie denominatur album, terminus vero non dicitur albus, albedo enim improprie dicitur alba, ſic ſubiectum generationis proprie dicitur generari, terminus vero improprie, vt albedo dicitur alba: & hoc dixit Auer. in primo phy. ꝙ id proprie dicitur generari & vere quod eſt materia & ſubiectum. Ex his apparet ꝙ forma & compoſitum ſunt termini generationis, amplius ꝙ generatio eſt in forma & compoſito. non tamen debent denominari genita vel generari. At in materia eſt generatio: & illa denominatur generari. Quod ſi Ariſtote. appellet hæc generari, intelligi debet improprie, veluti improprie albedo dicitur alba, hæc ſunt quæ diximus in lib. phy. & in.12. metaphy. poteſt etiam dici non recedendo multum ab his, ꝙ tam terminus, quàm ſubiectum denominari poteſt generari, quia vt diximus in titulo diſputationis, generari eſt mutatio alterius denominationis à termino, & ſic tam ſubiectum quàm terminus dici poteſt generari, principaliter tamen & abſolute ſubiectum denominatur generari, propter rationem dictam. Hæc de dilucidatione.

*Cōm.9.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

AD rationes concedo totum non generari per ſe primo prout generatio eſt ad eſſe exiſtentiæ, tamen generatur per ſe primo vt eſt ad eſſe ſubſiſtentiæ. Ad ſecundam patet ſolutio: forma enim per ſe primo generatur vt generatio eſt ad eſſe exiſtentiæ, non autem aliter. Ad tertiam patet ſolutio per dilucidationem. Hæc de diſputatione nona.

Si ſunt



*Si ſunt quædam præter ſingularia ad generationes & ſubſtantias nihil vtiles, neque vtique &c. Tex.cōm. 28.*

## DISPVTATIO DECIMA

### De formarum ſeparatarum cauſalitate.

*Num à forma ſeparata poſsit proficiſci hoc aliquid.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVód à forma ſeparata poſsit hoc aliquid proficiſci. Arguitur primo, quia forma incompoſita eſt principium generandi aliud compoſitum, quod eſt hoc aliquid, igitur ſi per ſe ſeparata eſſet, idem ageret. deducitur primo de calore, quia calor tam coniunctus quàm ſeparatus idem ageret. Secundo quia per eius ſeparationem nihil amittit, igitur adhuc poteſt idem agere. Secundo principaliter arguitur, hoc aliquid vel fit ab agente particulari, vel à forma ſeparata, non ab agente particulari, quia illud non agit niſi mediantibus qualitatibus, quæ non agunt ſubſtantiam, cum nihil agat perfectius ſe, igitur oportet dare agens ſeparatum. Tertio animal quod ſponte fit vt mus, à quo generatur, non quidem eſt ſine agente, igitur oportet ponere agens ſeparatum à quo generetur. omne enim quod fit, ad vniuoco fit. Quarto rationalis anima fit à Deo creante: & eſt hoc aliquid, igitur à forma ſeparata poteſt aliquid proficiſci, quod eſt hoc aliquid. In oppoſitum eſt Ariſto. & Auer. in hoc ſeptimo commen.38. & 31.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Cōm.27.* FORMA ſeparata dici poteſt bifariam: aut p eſſentiam, aut per participationem. dicitur forma ſeparata per participationem vniuerſale materiale, vt intellectū actu, vt patet primo meta. forma ſeparata per eſſentiā dicitur illa, quæ per eſſentiam eſt ab ipſa materia eiuſque conditioné pœnitus abiuncta, qua ratione Deus dicitur forma ſeparata, & quælibet intelligentia. formæ ſeparatæ per eſſentiam dicuntur vniuerſalia ante rem, ſiue vniuerſalia per eſſentiam, à Platone vero ideæ, ſiue ſpecies ſeparatæ, formæ ſeparatæ per participationem dicuntur formæ in re, vel vniuerſalia in re, quæ quidem intellectæ actu ſunt vniuerſalia poſt rem. Hoc aliquid vero dicitur indiuiduum ſubſtantiæ. dicitur quidem aliquid quia eſt ſubſtantia, dicitur hoc, quia ſignatum, & ita dicitur hoc aliquid. indiuiduum vero accidentis dicitur hoc quale, quale quidem, quia accidés, hoc vero, quia demonſtratum. vniuerſalia ſubſtātiæ dicunt̄ quale quid, quid quidem, quia ſubſtantiæ: quale vero quia ſimilitudines particularium, vniuerſalia accidentium dicuntur quid quale, quid quia per modum ſubſtantiæ ſe habent reſpectu ſuorum inferiorum. quale vero, quia ſunt accidentia. Hoc aliquid igitur eſt indiuiduum ſubſtantiæ vt Socr. & Pla. Hæc colliguntur ab Ariſto. in prædicamentis.

*Quid ſit hoc aliquid.*
*Hoc quale.*
*Quale quid.*
*Quod quale.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Plato.* PALTO quem multi ſequuntur dixit à forma ſimpliciter ſeparata & per eſſentiam abiuncta poſſe hoc aliqud & nouū proficiſci, veluti à vero vniuocoúe agēte. huius opinionis, vt narrat Thē. primo de Anima capite.23. duæ ſunt rationes. Prima eſt generatio animalium ſine agente. videmus.n. mures fieri, & non ab aliquo agente particulari, igitur oportet recurrere ad agens ſeparatum, quia non poteſt fieri ab aliquo accidente, quia omne quod fit debet fieri à ſibi ſimili ī genere & ſpecie Secundo quia animalia quæ fiunt non videntur vnde poſsint fieri: non.n. ab agentibus particularibus, cum generari poſsint illis non exiſtentibus, nec à ſeminibus illorum, quia omne quod fit, oportet vt fiat ab vniuoco. Modo ſemen. non eſt vniuocum genito ipſi. his duobus motiuis (vt dicit. Thē.) Plato opinatus eſt hoc aliquid proficiſci ab ipſa forma ſeparata tanquam ab agente per ſe illius, vtrum vero iſtud agens ſeparatum ſit vnum vel plura, & quæ ſint ideæ apud Plat. alibi dicemus. hanc poſitionem ſectatur Auicē. Alexan. Thē. & quāplures. Sed contra hāc poſitionem obiicit Auerro. in hoc.7. tribus rationibus. Prima ſi generatio fieret à forma ſeparata, tunc genitum fieret non præſuppoſita materia. probatur primo, quia nullum agens ſeparatum in agendo depēdet ſiue præſupponit materiam. Secūdo, quia genitum debet eſſe generanti ſimile, modo agens eſt ſeparatum, igitur & genitum. conſequens autem eſt impoſsibile, quia ex nihilo nihil fit. Secundo arguit pura forma nō poteſt tranſmutare materiam, igitur pura forma non poteſt generare hoc aliquid. antecedés probatur, quia omne tranſmutans materiam, tranſmutat per virtutes materiales, modo forma ſeparata nullas habet virtutes materiales. Tertio vel idem eſt diſponens & generans, vel aliud. ſi idem, tunc cum diſponens ſit corpus: etiam agens erit corpus: & ita non forma ſeparata. ſi aliud tunc genitum nō eſſet vnum in actu. deducitur, quia actio generantis debet terminari ad ens actu, actio diſponentis ſimiliter debet terminari ad ens actu: igitur genitum erit duo in actu. Hæ ſunt rationes Auerro. quæ hoc pacto ſunt colorandæ, non vt logici inducunt quorum ſtudium eſt in contradicendo tātum. Sed his rationibus obiiciunt aliqui. Contra primam quidem, quia aſſumit ſubiectum, videlicet ꝙ agens immateriale omne agat non præſuppoſita materia. Hoc enim falſum eſt, quia omne agens citra primum requirit materiam in qua agit, & tamen datur aliquod agens immateriale præter primum, & ſic falſa eſt propoſitio, & hoc modo ad formam rationis neganda eſt conſequentia.

*Rōnes Auer. cōtra poſitionē Plato.*
*Cōm.31.*
*Cōm.31.*
*Obiectiones aliquorum.*

Amplius non oportet ſemper agens eſſe ſimile in toto ipſi effectui, quia Deus creat materiam, & formam & compoſitum, & tamen nulli illorum ſimilis eſt. Contra ſecundam vero, quia etiam aſſumit falſum, videlicet quòd immateriale non poſsit tranſmutare materiam. Primo quia quicquid poteſt cauſa ſecunda, poteſt & prima ſed ſecundæ cauſæ poſſunt tranſmutare materiam, igitur & prima. Secundo ſeparata forma mediante cœlo poteſt materiam tranſmutare, igitur poteſt tranſmutare cœlum medium, nihil enim agit in extremum, quin agat in medium. Sed tale corpus eſt materiale aliquo pacto, igitur contra ipſum.

Tertio Auerro.12. metaphy. & hic aperte.d. cœlum in generatione animalium ſpontiuorum dare aliquid loco ſeminis. Sed cœlum eſt forma ſine materia, igitur forma ſine materia poteſt tranſmutare materiam.

*Cōm.18.*
*Cōm.31.*

Quarto omne tranſmutans tranſmutat vt eſt in actu, igitur maxime in actu maxime tranſmutat. Sed forma ſeparata eſt maxime in actu, igitur maxime poteſt tranſmutare materiam. Contra tertiam obijciunt demum, conedendo poſſe vnam partem geniti eſſe ab vno agente, & alteram ab altero, & genitum eſſe vnum. Primo quia materia eſt à Deo per

 creationem,

creationem, & forma ab agēte, & tñ compoſitum eſt vnum. Secundo idem effectus numero eſt ab omnibus cauſis eſſentialiter ordinatis, & tñ eſt vnus numero, igitur nō omne quod fit à diuerſis cauſis, eſt plura in actu. Propter hi tenent à forma ſeparata & puta forma poſſe fieri hoc aliquid: vnde eorum poſitio conſiſtit in quatuor concluſionibus. Prima forma ſeparata efficit omnes formas vitales, & omnes animas. Secūda alterans ad animationes eſt cœlum. Tertia licet forma ſeparata formas illas producat, non tamen illas creat. Quarta cæteræ formæ inducuntur ab agentibus particularibus vt ignis ab igne, aqua ab aqua, pro mente tamen. Ariſto dicunt Ariſt. voluiſſe non eſſe neceſſarias ideas particulares ad particulares generationes, non tamen negat vnā communem omnibus vt Deus poſſe omnes formas producere, hæc tenent de mente Ariſto. & omnium peripateticorum. Primam deducunt, quia anima alicuius animalis inducitur in materia, vel igitur à virtute ſeminis, vel à cœlo, vel ab aliqua forma ſeparata, non à virtute ſeminali, quia nec ſemen, nec eius virtus in momento generationis eſt, igitur nō poteſt ab illa eſſe. Secundo imperfectius non poteſt agere perfectius ſe, ſed ſemen eſt imperfectius animali, igitur non poteſt agere animal, nec per ſe, nec virtute agētis. per ſe quidē non, quia eſt imperfectius, virtute vero agētis minime, quia generans poteſt non eſſe, & in virtute non entis nihil fit. Amplius virtus generantis & ſemen ſunt agentia accidētaliter ordinata, igitur poteſt eſſe generatio neutro illorum concurrente. Ex hoc ſequitur ꝙ forma ſeparata eſt illa, quæ omnes animas efficit, talis autem nō poteſt eſſe niſi Deus, quia non datur alia apud peripateticos, intelligentia.n. non agit niſi mediante cœlo, nec poteſt eſſe cœlum, quia multa animalia ſunt cœlo perfectiora. Secundam etiam deducunt, quia principium alteratiuum non poteſt eſſe ſemen, quia eſt vniforme, igitur non poteſt alterare ad difforme. Secundo tunc ageret ad ſui corruptionem, quia dum alteratur corrūpitur vt dicit. Auer. 1. phy. igitur recurrendū eſt ad virtutem cœli, vt fecit Auer. hic. Hæc.n. virtus eſt, quæ efficit organorum difformitatem, & præparat corpus ad animarum productionem. Tertiam exponunt, quia creatio eſt alicuius nulla eius parte præſuppoſita productio, modo cum ſecundum Ariſt. non forma fit, ſed compoſitum, ſequitur vt illa non ſit creatio: quia licet compoſitum per ſe fiat, per hoc quòd terminus eius formalis immediate eſt à Deo, tamen non creatur, quia eius aliquid præſupponitur. Quartam vero manifeſtam relinquūt, quia formæ elementorum vel miſtorum imperfectorum ſunt imperfectæ, ideo pro illis non oportet recurrere ad agentia ſuperiora. Hæc ſunt quæ peripatetice aſſerunt. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. Primo, quia Ariſtote. in lib. de generatione animalium. 16. diſputans quæ nam animæ ex ſemine traducantur, quæue deforis accedant, concludit omnes animas ex ſemine traduci, ſolum autem intellectum deforis accedere, vtitur autem ratione, quia omnis, cuius operatio eſt cum materia, omnis talis venit de potentia materiæ, ſolius intellectus operatio eſt ſine materia, ideo concludit ſolum intellectum deforis aduenire. præterea. 2. phy. auſcul. ait ſic. homo.n. hominem generat ex materia & ſol, vbi Auer. ait Ariſt. hoc dixiſſe contra eos, qui dicebant formas ſeparari & innuit ꝙ formæ naturales ſunt in materia. Hęc Auer. Si igitur animę à Deo ſunt immediate, & alterationes

*Poſitio eorū et maxime Scot. 2. lib. ſenten. diſtin. 18. q. 1.*

*Deductio Sco. in 2 lib. ſentē. diſtin. 18. q. 1.*

*Cōm 62 Cōm. 3.*

*Declara. Sco. i lib. 4. ſen. diſt. 43. et in quoli. q. vltima.*

*Confutatio.*

*Cōm. 27.*

præuie ſunt à ſole, ſiue à cœlo, homo ſiue agentia particularia nihil facerent, & ſic falſa eſt propoſitio Ariſt. dum dixit ſolem hominemúe generant hominem ex materia. Vlterius contra hanc poſitionem opulentius contradicemus in diſputa. proxima vbi rationes horum etiam ſoluemus. Nunc vero de poſitionibus ſatis ſit dictum.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

De dilucidatione dico quòd aliter eſt loqui catholicæ, aliter peripatetice. peripatetice.n. oportet ſupponere. Primo ꝙ omne alterans corruptiue ſit corpus. declarauit.n. Auer. in lib. de Subſtantia orbis eſſe differentiam inter primum alterans, & primum mouens, quia primum mouēs oportet eſſe incorporeum impartibile & indiuiſibile, at primum alterans eſſe corpus, eo quia primum. ſ. alterans non alterat niſi per primas qualitates, qualitates autem primæ ſunt calidum, humidum, frigidum, & ſiccum. & igitur alterās oportet eſſe quale, aut actu, aut virtute: actu quidem, vt elemētum vel elemētarium, virtute vt mobile vel lucidum, motu .n. lumine qualitates hæ effici poſſunt, igitur nihil poteſt eſſe alterans apud peripateticos, quin ſit aut elemētum, aut elementarium, aut cœlicū, quod motu luceúe ſit virtute calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. Et ſic nihil poteſt eſſe alterans quin ſit corpus. Et ſyllogiſmus eorum eſt, omne quod alterat, oportet alterare qualitatibꝰ primis, vel motu, lumineúe qualitates primas continentibus, omne autem quod qualitatibus primis alterat vel his, quæ primas continent qualitates, eſt corpus, igitur omne alterans eſt corpus, peripatetici.n. non cognouerunt aliud. Secundo peripatetice oportet ſumere nihil de nouo poſſe ex nihilo fieri, hoc deduxerunt ꝓpterea, quia differt de nouo fieri, & ab æterno, vt docet Auer. in lib. d. d. & in. 8. lib. phyſi. quia omne quod fit de nouo, motu fit, omne autem quod fit, motu oportet ſupponere materiam, in oī. n. motu oportet intelligere materiam apud omnes peripateticos, at quod fit ꝓductione ab æterno, non oportet motu fieri, & ſic nō oportet ſupponere materiā, ideo conceſſerunt nihil poſſe fieri de nouo ex nihilo nulla materia ſubiectóue præſuppoſito. ſumpſerūt autē iſtud per conſenſum omnium, qui de rebus naturalibus locuti ſunt, & comprobauit Ariſt. hoc inductione. Hæc .n. ſunt duæ ſuppoſitiones peripatetice. Ex his patet vis primæ rōnis Auer. nam ſi agens ſeparatum agit aliquid, vel ipſum agit alterando, vel ipſum agit creando, nō alterando, quia per ſuppoſitionem nihil alterat niſi corpus: igitur agit ipſum creando: ſed non creatione noua per ſecundam ſuppoſitionem. igitur creatione æterna. Sed omne quod æterna creatione creatur, eſt abſolutum à materia, nec eſt elementum, nec elementarium, ſed vel cœlum, vel aliqua ſubſtantia omnino ſeparata, igitur ſaltem habetur quòd non ſit miſtum cum materia vt animal, & id genus, & ſic habetur quòd fit non præſuppoſita materia, & quod aliqua in parte ſit ſimile agenti ſeparato, ſaltem in hoc quod non eſt miſtum cum materia. Et ſic reſponſiones eorum nullæ ſunt, quia Auer. vult agens ſeparatum agere nō ſuppoſita materia pro tanto quia non poteſt alterare, ſed ſi agit non agit niſi creando vt dictum eſt, ceſſat etiam ſecunda ratio, quia oportet ſaltem eſſe ſimile agenti ſeparato in parte, per idem tenet ſecunda ratio, pura enim forma materiam non poteſt tranſmutare alterando, quia omne alterās oportet eſſe corpus vt

*Differentia inter cathol. & peripatetic.*

*Quid primum mouens quid primū alterās.*

*Syllogiſmus peripa.*

*Quo ex nihilo nihil fit apud philoſophos.*

*Vires rōnum Auer.*



pus vt deduximus. Ad rōnes. Ad primā diceret Auer. illam ꝓpoſitionē non eſſe naturalem, quia cā ſuperior nō dr̄, quia poſſit agere ſine particulari, ſed quia ad plures effectus ſeſe extendit, q̄ quæuis particularis. Ad ſecūdā dico ꝙ male legerunt Auer. nō.n. eſt imaginandū formam ſeparatam tranſmutare materiam mediante cœlo, tanquam medio delationis, eo modo quo diaphanum illuminatum fert colores oculis, ſed intelligendum eſt mediante cœlo, tanquam ſuo corpore, quod ab illa forma ſeparata perficitur, eo pacto quo rōnalis anima mediāte ſuo corpore gignit, ſentit & id genus. Auer.n. opinatur ex intelligentia & orbe fieri vnū per ſe, viuens per ſe intelligens per ſe, animal per ſe vt alibi declaraui, quod hunc mundum infernum alterat varijs motibus atque luminibus, & ſic non ſequitur illam poſſe immediate alterare cœlum, ſufficit.n. vt moueat cœlum localiter, nam ſic motu & lumine alterat hæc, & hoc non intellexerunt logici. Ad tertiam dico ꝙ cœlum poteſt alterare materiam, quia eſt quale elemētarium ſaltem virtute ſi non forma: nec huius oppoſitum. d. Auer. vult.n. ꝙ forma ſeparata tam ab elementariis viribus: q̄ virtualibus elementariis viribus nullo pacto poſſit materiam tranſmutare. Ad quartam dico ꝙ omne quod tranſmutat, tranſmutat vt eſt in actu formali tale vel in actu virtuali tale, modo probatum eſt ſolum elementum vel elemētarium eſſe in actu formali tale, cœlum vero per lumen & motum eſſe in actu virtuali, nec aliud pħi cognouerunt. Et propterea nō ſequitur vt forma ſeparata poſſit tranſmutare materiam, quia licet ſit in actu, non tñ eſt in actu formali talis, vel virtuali talis: quale eſt tranſmutabile in potētia, vt ſupponunt peripatetici. De tertia ratione ſi idem ſit generans & diſponens, diſputaui in lib. 12. huius. Nunc vero ſupponendum eſt nihil poſſe eſſe generans, quin ſit diſponens & alterans, hoc deducitur, quia omne generans agit de nouo, & omne agens de nouo alterat vel mediante motu agit, vt ſuppoſuimus, igitur omne generans alterat vel diſponit, vtrum vero econtra omne diſponens generet, ſine dubio eſt verum ad intellectū Auer. ſed nunc non curo, quia ſine hac propoſitione habet intentum Auer. Ex hoc ſequitur ꝙ cum omne generās diſponat vel alterat & nihil diſponat vel alterat niſi corpus, igitur forma ſeparata non poteſt agere: vel generare, & ſic habet propoſitum. Ad rationem primā nihil eſt, quia pħi poſuerunt materiam ingenitam, & ſi forte creata eſt non de nouo. Amplius concurſus omnium cauſarum eſt ad vnum finem, atque ad vnum vltimum effectum, & ſic rationes Auerrois ſunt valide ſuppoſitis principijs eius. Sed ſi loquimur catholicæ omnia hæc principia ſunt falſa, primum.n. falſum eſt, ꝙ omne alterans ſit corpus, ſufficit.n. alteranti, vt ſit actu tale, vel virtute tale: modo ſm̄ catholicos cœlum eſt virtute tale, quia lumine & motu, Deus virtute tale quale omne factibile, quia Deus eſt vniuerſalis cauſa cōtinens in virtute omnes cauſas particulares & vniuerſales, & ſic pōt alterare, & facere omne quod fit à cauſis īferis. Amplius falſum eſt ſm̄ fundamētum, quia Deus poteſt de nouo facere aliquid ex nihilo non per motū, quia non omnis noua productio eſt per motum. Et ſic catholicę ſentiendo rationes illæ nullæ ſunt. Sed illi debuerunt confutare principia, & non tacere principia, & refellere concluſiones. Hæc de dilucidatione.

*Cōm. 18.*

*Quæ cath.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis. Ad primā dico ꝙ ſi in antecedēte intelligatur formam eſſe principium generandi quod generat, falſum eſt, eſt.n. ratio generandi: compoſitum vero quod generat, & ſic non ſequitur ipſam eſſe principium generandi, ſimiliter calor non eſt principium generandi, ſed ratio generandi, calidum enim generat, calor vero eſt ratio qua generat. Dico vlterius ꝙ per ſeparationē amittit eſſe, quia eius ſeparatio à materia eſt eius non eſſe, & ſic nec reſtat principium, nec ratio agendi. Ad ſecundam licet poſtea diſputabimus, tamen nunc dicimus ꝙ qualitates attingunt formas ſubſtantiales, non quidem vt principalia agentia, ſed vt inſtrumentarię rationes agendi, vt dicemus. Ad tertiam patuit ſolutio diſputatione octaua. Ad quartam dico ꝙ dato quòd rationalis anima creetur, non tamen eſt hoc aliquid, ſed pars eius, quod eſt hoc aliquid. Hæc de decima diſputatione.

*Dubitabit autem aliquis quare alia fiunt arte & à caſu vt ſanitas, alia non &c. Tex. cōm. 29.*

## DISPVTATIO VNDECIMA
De ſeminarijs rationibus in materia.

*Num in materia rerum generabilium rationes ſeminariæ præſint.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod rationes ſeminariæ præſint, arguit primo auctoritate Auer. 8. huius vbi habet ꝙ ex actu & potentia non fit vnum, niſi per agens extrahens ad actum, quod quidem non largitur ei multitudinem. ſed perfectionem. Ex hoc apparet quòd præfuit in materia ratio quædam, quæ ſeminaria dici poteſt. Secundo illud, quod eſt in actu non eſt aliud ab eo quod eſt in potentia, ſed illud quod fuit in potentia eſt in actu, & non ſunt duo diuerſa, vt inquit Auer. illic: igitur forma, quæ eſt præfuit. Sed in contrarium eſt Ariſt. in textu pręſenti & vbi. d. quod veluti domus fit tantum ab extra, ſic quoque ignis ipſe, modo forma domus nihil habet reale præexiſtens, igitur nec ignis: hæc diſputatio eſt difficilis, tum quia & veteres & iuniores diuerſa ſentiunt, tum quia res ipſa habet rationes omni ex parte fortiſſimas, auctores quoque celeberrimos. Hæc de dubitationibus.

*Cōm. 15.*

*Cōm. 29.*

CAPVT DILVCID. TITVLI SECVNDVM.

Pro intellectu tituli primo debes ſcire, quòd materia, quam græci hyllam dicunt aliquando accipitur pro omni materiali & ſic omne agens hic inferius materia dicitur, quia reſpectu formarum cœleſtium ſunt corporeæ, atq; paſſiue tm̄, ſic.n. Ariſt. appellauit ſecūdo de generatione agentia particularia materias agentium cœleſtium, & hoc pacto forte veteres ſenſere cū dixerunt formas venire de neceſſitate materiæ, qm̄ veniunt de neceſſitate agentium materialium, quæ dicuntur materiæ reſpectu corporum cœleſtium, & hoc pacto non ſumimus materiam, nam ſic non differt ab agente materiali. Aliquando ſumitur materia pro principio paſſiuo rei generandæ, quæ dicitur prima, atque remota omnium formarum. Altera propinqua & ſecunda certi generis formarum ſuſceptiua, & hoc pacto ſumitur materia in diſputatione. Ratio ſeminaria ī propoſito à ſemine dicitur, quod græce eſt ſperma, ſperma autem eſſe poteſt à parte agentis, & à parte materiæ recipientis,

recipientis, à parte materię dicitur à nonnullis inchoatio formæ ganerãdæ, ab aliis via ſiue exordium, ab aliis ratio ſeminaria: à parte agentis dr̃ & ratio ſeminaria, & virtus generatiua: diſputatio noſtra ſolum perſtringiẽ ad rationes ſeminarias materiales, quæ dñr inchoationes formarum, Nam diſputatione proxima tractabimus de ĩchoatione actiua, ſiue rõne ſeminaria actiua, & ſic patebit totum illud quod addubitari ſolet de inchoationibus. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Anax.*

DE diſputatione quidem hac fuerunt poſitiones apud antiquos. Anaxa. clazomenius quodlibet eſſe in quodlibet contendit, & propterea formas totaliter ab intra venire ſibi Ariſt. imponit, ita vt generatio rei non ſit niſi illius formæ, quæ latebat manifeſtatio, & ſic non modo formas inchoatas iuxta poſitionem huius viri oportet concedere, ſed illas eſſe totas ab intra, ad extra vero non apparere propter indiſtinctionem, quam in materia rerum tenent, in hac opĩone fuerunt Anaximander, Democritus, & in parte Emped. hi. n. ſunt qui generationem dixerunt eſſe formę latentis dilucidationem. Ariſt. vero in lib. phy. auſcul. refellit poſitionẽ hanc, quia tunc eſſent rerum naturalium infinita principia, eo quia iſtæ formæ latentes principia ſunt rerum naturalium & generationis illarum, & ſunt infinitæ, igitur infinita erunt rerum naturalium principia, quo fit vt res naturales ipſe ſint ignotæ, eo quia infinitum vt infinitum eſt ignotum. Secundo ipſius totius quantitas ſequitur partium quantitatem, quia quanto partes erunt plures, tanto totum erit maius: & quanto pauciores, tanto totum erit minus, igitur ſi partes erunt infinitæ, totum erit infinitum. Sed hoc non videtur, nullũ . n. eorum quæ videmus, eſt infinitum, igitur in nullo illorum ſunt partes iſinite. Tertio magis ad rem obiicit cum generatio apud Anaxa. ſit formæ latentis extractio in lucem atque illarum à tenebris materiaque ſegregatio, aut hæc ſegregatio ceſſabit tãdem, aut ſemper in infinitum reſtant partes ſegregandæ. ſi ceſſabũt tandem, tunc non quodlibet eſſet in quolibet, ſi reſtant ſemper infinitæ ſegregãdæ, tũc in magnitudine finita terminataúe partes ęquales non remanebunt finitæ, ſed infinitæ contra rationem finiti. Quarto omne quod per ſegregrationem diuiditur, reſtat minus. Sed vniuſcuiuſq; rei determinata eſt quantitas ad maximum, & ad minimum: igitur nõ quodlibet eſt ſegregabile à quolibet. Quinto tunc data hac poſitione, infinita erunt in infinitis infinities, vt in carne infinita erunt, & in illis adhuc infinita, & ſic in quolibet erũt infinita infinities, quod non conſonat, arguit etiam Ariſt. in lib. de generatione, quia hac poſitione data nihil ſimpliciter generaretur, deducit, quia per generationem ſimpliciter nihil acciperet eſſe ſimpliciter, quia omne quod accipit eſſe, pręfuit, & ſic generatio non differt ab alteratione. propterea Ariſt. de Anaxa. ait ipſum ignoraſſe propriam vocem, quia enitebatur ponere differẽtiam inter generationem & alterationem, & tñ in dictis ſuis nihil aliud eſſe generationem ꝙ̃ alterationem profitebatur. Arguũt quoq; iuniores argumento & credunt demõſtratiuo, quia ea data ſequitur vt chaos illud ſit omnia vt homo: bos lapis, ignis, & quolibet, deducũt quia forma quælibet ponit in ſpecie, & dat nomẽ & diffinitionem. Sed in illo chaos eſt forma hominis ſm eſſe & eſſentiã, igtur habebit nomen & diffinitionem hominis, & ſic erit homo, eodem modo de aliis omnibus. Multa alia

*Obiectiones Ariſt.*

dici poſſunt: quæ tangentur in aliis poſitionibus. Sed hæc poſitio pace Ariſt. & aliorum dixerim poteſt dupliciter defendi, vel interpretando illam, aut tenendo ad verbum vt iacet. eam interpretes volunt Anaxa. dũ dixit quodlibet eſſe in quolibet nõ ad formas retuliſſe ſed ad mundos. Poſuit. n. Anaxa. tres mundos ſupremũ videlicet, omnium angelicum, vt Pla. in phedro, huic proximum cœlicum. Tertium ſublunarem, hic quidẽ tenebrarum eſt mundus, ille lucis, cœlicus autem ex luce tenebraúe miſtus. Vlterius vt Pla. tradunt, quodlibet quod eſt in vno horum, eſt & in quouis alio. in mundo ſub lunari ignis eſt, in cœlico ſol, in angelico ſeraphina, tenet. n. ſol ab cœlicũ, ſeraphinaq; ad angelicũ mundũ, eam rõnem: quã ignis elemẽtarius in ſublunari: tenet. rurſus in ſublunari aqua eſt in cœlico luna: in angelico vero cherubina, eiuſque cherubica puritas: eſt. n. in hoc noſtro ſublunari mũdo cherubina: aqua pura lympida atq; paruia, in cœlico luna, in angelico cherubina: eius cherubica mens, & in cæteris poteris idem inuenire: tunc ad rem venio. Anaxagoras igitur dum. d. quodlibet eſſe in quolibet non de formis in materia loquitur vt Ariſt. interpretatur, ſed de mundis, quatenus quodlibet quod eſt in vno, eſt in tribus, hanc interpretationem. Picus noſter ſectatus eſt in ſeptiformi ſex dierum generatione, verum quãquã hæc allegorica interpretatio reprehẽdi nõ poſsit: ſi Ariſt. Simplicio, & Them̃. cæteriſque græcis credendum eſt, nullatenus conſona erit. Ariſt. n. vbiq; vt Them̃. ĩterpretatur, verba Anax. ad chaos retulit in quo omnia continentur, quod etiã nonnunquam ab Anaxa. migma hoc eſt miſcella, ſiue miſtura appellatur, hanc miſcellam Simp. & Them̃. Pla. & peripateticos ſentire voluerunt. propterea græci omnes ferre chaos Anaxa. ſiue migma interpretantur illud quod Ariſto. appellat hylen, catholici abyſſum. Plato. pandochen ſiue oĩcapax, homiomera ſiue ſimilaria quæ in chaos contineri aſſerit Anaxagoras, interpretantur inchoationes formarum, quas vetuſtiſsimus Simeõ tenebras abyſsi vbiq; appellat, & quia in quolibet cõpoſito naturali eſt materia, in qua ſunt omnes formæ inchoate, iure quodlibet eſſe in quodlibet per inchoationem autumat Anaxa. verum quid ſit hæc formarum inchoatio, in dilucidatione apparebit, ibi. n. Anaxa. adhuc poſitionem dilucidabimus, hoc igitur pacto interpretando poteſt defendi Anaxa. poteſt etiã defendi, reſpondendo ad rationes. Ad primam dicendum non eſſe impoſsibile eſſe infinita principia rerum naturalium numero, ſpecie vero finita, quæ quidem infinita numero cum locum nõ occupent, poſſunt eſſe in quolibet puncto materię, ſed quia ſpecie ſunt finita, ideo non tollunt ſçiẽtiam. Ad ſecundã diceret Anaxagoras ꝙ quantitas totius ſequitur quantitatem partium locum & diſtinctionem occupãtium, modo formæ iſtæ non dicuntur hoc pacto partes, propterea ex quantitate harum nec magnitudo nec paruitas habetur totius. Ad tertiã diceret Anaxagoras ꝙ nunquam ceſſat talis extractio, & concederetur apud eum remanere partes ſiue formas infinitas, non quidem locum occupantes, vel ſitum, ſed in confuſo, nec eſt impoſsibile infinitas partes indiſtinctas atque confuſas eſſe in magnitudine finita diſtincta atque locum certum occupante. Ad quartam diceret Anaxagoras generationem non fieri per diuiſionem quantitatiuam quia ſic eſt deuenire ad minimum naturale, ſed per diuiſionem æductiuam, quam generationem vocat:&

*Defenſio poſitionis.*

*Qualis ſeraphina.*

*Qualis cherubina.*



vocat: & ſic non eſt venire ad minimum, ĩmo illud de quo aliquid hoc pacto gñatur, corrumpitur per gñationem rei de nouo, & non minoratur, vt credit Ariſt.

Ad quintam Anaxa. concedet vno modo, & negabit alio modo: dicet. n. vnam eſſe materiam ſiue chaos in oĩbus, quod quidem actu eſt in alio atque alio, poteſtate tñ eſt vnum oĩum, & ſic dicet non eſſe impoſsibile infinita infinities eſſe in quolibet in potentia & cõfuſe, non tñ diſtincte & occupatiue. Ad rõnem libri de generatione reſponderet Anaxa. ꝙ generatio ſimpliciter non eſt illa, qua aliquid accipit eſſe ſimpliciter, quia oẽ quod gñatur, p̃fuit, ſed illa qua aliquid accipit eſſe, quod eſt ens ſimpliciter, puta ſuƀa, alteratio vero qua accipit eſſe aliquid quod eſt ens ſm quid vt accidens, & ſic ſaluat differentiam generationis ab alteratione.

Ad vltimam Anaxa. concedit illud chaos eſſe oĩa, quia homo, equus, & quodlibet id genus, non tñ denominatur aliquod horũ: quia denominatio ſumitur nõ tm̃ ab eo quod eſt, ſed ab eo quod apparet eſſe, apparet autem cum æditur in lucem, æditur vero in lucem, cum formæ acquirunt eſſe diſtinctum & ſitum diuerſum, & ſic rõnes iſtæ non cogunt. Ex his ſequitur in corruptione ſubſtantiali non perditur nomen & diffinitio, nec in generatione acquiritur, ſed ſolum apparet perdi vel apparet acquiri, quia oẽ quod eſt actu nunc, præfuit, & quod nunc actu eſt, poſtea erit, ſola autem differẽtia eſt propter tenebras & dilucidationem, hæc poſſunt dici pro Anaxa. Nec iſta ſunt cõcedẽda, vt multi iuniores credunt, quibus ſufficit dicere contra hos, ꝙ Ariſt. reprobauit illos, non. n. credimus magis Ariſto. vt. d. Alexan. niſi quia eius poſitio inuenta eſt plus remota à cõtradictione, tñ veteres bene interpretati forte non ita temulenter loquuntur, vt ignari audiũt: hæc de Anaxa. Poſt hos inueni Iuniores peripateticos opinatos eſſe formas omnes contineri actu aliquo pacto in materia. Cum. n. materia ipſa & ſit in potentia ad oẽs formas & ſit apta recipere oẽs formas: atq; appetat illas oẽs: neceſſe eſt vltra potentiã paſsiuã materiæ ponere aliquid forę vel foras ipſas aliquo pacto actu p̃eſſe, non mõ in potentia paſsiua, ſed in potẽtia formali qua & apta ſit oẽs recipere formas: & qua appetat oẽs formas, appetitus. n. atq; aptitudo ratione formę eſt, ait. n. Auer. ꝙ materia appetit formam p illud qđ habet de motu ad formã: vt patet phy. 1. per illud igiẽ quod materia habet de forma appetit & apta nata eſt recipere formas: per eius vero potentiam paſsiuam & ſubiectũ formæ, potentia. n. eſt ratione materiæ, aptitudo autem atq; appetitus ſunt rõne formæ. Quod quidem formę ipſæ aliquo pacto in actu formali præcedant videntur multa verba peripateticorum oſtendere. Auer. n. in. 1. phyſicæ auſcul. inquit. ſi materia in ſui natura eſſet formata, non reciperet omnes formas: niſi ens generarẽ ex ente: quemadmodum ſi in ſui natura eſſet priuatio ſimpliciter, tũc oĩno nihil generaretur ex ea. Ex his verbis apparet priuationem vltra potentiam ĩportare aliquid. & hoc non poteſt eſſe niſi ſit forma, vel aliquid formæ generandæ: præterea Ariſto. vult priuationem diſtingui à materia contra Pla. vt dicitur. 1. phy. igitur priuatio vltra materiam dicit aliquid formæ: præterea Auer. 1. phy. inquit. in ſpermate. n. quod fit homo: nõ ceſſant partes ſpermatis recedere: & partes hominis fieri donec forma hominis perficiatur. Ex his ſequitur ꝙ forma pręfuit imperfecte: ſed per generationẽ perficitur. Præterea Ariſt. 1. phy. & Auer. & Them̃. ibidem

*Poſitio iuniorũ peripate.*

*Cõm. 81.*

*Cõm. 79.*

*Cõm 66.*

*Cõm. 62.*

*Cõm 43.*

dicunt nõ quodlibet fieri ex quolibet: ſed ex determinato determinatum: illud autem determinatum non põt eſſe materia: cum ſit indeterminata atque indifferens ad oĩa: igitur oportet eſſe formæ quicquàm: quod eſt ante generationem. Pro his ſolẽt fieri rõnes: prima quia ſi nihil formæ præeſſet: tunc generatio eſſet pura creatio: quia fieret forma nihilo eius præſuppoſito. Secundo tunc generatio non eſſet naturalis, probaẽ quia ſi eſſet naturalis, vel naturalitate principij paſsiui, vel naturalitate principij actiui ſiue formalis, non naturalitate principij paſsiui: quia ſic non differt generatio naturalis à generatione artificiaria: in generatione. n. artificiaria præſupponitur materia ipſa in qua forma recipitur, veluti & in naturali, igitur oportet vt ſit naturalis vtroque modo: aliter nulla eſſet differentia inter generationem naturalem, & artificiariam. Speciatim vero ſic ponẽtes differunt. Nam alij poſuerunt inchoationem vnam omnium generalem vt formam corporis de genere ſuƀæ. Alij omnes formas eſſe inchoatas ſm earum eſſentias non quidem in numero, ſed in ſpẽ: eſſentiæ. n. rerum in ſpecie habentur: ſunt & alij modi qui cum ſint omnino rudes: ſunt pretereũdi. De primo modo aĩaduertendum eſt quod duplex eſt materię potentia alia quidem paſsiua, qua materia poteſt recipere omnes formas: quaúe nec eſt quid, nec quale nec quantum, nec aliud prædicamentorum: ſed eſt quodlibet horum in potentia. Alia eſt potentia formalis: qua ipſa appetit & apta eſt recipere omnes formas: & hæc eſt inchoatio generalis reſpectu omnium formarum: hãc vocat Auic. in primo ſuę ſufficientie lib. cap̃. 2. formas corporis coæternam materiæ: huius poſitionis ſunt Albertus Linconyẽſis, & videtur opinio Auer. 2. phy. de hac poſitione diximus multa in lib. de generatione: in lib. de Subſtantia orbis: in. 12. hujus: nunc pro declaratione huius ſufficiant hæc. ſed contra hanc poſitionem arguunt nonnulli iuniorum. Primo quęrũt de forma quæ generatur: cuius ſit actus, an materiæ: an illius formæ communis: an vtriuſque. ſi materiæ igitur fruſtra eſt forma illa: non formæ: quia tũc fruſtra eſſet materia. non vtriuſque: quia tunc generatio eſſet motus: quia ſubiectum eius eſt in actu. Secundo non minus accidentia generantur ſm quid, quàm ſubſtantiæ generentur ſimpliciter, ſed pro generatione accidentium nullum ponitur inchoatiuum: igitur nec pro generatione ſuƀarum. Tertio forma ſpecifica quæ inchoatur in generica: aut eſt aliquid præter formam genericam: aut nihil prorſus: ſi nihi prorſus: tunc talium formarum nulla eſſet generatio: eo quia nihil addit forma ſpecifica vltra genericam præexiſtentem. Si vero ſit aliquid præter genericam: tunc quantũ ad illud quod addit vltra illam non eſt inchoata in illa: & ſic non euitatur creatio. Amplius non ſaluatur dr̃ia inter generationem naturalẽ & artificiariã. Quarto ſi formæ ſpecificæ inchoantur in illa generica, tunc contraria eſſent in eodem, qđ vr̃ impoſſe, & inchoatiue, & perfecte. Quinto ſi dabitur iſtud inchoatiuũ, tunc daretur quintũ elementum, quia cõpoſitũ ex illa forma & prima materia: quod nullũ elementorum eſt. Contra hãc põnem multas rõnes fecimus in lib. de Suƀa orbis: & in lib. de gñatione: Patauij etiam dum illic legebamus pueri nr̃i multas rõnes mouerunt contra iſtam, verum quia omnes illæ rationes, tunc à nobis fuerunt ſolutæ, & vnuſquiſque aptus ad p̃bandum ex noſtris dictis poterit illas leuiter delere, nũc nõ dignamur plura ſcribere,

*Differẽtia poſitionum.*

*1. Poſitio.*

*Cõm. 15.*

*Obiectiones iuniorum.*

*Excuſatio.*

bere, ſat nobis erit ſoluere has, per quas grauiores vir credunt formam hanc elidere. *Quotuplex inchoatiuum.* Pro ſolutione igitur debes ſcire, quod inchoatiuum eſt duplex, aliud diſpoſitiuum, aliud graduale, graduale inchoatiuum eſt calor vt duo, ad calorem vt octo: perfectius.n. calor inchoatur gradualiter in illo vt duo: diſpoſitiuum vero bifariam eſt, aliud ſui generis, aliud alterius gñis: alterius gñis eſt diſpoſitio qualitatiua & quantitatiua reſpectu formarum ſubalium. eiuſdem generis eſt vegetatiuum reſpectu ſenſitiui, ſenſitiuũ reſpectu intellectiui vt dictum eſt lib. 2. de Anima, oĩum ſubalium formarum cõe eſt forma corporea de genere ſubæ. *Sol. rationum.* Tunc probabiliter tenemus vt ſemper tenuimus: formam illam quæ eſt habitus coęuus materię eſſe inchoatiuum diſpoſitiuum oĩum formarum eiuſdem generis cum formis ſubſtantialibus. Ad primam dico, ꝙ forma genita eſt actus primæ materiæ, & negatur ꝙ fruſtra ſit illa forma, qm̃ forma eſt actus primæ materiæ: & tñ nõ fruſtra ſunt diſpoſitiones qualitatiuæ, & quantitatiuæ in materia, ſic dico ꝙ licet formæ ſpecificæ ſint actus primæ materiæ, tñ illa forma eſt neceſſaria vt inchoatiuum diſpoſitiuum, veluti de cæteris diſpoſitionibus concedimus. Ad ſecundam dico ꝙ accidentia habent inchoatiua diſpoſitiua alterius generis: remotum quidem talem formam cõem, propinquum vero formas ſubſtantiales ſubiectorum, quia ſubiectum accidentiũ non eſt niſi ens in actu per formam, habẽt etiam ĩchoatiuum eiuſdem gñis ſiue de genere accidentium, videlicet, dimenſiones interminatas, & hoc ſufficit. Ad tertiam dico ꝙ formæ quæ gñantur ſunt aliquid præter illum habitum ſiue illam formam, & conceditur ꝙ nõ ſunt ĩchoate in illa gradualiter, veluti caliditas vt octo inchoatur in caliditate vt duo, ſed bene inchoanꝰ oẽs illæ in tali forma diſpoſitiue, quia niſi materia eſſet pręдиſpoſita hac forma: licet eſſet in potentia ad oẽs: non tñ oẽs eſſet recipere apta, nec appeteret illas. Vlterius euitatur creatio, quia creatio eſt formæ: cuius nulla forma eiuſdem generis præceſsit, mõ licet nihil formę ſpecificæ præceſsit, ſufficit ꝙ præcedat aliquid, quid attinet ad illam ſaltẽ ſm genus, etiam ſaluatur dĩa inter gñationem artificialem & naturalem, quia artificialis gñatio per ſe non ſupponit inchoatiuum, nec eiuſdem, nec alterius generis, ſolum.n. hoc eſt per accidẽs, quatenus formæ artificiales ſunt accidentia, q̃ requirunt ens in actu, at naturalis generatio per ſe requirit inchoatiuum diſpoſitiuum vt dictum eſt. Ad quartã concedo oĩa contraria eſſe inchoatiue diſpoſitiue in illa forma, nõ autem inchoatiue gradualiter. Ad quintam nego conſequentiam, quia elementum eſt corpus in actu ſpecifico, ſed ſi velint per elementũ omne illud ex quo fit aliquid, concedo, nec hoc repugnat Ariſto. cum etiam ipſam materiam vocet elementum, vtrum vero hæc poſitio ſit de mente Auer. vel ne, non multũ curo, nam habemus præcipuos auctores non minores Auer. qui hanc poſitionem ſentiunt, pręterea ego alias declaraui hanc poſitionem poſſe ſtare cum rõnibus & poſitionibus Auer. tu vero lege dicta nr̃a, & potes hoc tenere: Hæc de prima põne. *2. poſitio Egid. & præceptionis.* Alij imaginantur in materia duplex genus potentiæ. quia aliæ ſunt potentiæ, quibus materia appetit formas, & ipſas eſt recipere apta, & hæ potentiæ ſunt formales, quæ ſunt ſpecificæ eſſentiæ oĩum formarum, vt eſſentia hominis, vel equi eſt potentia formalis, qua ipſa materia appetit, vel eſt apta recipere oẽs formas ſpẽi equi, aliæ ſunt potentiæ, quibus materia eſt potens eſſe ſubiectum oĩum formarum, & hæ ſunt diuerſæ, quia alia potentia põt eſſe ſubiectum formarum equi, & alia formarum hominis, hæ potentiæ dicuntur ſubiectiue, potentiæ iſtæ formales ſunt inchoationes oĩum formarum, hanc poſitionem vr̃ ſectari Egidius in multis locis. Et præceptor noſter celeberrimus in ſuis quibuſdam q̃õnibus, mouenꝰ autẽ iſti: quia formæ fiunt, & oẽ quod fit cõponitur ex eſſe & eſſentia, igitur formę cõponuntur ex eſſe & eſſentia, & cũ eſſentia præcedat eſſe, igiꝰ eſſentiæ formarum p̃ceſſerunt. Secundo vniuerſalia ſunt æterna, & non ſm eſſe, quia continuo eſſe fluit & refluit, igitur ſm eſſentias, igitur eſſentiæ oĩum formarum præcedunt. Ex his concedunt inchoationes eſſentiales oĩum formarum: & ſi quæritur ab his: vtrum his inchoationibus eſſentialibus correſpondet aliquid præter materiam & cãs agentes, vel nihil præter materiam & cãs agentes, reſpondent ꝙ his reſpondet aliquid præter materiam & agentes cãs, quod quidem non eſt eſſe exiſtentiæ, ſed eſſe eſſentiæ. Inchoationi.n. oĩum formarum equi correſpondet aliquod extra materiam & cãs actiuas illius, quod quidem eſt ens eſſentiæ, non autem ens exiſtentiæ, vtpote equus ſm eſſe eſſentiæ non autẽ equus ſm eſſe exiſtentiæ, equus.n. ſm eſſe eſſentiæ eſt aliquid pręter materiam & cãs agentes. *Obiectiones iuniores.* Contra hanc poſitionem obiiciunt iuniores primo vel eſſentia talis eſt perfectibilis per actum eiuſdem rõnis cum ipſa, vel non. ſi non igitur fruſtra præcedit, eſt etiam contra eos, qui tenẽt formas componi ex eſſe & eſſentia. Quod non ſit perfectibilis per actum eſſendi eiuſdem rõnis. deducunt quia eſſentia equi eſt perfectior eſſe exiſtentiæ eiuſdẽ, igitur non perficitur per eſſe exiſtentiæ, antecedens ꝓbant. primo quia illud eſſe eſſentiæ directe pertinet ad genus ſubſtantiæ, eſſe exiſtentiæ non pertinet ad genus illud, modo quod pertinet ad genus ſubſtantiæ eſt perfectius nõ pertinẽte ad idem genus. Secundo quia nobiliſsima perfectio competit cuique per ſuum proprium genus & ſuam propriam dĩam, quæ pertinent ad eius eſſentiam, & non ad eius eſſe. Tertio plus excedit homo poteſtate equum poteſtate: q̃ actu homo hominem poteſtate: at homo poteſtate equum excedit ꝑ eſſentiam, homo vero actu excedit hominẽ poteſtate per exiſtentiam, igitur eſſe exiſtere non eſt perfectius eſſentia. Secundo principaliter in oĩ tranſmutatione eſt aſsignare terminum formalem generationis, aut igitur terminus talis eſt forma generanda ſm eſſentiam, aut forma generanda ſm exiſtentiã, aut eſſentia formę ſub exiſtentia, non ſm eſſentiam, quia quod capit eſſe ſm aliquid ſui, non præeſt in materia, igitur ſi forma eſt terminus generationis ſm eſſe eſſentiæ, ſm tale eſſe non præfuit in materia, nec ſm eſſe exiſtentiæ, quia cũ eſſe exiſtentiæ ſit accidens, tunc talis generatio nõ eſſet per ſe ad ſubſtantiam, nec eſſentia ſub exiſtentia, quia aut ſub ratione eſſentiæ, aut ſub rõne exiſtentiæ. ſi ſub rõne eſſentiæ: igitur eſſentia producitur, & ſic habetur intentum. ſi ſub rõne exiſtentiæ: igitur accidens terminat gñationem. Præterea forma ſub exiſtentia. d. vnũ per accidens quum ſit aggregatum ex ſubſtantia & accidẽte, igitur nõ eſt terminus generationis per ſe. præterea quod non eſt principium agendi non eſt principium & rõ terminandi. Sed exiſtentia non eſt principiũ agendi, ſed eſſentia ſiue natura, igitur eſſentia eſt terminus actionis. Tertio principaliter formæ iſtæ ſm eſſe eſſentiæ, quæ præcedũt in materia, aut ſunt vnitæ materiæ,



materiæ, aut ſeparatæ. ſi ſeparatæ, igitur vr̃ poſitio Platonis ſi vnitæ: igitur reponunt materiam in ſpecie, & ſic ante generationem hominis materia fuiſſet homo, & ſic de aliis. Amplius homo per generationem non acquiret nomen & rõnem, nec per corrup. amittet nomen & rõnem. Quarto illud quod acquiritur per generationem aut erit aliquid præter illud quod præfuit in materia, aut nihil aliud. ſi nihil aliud: tunc nulla eſſet generatio. ſi aliquid præter illud, tunc tale creabitur, quia erit ex nihilo ſui, & ſic non euitant creationem. Quinto oẽ continens virtualiter perfectius continet virtualiter imꝑfectius, ſed agens continet virtualiter formam ſm eſſe exiſtẽtiæ: igitur ſm eſſe eſſentiæ, quod eſt ĩperfectius. Sexto forma q̃ ſm eſſe eſſentiæ præeſt materiæ, aut eſt corruptibilis ſm tale eſſe, aut nõ. ſi ſic igitur ſm tale eſſe eſt generabilis: aliter generabile & corruptibile non conuertentur. ſi non, tunc idem numero poterit redire, quia remanet in materia ſub eadẽ aptitudine & agens manet idem. Septimo tunc darentur inchoationes infinities infinitæ, quia in omni materia ſunt oẽs ſpecificæ inchoationes, & materiæ ſunt infinitæ, hæ ſunt rõnes cõtra hanc põnem directę: quia indirectæ poſſunt eſſe multæ. *Defenſio.* Quicquid ſit de veritate huius põnis, iſti cauilli nulli ſunt. vbi aĩaduertendum eſt, ꝙ iſta põ vult vl̃ia realia nihil eſſe niſi tales inchoationes eſſentiales, vt.n. habent eſſe actu in ſuppoſitis dicuntur vl̃ia, vt vero continẽtur poteſtate in ſuis cauſis præcipue in materia dicuntur inchoationes. Secundo aĩaduerſione dignũ tales inchoationes non contineri in materia vt accidentia in ſubiecto, nec vt formæ perficientes in perfectibili. Sed quia in illa continentur oĩa indiuidua gñabilia, in quibus vt in ſuppoſitis tales eſſentiæ ſiue vl̃ia continentur, & propterea non intelliguntꝰ ſeparatæ ab indiuiduis, vt.n. materia poteſtate habet oẽs formas indiuiduales, ſic poteſtate præbent vl̃es iſtas formas mediante continentia illarũ indiuidualium. Tũc ad cauillos. ad primã dicerent ꝙ talis eſſentia eſt perfectibilis ꝑ eſſe exiſtentiæ, non quidẽ ſimpliciter, quia ſemper tale eſſe eſſentiæ eſt in aliquo eſſe exiſtentiæ, quia vl̃ia ſunt æterna in ſuis indiuiduis. Sed ſm quid, & tunc dato ꝙ eſſentia rei ſit perfectior ipſius eſſe, adhuc poteſt perfici ꝑ eſſe ſm quid, non dico ſimpliciter. Ad ſecũdam dico ꝙ terminus formalis eſt forma particularis quæ ſm particularem eſſentiã non p̃fuit, nec ſm particulare eſſe, ſed præfuit ſm eſſentiam ſpecificã. tum in ſuppoſitis actualibus, tum in ſuppoſitis potentialibus in materia cõtentis, & hoc modo ceſſat oĩs eorum cauillus, ĩmo ipſi coguntur ponere hãc ſolutionẽ, qui tenent eſſentiam eſſe naturã realem cuius vnitas eſt minor vnitate numerali, & maior vnitate ſpecifica, poteſt.n. hæc rõ torqueri contra eos, quia q̃rerem ad quid terminatur gñatio aut ad illã naturam, aut ad eſſe exiſtentiæ illius naturæ, & arguatur vt prius, & propterea coguntur dicere ꝙ præceſsit eſſe eſſentiæ ſpecificum, non aũt particulare, quod contrahitur per eſſe exiſtẽtiæ. Ad tertiam dico ꝙ iſtæ formæ ſunt vnitæ materiæ in potẽtia rõne ſuppoſitorum, quæ ſunt in materia in potẽtia, & ſic ceſſat rõ. Ad quartam rationem cogũtur ipſi rñdere vt nos, ideo dico ꝙ erit idem & aliud: idem, quia illi correſpondens, aliud q̃uo ens in actu aliud ab ẽte in potentia, & ſic euitaꝰ creatio. Ad quintam data rõne eorum, tunc natura cõis, quam dicunt eſſentiam cõtineretur virtualiter in cauſis, & hoc mõ oportet rñdere pro nobis & ipſis, quod hæc ꝓpõ eſt vera, qñ ambo illa ſunt continebilia, modo nihil poteſt contineri niſi producibile, nã illa ſiue eſſentia non eſt contineri apta, quia non eſt producibilis vt ipſi dicunt. Ad ſextam etiam ipſi coguntꝰ ſoluere qui ponũt eſſentiam eſſe naturam cõem, ꝓpterea dico ꝙ eſt æterna talis eſſentia, non autem reddit idem numero, quia concurrit potẽtia reſpectiua materiæ, q̃ in aduentu formæ particularis corrũpitur. Ad ſeptimam negaꝰ conſequentia, quia inchoationes infinitarum materiarum ſunt non numero ſed ſpẽ differentes, ſed ſpẽs ſunt quodam numero vt. d. Porphyrius. Ex his poteſt hæc poſitio defendi, imo dico ꝙ quæcunq; iſti ſcribunt contra hanc põnem, coguntur ipſi etiã ſoluere qui ponũt eſſe eſſentię eſſe naturam cõem, eſſe vero exñtiæ eſſe modũ intrinſecum illius eſſentiæ, oẽs.n. rationes factæ contra põnem illam ſunt contra eorum põnem, nolo plures poſitiones narrare, quia cæteræ quæ ponuntur, nõ habent colorem. Hæc de poſitionibus dicta ſufficiant.

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione primo aĩaduerſione dignum ꝙ oĩs effectus in ſuis continetur cauſis, aliter ex quolibet efficeretur quodlibet, effectus vero in cauſis nihil aliud eſt q̃ ſuæ cauſæ, & ita effectus in cauſis nõ eſt ſub eſſentia propria. Sed ſub eſſentia ſuarum cauſarum, quia rõne latens dr̃ in illis, quatenus nõ eſt ſub propria eſſentia, dum vero eſt in ſeipſo extra cãs, patens, dr̃, quia ſub ꝓprio eſſe, propriaq; eſſentia alia à cauſis exiſtit, hinc forma dum producitur educi atq; extrahi de potentia materiæ dr̃, quatenus latebat ibi, eo quia in illa vti in cauſa continebatur, & nõ ſub eſſentia propria, magis autem ſm eſſentiam cauſæ. Secundo aĩaduerſione dignum ꝙ eſſe in potentia materiæ non eſt vno modo, quædam.n. ſunt in potentia materiæ primo prima, & ſic ſunt oĩa in potentia materiæ, & hoc pacto ex quolibet poteſt fieri quodlibet quatenus in quolibet continetur materia, in cuius potentia primo prima continentur oĩa, quædam ſunt in potentia materię determinata, veluti in pane eſt potentia ſanguis, & hoc pacto nõ ex quolibet fit quodlibet, ſed determinatum ex determinato, vnde vt colligitur. 12. huius forma poteſt intelligi in materia bifariam. Vno modo ſm potentiam materiæ primo primã, *Commen. 11.* & hoc pacto formæ nihil pręeſt, nec de diſpõne formę, ſed ſolum illius præſunt cãæ tm̃. Alio modo forma poteſt intelligi eſſe in materia prout præeſt in potentia ꝓpinqua: quodammodo inclinata ad formam per qualitates naturales, & ſic dr̃ hæc potentia reſpectiua, & ſic licet nihil formæ præſit, præſunt tñ diſpoſitiones formæ. Tertio debes ſcire vt Auer. 12. huius declarat ꝙ *Commen. 18.* creatio apud p̄hos eſt productio alicuius nulla parte illius præſuppoſita, hinc concludit ꝙ ſi forma per ſe fieret, talis crearetur, quia illius nulla pars præſupponereꝰ, compoſitum vero per ſe fit, non creatur, quia eius aliqua pars præſupponitur vtpote materia. Ex his apparet dilucidatio, cum.n. quæritur vtrum rõnes ſeminales materiæ præſint pro gñatione formæ. Reſpondeo ꝙ ſi per rõnes ſeminales intelliguntur eſſentiæ formæ, quibus correſpondet aliquid pręter eſſentias cãrum, & diſpoſitionum, vt ſic pro gñationibus rerum non præſunt, rationes ſeminales. ſi autem intelligantur per tales rõnes ſeminales cauſę ipſæ ſiue diſpoſitiones propinquæ, ſic eſſentiæ formarum pręſunt, quia pręſunt cauſæ & diſpoſitiones, quæ ſunt eſſentiæ formarum, & ita pręſunt eſſentiæ oĩum formarum, ſumendo tales eſſentias ꝓut illis nihil correſpõdet præter cãs illarum principales vel diſpoſitiuas.

diſpoſitiuas.Et fortaſſe hi voluit dicere ſecunda poſitio, & Anaxa.dum dixerunt eſſe oĩum formarum inchoationes:quę ſunt oĩum formarum eſſentiæ, ſumpſerũt.n. inchoationes non pro rõnibus & eſſentijs quibus correſpõdet aliquid præter diſpões & præter cãs oẽs, ſed ſumpſerunt eſſentias quatenus illis nihil aliud præter cãs principales & diſpoſitiuas correſpondet. Hæc de dilucidatione ipſa dicta pro nunc ſufficiant.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis ad rões. Ad primam dico ꝙ agẽs extrahit effectũ de potentia materiæ quatenus eius eſſe non erat aliud q̃ eſſe materiæ.at agens ita illum æducit, ꝙ facit ipſum eſſe extra potentiam materiæ,nec præbet ei multitudinẽ ſed perfectionem, qm̃ non efficit alium præter eum,qui in materia cõtinebatur, ſed ipſum perficit in actu. Ad ſecundam dico ꝙ effectus in actu non eſt alius ab eo quod eſt in potẽtia alietate termini,quia quod erat in potentia erit in termino,tñ eſt alius alietate eſſentię,quia in potentia talis effectus erat ſuæ cauſę, in actu eſt per ſe in proprio eſſe & eſſentia alia ab eſſe & eſſentiæ cauſæ. Hæc de vndecima diſpu.

*Similiter itaque his & quæ ſunt natura conſtituta ſe habent. nam ſperma facit ſicut quæ ab arte, habet enim poteſtate ſpeciem &c. Tex.cõm.31.*

## DISPVTATIO DVODECIMA

De ſeminarijs rationibus in cauſis agentibus.

*Num in cauſis agentibus præſint rationes ſeminariæ rerum agendarum.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non præſint,arguo. Primo effectus æqualiter cõtinetur in materia & in agente, ſed ante gñationem ratio ſeminaria materialis erat ſolũ ipſa materia, igitur ratio ſeminaria effectiua erit ſolum ipſum agens:igitur nihil præeſt præter cãs agentes. Secundo agens continens effectum totaliter,non requirit rõnem ſeminalem aliam ab ipſo, ſed cœlum continet effectum totaliter, igitur non requirit aliquam aliam

*Cõm.31.* rõnem ſeminalem præter cœlicã virtutem. In contra-

*Cõm.18.* rium eſt Ariſt.& Auer.hoc.7.& 12.huius vbi volũt ante gñationem cuiuſq; formę præfuiſſe ſemen,in quo eſt rõ ſeminaria illius formæ.Idem in lib.de animalibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO tituli declaratione oportet declarare quid ſit

*Quid ſemen ſecũdũ aliquos.* ſemen,quia à ſemine rõ ſeminalis dicta eſt. Itaq; apud aliquos ſic deſcribitur,ſemen eſt corpus imperfectum productum à gñante:cuius forma intenta eſt vt ex ipſo gñetur ſimile aliquid generanti, cã autem eſt,quia natura primo procedit aſcendendo de imperfecto ad perfectum vt à forma ſeminis vſq; ad formam ſanguinis, è forma ſanguinis vſq; ad formam embrionis, è forma embrionis tãdem vſq; in formam ſpeciei hoĩs vel æqui. Contra vero procedit in corruptione, quia primo ex aĩali ad cadauer,hinc ad elementa tandẽ.Ex hoc ſequiĩ ſemen eſſe corpus imperfectum gratia alterius à gñante

*Confutatio diffinitionis ſeminis.* productũ. Sed hæc diffinitio eſt diminuta,primo quia nihil poniĩ per quod notetur materia, q̃ eſt de eſſentia diffinitionis vel illius pars apud exteros, aut ſaltem eſt

*Cõm.16.* neceſſaria vt deferens eſſentiam, & hoc ait Auer.primo de aĩa,ꝙ qui dimittit materiam indiffiniendo,diminute diffinitę vt patet.Prȩterea ſi ſemen ipſum eſt corpus imperfectum,aut imperfectione gñis,aut imperfectione ſpeciei. ſi imperfectione gñis, ſic omne aĩal præter hoĩem erit corpus imperfectum, & ſic male illud addiĩ in diffinitione ſeminis, non imperfectione ſpeciei:quia oẽ ſemen in ſpecie ſeminis, cum habet oĩa requiſita ad eius ſpẽm eſt perfectum in ſua ſpecie, & ſic oĩno male additur corpus imperfectum. Tertio cum rõ ſeminalis dicaĩ à ſemine,tunc ſolum in viuentibus eſſent rões ſeminales,& non in elementis vel ſimplicibus aut miſtis inanimatis,quod nõ eſt dicendũ.Propterea aliter oportet dicere. Vbi aĩaduertẽdum eſt ſemen poſſe trifariam

*Quid ſemen.* ſumi. Vno modo pro oĩ eo,in quo adeſt virtus productiua alicuius effectus, ſiue illud ſemen ſit deciſum vel productum ab agẽte particulari,ſiue non,& hoc pacto diſpoſitio qualitatiua inducta in ligno à ſole vel igne dĩ ſemen reſpectu ignis generandi.Secundo ſumi põt pro quodam proportionali vero ſemini.& ſic corpuſculum illud in carne vaccina eſt ſemen reſpectu apis generandæ:quod quidem productum eſt à calore ſolis & cæterarum ſtellarum diffuſo in aere vel aqua vt.d.Auer.12.

*Cõm.18.* meta.lib. Tertio poteſt ſumi pro corpore deciſo ex ſuperfluo alimẽti in loco debito gñationis,in quo eſt virtus productiua eius quod eſt ſimile gñanti.Semen primo modo eſt oĩs.diſpoſitio qualitatiua in qua eſt virtus effectiua alicuius corporis in certa ſpecie conſtituti:& hoc pacto ſemen & rõ ſeminalis idem eſt,quia caliditas & ſiccitas inductæ in ligno ab igne eſt ſemen ad formã ignis generãdam,& hæc eadem eſt rõ ſeminalis.Semen ſecundo modo eſt corpus quoddã productũ ab actione ſolis & cæterarum ſtellarum;in quo reſidet virtus generatiua certi viui, quod eſt ſimile ſaltem virtualiter calori ſtellarũ tunc vigenti. Tertio modo ſemen eſt corpus deciſum à ſuperfluo alimenti patris & matris producti in loco debito gñationis in quo reſidet virtus generatiua alicuius viuentis ſimilis iis è qbus deciſum eſt, tangitur corpus loco gñis, & formæ, tangitur à ſuperfluo alimenti patris & matris ſiue principiorũ agentium loco materiæ,& loco agentium producti in loco debito gñationis tangitur ad expreſſionem maiorem, dĩ in quo reſidet virtus alicuius viuẽtis productiua loco cãæ finalis,& per ſimilitudinem ad hoc ſemen,quod ſperma appellant græci cætera ſemina dicuntur,hoc.n.modo tangitur in lib.de aĩalibus ab Ariſt. Ex his apparet quid ſit ratio ſeminalis,ſi.n.ſemen accipitur primo modo,ſic idem ſm rem eſt ſemen,& ratio ſeminalis,diſpoſitio enim illa qualitatiua vt inducta ab agente eſt ſemen, vt inſtrumentum agentis principalis ad gñationem ignis vel alicuius talis,dĩ rõ ſeminalis. Si vero ſumen ſumatur.2.vel 3.modo virtus illa,ſiue qualitas illa quę reſidet ĩ ſpiritu generatiuo,qui eſt pars ſpiritualior & ſubtilior totius corporis, dicitur ratio ſeminalis. Quid ſit ratio ſeminalis, & quid ſemen,modo patet. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Platonis põ.* DE diſputatione Plato quem ſequuntur Alexan. Theĩn. Auic. Algazel & alij plures dixit formas rerum induci totaliter ab extra, illaſq; non contineri in agentibus particularibus: eo quia agentia particularia non inducunt formas: ſed ſolum diſponunt. Et tunc iuxta hanc poſitionem oportet dicere nullam eſſe rationem ſeminalem. Primo quia in diſpoſitione qualitatiua nõ ineſt virtus generandi: Secundo quia nec in ſemine.2. vel 3.modo, ſolum.n.ineſt virtus diſponendi ad inductionem



ctionẽ formæ, virtus aũt gñandi eſt in aĩa mundi apud Pla.quæ ab Auic.dĩ cholchodea,à Theĩn.Alexãdro úe intellectus agens, ab aliis dĩ forma vniuerſi,dĩ quidem anima ab animando cuncta viua,non aũt ab inanimãdo, dĩ forma à formando. non autem ab informando: dĩ intellectus agens reſpectu intelligibilium. Sed contra hanc põnem non eſt nunc obiiciendum,quia diſputatione decima eſt obiectum ꝑ rões Auer.nũc autem

*Poſitio aliorũ.* ſufficit. Alij vero concedunt ſemina, verũ de ſemine tenent iſtas concluſiones,prima ſemen non ponitur vt principium actiuũ attingens vltimã formam ſubſtantialem gñandam.Secunda ſemen non agit ad diſpõnem ꝑuiam vt ſufficiens principiũ actiuum alterationis, ſed quaſi vt inſtrumentum cœli. Tertia oẽs aĩæ in materia diſpoſita inducuntur immediate à DEO. Quarta cæteræ formę inaĩatorem inducuntur ab agentibus earum. Ex his ſequiĩ.5.concluſio ꝙ non præſunt rões ſeminales actiue,ſed bene diſpoſitiue:& ſi præſunt ſolum in formis inanimatorum præſunt.Has concĩones per ordinem deducũt,primã quidem multifariam: & primo ſupponunt ab imperfectiori non poſſe effectum perfectiorẽ produci. primo quia ſi nõ, tũc nulla eſſet via ad ꝓbandum agens vnum eſſe altero præſtãtius, ſemper .n.Ariſt.docuit illud per maximum in quod poteſt.Secundo oẽ quod eſt in ꝓducto eſt in producẽte actu vel virtute,igiĩ ſemper producens eſt perfectius vel ſaltem æque perfectum effectui. Tertio ſigneĩ effectus productus à ſemine & ſit A,vel igitur A eſt æquale ſemini, vel excedit ſemen:vel eſt minus.ſi minus vel æquale,habetur intentũ, quod non concurrit actiue ad ꝓductionem aĩalis. ſi excedit, quæro de illa entitate q̃ excedit, vtrũ ſit ab illomet vel ab alio, non ab illomet, quia tũc contineretur in illo formaliter vel virtualiter,& ſic per illam entitatem A nõ excederet illud producens, igitur ab alio oportet illam eſſe, & h̃ eſt propoſitũ 4.oĩs cauſa æquiuoca eſt perfectior ſuo effectu, ſed ſemẽ eſt cauſa æquiuoca reſpectu aĩalis producti,igitur nõ poteſt eſſe illo imperfectius.5.qñ ad eundem effectũ concurrunt duæ cãæ.ſ.vniuoca & æquiuoca, æquiuoca ſemper eſt nobilior effectu,igitur à fortiori qñ ſola æquiuoca concurrit quare cum ad gñonem aĩalis ſolum ſemen concurrit,ſequiĩ ꝙ ſemen deberet eſſe nobilius illo, qđ eſt impoſſibile. Sexto nulla forma dare poteſt perfectius eſſe alicui, q̃ ſi illi ſeipſam ꝑberet formaliter. Sed ſi forma ſeminis daret eſſe materiæ, non daret eſſe nobilius aĩali, igitur non poteſt dare eſſe aĩalis. Septimo nullus effectus eſt ſine per ſe cauſa efficientiæ,ſed in momen-

*Commen.62.* to gñationis ſemen non eſt ſm Auer.1.phy. igitur non poteſt aĩal eſſe à ſemine,vel ſub alia forma ſumus in primo inſtanti geniti eſſe aĩalis, vel igitur aĩal eſt à ſe, vel alio vel à nullo, & cum non poſſit eſſe à ſe nec à nullo, igitur ab alio,& non à ſemine,quia illud non eſt,igitur à motore ſeparato.Hæc de prima concluſione eorum, multa alia dicunt, tñ ex ſolutione horum apparebit ſolutio cæterorum.Secundam vero deducunt.Primo qa agens vniformæ non poteſt eſſe ſufficiens principium actiuum effectus difformis.Tertia vero deducunt,quia aĩæ illæ non inducuntur à ſeminibus,nec à virtute cœli, igitur à DEO. Quarta concluſio eorum patet, quia ignis productus quo ad qualitates ſecum ꝓductas eſt à qualitatibus ignis gñantis,quo forma eius eſt à forma generantis,hoc autem eſſe poteſt pro tanto,quia forma generantis, eſt applicata materiæ, de qua debet deduci forma ignis,non ſic forma animalis generantis.Hæc hi

*Confutatio poſitionis.* de quæſtione hac.Sed quod hæc poſitio nec ſit peripatetica, nec Platonica:declaratur. Platonica quidem nõ quia Plato concedit formas creari,iſti dicunt tales for-

*Optima ratio.* mas fieri,non autem creari.Amplius Plato gñatim oẽs formas tenet deforis aduenire, iſti ſolum aĩas. Quod non ſit peripatetica declaratur.Primo quia Ariſt.15.lib. de aĩalibus,vbi diſputat,quæ nam aĩa ex ſemine quæúe deforis accedat, concludit ſolũ intellectum deforis aduenire,igitur per exponentes ſequitur,ꝙ ĩtellectus deforis aduenit, & nihil non intellectus deforis aduenit, & ita cæteræ aĩæ traducuntur ex ſemine vt ibi concludunt rões eius. Secundo ſequeretur ꝙ nullum viuens vera gñatione generaretur: qđ licet de hoĩe ſolet concedi,de alijs oẽs negãt,& deducitur enthymema, quia nullum generatũ cuius forma per gñationem non accipit eſſe, vere generatur, gñatio.n.eſt naturalis, quia via eſt in naturam hoc eſt in formam vt.d.Ariſt.2.phy.Sed quodlibet viuens prȩter hoĩem vera gñatione generatur:igitur eius forma per gñationem accipit eſſe, & per conſequens non per productionem à DEO. Tertio generatio ſm peripateticos eſt finis alterationis, ſed oĩs finis alterationis accipit eſſe ꝑ alterationem, in hoc.n. cõcordant oẽs peripatetici ꝙ terminus motus accipiat eſſe per motum,ſiue ſit intrinſecus ſiue extrinſecus,igitur tales formæ erunt.veræ termini alterationum: & ſic non ſunt à DEO. Tertio formæ viuentium intenduntur ab agentibus naturalibus, aliter à caſu præter intentionem illorum fierent,& ſi intenduntur ab illis, igitur generantur,aliter fruſtrarentur fine intento,quia niterentur ad id quod non eſt in poſſe eorum. Quarto oĩs effectus qui dependet ineſſe & cõſeruatione ab aliquibus cauſis dependet vel dependuit in gñatione ab eiſdem vel ſimilibus,hæc recipitur ab oĩbus peripateticis vbiq;, ſed aĩæ oẽs præter rõnalem dependent ineſſe & conſeruatione à materia diſpõnibuſq; materialibus,ita vt illis remotis amplius non ſint,igiĩ dependent vel dependerunt ab his vel ſimilibus in generatione. Quinto vel tales aĩæ continenĩ in potẽtia in prima materia,vel pœnitus ab extra inducuntur. Si continentur in potẽtia in prima materia, igitur Deus illas producẽs erit extrahens,ꝙ eſt ridiculum apud peripateticos,non.n.credo hos eſſe ita rudes,cum acuti dicanĩ,vt hæc dicerent ad mentem peripateticorum.Si ab extra pœnitus inducuntur,inter diſpões & has formas ordo erit accidentalis,diſponent.n.materiam ad has formas mere ꝑ accidens,declaratur.quia nec in his diſpõnibus continentur formæ aliquo pacto, nec formæ continent has diſpoſitiones, & ſic per accidens mediantibus talibus diſpõnibus hæ formæ inducerentur.Sexto ſi tales formæ

*Commen.18.* oĩno deforis accedunt vt arguit Auer.12.huius, tunc iſtæ proprijſſime crearẽtur probatur quia nihil harum ſupponitur nec actu nec potentia: igitur vera creatio. Septimo fortius oĩs productio vel eſt ex ente vel ex nõ ente. ſi ex non ente ſimpliciter & pœnitus, à peripateticis dĩ creatio:ſi ex ente in potẽtia dĩ generatio,in hoc conueniunt oẽs,tunc arguo vel iſtæ formæ fiunt ex nõ ente pœnitus, vel ex ente in potentia, in quo ꝓfuerunt ſaltem aliquo pacto ſi ex oĩno nõ ente,in quo nec actu nec potentia ſunt:creabuntur,vt patet ꝑ diffinitionem creationis.ſi ex eo in quo ſunt in potentia,tunc generabuntur vera gñone,& non productione,quæ eſt immediate à Deo.Hæ rões recipiuntur leuiter à peripateticis,ab exteris vero captu erunt difficiles. Secũda concluſio etiam debet exponi, quia vel volunt ꝙ ſemen nõ cõcurrat

cõcurrat vt principium alteratiuum particulare, vel ꝙ non concurrat ſolum nullo alio concurrente. Si ſecundum, bene dicunt, non tñ conſonat rõnibus eorum, ratio. n. eorum vř probare ꝙ nec concurrat vt particulare agens, vel diſponẽs, nec aliquo pacto, niſi vt coadiuuans, at ſi volunt vt ſemen non concurrat ad alterationem vt particulare alterans contradicunt medicis: qui dicunt ſemen eſſe virtualiter difformæ, quia deciditur à ſuperfluo alimenti oĩum mẽbrorum: & ſic eſt particulare agens ad organizationẽ, cœlum vero eſt vľe agens, non tm̃ gñationi ſed diſpoſitionis, & oĩs motus. Tertia concluſio eſt directe contra Ariſt. in lib. de ſenſu, vbi dicitur ꝙ nulla ſubſtãtia eſt principium immediatum alicuius actionis, & ideo concludit ꝙ ignis agit vt calidus, vt vero calidum igneum ignem generat. Præterea ſi forma ignis poteſt gñare formam ignis immediate ſolum ſuppoſitis diſpoſitionibus qualitatiuis & q̃titatiuis, tunc illamet forma ſi eſſet ſeparata poſſet ignem gñare ſolum præexiſtẽtibus diſpoſitionibus, ꝙ q̃tum ſit peripateticum, tu conſidera: & cõſequentia patet, quia per qualitates ſolum diſponit, & per ſe generat, igitur facta diſpõne totali, poterit illa ſic ſeparata gñare eundem ignem. Sed de his in lib. de gñatione. Hęc de põnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ ĩ vero ſemine tria ſunt: forma ſubalis ſeminis, per q̃ ſemen eſt ſemen, ſpiritus gignitiuus, qui eſt ſubtilior pars ſeminis: & qualitas quædam, quæ eſt calor ſeminalis. hic vero calor eſt cœleſtis & eſt aĩalis. vt deciſus ab aĩali, vt animal eſt, calor iſte eſt aĩalis, vt deciſus ab aĩali, quatenus eſt inſtrumentum ſtellarum & ſolis eſt cœleſtis, in ſemine quoq; proportionali, huic vero veluti in corpuſculo illo hæc tria ſunt, vel his ſimilia: adeſt forma illius ſubalis, adeſt ſpiritus gignitiuus, adeſt calor illæ cœleſtis proportionalis aĩali. in ſemine vero primo modo duo ſunt nõ ſm̃ rem dicta, ſed ſm̃ rõnem: adeſt caliditas vel diſpõ qualitatiua, vt qualitas eſt: & adeſt rõ inſtrumenti, quia illa qualitas inducta eſt qualitas, & eſt inſtrm̃ vt qualitas qualitatem efficit, vt inſtrm̃ ſubſtantiæ efficit ſubam. Tunc dico primo ꝙ ſumendo rõnes ſeminales pro quibuſuis principijs actiuis, ſic dãt rõnes ſeminales remote ex parte quidem agentis ſunt primus motor & cœlũ, ex parte

Cõm. 18. materiæ ſunt ipſa materia, & hoc dixit Auer. 12. huius vbi in calce cõmenti ait ꝙ oẽs formæ ſunt poteſtate in prima materia, & actu ĩ primo motore. Si vero ſumanť rõnes ſeminales ꝓ virtutibus ſeminũ actiuis, ſit ẽt concedimus illas eſſe vel in ſeminibus, vel ĩ ſimilibus his, in vero quidẽ ſemine vel illi proportionali rõ ſeminalis eſt forma ſubalis ſeminis, calor aĩalis reſidens in ſpũ gignitiuo, & hæ duæ ſunt in ꝓportionali ſemini, in metaphorico ſemine rõ ſeminalis eſt rõ inſtrumentalitatis vt dictum eſt, igitur rationes ſeminales ſemper præſunt generationi cuiuſq; formæ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

NVNC ſoluamus primo rõnes aliorũ. Scđo ad principales dicemus. Ad primã dico ꝙ ab imꝑfectiori põt produci ꝑfectius non abſolute, ſed quatenus inſtrm̃ eſt agentis principalis: forma. n. ſeminis vna cũ calore aĩali vt inſtrm̃ agentis particularis & vľis poteſt ꝓducere ꝑfectius ſe. Ad rõnes, ad primã dico, ꝙ eſt aliqua via, nõ tñ illa via eſt eadẽ de inſtr̃is & de agentibus principalibus, agẽs. n. principale dř altero ꝑfectius, quia poteſt in maius ꝑ ſe, vel mediante aliquo inſtr̃o: inſtrm̃ vero eſt ꝑfectius, quia poteſt in maius vt inſtrm̃ ꝑfectioris agẽtis. Ad ſcđam dico ꝙ quicquid eſt in aĩali ꝓducto eſt in ſemine virtualiter nõ principaliter, ſed virtualiter inſtrumẽtaliter, & ſic nõ oportet ſemẽ eſſe ꝑfectius actualiter aĩali, ſed ſufficit vt ſit ęque ꝑfectum virtualiter inſtr̃aliter, etiam dato ꝙ ſit imperfectius illo actualiter. Ad tertiam dico ꝙ a excedit ſemẽ quo ad actualem ꝑfectionem, tñ non excedit illud quo ad virtualẽ inſtrumentalem ꝑfectionem, eſt. n. ſemen inſtrm̃ agẽtis ęque ꝑfecti, vel ꝑfectioris. Vlterius concedo ꝙ entitas, qua A. excedit ſemen, continetť in ſemine virtualiter non q̃dem principaliter, ſed inſtrumẽtaliter, & ſic non ſequitur ſemen eſſe abſolute ꝑfectius aĩali genito: ſed ſolum eſſe inſtrm̃ agentis perfectioris, vel æque perfecti. Ad quartã dico ꝙ cã æquiuoca principalis eſt ꝑfectior ſuo effectu. Sed cã ęquoca inſtrumentaria non eſt ꝑfectior: ſufficit. n. illam eſſe inſtrm̃ agentis ꝑfectioris. Per idem ad quintã. ſi. n. concurreret æquiuoce principaliter ꝓculdubio habereť intẽtum. Ad ſextam dico ꝙ añs eſt falſum, põt. n. aliqua forma dare perfectius eſſe, q̃ ſi ipſa eſſet forma materiæ, qñ eſt inſtrm̃ perfectioris agentis, non tñ abſolute, & hoc non poſſunt capere. Ad ſeptimam dico ꝙ ãgẽs eſt duplex. alterum requiſitum ꝓ fieri: alterum requiſitum pro eſſe & conſeruatione, agẽs requiſitum pro fieri eſt ſemen ipſum, agens requiſitum ꝓ eſſe & conſeruatione eſt cœlũ & primus motor, mediantibus diſpõnibus qualitatiuis & q̃titatiuis. dico ꝙ in primo inſtãti eſſe formæ aĩalis, hæc forma eſt, & quũ quæriť vel à ſe, vel à nullo, vel ab aliquo: dico ꝙ in hoc primo inſtanti à nullo eſt effectiue, ab aliquo conſeruatiue, quia à cœlo & diſpõnibus materialibus, nec eſt impoľe effectum eſſe ſine agente, à quo ſolum in fieri dependet, ſufficit. n. habere agens à quo dependet in cõſeruatione. Hæc ad rõnes primæ concľonis. Ad rõnes pro alijs cõcluſionibus patuit ſolutio in dilucidatione. diximus. n. ꝙ ſemen non eſt totale principiũ alteratiuũ ſic ꝙ nullum aliud agens concurrat, tñ eſt particulare principium alteratiuũ virtute oĩum mẽbrorum, à quorum ſuperfluitate deciditur, cœlum vero eſt vľe principium alteratiuum, & ſi iſtud volunt intelligere, erimus cum eis. rõ vero pro tertia concluſione nulla eſt, quia nulla ſubſtantia agit niſi per qualitates, vt patet. 2. de generatione. Per hæc ad rationes principales ad primam patet ſolutio, in materia. n. erant duæ inchoationes, prima & vľis, & erat ipſamet materia proxima, & erat potentia reſpectiue: ſic ex parte agentis ſunt duæ, remota quidem ipſa agentia, proxima vero ratio ſeminalis. Ad ſecundam dico ꝙ cœlum continet oẽs effectus totaliter, & propterea requirit rõnem ſeminalẽ: qua contrahatur ad A vel B effectum. Hęc de. 12. diſputatione.

*Ex quibus vero ſubſtantia eſt vt partibus eſt perſcrutandum. ſi igitur eſt hoc quidem materia, illud vero ſpecies, aliud ex his & reliqua.* Tex. cõm. 34.

## DISPVTATIO TERTIADECIMA

De pertinentibus ad rerum eſſentias & quiditates.

*Num materia ſit pars eſſentiæ, ſiue quiditatis.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non arguitur. primo, quia. 5. huius cap̃. de cauſa dř ꝙ partes diffinitionis ſunt formæ, igitur materia non pertinet ad diffinitionem, & ita



nec ad quidditatem. Præterea. 2. Ariſt vbiq; formam appellat quodquideſt, igiť materia non ꝑtinet ad quidditatem. Tertio in hoc. 7. habetur ꝙ forma eſt ſuba compoſita, ſpẽs & quodquiderateſſe: & non materia. igitur vt prius. In contrarium arguitur quia ſi materia non eſſet pars quidditatis ſubſtantiæ cõpoſitę, tunc materia non poneretť in illius diffinitione, cuius contrariũ habetur. 2. phy. ꝙ naturalia non diffiniuntur ſine materia ſenſibili: & Auer. 1. de aĩa dici ꝙ q̃ dimittit materiã di

Cõm. 12. minute accipit. Scđo ſi materia nõ eſſet pars quidditatis ſubæ cõpoſitæ, tunc eius quidditas eſſet indiuiſibilis, cõſequẽs eſt cõtra Ariſt. q̃ vult diffinitionẽ eſſe orõnẽ longã. Tertio q̃dditas cuiuſlibet eſt principiũ ſufficiẽs eius cuius eſt q̃dditas quouis alio circũſcripto. Sed forma nõ ſufficit ſine materia adeſſe compoſiti: igitur nõ eſt eius quidditas. Et ſic quæſtio eſt ambigua pro vtraq; parte.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO declaratione tituli. Primo aĩaduerſione dignum, ꝙ eſſentia & quidditas in ꝓpoſito idem ſunt, licet ſuperius ſit dictum ꝙ eſſentia poſsit capi ꝓ ente in potentia ad eſſe, tñ nunc idem eſt eſſentia & quidditas, nõ differunt niſi reſpectu, nam eſſentia dř quatenus eſt principiũ illius cuius eſt eſſendi, quidditas vero quatenus eſt principium diffiniendi. Quidditas vero eſt id qđ per diffinitionem explicatur: eſt. n. diffinitio ſermo cer

Commen. 42. tificatiuus quidditatis & eſſentiæ vt dicit Auer. ĩ hoc. 7. habens vero quidditatem eſt compoſitum ex materia & forma apud peripateticos, hoc autem ſm̃ rem eſt ſingulare, tñ vt concipitur ab intellectu eſt vľe, non quidẽ ita vt ſuæ conceptioni correſpondeat aliquid ꝑter ſingularia, nihil. n. ipſi compoſito vľi in mente vel in voce vel in ſcripto correſpondet præter ſingularia, tñ dicitur vľe, quia concipitur ſub quadã confuſa indifferentia ad hoc vel illud ſingulare, ſingulare vero eſt habens quidditatem & cõpoſitum diſcrete ſumptum, vt Soc. vel Plato. Ex his ſequitur ꝙ proprie vľe eſt forma vt ſignificatur per nomen gñis, vel ſpeciei, vt homo & aĩal: animatum vel viuens, & miſtum & id genus non ſunt vniuerſalia, ſed compoſita vniuerſaliter concepta, vt. 1. huius diximus, huius cauſa eſt, vt diximus & dicemus ꝙ vniuerſalibus dum concipiuntur correſpondet aliquid præter ſingularia, quia correſpondent formæ ſingula-

Commen. 17. rium quæ ſunt vniuerſalia in potentia primo huius. Ex his apparet titulus diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio Burl. SVNT qui de diſputatione volunt ꝙ multum refert eſſe partem diffinitionis & partem quidditatis. Dicunt. n. ꝙ oẽs quatuor cauſæ ſunt partes diffinitionis, vel in diffinitione ipſa debent ſignificari, non tñ ſunt partes eſſentiæ vel quidditatis, quia non ſunt cauſæ intrinſecæ, niſi duæ tm̃, materia & forma. Quod autẽ omnes cauſæ ſint partes diffinitionis, vel in diffinitione debeãt ſignificari, declarant quia diffinitio eſt ſermo dicens eſſe rei. 2. poſte. Sed eſſe rei eſt ab oĩbus cauſis, igitur diffinitio rei debet eſſe per oẽs cauſas. Secũdo ſciatur eſſe rei per formam tm̃ vel materiam & formam, & addatur ſcĩa alia eiuſdem, quæ eſt per finem & agens, vel cum priori efficit maius, vel non, non eſt dicendum ꝙ non, quia tunc ſcĩa per oẽs cãs non eſſet perfectior q̃ ſciẽtia ꝑ pauciores cãs, contra oẽs. ſi maior, igitur illę cãæ per-

Confutatio. tinent ad diffinitionem illius. Sed hæc põ non eſt peripatetica, primo quia tunc nihil diffinitiue ſciretur, niſi in illius diffinitione ponerentur omnes cauſæ, & ſic oportet ponere DEUM & cœlum: & oẽs cauſas à quibus dependet res. tenet conſequentia per rõnem horum, at falſitas conſequentis nota eſt. Secundo hoc vř contra oẽs, quia diffinitio eſt oratio conſtans ex gñe & dřia vltima, ſed cauſæ extrinſecæ non poſſunt explicari in diffinitione, nec vt genus, nec vt dřia, igitur non poſſunt poñi in diffinitione. Tertio in hoc oẽs conueniunt ꝙ partes diffinitionis debent eſſe partes rei. Sed cauſæ extrinſecæ non ſunt pares rei, igiť nec diffinitionis. Et tunc ꝑ

hæc ad rõnes horum dico. Ad primã ꝙ diffinitio dicit eſſe rei, quia eſt ſermo certificans eſſe ſiue rei eſſentiã, & dico ꝙ eſſe rei eſt ab oĩbus cauſis depẽdenter, non autem ĩtrinſecæ niſi ab vna tm̃, vtpote à forma ſm̃ Auer. vel duabus, materia videlicet & forma apud alios, & ſic ſolum per formam vel materiam & formam oportet diffinire, quia ſolum per formã, vel per materiam & formã eſſe rei intrinſecæ eſt. Ad ſecundam dico ꝙ ſcientia quę eſt per formam tm̃ vel materiam & formam tm̃ eſt ꝑfecta quidditatiue, cui nihil quidditatiue addi poteſt, non autem perfecta ſimpliciter, & ꝓpterea addi poteſt, non quidẽ ad quidditatiuam cognitionẽ, ſed ad cognitionẽ quatenus cognitio eſt. *Solutio. rationum primæ poſitionis.*

Alij vero & Thomas, & Egid. auctoritate Auic. voluerunt partem eſſentię atq; quidditatis eſſe tam materiam q̃ formam &, conſequenter diffinitionem perfectam eſſe, quæ formã & materiam explicat, vel cuius partes ſumuntur à materia & forma, vnde Egid. in hoc. 7. ait ꝙ materia & forma non ponũtur in diffinitione actu, eo quia partes diffinitionis ſunt partes rõnis, ſed ponuntur per quãdam correſpondentiam & quaſi indirecte, quatenus ab his ſumuntur partes rõnis, quia niſi partibus rationis rñderent partes rei, diffinitionis partes eſſent figmẽta. & ſic tenet Egid. ꝙ ipſa materia & ipſa forma ponuntur in diffinitione non actu, ſed indirecte quatenus partes rõnis quæ ſunt genus & dřia, ſumũtur per quãdam corrñdentiam ab ipſis videlicet, materia & forma. Hæc Egid. *Poſitio aliorũ. & Thomæ & Egidij.* Alij tñ explicatius hanc põnem declarant: vbi debes ſcire apud eos. ꝙ materia poteſt ſumi vno modo pro parte integrali, quo modo ſemicirculus eſt pars integralis circuli, & poteſt ſumi pro parte eſſentiali, quo modo cum forma cõponitur compoſitum. ſi ſumatur pro parte eſſentiali, poteſt ſumi vno modo incontracte, & quaſi vľiter. ſecundo modo contracte, & contracte. poteſt vlterius ſumi aut vt contrahitur ad ſingularitatẽ, aut ad exiſtentiam, aut aliquod accidens præter neceſſarium. Tunc dicunt ꝙ ſumendo materiam pro parte integrali non pertinet ad quidditatẽ directe, non. n. ſemicirculus eſt pars quidditatis circuli, nec brachium pars quidditatis hoĩs, pertinet tñ hoc modo conſiderata aliquo pacto ad quidditatem ſaltem indirecte, vel per reductionem, eo quia quicquid eſt cauſa cauſæ videtur per reductionem eſſe cauſa cauſati. Si autem ſumatur pro parte eſſentiali: vel ſumitur incontracte & vľr, & ſic tenẽt ꝙ ſit pars quidditatis ſpeciei: & pertineat ad quidditatem ſpecificam. Si contracte ad ſingularitatem eſt pertinens ad quidditatem indiuidui ſingularis diſtincti contra vľe, vt huius hoĩs. ſi contracte ad exitentiam eſt pertinens ad quidditatem indiuidui exiſtentis ſi contracte ad accidens præter neceſſarium, nullius rei eſt pars quidditatiua. Ex his ſequuntur duo ꝙ materia eſt pars quidditatis ſpecificæ, & pars quidditatis indiuidui, non tñ eadem ratione, eſt. n. pars quidditatis ſpecificæ vt incontracte ſumitur & vniuerſalis indiuidui vero vt contracte. Hæc exteri. Q̃ autem materia ſit pars quidditatis ſpecificæ, arguiť verbis Ariſt. In. 8. n. meta. laudauit archytã Tarentinum *Rationes propoſitione.*

Tarentinum qui diffiniebat per materiam & formam, & Auer.idem vr̃ ſentire, præterea ibidem ait ꝙ ratio dif finitiua ſignat aliquid de aliquo, vbi oportet hoc quidẽ eſſe vt materiam, illud vero vt formam, vbi Auer.inqt, diffinitiones.n.rerum ſunt ex materijs & formis.v.g. cyphus qui diffinitur per hoc quod eſt vas talis qualitatis ſiue talis formæ. Ariſt.quoq; inquam pluribus locis huius Septimi libri ſępe vultĩ diffinitionibus materiam eſſe adiiciendam, vnde inquit ꝙ parabola Soc. vnioris, ꝗ conſueuit dicere.nõ bene ſe habet, ſuperfluum.n.eſt auferre materiam à quidditatibus rerum, quarum quædam ſunt hoc in hoc.i.forma in materia,& alibi pluries, pro hac parte augeť.aliqui primo eſſentia ſiue quidditas cuiuſq; rei eſt rõ intrinſeca & ſufficiens eſſendi rei, circunſcripta quauis cã alia realiter differẽte. Sed forma non eſt ſufficiens ratio eſſendi compoſiti:igitur non eſt eſſentia illius.minor patet:quia tunc materia ſuperflue ret. Secundo ſi ita eſſet, tunc cõpoſitum eſſet incãtum, deducitur, cuius eſſentia eſt incauſata, ipſum eſt ſimpliciter incauſatum:ſed forma quæ eſt eſſentia compoſiti eſt incauſata intrinſece, igitur cõpoſitum eſſet incauſatum, ſed cum cõcluſio ſit falſa, falſum erit formam eſſe eſſentiam cõpoſiti. Tertio ſi ita eſſet, tunc forma face ret cum materia vnum ꝑ accidens, deducitur quia oĩs eſſentia cõpleta in ſpecie cuicunq; vnitur, facit vnum ꝑ accidens, ſed eſſentia eſt completa in ſpẽ, igitur addita materiæ facit vnum per accidens, quare forma quæ eſt eſſentia addita materiæ faceret cum illa vnũ per accidens. Quarto quicquid nec eſt quidditas,nec pars q̃dditatis,nec habens quidditatem eſt nihil. Sed per te ma teria non eſt quidditas, nec pars quidditatis, nec habẽs quidditatem,igiť nihil. Quinto datur materia vl̃s.igitur eſt pars cõpoſiti vl̃s, igitur eſt pars quidditatis, antecedens primum declarať quia materiæ conuenit face re per ſe vnum cum forma, & non rõne huius vel illius materiæ,igitur ratione materiæ in vl̃i. conſequentia tenet,quia ꝙ competit alicui per ſe,& non vni ꝑ alterum nec alteri per alterum, competit eis per vl̃e cõe, oĩbus materiis competit facere per ſe vnum cum forma,& nõ vni per alteram, nec alteri per alteram,igitur oĩbus illis per vl̃em materiam. Sexto quicquid ponitur in diffinitiõe ſubſtantiæ materialis: pertinet ad illius quidditatẽ:ſed materia ponitur in diffinitione ſubſtantiæ materialis vt patet.6.huius,&.2.phyſi.igitur ptinet ad eius quidditatem,cęteræ concluſiones patent ꝑ ſimiles rõnes,quia ſi materia ſpecifice ſumpta eſt pars quidditatis ſpeciei,materia contracte ſumpta erit pars indiuidui, & quidditatis particularis,erit dico pro rõne pro qua contrahitur:quia ſi contrahiť per ſingularitatem , erit pars quidditatis ſingularis,ſi per exiſtentiam:erit pars quidditatis exiſtẽtis. Sed hæc põ non vr̃ peripatetica primo probatur tribus rõnibus Auer. quarũ prima tãgitur.7. huius vbi ſumit quidditatem eſſe principium ꝑ ſe eſſendi,tunc arguo. quicquid eſt principium per ſe eſſendi cõpoſiti habentis quidditatem, eſt illius per ſe quidditas : ſed ſola forma eſt per ſe principium per ſe eſſendi, vt.3.huius textu,materia vero eſt per ſe principium nõ eſſendi,diffinitur.n.forma vbiq; per eſſe principium per ſe eſſendi, materia vero per eſſe id quo res poteſt non eſſe:igitur per ſe principium eſſendi eſt forma,& ita ſola forma erit eſſentia rei & quidditas rei vnde ratio hęc colligitur.7.huius partim, & partim vbi dicit forma eſt pars.quæ cum fuerit eſt res,materia vero eſt illud quod cum fuerit non eſt res. Et ita vis rationis eſt per ſolam formam compoſitum habet per ſe eſſe, per materiam non habet eſſe niſi per accidens:quia per illam habet ꝑ ſe non eſſe, igitur ſola forma eſt rei eſſentia : & materia ſolum per accidens pertinet ad eſſentiam, quatenus per accidens pertinet ad eſſe. Secunda tangiť primo huius & eſt hæc,id non eſt pars eſſentiæ & quidditatis, per qđ ipſum compoſitum diffinibile eſt ſenſibile, & nõ intelligibile:ſed per materiam cõpoſitũ eſt ſenſibile,per formam vero intelligibile,vt dr̃ cœli & 12.huius,igitur per formam diffinitur,& non per materiam. Tertia tãgitur eodem primo met.& 12.huius & eſt hæc. Illud eſt principium quidditatis & eſſentiæ per ſe, quo ipſum diffinibile participat per ſe vñitate, ſed forma participat vñitate, materia,ſingularitate, igitur per formam proprie & veræ diffinitur cõpoſitum habens formam. Quarta rõ eſt Alberti,videlicet illud nõ eſt principium eſſentiæ & quidditatis,quod ſm̃ ſe eſt ſingulare,eo quia eſſentia & quidditas eſt vl̃e, & rei vl̃is ſingulare nõ eſt pars:ſed materia eſt per ſe ſingulare,deducitur,quod eſt vnum numero in ſua ſpecie eſt per ſe ſingulare. ſed materia prima eſt vna numero in ſpẽ materiæ:quia ſi hæc materia eſt alia ab illa, eſt propter formam, vel accidentia, quibus determinatur ad diuerſas formas:vnde hæc rõ tangitur.12.huius.Ioannes vult eſſentiam cuiuſq; entis habentis eſſentiam & quidditatem eſſe formam, verum tenet ꝙ id quod per ſe primo diffinitur ſit cõpoſitum habens formam, & hoc quia apud ipſum homo in vl̃i vel aĩal non eſt forma tñ.Sed cõpoſitum vl̃e ex vniuerſali materia & vl̃i forma. Cõcedit ſecũdo ꝙ materia interdum ponitur,immo debet poni in diffinitione,nõ quidem vt pars eſſentię diffiniti,ſed vt pars diffinibilis.nec valet eſt pars diffinibilis,igitur pars eſſentiæ:vel quidditatis: prætermittitur tñ materia in propria forma, quia ponitur genus,quod loco eius habetur,vel ſaltẽ ab illa ſumitur,quia aĩal apud ipſum eſt quoddam modo materia rõnalis, totum.n.præcedens eſt materia totius ſequẽtis:& ſic rõnale eſt tota eſſentia hoĩs,aĩal vero quatenus ſumitur à materia,non eſt pars eſſentiæ,ſed ſolum quatenus ſumitur à forma gñica, tu vero lege Ioãnem in multis locis. Sed hæc põ licet in parte ſit Auerroica: non tñ eſt cõueniens. Primo qa ſm̃ Auer.materia non eſt pars rei vl̃is:eſt.n.ꝑ ſe ſingularis in ſua ſpẽ. Secũdo quicquid eſt pars diffinibilis,eſt pars diffinitionis,quia diffinitio eſt idem oĩbus modis cum per ſe primo diffinibili. Sed quicquid eſt pars diffinitionis, eſt pars eſſentiæ, igiť ſi materia eſt pars diffiniti erit pars eſſentiæ. præterea Auer.in hoc.7.ait ꝙ homo vl̃is non eſt homo niſi ſm̃ formam,igitur non per compoſitionem materiæ & formæ vt Ioannes dicit. Præterea in hoc.7. ait diffinitio eſt intentionis vniuerſalis, & formæ vniuerſalis,& proprie.i.primo & per ſe non congregati ex materia & forma. Vltimo primo huius declarauimus non dari compoſitum vniuerſale, cui quidem correſpondeat aliquid præter ſingularia, vt diſputatione.8. videri poteſt. Hæc de poſitionibus.

Cõm.6 — Cõm.9. — Cõm.20. — Cõm.22.et 53. — Commen.20. Commen.37. — Cõm.19. — Cõm.19. Cõm.14. Cõm.18. Cõm.14. — Cõm.14. Poſitio Ioãnis. — Confutatio. — Commen.19. Commen.17.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Quot modis entia.

PRO dilucidatione debes ſcire, primo ꝙ entium quædam ſunt per ſe, quædam per accidens, per ſe ſunt quæcunq; ſubeunt figuram alicuius prædicamenti, vt in prædicamento ſubſtantiæ homo, in pđicamento qualitatis album, & id genus:per accidens vero quæcunq; non ſubeunt figuram alicuius prædicamenti,ſed pluriũ prædicamentorum: vt homo albus,& id genus.entium per ſe vlterius, quædã ſunt ſimpliciter abſoluta vt ſubſtantiæ,



ſtantiæ,quædam aut accidẽtia,aut aliquo pacto rõnem accidẽtis vel alicuius reſpectus includentia, accidentia quidẽ vt album,nigrũ & id genus,includentia accidẽs vel aliquo pacto relationem vt natura, materia, forma, aĩa graue:leue,& id genus. Tunc ſit prima ſuppõ quidditas ſiue eſſentia ꝑprie non eſt entium per accidẽs.patet quia nullum illorum eſt ens per ſe,& ſic nullius illorum eſſe poteſt eſſentia vel quidditas.Secunda,quidditas vel eſſentia non eſt entium ꝑ ſe, quæ ſunt accidẽtia, vel accidens aut relationẽ includentia, patet quia quidditas eſt id quo res exiſtit vel eſt ens ad ſe vt dr̃ in litera, at nullum horũ eſt ens ſimpliciter ad ſe,quin aliquo pacto vel ſm̃ dici, vel ſm̃ eſſe, ſit ad aliud. Natura.n.aliquo pacto eſt ad aliud, materia aliquo pacto ad aliud, aĩa ſimiliter,& breuiter oẽ tale aliquo pacto eſt ad aliud. Tertia ſuppõ quidditas eſt ſolius ſubæ compoſitæ, deducitur quia ſola ſuba compoſita eſt ens per ſe & abſolutũ in certo gñe collocata. Ex his ſequitur ꝙ in naturali ſcia multa diffinitur, vbi ponitur materia, multa vbi ponuntur oẽs cauſæ, multa vbi ponuntur genus & dr̃ia tñ,cauſa eſt.quia qñ diffiniuntur accidẽtia, vel effectus naturales,vel res reſpectiue aliquo pacto,tunc ponitur materia, interdum aliquæ cauſæ interdum oẽs. eo quia diffinitio non eſt abſoluta entis abſoluti:ſed ſm̃ cõditiones rei. Qñ vero diffiniuntur cõpoſita quæ ſunt per ſe in gñe,vt homo & aĩal & id genus,tunc ſolum per genus & dr̃iam diffiniuntur. Quarta ſuppoſitio eſt quod de mente Auer.triplex eſt diffinibile,aliud quidẽ per ſe primum & hoc eſt forma vt ſignificatur ꝑ nomen ſpeciei vel gñis de prædicamento ſubæ vt homo vel aĩal, aut equus,& id genus, quodlibet.n.horum forma eſt ꝑ nomen ſpeciei ſignificata, vel gñis,aliud per ſe non primo vt ſingulare ſignificatũ per nomen cõe, veluti aĩale, miſtum,aĩatum compoſitum ex aĩa rationali & corpore:& cętera id genus,quolibet.n.ſingulare eſt,quia non datur vl̃e compoſitum præter ſingularia quia tñ ſignificatur per nomen cõe,ideo vr̃ eſſe vl̃e,aliud eſt ꝑ accidens & eſt ſingulare vt ſignificatur ꝑ nomen ſingulare veluti Soc. & Pla.quæ ſunt ſingularia hoĩs, aut hoc miſtum vel illud aĩatum, quæ ſunt ſingularia cõpoſitorum per nomen cõe ſignificatorum, hæc notauimus diſputatione.7.huius ſeptimi. Ex his ſequitur ꝙ quæcunq; diffinitio eſt hoĩs per ſe,eſt ꝑ accidens ſingularium hominis, vt Soc.& Plato.& eſt per ſe non primo cõpoſiti ex forma hoĩs & materia, vt aĩalis humani, quæcunq; diffinitio eſt aĩalis humani eſt ſingularium eiuſdem per accidens. His notatis & ſuppoſitis ſit prima concluſio de mente peripateticorum: ſumendo diffinitum per ſe primo ſic materia nec eſt pars eſſentiæ ſiue quidditatis illius,nec pars diffiniti.hæc concluſio patet,quia diffiniti eſſentia & diffinitum ipſum per ſe primo eſt forma ipſa vt per nomen ſpeciei ſignificatur, vt homo vel equus:modo materia non eſt pars formæ,igitur nec eſt pars eſſentiæ nec pars diffiniti. Secunda concluſio ſumendo diffinitum ſecundo vel tertio modo, materia non eſt pars eſſentiæ alicuius illorum,ſed bene eſt pars diffiniti,patet,qa eſſentia eſt forma:cuius materia nũq̃ eſt pars,diffinitum eſt habẽs formam, cuius materia eſt pars, igitur materia non eſt pars eſſentiæ : bene tñ pars rei quæ diffinitur. Tertia, materia cum ponitur in diffinitione diffiniti per ſe primi, vel in diffinitione cæterorum, non ſignificatur vt pars eſſentiæ, ſed vt deferens eſſentiam vel vt pars diffiniti.hæc concluſio eſt de mẽte Auer.in hoc.7.& probatur quia cum eſſentia diffiniti primo vel alijs modis ſit ſola forma,& forma nõ poſſit eſſe ſine materia,relinquitur ꝙ ſi ponitur collocatur vt ſubiectum deferens formã eo modo quo ſubiectum ponitur in diffinitione,accidentis. Sed occurrunt difficultates, quas tetigimus in lib.d.d.diſputa.5. in ſolutione tertij dubij. Prima qñ ponitur materia in diffinitione diffiniti ſiue primo, ſiue alijs modis ſumpti, quænam materia ponitur vtrum materia prima,vel materia ſignata. Secunda tunc diffinitio eſſet ſimplex & non oratio longa,qm̃ forma eſt ſimplex,& vnius conceptus tm̃,igitur non diceret genus & dr̃iam. Tertia tunc diffinitio ſubſtantiæ eſſet per additamẽtum, quia materia cum additur,non ponitur vt pars eſſentię:ſed vt ſubiectum eſſentiæ,igitur eſt additamentum. Quarto tunc materia non prædicaretur in quid de ipſo diffinito,nec eſſentialiter:probať,quia nõ eſt eſſentia,nec pars eſſentiæ,nec de eſſentia,hoc autem vr̃ impoſſibile.quia ſaltem cõpoſito eſt æque intrinſeca ſicut forma. Quinto dubitatur vtrum diffinitio quæ cõpetit diffinito per ſe primo, competat oĩbus diffinitis ſibi ſubordinatis alijs modis ſumptis,vt vtrum diffinitio quę cõpetit homini, competat aĩali humano, & Soc.an alia diffinitio ſit hominis,alia aĩalis humani, alia Socra.multæ alię difficultates tanguntur in lib.d.d.loco allegato,& alia multa diximus diſputa.7.huius lib.7. Hæ nunc ſufficiant. Ad primam Egid. credit ꝙ aĩal rationale quod eſt diffinitio hoĩs, ſit compoſitum ex partibus rõnis, ſed quia partes rõnis ſunt figmenta niſi ſumantur à partibus rei, & partes rei ſunt materia & forma,ideo voluit aĩal ſumi à materia, rõnale à forma,hæc vr̃ ſententia Auer.in hoc lib.7.circa finem cõmenti,vbi velle vr̃ ꝙ vltima dr̃ia ſit ſola rei forma cæteræ partes ſunt veluti à materia ſumptæ,& tunc iuxta hanc põnem oporter dicere ꝙ materia quæ ponitur in diffinitione cuiuſuis diffiniti eſt genus quod quidem licet nõ ſit materia: tñ ſumitur à materia, quia aĩal ſumitur à ſenſitiuo quod eſt materia rõnalis, ſimiliter cũ diffiniť aĩal & dr̃ ꝙ eſt corpus viuens ſenſitiuum,genus qđ eſt corpus viuens eſt materia ſenſitiui, quia vegetatiuum eſt materia ſenſitiui. Sed hæc ſolutio nõ eſt Auerroica,licet poſſit eſſe recta, qa apud Auer.genus non prędicaretur per ſe eſſentialiter de diffinito. deducitur quia apud ipſum materia non prædicatur ꝑ ſe eſſentialiter de diffinito vt patet ĩ hoc.7.& 8. huius,& 9.huius & alibi, vult.n.materiam prædicari ſolum ꝑ accñs neceſſario de diffinito,quia nõ eſt de eſſentia illius. Aliter igiť dico ꝙ materia non ſemper ponitur in diffinitione: quia in diffinitione diffiniti per ſe primi non neceſſario ponitur, quia vt dicetur genus & dr̃ia ſunt partes formæ,non autem ſumpte à materia & forma,ponitur autem in diffinitione diffiniti per ſe primo vt additum atque ſubiectum eſſentiæ, ponitur in alijs vt pars diffiniti, ſed ſiue ſic ſiue ſic ponatur, ſemper ponitur materia propria & ſpecifica quæ eſt conueniens formæ,quæ eſt eſſentia diffiniti. Ad ſecundam dico ꝙ diffinitũ per ſe primo eſt forma ſola : & diffinitio eſſentialis eſt ſermo explicans oẽs conceptus formæ, & oẽs illius gradus. Sed qm̃ forma ſpecifica habet omnes gradus,quibus conſtituit compoſitum, quia habet gradũ ſpecificum gradum genericum, & id genus,ideo diffinitio quæ explicat omnes gradus tales, eſt oratio longa: genus.n.& differentia non dicunt diuerſas formas, ſed diuerſos gradus,quibus forma ſe habet ad compoſitum. Ad tertiã dico ꝙ diffinitio dr̃ per additamentũ,qñ datur per aliquid alterius gñis, mõ licet in diffinitione ſubſtantiæ

Prima ſuppoſitio quarti eſt quidditas. — Quot modis diffinibile. — 1.concluſio. — Cõm.34. — Difficultas. Prima. — Secunda. — Solutio. Quæ Egid. — Cõm.43. — Confutatio. — Cõm.23.et 34. Cõm.6. Cõm.11.

ſubſtantiæ ponaẽ materia, quæ nõ eſt de eſſentia, tñ non eſt alterius gñis à forma: ſiue eſſentia, & ſic non eſt ꝑ additamentum. Ad quartam Auer. concedit, vult. n. materiam & oẽ prædicatum ſumptum à materia prædicari per accñs neceſſario, quia non per ſe eſſentialiter. Ad rõnem dico ꝙ licet ſit æque intrinſeca compoſito, non tñ eſt pars eſſentiæ compoſiti. Ad quintam debes ſcire ꝙ diffinitum per ſe primo prædicatur de diffinito ꝑ ſe non primo, & de diffinito ꝑ accidens, & ideo quęcũque diffinitio competit diffinito per ſe primo competit per ſe oĩbus alijs, & econtra, eſt tñ hæc dña ꝙ materia quæ poniẽ in diffinitione non eſt pars eſſentiæ diffiniti per ſe primo, nec pars diffiniti, at in cęteris licet non ſit pars eſſentiæ, eſt pars diffiniti, quia quodlibet illorum eſt compoſitum ex materia, & forma. Et ita materia cũ ponitur in diffinitione diffiniti ꝑ ſe primo, ponitur vt differens & ſubiectum eſſentiæ, cum ponitur in diffinitione cæterorum, ponitur vt differens eſſentiam, & vt pars diffiniti. Aĩaduerte tñ ꝙ etiam aliæ cãæ adduntur in diffinitionibus ſpecierũ ſubæ vt patet in lib. de aĩalibus, diffiniuntur. n. per efficiens, finem & materiam & formam, tñ ſola forma eſt propria, cæteræ cãæ addũtur extra eſſentiam, licet cõueniant diffinitionibus pro qto ab illis dependent diffinita. Vnde aliquid ponitur in diffinitione vt eſſentia vel prædicatum ſumptum ab eſſentia, vt forma & oẽ ꝙ ſumitur à forma, aliquid vt differens eſſentiam vel pars rei habentis eſſentiam vt materia, aliquid vt id è quo dependet eſſentia vt efficiens & finis proprie tñ forma & ꝑdicata formalia ſunt de eſſentia.

*Quot modis aliquid ponitur ĩ diffinitione.*

Et debes ſcire vt diximus ꝙ oĩa hæc intelligũtur de entibus per ſe abſolutis, quæ ſunt per ſe entia cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ, nam accidentia non proprie diffiniuntur, vt dr̃ in textu. Itẽ nec ea quę includunt accidens vel reſpectum accidẽtalem vt materia, natura, & motor, & id genus, qm̃ in accidẽtibus, vel his quæ accidens includunt, non eſt eſſentia: & propterea in diffinitione illorum ponuntur interdum oẽs cauſæ proximæ interdum materia & forma, interdum accidens, nos autem locuti ſumus in his: quibus proprie competit diffinitio, cuiuſmodi ſunt ſubę & ſpecies ſubę. Hęc de dilucidatione dicta ſatis, tu vero colligе dicta nr̃i in diſputatio. 7. huius, & in lib. deſtructionũ loco ſupius allegato, & in. 1. huius diſputatione. 8. & habebis oĩa de mẽte peripateticorũ.

*Limitatio dilucidationis.*

### Capvt ſolvtionvm qvintvm.

His dilucidatis rñdetur ad rõnes aliorum. Ad primam per auctoritates dico ꝙ Ariſt. vult materiam poni in diffinitione nunq̃ tñ dicit illam poni vt partem eſſentiæ, interdum. n. ponitur vt deferens eſſentiam, vt dicit Auer. interdum vt differens: & vt pars diffiniti: & q̃tum ad hoc laudat Archytam. Tunc ad rõnes. Ad primam dico ꝙ forma eſt ſufficiens & per ſe cã eſſendi compoſitum, quia materia eſt quo compoſitum non eſt, & negatur ꝙ ſine materia compoſitum eſſe poſsit, quia concurrit per accidens & tanq̃ cauſa ſine qua non: ſine. n. materia compoſitum non haberet eſſentiam, & ſic ad formam negatur minor. Ad probationem dico ꝙ materia non ſuperfluit, quia licet non ſit pars eſſentiæ, eſt pars compoſiti & deferens eſſentiam. Ioannes dicit ꝙ forma eſt principium ſufficiẽs in gñe cauſæ formalis, materia vero eſt principium in gñe cauſæ materialis, & in idem venit. Ad ſecundam nego conſequentiam & concedo formam eſſe intrinſece incãtam, tñ dependet in eſſe & conſeruatione à materia vt à ſubiecto, & propterea cõpoſitum eſt cãtum, vnde ꝙ intrinſece eſt incãtum, & non dependet ab aliquo, id cuius eſt eſſentia eſt incãtum, non ſic eſt in propoſito, quia licet forma ſit intrinſece incauſata tñ dependet, & propterea cõpoſitum eſt cãtum. Ad tertiam dico ꝙ eſſe cõpletum in ſpecie eſt dupliciter. vno modo ꝙ ipſum nullã habet partem q̃ compleat ipſum ĩ ſpẽ, & ſic formæ vt homo & aĩal ſunt cõplete in ſpẽ. alio modo ꝙ nec hñt partem nec dependeant ab aliquo, & ſic nõ ſunt illa completa in ſpẽ, quia dependent à materia, tunc dico ꝙ illud quod eſt cõpletum in ſpẽ ſecundo modo cuicunq; vnitur, per accidẽs vnitur: ſed quod eſt cõpletum primo modo poteſt per ſe vniri materiæ, è qua dependet, & ſic non cogit. Ad quartã dico ꝙ maior eſt inſufficiens, oportet. n. addere ꝙ nec ſit deferens quidditatem, nec pars eius ꝙ habet quidditatem. Ad quintã dico ꝙ ꝑ materiam vl̃em poſſumus intelligere materiã cõem pluribus materijs eiuſdem ſpeciei materię, & hoc pacto non daẽ materia vl̃is, quia nõ eſt niſi vna tm̃ materia in ſua ſpẽ: veluti vna numero intelligentia in ſua ſpẽ. Alio modo poſſumus intelligere materiam vl̃em materiam cõem per potentiã reſpicientem formam cõem, vt illam hoĩs, & non huius hoĩs, & ſic concedo ꝙ datur materia vl̃is, & eſt pars cõpoſiti vl̃is, non quidem ita vl̃is, vt illi in voce vel in mẽte corrñdeat aliquid ꝑter ſingularia: ſed ita vl̃e, quia cõcipitur vl̃r, & ſic concedo ꝙ eſt pars compoſiti vl̃is non tñ pars eſſentię, quia vt dixi ſola forma & prædicata formalia ſunt de eſſentia compoſiti. Ad vltimum patet ſolutio, in diffinitione. n. ponuntur interdum oẽs cauſæ, & tñ ſ̃m eos ſola forma & materia ſunt de eſſentia, propterea debet limitari maior, ꝙ quicquid ponitur in diffinitione per ſe vt pars eſſentialis eſt pertinens ad eſſentiam, aliter non oportet, poniẽ. n. materia vt deferens eſſentiam, cæteræ cãæ ponuntur vt neceſſariæ ad eſſentiam, quorum nullum poniẽ vt pertinens ad eſſentiam, ꝑ hæc patet ſolutio ad oẽs alias rõnes factas pro parte noſtra & contra partẽ noſtram, vt patet. Aĩaduerte tñ ꝙ licet doctiſsimus Expoſitor Thomas videatur diuerſus ab hac poſitione, quia tñ ipſe raro aut nunq̃ diſſentit à doctrina peripatetica, fuit. n. ortus peripateticus & oĩ ſtudio peripateticus, & nunq̃ aliud voluit niſi quod peripatetici, propterea ſua põ poteſt reduci facile in bonum, poteſt. n. eſſentia capi dupliciter. Vno modo pro forma cuiuſq; rei compoſitæ, qua illa dicitur eſſe per ſe & principaliter, & hoc pacto Thomas concederet materiam non eſſe partem eſſentiæ. Alio modo capitur eſſentia pro entitate reſultante ex partibus alicuius per ſe, & ſic eſſentia eſt tertia entitas, & hoc pacto ait materiam eſſe partem eſſentiæ, ſumit. n. eſſentiam large pro omni reſultante ex partibus. Auer. autẽ ſumpſit eſſentiam proprie pro eo quod eſt principium per ſe eſſendi, & nullo modo per accidens, ſicut eſt forma: & ſic non diuerſa ſentiunt, Et quod hæc ſit poſitio expoſitoris, declaratur. vult enim ipſe in hoc. 7. & alibi ꝙ materia habeat duplicem gradum: vnum quo materia eſt materia, & alium à forma, per gradum quo materia eſt materia, eſt principium indiuidui, per gradum quẽ habet à forma eſt principiũ ſpẽi & eſſentiæ. Et ſic velle vr̃ ipſe per eſſentiam entitatem reſultantem ex compoſitione materiæ & formæ ſiue reſultet à materia quatenus eſt materia, ſiue à materia rõne formæ Auer. aũt ſumit eſſentiam pro eo, quo res eſt per ſe & primo ratione ſua & ſic ſermo Auer. eſt præxus, ille expoſitoris eſt fuſus atque amplus, tñ recte conſiderando non differunt. Hæc ſunt de mente Expoſitoris. Alij non poſſunt conuenire,

*Defenſio Expoſi.*



cõuenire, quia ipſi volũt naturæ materiæ rñdere propriam vnitatem realem minorẽ vnitate numerali: huic vero materiæ volunt reſpondere vnitatem ſingularitatis per hecceitatẽ & ſic volunt materiam eſſe per ſe partem eſſentiæ, & propriæ, & ſtrictæ. Tu vero hæc conſidera. Hæc de decimatertia diſputatione.

*Abeuntes vero ex actu non palam, vtrum quidam ſunt aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur & cognoſcuntur vniuerſalis ratione &c. Tex. cõm. 35.*

## DISPVTATIO XIIII.

### De intellectione ſingularium.

*Num ſingulare ſit per ſe intelligibile à nobis.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

QVod non ſolet argui. Primo, quia quodquideſt, eſt per ſe & primum obiectum intellectus. Singulare nõ habet quodquideſt, tum quia eſſet diffinibile, tum quia ſingulare, vt ſingulare dicit aliquod incõicabile, at quodquid eſt, eſt cõicabile, igitur ſingulare non habet quodquideſt. Secundo ſi ſingulare per ſe directe eſſet intelligibile aut per eandem ſpẽm, ꝑ quam intelligiẽ vl̃e, aut per aliam atq; aliã. nõ per eãdẽ, quia nulla vna ſpẽs põt repræſentare ſub rõne diſtincta & indiſtincta, modo vl̃e eſt indiſtinctum, ſingulare diſtinctum, igiẽ vna ſpẽs nõ põt illa repræſentare. non ꝑ aliam atq; aliam, quia ſicut per vnum ſingulare cauſaretur ſpẽs vl̃is, ita & per quodlibet ſingulare cauſaretur ſpẽs eiuſdem vl̃is, quo dato ſequitur ꝙ aut infinite ſpẽs vl̃is eſſent in intell̃u, aut ꝙ eadẽ ſpẽs poſſet intẽdi in infinitum. conſequens eſt falſum, igitur & añs. conſequentia patet: quia ſpẽs vl̃is generaẽ à ſpẽ ſingularis, igiẽ vt generatur ab vno ſingulari, ita à quolibet alio, ſed cum talia poſsint ire infinitũ, ſequiẽ ꝙ talis ſpẽs vl̃is vel poſſit multiplicari in infinitum, vel ſaltem intendi in infinitum. Tertio vt ſenſus ad obiectum ſenſus, ſic intellectus ad obiectum intellectus, igiẽ ꝑmutatim vt ſenſus ad intellectum, ſic obiectũ ſenſus ad obiectũ intell̃s, ſed ſenſus nõ eſt intell̃s: igiẽ obiectũ ſenſus ꝙ eſt ſingulare non eſt obiectũ intell̃s, & ꝑ cõſequẽs nõ põt intelligi. Quarto arguitur ſi intell̃s per ſe & directe intelligeret ſingulare, tũc intell̃s eſſet hic & ſingularis. tenet argumẽtum vt dicit Auer. quia natura recipiẽs diuerſaẽ per naturam rei receptę vt habetur. 3. de aĩa, igiẽ ſi res recepta eſt ſingularis, intellectus erit hic & ſingularis: & ſic corruptibilis vt deducit Auer. Quinto nihil operaẽ potentia paſsiua quin ad illam operationẽ cõcurrat potentia actiua ſibi adequata, ſed ipſe intell̃s poſ̃s & agens ſunt potentiæ adequatæ, igitur nihil põt intell̃s poſ̃s, quin illud poſsit mediãte intell̃u agẽte, igiẽ nihil põt intelligere, quin abſtrahatur ab intellectu agẽte, ſed omne quod abſtrahitur ab intellectu agente, eſt vl̃e, igitur intellectus poſsibilis nõ põt in ſingulare. In cõtrarium arguitur quia intell̃us componit propoſitiones & enunciationes ſingulares, igiẽ intelligit ſingularia, intell̃s. n. cõpoſitus ſupponit ſimplicẽ. Hęc de dubitationibus.

*Cõm. 5.*

### Capvt titvli ſecvndvm.

Singvlare in propoſito ſumitur pro indiuiduo, & indiuiduũ pro ſingulari, indiuiduũ aũt diciẽ quaſi indiuiſum, indiuiſiuũ vero dr̃ vel quia nõ diuiſibile in partes quãtitatiuas actuales: qũo atoma corpora dixit Democritus eſſe indiuiſa ſiue indiuidua, & ſingularia. Aut diciẽ quia indiuiſibile eſt in partes diuerſarũ rõnum, & hoc pacto ſpẽs dr̃ indiuiduũ ſiue ſingulare vt patet primo phy. aut q̃a indiuiſibile in partes eiuſdẽ rõnis vt Socra. q non diuidiẽ in plura ſuppoſita vt patet in propoſito, igiẽ ſumiẽ ſingulare pro indiuiſibili in ꝑtes eiuſdẽ rõnis. De hoc. n. queriẽ ſi ſit ĩtelligibile à nobis, q̃ tñ dña ſit ĩter ſingulare & ĩdiuiduũ, ſupiꝰ notauimꝰ. Hæc de ti.

*Cõm. 5.*

### Capvt poſitionvm ſecvndvm.

De hac diſputatione determinauimus veritatem in lib. 1. huius diſpu. 11. verum quia aliqui illam mouent, & non determinãt peripatetice: volumus illam in parte retractare. Aliqui itaq; antequã diſputationẽ determinent, ponunt diſtinctiones, verũ de diſtinctionibus nõ eodẽ modo loquunẽ. Alij & antiquiores dicunt, ꝙ ſingulare triplex eſt: aliud abſtrahens ab exiſtentia & accidentibus, vt hic homo, qui nihil aliud præter naturã & ſingularitatẽ includit, aliud includẽs ſingularitatem & exiſtentiam, ſed abſtrahens ab accidentibus, vt hic homo exiſtẽs. aliud quod includit ſingularitatẽ: exñtiam, & accñtia vt quantitatẽ, tẽpus, locum: & id genus.

*Diſtĩones de ſingulare. Antonius Andreæ.*

Iuniores diſtinguũt ꝙ duplex eſt ſingulare: aliud ſignatũ, aliud vagum, vagum eſt natura determinata proprietate indiuiduali vaga atq; indeterminata, vt aliquis hõ & aliquis equus, quia cõcipitur natura in aliquo ſuppoſito indeterminate cõcepto, ſingulare ſignatũ eſt ipſa natura determinata ꝓprietate indiuiduali ſignata, & determinata, vt Socrateitate vel Platoneitate, velut hic homo Socra. vel Plato. ſubdiſtinguunt ſingulare ſignatũ, quia aliud eſt quod eſt vnum per ſe, & ſic nihil aliud eſt quam natura cum proprietate indiuiduali, quia natura & proprietas indiuidualis ſeſe habẽt vt actus & potentia per ſe: è quibus ſit per ſe vnũ, vt hic homo, aliud eſt quod eſt vnum ꝑ accñs, quod quidem non modo naturam, & ꝓprietatẽ indiuidualẽ includit, ſed accñtia materialia, vt locum, tꝑs, figuram, & id genus. Hæc iuniores exteri.

*Iunioris.*

Secunda eorum diſtinctio eſt ꝙ intellectio quædam eſt abſtractiua, & hæc abſtrahit ab exñtia reſpiciẽs ſolũ rei quidditatem vt quidditas eſt, alia intuitiua, & hæc eſt rei exiſtentis in propria exiſtentia.

*Quotuplex intellectio.*

Tertia diſtinctio apud eos eſt ꝙ obiectũ intellectus aliud eſt primo tale, aliud tale per partem. Primo tale eſt ꝙ adequat intellectionẽ, vt ipſum totũ: per partem vero ꝙ nõ adequat intellectionẽ, vt partes totius, homo. n. adequat intellectionem, partes eſſentiales hoĩs ſeorſum nõ adequãt intellectionẽ.

*Quotuplex obiectũ intellectus.*

Iuniores diſtinguunt ſic ꝙ aliq̃d eſſe intelligibile põt eſſe vel ex natura ſui. vel per cõparationem ad intellectum cognoſcentem, aliquid. n. eſt intelligibile per ſe ꝙ nõ põt attingi ab intellectu propter improportionẽ ipſius ab obiectum. Hæ ſunt diſtinctiones: quas præſupponunt ſ̃m eorum fundamenta.

*Cõcluſiones antiquorum.*

Iuxta diſtinctiones has antiquores has ponunt concluſiones, & primo ex ꝑte ſingulari intelligibilis: quarum prima eſt, ſingulare quouis modo ſumptum per naturã eius eſt per ſe intelligibile. Secunda ſingulare quouis modo ſumptum eſt primũ & totale intelligibile ex natura ſua. Tertia ſingulare vt abſtrahit ab exiſtentia, & ab accidentibus, eſt per ſe intelligibile intelligibilitate abſtractiua, ſingulare vero, vt includit exiſtentiam vel accñtia, eſt per ſe intelligibile intellectione intuitiua. hæc ex parte rei ſingularis intelligibilis. Ex parte vero nr̃i intell̃s ponũt has concluſiones. Prima eſt, ſingulare quouis modo ſumptũ eſt ab intellectu nr̃o cõiuncto intellectione ſaltẽ abſtractiua ꝑ ſe intelligibile. Secunda intell̃s cõiunctus nõ ꝑ ſe intelligit ſingulare ſub ꝓpria rõne ſingularitatis. Tertia intell̃s cõiunctus ĩtelligit ſingulare ꝑ lineã reflexã. Iuniores vero põnõ hanc

*Cõcluſio iunio.* reducũt ad has cõcluſiones. Prima eſt ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum eſt per ſe intelligibile. Secunda ſingulare ſignatum acceptum ſub propria rõne ſingularitatis non eſt intelligibile ab intellectu coniũcto, hæ duæ ſunt ex parte rei. Tertia ſingulare ſignatum intelligitur ab intellectu coniũcto reflexe. Quarta ſingulare vagum primo primitate originis per ſe & directe intelligitur ab intellꝰu coniuncto. hæc aũt ex parte intellectus. Et ne *Rationes cões.* ſit cõfuſio adduco rõnes pro prima cõcluſione, in qua ambo conueniunt, videlicet, ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum eſt per ſe intelligibile. Prima eſt, q̃a ſingulare quouis modo ſumptũ eſt veræ ens, igr̃ veræ intelligibile atq; ꝑ ſe, tenet cõſequẽtia, q̃a intelligibilitas abſolute ſeq̃tur entitatẽ. añs patet q̃a ſingulare ſiue addat ꝓprietatem ſingularem ſiue exñtiam, ſiue accidens nihil diminuit ab entitate, immo addit ad entitatem, igitur addit ad intelligibilitatem. Secundo ſpeciatim arguunt de ſingulari ꝙ vltra naturam nihil addit niſi ſingularitatẽ, quia à tali ſingulari non excluditur intelligibilitas rõne incluſi in vli ſuperiori, quia tunc vlia non eſſent per ſe intelligibilia, nec rõne ſingularitatis addite, quia tunc intelligentia non eſſet per ſe intelligibilis, nec Deus qui eſt ſingulariſsimus, igitur tale ſingulare eſt per ſe intelligibile, duæ aliç concl̃ones quæ ponunt̃ ex parte ipſius rei ſingularis, facile deducunt̃, ſcd̃a quidem, quia ipm̃ ſingulare includit oĩa ſuperiora, & ipm̃ à nullo illorum includitur, igr̃ ipſum eſt primum & totale intelligibile, cætera ſuperiora quaſi partialia eius ĩtelligibilia. Tertia etiam conſtat, quia cum ipm̃ ſingulare vt abſtrahit ab exñtia atq; accñtibus: ſit per ſe intelligibile & non intellectione intuitiua, quia abſtrahit ab exiſtentia, quæ requiritur ad intuitiuam intellectionem, igitur per ſe intelligibile erit intellectione abſtractiua, ipm̃ vero vt includit exiſtẽtiam, qm̃ includit exñtiam qua res intelligitur intuitiue: intelligibile erit per ſe intuitiua intellectione, & ſic patent tres ipſe concluſiones quæ ſunt de intelligibilitate ſingularis ex parte ipſius. Prima concluſio quç ponitur de intelligibilitate ſingularis ex parte noſtra, non explicatur à iunioribus, tñ apud oẽs concedit̃, oẽs.n. volunt ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum ſit intelligibile per ſe ab intellectu noſtro coniũcto ſaltem intellectione abſtractiua. Et hoc probant primo quia intellꝰs coniunctus per ſe cognoſcit differentiã inter vle & ſingulare: igitur cognoſcit ſingulare. Secundo intellectus per inductionẽ diſcurrit à ſingularibus ad vle, igitur per ſe cognoſcit ſingularia. Tertio intellectus imponit nomina rebus ſingularibus: igitur illas per ſe cognoſcit. Quarto nos diligimus ſingularia & magis quã vniuerſalia, igitur illa intelligimus per ſe. Quinto voluntas per ſe vult aliquem actum ſingularem, igitur intellectus per ſe intelligit ſingulare. Sexto quicquid põt potentia inferior poteſt & ſuperior, igitur cum ſenſus poſsit cognoſcere ſingulare, intellectus per ſe & magis poteſt illud cognoſcere. Septimo ſpecies repreſentat illud è quo gignitur, ſed generatur à ſingulari, igitur repreſentat ſingulare: & ita per ſe intelligi poteſt. Vltimo intellectus habet diſtinctã memoriã ſuorum actuũ ſingularium, igitur illos cognouit per ſe, multas alias rationes tetigimus li.1. huius diſput.11. Q: vero ſingulare ſub propria rõne ſingularitatis non ſit per ſe intelligibile, vt oẽs conueniunt, arguunt primo & potiſsime, quia ſi ſingulare ſub propria rõne ſingularitatis per ſe intelligeretur ab intellectu coniuncto, poſſet cognoſci vt diſtinguitur à quouis alio è quo ipſum diſtinguitur, hoc autem non videt̃, quia ſi hæc albedo ponatur in eodem loco & oĩbus alijs paribus, illa non cognoſcitur ſub ea vnitate, ſub qua diſtinguitur ab altera eiuſdem ſpẽi, iterum hoc patet de duobus ouis, quorum nullũ intellectus apprehendit ſub propria vnitate, iterum patet de radijs, inter quos intellectus minime diſcernit. Amplius per rõnem, quia ſingularitas nõ eſt ratio mouendi, ſed natura cõis, igitur ſingulare ſub ꝓpria rõne ſingularitatis nõ poteſt per ſe intelligi ab intellectu cõiuncto. Penultimam concluſionẽ, videlicet, ꝙ ſingulare ſignatum intelligatur ab intellꝰu noſtro reflexe probant: quia illud quod intelligit̃ non ꝑ propriam ſpẽm, ſed per reflexionẽ potentiæ ad aliquod repræſentatiuũ illius intelligit̃ reflexe. Sed intellectus coniunctus intelligendo ſingulare ſignatũ, nõ intelligit ipſum per propriam ſpẽm immediate reprçſentantem ipſum ſed ꝑ reflexionem ad phantaſmata, igitur tale ſingulare reflexe intelligitur. Vltimam vero concluſionẽ de ſingulari vago, declarant quia cognitio intellectualis ſequitur naturam: ſed agens naturale nõ primo intendit vle, quia tũc producto vli: vtpote corpore, nõ protenderet vlterius actionẽ, nec tale agẽs intendit ſigulare ſignatũ, qm̃ ꝓducto tali ſingulari, adhuc ceſſaret actio naturç. Sed primo intendit producere naturã in aliquo ſuppoſito: quod eſt indiuiduũ vagũ, igit̃ in productione intellꝰuali ſpẽs primo repræſentabit naturam in aliquo ſuppoſito indeterminate accepto, ſecundo ipſam naturam in ſe. Tertio repræſentabit naturã ipſam multis circũſtatis ſignatã relucentibus in phantaſmatibus & hoc eſt reflectere, & ita primum cognitũ primitate originis eſt ſingulare vagum. Secũdum eſt ipſa natura in ſe. Tertium eſt ſingulare ſignatum, quod reflexe intelligit̃. Hæc illi tenent. Sed hæc pace horum dixerim, q̃q̃ ſint topice *Confutatio.* dicta, non videntur peripatetica & primo videt̃ ꝙ prima diſtinctio de ſingulari ſit triplex: non videt̃ peripatetica, quia accipio ſingulare quod abſtrahit ab exiſtentia & ab oĩbus accñtibus: & quæro quæ virtus ipſum abſtrahit vel eſt aliquis ſenſus, vel intellꝰs. ſi ſenſus igitur non abſtrahitur ab accidentibus qm̃ ſemper ſenſus cognoſcit rẽ per accidentia ₰m eos. ſi eſt intellectus, tunc nõ peripatetice loquunt̃, quia intellꝰs quicquid abſtrahit, abſtrahit à materia & conditionibus materiæ modo conditiones materiç, 3. de aĩa ſunt hic & nunc, igitur *Cõm.5.* intellꝰs abſtrahit ipſum ab hic & nunc, & ita à ſingularitate. Secundo ſi ſingulare vt ſingulare abſtrahi põt ab intellectu ab exiſtentia & ab accidentibus, tunc de ipſo poſſet eſſe per ſe ſcĩa: ꝙ nunq̃ peripatetici conceſſerũt, dicunt.n. de ſingularibus poſſe eſſe ſcĩam, nõ tñ vt ſingularia, ſed per rõnes vles, in hoc.n. Themiſtius, Auerroes, & Simplicius primo de aĩa cõueniunt: & deducit̃ cõſequentia, quia in illo priori ſingulare abſtrahit à cõtingentia queadmodum & vle, igitur vt ſic eſt ſaltem incorruptibile, & ita de ipſo põt haberi ſcĩa vt ſic. Tertio abſtrahibile ₰m eos eſt aut vlius, aut prius ₰m cauſam. Sed hecceitas non eſt vniuerſalior exiſtentia, cum exiſtentia ſit modus eſſentiæ apud eos: & cõior ſingulari nec cauſa exiſtẽtiæ, ĩmo videtur exñtia cã hecceitatis, q̃a niſi res exiſtat, non eſt terminus gñationis, & vt res eſt terminus gñationis, eſt ſingularis & ſic vr̃ exñtia eſſe cauſa ſingularitatis. Secundo principaliter vr̃ ꝙ ſingulare vt exiſtens, non abſtrahit ab accidentibus, quia vt arguebatur, vel ipſum vt ſic abſtrahitur per intellꝰm vel per ſenſum, non per ſenſum vt prius, quia ſenſus non abſtrahit ab accidẽtibus, nec per intellectũ ꝑ eandem



rationẽ, quia intellꝰus quicquid abſtrahit, abſtrahit ab hic & nunc, igitur abſtrahit ab exiſtentia. Secundo ſi intellectus abſtrahit ſingulare vt exiſtẽs à cæteris accidentibus, tunc notitia intuitiua intelligeret ſingulare contra eos, & deducitur, quia nihil abſtrahitur vt exiſtens, quin cognoſcatur vt exiſtẽs, ſed quod cognoſcit̃ vt exiſtens, intuitiue cognoſcit̃ per eos, igitur ſingulare pro ſtatu iſto intuitiue cognoſci poſſet, quod ipſi negant. Expreſſe. Diſtinctio vero illa quæ dicit ꝙ ſingulare aliud eſt vagũ, aliud ſignatũ niſi reducatur ad regulam logicorũ nulla eſt, logici.n. concedunt aliquẽ terminum ſupponere pro ſingularibus cõfuſe: nõ aũt pro ſingulari diſcrete: vt in illa Cæſar ter debellauit teucrũ, volũt.n. illum terminũ teucrũ ſupponere pro ſingularibus teucri, non tamẽ diſcrete, ſed cõfuſe tantum, ſi igit̃ per ſingulare vagũ velint ſingulare in ſuppoſitione cõfuſa, recte forte dicũt, verũ tale ſingulare ſic acceptum eſt ſignatum, intelligitur tamen confuſe tantum. quod non concederent. ſi aũt velint per ſingulare vagum ſingulare ſumptum pro natura ſignata proprietate indiuiduali indeterminata, tũc proprietas indiuidualis poſſet ſumi determinate, & indeterminate. Sed omne qđ põt ſumi determinate, & indeterminate, poteſt ſumi cõiter & diſcrete, & oẽ qđ põt ſumi cõiter, põt cõcipi ſub ratione alicuius vlis: quare relinquitur proprietatem illã non eſſe vltimã dr̃iam indiuiduale ex ſe hãc. Præterea ſi illa proprietas põt concipi indeterminate, poteſt concipi vt contracta, vel igitur ſeipſa, vel alia proprietate adhuc determinatiori: non ſeipſa, quia non magis per ſeipſam cõciperet̃ nũc determinate q̃ ante determinationem, quia idem ad ſe ſemper habet eadem rationem & eũdem modũ. ſi alia proprietate determinatiori, tũc illa eſſet cõtrahibilis per aliam hecceitatem: quod ipſi habent pro impoſ̃i, volũt.n. proprietatẽ indiuidualẽ eſſe vltimum determinans in toto ordine. præterea ſumatur illa proprietas vagã, qua natura contrahitur ad ſingulare vagũ, vel illa eſt ita determinata vt Socrateitas, vel adhuc indeterminatior. Si ita vt Socratis proprietas, tunc cum illa Socratis ſit ſignata, & hæc erit ſignata. ſi indeterminatior, tunc erit contrahibilis per illam Socratis, & ſic hecceitas nõ erat vltima dr̃ia indiuidualis. Hęc de diſtinctionibus ipſius ſingularis. Vlterius principaliter obijciendum eſt contra diſtinctionem de notitia datã, quia licet apud peripateticos duplex ſit notitia intuitiua, & abſtractiua, tamen non recte exponitur: quia ſi intuitiua notitia eſt rei ſolum vt exiſtentis in propria exiſtentia, tunc nihil intuitiue cognoſceret̃ niſi ꝙ per ſe exiſteret propria exiſtentia, hoc aũt falſum eſt, quia apud pĥos accidens põt intuitiue cognoſci, & abſtractiue: & tamen apud ipſos nullum accidẽs habet proprium exiſtere aliud ab exiſtere ſui ſubiecti, igitur nullum poſſet intuitiue cognoſci, propterea hæc diſtinctio debet intelligi vt declarauimus in primo huius diſputa.11. Et tu quære illic. Tertio principaliter illa diſtinctio non eſt peripatetica, videlicet, ꝙ aliquod põt eſſe per ſe ex natura ſui intelligibile, quod non per comparationem ad intellectum cognoſcentẽ, expreſſe.n. *Cõm.1.* Auer.2. huius reprobauit hoc, quia tunc eſſet aliquod ocioſum in natura, feciſſet.n. aliquid natura ſuapte intelligibile & à nullo intellꝰu apprehẽderet̃. Secũdo principaliter omne intelligibile eſt relatiuum intellectus, igitur quicquid eſt per ſe intelligibile, ab aliquo intellectu eſt intelligibile, aliter relatiuum eſſet ſine ſuo correlatiuo. Tertio ſi aliquid eſt per ſe intelligibile, hoc eſt vel quia poteſt per ſe mouere intellectum, aut per ſe terminare actum intellectus, nũquã.n. aliud inuenitur apud eos: vltra quicquid dicatur, dabitur aliquis intellectus, qui ab illo dato põt vel moueri, vel eius operatio terminari ab illo eodem, fruſtra.n. eſt actiuum, cui non correſpõdet proprium paſsiuum, dicit̃.n. in.3. de aĩa in omni natura vbi eſt aliquid faciens eſſe aliquid ab illo patiens. Quarto intellectus poſ̃is eſt oĩa fieri, vt oẽs græci, & Ariſt. dicũt, igitur nihil eſt intelligibile, quin illud intellectus poſſet intelligere, aliter non eſſet oĩa fieri: & ita illa diſtinctio non videtur peripatetica. Hæc de diſtinctionibus. Nunc contradicamus concluſionibus, & primo contra primã ſurgamus, & per eadem principia ſyllogizemus. *Confutatio Concluſio.* Primo ꝙ non eſt per ſe ens, nõ eſt per ſe intelligibile, ſed ſingulare non eſt per ſe ens, igitur nec ꝑ ſe intelligibile. maior eſt eorũ. minor declaratur, quia ꝙ non eſt per ſe vnum: non eſt per ſe ens: ſed ſingulare non eſt per ſe vnum, hoc tenet Boe. in lib. Porphyrij, vbi vult quodlibet indiuiduum eſſe aggregatũ per accidens, & 2. poſt. Ariſt. ait ſub eadẽ ſpẽ eſſe dr̃ias, nõ quidem ₰m ſubſtantiam, ſed per accñs, vbi Philoponus ait hoc dixiſſe, quia indiuiduum ſub ſpecie eſt aggregatũ per accñs. præterea conſtitutũ à dr̃ia accñtali eſt vnum per accidẽs, ſed ₰m peripateticos quodlibet indiuiduũ eſt conſtitutum à dr̃ia accidentali, igitur quodlibet eſt vnum per accidens, igitur nullum illorum eſt ens per ſe, nec per ſe intelligibile. Ex ſecunda ratione eorum arguitur ſic. Quod ſuperaddit naturæ accñs ſolum, illud non facit cum natura vnum per ſe, ſed ſingulare addit naturæ accidẽs tm̃, inquit.n. Boe. in lib. Porph. ꝙ ſpẽs dicit totam ſubſtantiã indiuidui, & indiuiduum nihil addit niſi accidẽs ipſi naturæ: igitur cum natura non facit vnum per ſe. Secundo ſi illud quod addit ſingulare ipſi naturæ non eſſet accidens, tunc indiuiduum ab indiuiduo non differret per accidentalẽ dr̃iam contra Porphyrium, qui ait, ꝙ ſpẽs differunt dr̃ia faciẽte aliud, indiuidua vero differentia faciẽte alteratum, & oẽs exponunt qđ differunt ꝑ accñs. Vlterius videt̃ ꝙ concluſio quæ dicit ꝙ ſingulare quouis modo ſumptum ſit ꝑ ſe intelligibile ab intellꝰu cõiuncto, & illa quæ dicit ꝙ nõ eſt intelligibile ab intellꝰu cõiuncto ſub rõne ꝓpria ſingularitatis, nõ pñt ſimul ſtare, & accipio rõnes eorum. Prima ſic, quod eſt intelligibile ab intellꝰu cõiuncto ſub rõne qua differt ab eo, quod non eſt ipſum eſt per ſe intelligibile ſub propria ratione: ſed ſingulare eſt intelligibile ab intellꝰu coniuncto ſub ea ratione, qua differt ab oĩbus vlibus, quç nõ ſunt ſingularia, igit̃ ſingulare eſt ꝑ ſe intelligibile ſub ꝓpria rõne, qua ſingulare. maior eſt ꝑ ſe nota, nihil.n. põt cognoſci vt differt ab alio niſi ſub propria rõne cognoſcatur, nihil.n. aliud eſt cognoſcere aliquid ſub propria rõne, niſi cognoſcere illud vt differt ab oĩ eo quod non eſt ipſum, & quod cognoſcit̃ vt differt ab oĩ eo, qđ non eſt ipſum, cognoſcitur ſub ea rõne qua eſt tale, hãc oĩs aptus recipit. Minor aũt eſt eorum. volunt.n. ꝙ intellectus coniunctus cognoſcat ſingulare per hoc, quia cognoſcit dr̃iam inter vle & ſingulare, & ſic cognoſcit ſingulare ſub ea ratione qua differt ab oĩbus vlibus, & ita tota ratio patet. Secũdo arguo per rationẽ eorum. Omne illud quod cognoſcit̃ ab intellectu coniuncto vt principium ſcientifici diſcurſus cognoſcit̃ ſub propria ratione, hæc eſt per ſe nota, aliter per confuſe cognitum poſſet aliquid ſub propria ratione cognoſci: ſed ſingulare ꝑ eos eſt principiũ ſciẽtifici diſcurſus: igit̃ ſingulare eſt ꝑ ſe intelligibile ſub pro-

pria rõne ab intellectu coniuncto. Tertia etiam per ra-
tionem eorum arguo, Omne illud, cui intellectus diſtin
cta rõne imponit nomen, cognoſcit diſtincta rõne, hęc
debet recipi: quia ſi imponere nomẽ alicui arguit per
eos illud cognoſci ab intellectu imponere nomen ſub
certa rõne & diſtincta eidem eſt cognoſcere illud diſtin
cta & propria rõne. Sed intellectus coniunctus imponit
nomen ſingulari ſub propria & diſtincta rõne vt ipſi cõ
cedunt: igitur cognoſcit ſingulare ſub diſtincta rõne.
Quarto per eorum rõnem, Omne quod per ſe ſub pro-
pria rõne appetitur & amatur, ſub propria rõne intel-
ligitur, ſed ſingulare ſub ꝓpria rõne appetit̃ & amatur.
patet, quia intell's appetit & amat proprium actũ ſcien-
di ſub ea rõne qua eſt proprius & ſuus, igitur ſub pro-
pria rõne illum cognoſcit. Quinto arguo etiam argu-
mento eorũ. Illud cuius eſt diſtincta memoria ſub pro-
pria rõne cognitum: fuit hęc eſt maior corum, ſed ſingu
laris eſt diſtincta memoria, igitur ſub propria rõne co-
gnoſcitur: hæc rõ tota eſt eorum & ſic videtur vna con-
*Pō logicorum.* cluſio alteri contraria. Logici vero parum differentes
ab his dicunt: ꝙ intellectus coniunctus ſingulare per ſe
intelligit, non aũt intelligit per ſe ſingulare. Prima pro-
batur, quia hoc per ſe intelligit demr̃ato Socra. hoc eſt
ſingulare, igit̃ ſingulare per ſe intelligit. Secunda etiam
probatur, quia non intelligit ſingulare ſub ea rõne qua
ſingulare, vt exteri deduxerunt, igitur non intelligit
*Confutatio.* per ſe ſingulare. Sed iſti falluntur. Primo quia intel-
lectus coniunctus cognoſcit ſingulare vt differt ab om
ni alio ſingulari, & licet decipiatur de aliquibus, tñ hoc
eſt per accñs, & ita per ſe cognoſcit ipſum ſub rõne ſin
gularis, per accñs vero poteſt ipſum non cognoſcere:
quatenus accedit vnum eſſe idem vel ſimillimum alte-
ri, vt ſuperius dictum eſt. Secundo etiam ad hoc vt ali-
quid cognoſcatur per ſe ſub propria rõne, ſufficit vt co
gnoſcatur ſub ea rõne, qua differt an omni alio, quod
eſt alterius rõnis ab ipſo, modo vnum ſingulare non eſt
alterius rationis ab alio ſingulari, & propterea ſufficit
vt ſingulare cognoſcatur ſub ea rõne, q̃ differt ab vni-
uerſali, à quo differt rõne, & hoc modo cognoſcitur ſub
propria rõne, hoc. n. ſorticolę & exteri nõ perceperunt.
Tũc antequã ad dilucidationem veniã ad rões factas
pro omnibus concluſionibus rñdeo, quicquid ſit de ve
ritate concluſionum in ſe. Ad primam pro prima con-
cluſione negatur añs. Primo quia ſingulare eſt ens per
accñs ſicut vnum per accñs. Secundo quia includit ma-
teriam, quæ diminuit ab entitate, quia ẽm Auer. eſt id
quo res tendit in non eſſe, igitur diminuit ab entitate,
ſaltem in potentia, & ſi non in actu. Ad ſecundam di-
co ꝙ ſingulare propriæ vt nunc loquimur includit ma-
teriam, & ſic vltra formam quæ eſt vl'e in potentia apud
Auer. addit principium, non eſſendi, & ita minuit. di-
xi ſingulare proprie, quia loquendo large de ſingulari,
ſic aliqd' in materiale eſt ſingulare vt Deus, & hoc pa-
cto non repugnat ſingulare per ſe intelligi, ſingularitas
.n. cõiter dicta non repugnat intellectioni. Ad rões q̃
probant ſingulare intelligi ab intellectu coniuncto, re-
ſpondẽt ſectatores Thomæ, vt ipſimet concedunt, ꝙ
concludunt verum, nam ſingulare eſt intelligibile ab
intellectu cõiuncto, ſed ꝑ accñs hoc eſt non per naturã
intellectus, ſed vel per reflexionem ad phantaſma, vel
mediante ſenſu vt dicemus. Ad rões quæ probant ſin
gulare non poſſe intelligi ſub propria rõne, qua ſingula
re, patet ſol'o. dato. n. ꝙ ſingulare non cognoſceret̃ ſub
ea ratione qua dr̃t ab alio ſingulari, adhuc cognoſcitur
ſub propria ratione, quia ſub ea ratione quia differt ab
vl'i. Amplius ratio eorum non argueret niſi ꝙ ſingula
re per accidẽs quandoq; non cognoſcitur vt differt ab
alio, tamen per ſe eſt cognoſcibile vt differt ab alio,
modo apud eos etiam quandoq; ſtat vnum eſſe tale ꝑ
ſe, & falſum per accidens. Hæc de poſitionibus ſatis,
quia primo huius fuſius diximus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DILVCIDATIO hæc patet prolixe. Primo huius
per dicta diſput. 11. ad huius tamẽ declarationem quæ-
dam reſumamus. Et primo ꝙ ſingularium quædã ſunt
materialia ſiue ſenſibilia, vt ſubſtantiæ primæ, & indiui-
dua accidentium, quædã immaterialia: immaterialium
vlterius quædã ſunt deducta ex ſingularibus materiali-
bus, vt actus intelligendi ſingulares: ſpẽs ipſe intelligibi
les, & id genus, quædam ſunt ſimpl'r immaterialia vt
Deus & ſubſtãtiæ ſeparatæ. Secundo reſumemus ꝙ ali-
quid põt cognoſci tripl'r. Vno modo cognitione eius
in ſe, & hoc dicit̃ cognoſcere rẽ intuitiue, vtpote quan
do res cognoſcit̃ in ſe: aliquid cognoſcit̃ mediante ali-
quo repreſentatiuo medio cognito, & hoc vocatur co
gnoſcere abſtractiue. Tertio aliquid dicit̃ cognoſci de-
ductiue, eo mõ quo cauſa cognoſcit̃ per effectũ, è quo
deducit̃ eius cognitio: vide. 1. huius diſpu. 11. tũc dico ꝙ
ſi loquimur de ſingularibus immaterialibus ſimpl'r, vt
ſunt Deus & cæteræ ſubſtãtiæ ſeparatæ, hæc nõ cogno
ſcuntur ab intell'u coniuncto per ſe intuitiue, quia non
cognitione in ſe, nec abſtractiue, quia nõ per hoc ꝙ in-
tellectus cognoſcat aliquod medium cognoſcendi illa,
qm̃ non faciũt ſpẽs vel phãtaſmata in ſenſibus, & ſic nõ
poſſunt cognoſci per hoc ꝙ cognoſcat̃ aliquod ſimile
repræſentatiuum illarum: igitur nec intuitiue nec abſtra
ctiue: igitur cognoſcunt̃ deductiue, vtpote ꝑ effectus il
larum, è quibus colligi pñt conceptus aliqui per quos
illa cognoſcimus. Tu vide primo huius. Si vero loqui-
mur de ſingularibus immaterialibus deductis à mate-
rialibus, vt actus intelligendi ſingulares, actus credendi
& id genus, ſic dico ꝙ talia ſingularia intelligi poſſunt ꝑ
ſe ab intell'u noſtro intuitiue. declarat̃ quia cognoſcunt̃
notitia in ſe, & non ꝑ ſpẽs adhuc abſtractas ab illis, igit̃
notitia intuitiua: & tũ intellige ꝙ hæc intelligunt̃ intui-
tiue actu primo, vel actu ſecũdo conuerſo, nam hoc nõ
refert, vt primo huius patuit. Si aũt de ſingularibus ſen
ſibilibus loquimur, dico ꝙ intell's coniunctus intelligit
illa interdum intuitiue: interdum abſtractiue non ꝑ na
turam intell's, ſed quatenus eſt ſenſibus coniunctus, vt
velle videt̃ Auer. 3. de aĩa. Quod quidẽ talia ſingularia *Cõm. 9.*
intellectus nr̃ cognoſcat, relinquo ꝓbatũ ab oĩbus, ꝙ
vero nõ per naturã intell's deduco: quia tunc oĩs intell's
ſingularia materialia intelligeret, ꝙ peripatetici negãt
de intell'u diuino, vt patet. 12. huius. Amplius ſi intell's *Cõm. 51.*
talia ſingularia per ſe intelligeret per naturã intell's: tũc
ipſe eſſet hic: & virtus organica: vt deducit Auer. 3. de *Cõm. 5.*
anima. Quod deniq; interdum abſtractiue, interdum
intuitiue illa cognoſcat, declarat̃, quia abſtractiue illa
cognoſcit quando cognoſcit phantaſmata, quæ ſunt in
dianetica virtute quatenus ſunt imagines ſingularium
ſenſibilium, intuitiue vero quatenus cognoſcit ipſa ſin-
gularia in ſe vt ab illis, colligit vniuerſale principium ar
tis & doctrinæ. Sed occurres quia intell's nihil intelligit *Dubitatio.*
niſi per ſimile, ſed in intell'u nulla eſt ipſis ſingularis ſi-
militudo, igitur non poteſt ipſum intuitiue cognoſcere.
de hac dubitatione diximus primo huius diſputa. di-
cta, & nũc replicamus ꝙ oĩs cognitio fit ꝑ ſimile, quo
mediante



mediãte intellectus cognoſcit ipſum cognoſcibile, non
ita ꝙ ſimilitudo ſit id quo cognito cognoſcibile co-
gnoſcat̃, ſed eſt id quo cognoſcens ipſum reddat̃ pro-
portionale rei cognitæ: nõ. n. ſpẽs ponunt̃ vt ꝑ ipſas co
gnitas cognoſcant̃ vl'ia, ſed vt ꝑ ipſas reddat̃ ꝓportiona
lis rebus intelligibilibus, verũ quia intell's quædã intui
tiue cognoſcit ꝑ naturã intellectus & directe vt rerum
formas, quæ ſunt ꝑtãte vl'es quædam intuitiue cogno-
ſcit nõ quidẽ recte, ſed reflexe intuitiue, vt ſpẽs intelligi
biles, & actus intelligendi & id genus, quædã vero intui
tiue, ſed non per naturam intellectus, ſed per naturam
ſenſus: cui coniungitur. hac ratione fit, vt illa quæ dire-
cte per eius naturam intelligit non intelligit, niſi ꝑ ſimi
litudines, quæ ſunt in ipſo, & hoc pacto vl'ia ipſa intelli-
git, habet. n. ſpẽs illorũ. quibus illis redditur proportio-
nalis, quæ intelligit ꝑ naturã eius intuitiue reflexe, non
intelligit per ſimilitudines alias ab ipſiſmet: ſed illa in ſe-
ipſis & ꝑ ſeipſa intelligit. Quæ vero intelligit per natu-
ram ſenſus, cui cõiungitur, per ſimilitudines intelligit:
non quæ ſunt in ipſo ſed quæ ſunt in ſenſu, & hoc pacto
ſenſilia ſingularia intelligit. Hæc. n. cognoſcit per phan
taſmata. quæ ſunt ſimilitudines in ſenſibus exiſtentes.
Et ſic patet ſolutio ad dubium, tu vero quære complũ-
ra in primo huius, nũc. n. illa prætermitto, ne videar ſu-
perfluus, hanc. n. diſputationẽ nolebam pertractare, ni-
ſi quia exteri determinarunt quæſtionem non peripate
ticæ. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam dico ꝙ maior eſt ve-
ra de intell'u per naturã intellectus, tamen ſingulare po
teſt eſſe obiectũ intell's vt ſenſibus coniungitur. Ad ſe
cũdam patet ſolutio, nam ſingulare ſenſibile cognoſcit̃
ab intellectu per ſpẽs exiſtẽtes in ſenſibus, quia per illas
intuitiue cognoſcitur: ſingulare immateriale non intel
ligit̃ per ſpẽm, ſed alterũ per conceptus collectos, alterũ
per ſe cognitione intuitiua. Ad tertiã cõcedatur totũ,
ipſum. n. ſingulare nõ eſt per ſe obiectũ intellectus per
rõnem & naturam intell's, ſed per rõnẽ ſenſus, cui cõiun
gitur. Ad quartam patet ſolutio, dictũ eſt. n. ꝙ ſi intel-
lectus per naturam intell's intelligeret ſingulare, ꝙ eſſet
hic & virtus organica, ſed quia intelligit ſingulare per
naturam ſenſus, cui coniungitur: ideo ſenſus eſt ſingu-
larius & organicus. Ad vltimam dico ꝙ nihil operat̃
potentia paſſiua per naturam eius quin ad illam ope-
rationem concurrat potentia actiua illi æqualis, modo
ſi intellectus poſſibilis operatur circa ſingulare: hoc nõ
agit per naturam intellectus, ſed per rationem & natu-
ram ſenſus cui copulatur, & ſic non oportet intellectũ
agentẽ cõcurrere, & hãc determinationẽ fere oẽs igno
rarunt ante me, hæc. n. eſt vera mens lucida peripateti-
corum. Hæc de quartadecima diſputatione.

*Si ergo genus ſimpliciter non eſt præter eas quæ vt gene-
ris ſpecies &c. Tex. cõm. 43.*

## DISPVTATIO XV.
### De diuerſitate conceptus generis & ſpeciei.

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod conceptus generis non ſit alius à cõcepti-
bus ſpẽrum, argui ſolet. Primo quia genus non
eſt præter eas quæ ſunt generis ſpẽs, vt dicit̃ in
*Cõm. 43.* tex. Secundo illa dato ſequeretur ꝙ genus non prædi-
caretur de ſpẽ. deducitur, quia genus nõ eſt quid diuer-
ſum à ſpẽ, niſi quia eſt illius pars, ſed pars non prædica-
tur formaliter de toto, igit̃ genus nõ ꝑ̃dicat̃ de ſpecie.
Tertio ſpẽs eſt tota ſubſtantia & eſſentia indiuiduorũ,
igitur genus tota ſubſtantia atq; eſſentia ſpẽrum. tenet
enthymema, quia eodẽ modo ſpẽs ad indiuidua ſeſe ha
bet, & genus ad ſpẽs. añs eſt Auer. in hoc. 7. vbi dicit ꝙ *Cõm. 20.*
Socr. non eſt aliud q̃ aĩalitas & rationalitas, & illud eſt
ſpẽs. Amplius Boe. in lib. Porphyrij ait ſpẽm eſſe totam
ſubãm indiuiduorũ. Sed contra arguitur quia ſi conce
ptus generis eſt idem conceptibus ſpẽrum, vel eſt idẽ
oĩbus, vel alteri tm̃. ſi oĩbus, tũc quot eſſent conceptus
ſpecierum tot eſſet conceptus generis, ꝙ eſt falſum, ſi
idem alteri tantum, tunc genus non prædicaret̃ niſi de
vna ſpecie tm̃. Secundo ſi genus non eſſet aliud q̃ ſuæ
ſpẽs, tũc eſſet æquiuocũ. cõſequẽs eſſet falſum, & dedu
citur q̃a ſpẽs differũt ẽm rões, & ſic genus eſſet multa
ẽm rões, & ita æquiuocũ. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire ꝙ cõceptus, vno modo ac-
cipitur ex parte intell's, alio mõ ex parte obiecti. Primo
modo conceptus eſt actus intelligendi, ſiue ſpẽs intelli-
gibilis, quo vel qua aliqd cõcipit̃: & talis conceptus for
malis dicit̃ apud exteros. Secundo modo cõceptus eſt
ipſum obiectũ cõceptibile, qd' concipit̃ & intelligit̃ ꝑ
illum cõceptũ formalẽ. Ex hoc ſequit̃, ꝙ cum quærunt
ſi conceptus generis ſit alius à cõceptibus ſpẽrum non
quærunt de conceptu formali, quia de tali cõceptu, nõ
eſt difficultas, nam oẽs volunt alio formali ſiue actu cõ
cipiendi cõcipi genus, & alio ſpẽm q̃uis. Sed quærimus
ſi huic nomini aĩal vel alterius generis correſpondeat
alius conceptus præter conceptus obiectiuos ſpẽrum.
Hæc enim eſt quæſtio non parua. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

ALEXANDER Aphrodiſius in lib. priorum & in *Pō Alexan.*
lib. de interpretatione tenet ꝙ genus non eſt aliud pœ-
nitus q̃ ſuæ ſpẽs, & ſic velle videtur generi non corre-
ſpondere alium conceptũ obiectiuũ præter conceptus
obiectiuos ſpẽrum, concederet igitur genus non dice-
re obiectiuũ conceptũ aliũ præter obiectiuos conce-
ptus ſpẽrum, huic videtur cõſonus. Ariſto. 7. phyſi. vbi
ait in genere latere ęquiuocationes, qd' non eſſet verũ
ſi generi corrñderet alius obiectiuus conceptus præter
ſpẽs. Præterea. 10. huius dicitur ꝙ genus ẽm ſe eſt diuer
ſum in diuerſis ſpẽbus. Poſitionẽ hãc ſectant̃ ſorticolę,
addunt. n. ꝙ licet in mente ſit alius conceptus formalis
generis, & alius ſpẽrum, tñ præter cõceptus obiectiuos
ſpẽrum nullus alius conceptus obiectiuus reſpondent.
Et ita quia conceptus formalis eſt alius generis, & alius
ſpẽrum, propterea genus eſt terminus cõmunior ſpẽ,
eo quia conceptus ille formalis ſignat plura vel indiui
dua generis, quæ non ſignat cõceptus formalis ſpẽrum.
Expoſitor vero. 1. meta. lectione illa. Poſt dictas vero *Pō Tho.*
pĥias, voluit ꝙ modo intelligendi, non corrñdet mo-
dus eſſendi, eo quia alius eſt modus, quo res intelligit̃, &
alius modus eſſendi quo res eſt, quia licet id quod intel
lectus intelligit, oporteat eſſe in re, non tñ eodẽ modo,
vnde vt dicit, q̃uis intellectus intelligat mathematica
non cointelligẽdo ſenſibilia, & vl'ia ꝑter ſingularia, nõ
tñ oportet vt mathematica ſint præter ſenſilia, nec vl'ia
præter ſingularia. nam videmus ꝙ etiã viſus ꝑcipit co-
lorem ſine ſapore, & tamen color & ſapor in ſenſibili-
bus ſunt miſti. Hæc expoſitor. Ex quibus colligitur pri-
mo ꝙ in mente alius eſt conceptus formalis generis &
alius ſpẽi, patet per eius verba, & per exemplum eius de

viſu. Secundo colligitur ꝙ alius eſt conceptus obiectiuus generis à cõceptibus obiectiuis ſpẽrum, ſed nõ præter oẽm operationẽ intell'ſ, ſed ſolũ dũ intell's ꝑ conceptũ formalẽ cognoſcit obiectiuũ cõceptũ gñis. tũc. n. vt dicit genus intelligiť præter ſpẽs, & vl'e præter particularia, non tñ ex parte rei genus eſt aliquid p̄ter ſpẽs, nec vl'e præter ſingularia, quia vt dicit modo intelligendi nõ correſpondet modus eſſendi, igiť de mente expoſitoris conceptui formali generis, dũ per ipſum, genus intelligiť, corrñdet alius cõceptus obiectiuus p̄ter conceptus obiectiuos ſpẽrum, ante tamẽ q̃ genus ꝑ cõceptum formalẽ intelligať, nihil corrñdet præter ſpẽs ipſas.

*Defenſio Tho.* Ex his ſequiť aliquos non iuſte ſeſe habuiſſe ad expoſitorem, non tñ expoſitor ait genus & dr̃iam & ſpẽm ſolum differre modo concipiendi; vt patet ꝑ hæc verba ꝑ nos inducta. Sed vult ꝙ differunt modo concipiẽdi, & non tm̃, ſed etiam differunt conceptibus: verũ voluit ex parte rei, nullam eſſe illorum dr̃iam, ſed ſolũ dũ concipiuntur. Et ſic oẽs captiunculæ corũ ceſſant, cõcludũt. n. ꝙ differunt conceptibus proprijs, ſed nõ ex parte rei. Amplius concludunt ꝙ nõ differũt ſolũ modis concipiẽdi ſed cõceptibus, & hoc apte tenet expoſitor, quare iniuſte ipſum incuſarũt.

*Dubiũ in doctrina Thomæ.* Sed quæres adhuc in doctrina expoſitoris, ſi illis conceptibus obiectiuis nihil correſpondet in re ante actualẽ conceptionem, vel ne? *Solutio.* Dicerẽ ꝙ circũſcripta actuali conceptione illorũ, in re non eſt niſi ſpẽs in indiuiduis, quæ eſt potẽs in intell'u facere diuerſos cõceptus formales, quibus intell's apprehendat diuerſos cõceptus obiectiuos, genus, ſpeciei, & differentiæ, igitur in re non eſt aliqua diſtinctio illorum trium cõceptuum actualis, ſed ſolum aptitudinalis, quatenus in re eſt aliquod, quod apprehẽſum ab intell'u, eſt aptũ formare diuerſos conceptus formales, quibus repñtenť diuerſi conceptus obiectiui. videlicet, generis, dr̃iæ, & ſpeciei.

*Obiectiones aliquorum.* Sed obijciũt aliqui. Primo quia dum cõcipitur genus, aũt cõcipiť aliquid rei in ſpẽ, vel nihil. ſi nihil, tũc hæc conceptio eſſet ficta. ſi aliquid rei in ſpẽ. igitur vel idem vel aliud, ſi idem, tunc erit idẽ conceptus generis & differẽtiæ. ſi aliud, habetur propoſitum ꝙ in re eſt diſtinctio quædam prior diſtinctione conceptuum. Scd̃o vna res conceptibilis non eſt apta formare niſi vnũ conceptum adæquatũ, igitur non poteſt formare plures cõceptus diuerſos. Tertio differentia prior omni actu rationis eſt differentia ex natura rei, ſed obiecta naturaliter præcedunt actus, & diſtinctio obiectorum diſtinctionem actuũ: igiť in re eſt aliqua diſtinctio actualis prior diſtinctione conceptuum. Hæc ſunt argumenta.

*Defenſio.* Ad primam dico ꝙ dum concipiť genus correſpõdet aliquid in re, & illud eſt idẽ, & aliud, idem quidẽ actu, & prēter oẽm operationẽ intellectus, aliud vero dũ concipitur; vnde præter operationem intellectus actu vnũ eſt quod eſt aptum facere in mẽte diuerſos conceptus, ſed dum cõcipitur conceptionibus rñdẽt diuerſi cõceceptus obiectiui, qui non ſunt diſtincti ante cõceptionem, ſed dum cõcipiuntur. Ad ſcd̃am dico, ꝙ vna res per vnum apparens non eſt apta facere niſi vnũ conceptum tm̃, vt homo per hoc apparens quod eſt rõcinari non eſt aptus facere niſi cõceptum differentiæ, at vnamet res ꝑ diuerſa apparẽtia, apta eſt facere diuerſos cõceptus. inquit. n. expoſitor in. 2. de aĩa ꝙ à rationali aĩa quatenus eſt principium intelligendi ſumitur differentia hominis, quatenus eſt principium ſentiendi ſumitur ratio animalis, & propterea vna eſt aĩa quæ eſt rõnalis, ſenſitiua, & vegetatiua, & per hoc põt etiã dici ad primum ꝙ diſtinctioni cõceptuum obiectiuorum corrñdet aliqua diſtõ realis ex parte rei, non quidem ipſorũ in ſe, ſed apparentium, quorum vnamet natura eſt principium. Ad tertiam dico ꝙ obiectũ prēcedit actus, non aũt diſtõ obiectorum præcedit diſtõnem actuum, quia actus ab eodem obiecto actuali proficiſcuntur, præterea dici põt etiam ꝙ ſufficit vt ante diſtõnem actuum præcedat reali diſtõ apparentium, quorum idem obm eſt principium. Et aĩaduerte ꝙ recurrere ad ipſa apparentia, non eſt contra expoſitorem, ĩmo expoſitor expꝛſſe in. 2. de aĩa ad illa recurrit, & ꝓpea oẽs captiunculē iſtorum recurrẽdo ad illa facile tolluntť. Hæc de põne Tho. de q̃ latius poſtea dicemus.

*Põ aliorum.* Alij vero tenẽt tria primum eſt ꝙ cõceptus obtiuus gñis ſit in ſe vnus, alia vnitate & minori q̃ ſit vnitas ſpẽi. Scd̃m eſt ꝙ cõceptus generis eſt alius ab oĩbus conceptibus ſpẽi. Tertium eſt ꝙ conceptus generis obtiuus ex natura rei actu diſtinguitur à conceptibus ſpẽi & dr̃iæ. Ex quibus ſequitur ſpẽm non eſſe compoſita ex gñe & dr̃ia tanquam ex re & re, ſed tanquam ex realitate & realitate. Primũ deducunt trifariam. Primo quia intell's eſt certus de cõceptu generis, & põt dubitare & de conceptibus ſpẽrum, igiť ille conceptus eſt alius & vnus. Scd̃o quia non poſſunt eadem conuenire & differre in eodẽ conceptu. Sed ſpẽs conueniunt in conceptu generis, & differunt in conceptibus differẽtiæ, igr̃ conceptus gñis eſt alius & vnus ab illis. Tertio genus prædicatur in quid & vniuoce, igitur dicit vnum cõceptum ſm̃ quem prēdicatur. Scd̃m deducunt, quia partiale eſt aliud à totali. Sed conceptus generis vna cum conceptu dr̃iæ efficit conceptũ ſpẽi, igitur eſt alius ab vtroq;. Tertium vero probarũt, & põt eſſe vna rõ, quia circũſcripto actu intell's eſt aliqua differentia inter conceptũ obtiuum gñis & conceptum obtiuum ſpẽi & dr̃iæ. Hæc ſunt quæ dicunt.

*Confutatio.* Sed hæc nullam habent neceſsitatem, quia vt logici tradũt ſtat intell'm eſſe certum de genere vt de aĩali, dubiumq́; de ſpẽbus, vt de equo & boue, nec ſequitur ipſum eſſe de aliquo animali certum. præterea vt Tho. dicit intellectus eſſe poteſt certus de conceptu obtiuo generis, & dubius de conceptibus obtiuis ſpẽrum, non ꝙ conceptus generis ſit alius in re ab illis, ſed ſolum dum concipitur. Secunda etiam nulla eſt, quia ſpecies differunt differentiis & conueniunt genere, & ſic alius eſt conceptus obtiuus generis, à conceptibus obtiuis differẽtiarum, ſed nõ ante conceptionẽ, ſed ſolũ dum illa concipiuntur. Ad tertiam patet ſol'o, quia prædicatur in quid vniuoce, ideo dicit alium conceptum obiectiuum, ſed non ante prædicationem, nec ante conceptionẽ, vt dictum eſt, & per hēc patet ꝙ conceptus obtiuus gñis eſt partialis, conceptus ſpẽi totalis, ſed nõ ante cõceptionẽ. Amplius patet ꝙ circũſcripto ope intell's ex nã rei nulla eſt inter illos conceptus obtiuos dr̃ia actualis, ſed ſolum dum concipunť, & ſic quæ exteri dicunt nullã hñt neceſsitatẽ, ſed vtrum hēc ſtare poſsint in q̃one ve vniuerſalibus diſputabimus. Hæc de poſitionibus.

### Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione. Primo animaduerſione dignum ꝙ genus eſt vnum in forma media inter actum & potentiam, vt Auer. dicit primo huius. & 12. huius, amplius etiam ſpecies ipſa vnum eſt in forma, quia omne vl'e eſt vnum in forma vt docet Auerro. in hoc. 1. *Cõm. 17. Cõm. 14. Cõm. 27.* Ex his ſequitur ꝙ conceptus gñis eſt forma per quam indiuiduum reponiť in ipſo gñe, vt conceptus obtiuus aĩalis eſt ſenſitiua aĩa per q̃ hõ eſt aĩal, conceptus ſpẽi obtiuus eſt forma



eſt forma per quam indiuiduũ reponiť in ſpẽ, vt cõceptus obiectiuus hoĩs eſt aĩa rõnalis, ꝑ quã hic hõ eſt homo. cauſa aũt eſt, quia vl'e eſt ſolũ forma vt ſignatur ꝑ nomẽ generis vel ſpẽi, vt ſæpiſsime in hoc lib. eſt dictũ.

*Dubitatio.* Sed dices vtrũ forma quæ eſt obiectiuus cõceptus generis, & forma quæ eſt obiectiuus cõceptus ſpeciei ſint vna forma, quod eſt quærere vtrũ id qd' ſignatur ꝑ nomen generis, & id qd' ſignatur ꝑ nomẽ ſpẽi ſit vnamet forma. Secũdo dubitať vtrũ id qd' ſignatur ꝑ nomen dr̃iæ ſit vnamet forma cũ eo qd' ſignatur ꝑ nomẽ generis & ſpẽi. *Solutio. Cõm. 43.* Ad ambas has rñdet Auer. in hoc. 7. verſus finem, dicens manifeſtum eſt ꝙ vltima differentia eſt ex ſpẽ, quæ eſt ſubſtantia illius ſpẽi ſolius, & ſola diffinitio eius, & ꝙ illud quod eſt ante, non eſt ſubſtantia ꝓpria ei, neq; aliquid exiſtens extra aĩam in actu intendit, qm̃ cum illud quod inuenitur ſpẽs in actu, ſit vnum, manifeſtũ eſt ꝙ illud qd' ſignificat diffinitio eſt vnũ, & ꝙ diffinitio eſt vna, qm̃ in ea nõ eſt aliquid in actu niſi vnum, & multitudo quæ eſt in ea eſt in potentia. Hæc Auer. ad verbũ. Ex quibus apparet aperte ꝙ id qd' ſignificatur per nomen generis, & id qd' ſignificať ꝑ nomen ſpẽi, & id qd' ſignificať ꝑ nomẽ dr̃iæ extra aĩam eſt vnũ & idẽ in actu, poteſtate vero quatenus põt facere in mente diuerſos conceptus formales, qui repreſentant diuerſos cõceptus obiectiuos, eſt multitudo quædã, vt. n. in mente poteſt facere tales conceptus formales relinquuntur tres conceptus obiectiui, quorum primus eſt genericus determinabilis. Secundus dr̃iæ determinãs. Tertius ſpecificus conſtitutus ex ijs. Secundo apparet ꝙ Expoſitor non differt ab hac nr̃a dilucidatione niſi in vno tm̃, ꝙ ille vult vl'e non eſſe formã, ſed cõpoſitũ ex materia & forma, ꝓꝑ qd' apud Thomã genus erit cõpoſitũ ex forma & materia quatenus forma ſumiť ſub rõne cõiori, ſpẽs vero ex eiſdẽ quatenus forma ſumiť ſub rõne ſpãliori, dr̃ia forte eſt forma tm̃ apud ipſum, at Auer. hēc tria dicit eſſe vnam formã, ꝑ diuerſos formales conceptus conceptibilẽ, qui repreſentant diuerſos obiectiuos conceptus, non quidẽ diſtinctos ante conceptionẽ, ſed ſolum dũ cõcipiunť, & ſic parua eſt dr̃ia Thomæ. Et propter hoc rationes ẹorũ quemadmodũ nõ cogũt cõtra Thomam, ita nec cõtra Auer.

*Dubitatio.* Sed quæres adhuc ꝓꝑ qd conceptus illi formales repreſentant diuerſos illos tres conceptus obiectiuos, cum ante cõceptionẽ nulla ſit diſtinctio. *Solutio.* Dici põt ꝙ repñtant illos tres ꝓꝑ duo apparentia vt diximus, cũ. n. ad extra appareat ſenſus & motus, ab hoc apparenti ſumiť cõceptus formalis, qui repñtat hoĩem in q̃tum aĩal, amplius cum appareat rõcinari, ab hoc ſumiť formalis conceptus, qui repræſentat hoĩem vt rõnalem. Ab ijs duobus ſumiť tertius conceptus formalis, qui repñtat hoĩem vt hoĩem, & vt quid cõpoſitũ ex primis duobus cõceptibus obiectiuis hæc fuerũt dicta in defenſione Thomæ. eſſet autem vna dubitatio ſi forma generis eſt in cõpoſito alia ab illa ſpeciei, quomodo ſaluatur famoſum dictum expoſitoris & Boetij, ꝙ genus non dicat vnam naturam ſed vnum conceptũ & ſpecies vnum conceptum & vnam naturam, ſolutionẽ vide. 7. phyſico. nam illic ſaluaui hoc dictum. Et de dilucidatione hæc pauca ſatis.

### Capvt solvtionvm qvintvm.

His dilucidatis oẽs rationes facile tolluntur. Ad primam dico ꝙ in actu genus non eſt aliud præter generis ſpẽs, ſed bene ꝑtãte vt dictũ eſt. Ad ſcd̃am dico ꝙ ſi genus diceret cõceptũ illũ ꝑ modum partis non p̄dicareť de ſpẽ, ſed qm̃ dicit ſpẽm ſub rõne cõceptibili cõi, ideo prēdicatur de ſpecie per ſe & in quid. Ad tertiam concedo totum. nõ. n. differt genus in ſubſtantia à ſpẽbus, ſed ſolum in conceptu obiectiuo, quia dicit ſpẽs ſub ratione conceptibili cõiori. Ad rationes ad oppoſitum. Ad primam dico ꝙ actu genus non eſt aliud quam ſpẽs, tñ poteſtate genus dicit ſpẽm ſub rõne cõceptibili cõiori, q̃ ſit ratio cuiuſq; ſpẽi, & ſic cõceptus, quem actu dicit alium ab illis ſpẽrum, nulli ſpẽi idem eſt conceptibiliter, actu vero non eſt aliud ab oĩbus ſpẽbus, immo idẽ oĩbus, quia præter operationem intellectus non eſt, & per cõſequens prēter operationẽ intellectus quot ſunt ſpecies, tot ſunt generis actuales conceptus. non. n. præter intellectũ eſt actualis vnitas, ſed potentialis, vt dictum eſt. Ad ſecundam nego conſequentiam, quia licet actu nõ ſit aliud quã ſuæ ſpecies, poteſtate eſt aliud quid vt dictũ eſt. Hæc de diſputatione decimaquinta.

*At vero & oportet diuidi differentiæ differentiã vt animalis differentia eſt pedalitas. Itẽ aĩalis habentis pedes differentiam ſcire oportet & reliqua. Tex. cõm. 43.*

## DISPVTATIO XVI.

De diuerſitate differentię ſpeciei à differentiis generis.

*Num differentia ſpeciei formaliter includat differentias generum ſuperiorum.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

Qvod differentia inferior formaliter includat ſuperiorem. Arguũt primo, quia ſi nõ, tũc differentia inferior non diuerſificaret ipſum genus per ſe, quod eſt falſum, & deducitur, quia ſit genus quod diuerſificatur genus intermediũ animal, & quæro per quid diuerſificatur, & certum eſt ꝙ non diuerſificatur per differentias ſuperiores, quia in illis non formaliter includitur, igitur per illas non poteſt diuerſificari, nec põt diuerſificari per inferiores, quia illæ ſunt extra rõnem eius, & extra rõnem differentiæ ſuperioris per aduerſarios, igitur per illas non diuerſificabitur. Secundo omne magis commune includitur formaliter in minus communi, ſed differentia ſuperior eſt magis communis, & differentia inferior eſt minus cõis, igitur differentia ſuperior includitur formaliter in differentia inferiori. Tertio quēcunq; vniuntur alicui tertio, eo modo quo vniuntur illi tertio, vniuntur inter ſe. Sed differentia ſuperior & differentia inferior vniuntur formaliter in ſpecie. Senſitiuum enim & rõnale ambo de homine formaliter dicuntur, igitur vniuntur formaliter inter ſe. Quarto quæcunq; ſumuntur ab eadem forma ſunt eadem formaliter, & vnum includitur formaliter in altero. Sed dr̃ia ſuperior & differentia inferior ſumunť ab eadem forma vt nũc ſuppono, igiť vna includiť formaliter in altera. Sed in contrariũ ſunt multi authores, igiť diſpu. eſt ambigua. Hæc de dubitatione.

### Capvt titvli secvndvm.

Qvid dr̃ia ſit, alibi declarauimus, nũc aũt ꝑ differentiam ſuperiorem audimus illã, quæ genus cõſtituit & ſupueniẽs genus diuidit, vt ſenſitiuũ quod corpus aĩatũ diuidit, & aĩal cõſtituit, ꝑ inferiorẽ vero eã volumus: quæ genus diuidit, ſpẽm vero gñis cõſtituit, vt rationale, qd' aĩal diuidit & hoĩem conſtituit, & non modo per ſuperiorẽ eã volo, quæ proximũ ſpeciei genus conſtituit, ſed oẽs ſuperiores vſq; ad ſuprēmum genus. Erit igiť diſputatio ſi differẽtia quæ ſpẽm vltimã con-



ſtituit,

ſtituit, vt rationale, includat oẽs ſuperiores, quæ ſuperiora genera ad hoĩem cõſtituũt, vt ſenſitiuũ corporeũ, & id genus, qđ eſt dicere ſi ſenſitiuum & corporeum includantur in ipſo rõnali formaliter, ita vt hæc ſit p̃dicatio formalis, rõnale eſt ſenſitiuũ. Hic igiẽ eſt titulus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. poſitio.* DE diſputatione dicunt nonnulli iuniorũ, ꝙ includi formaliter in alio eſt bifariã. Vno mõ tanquã partẽ formalem vel formã illius. veluti albedo in hoĩe albo. Alio modo quia clauditur in formali & quidditatiuo conceptu illius, veluti aĩal in hoĩe. tũc dicunt, ꝙ dr̃ia ſuperior vt ſenſitiuũ non includiẽ in dr̃ia infera vt in ipſo rõnali tanquã forma in formato, aut tanquã pars formalis in cõpoſito formato, vt patet, quia dr̃ia ſuperior non eſt pars dr̃iæ inferæ. Secũdo dicũt ꝙ ſuperior dr̃ia includiẽ formaliter in infera ſecundo modo, videlicet, *Rõnes põnis.* quia eſt de formali & quidditatiuo cõceptu illius. Hãc ſcđam probãt multifariã. Primo quod p̃dicatur de aliquo in abſtracto, includitur formaliter in illo. Sed dr̃ia ſuperior p̃dicaẽ de infera in abſtracto, igiẽ includiẽ formaliter in infera. maior patet, quia in abſtractis nõ eſt vera p̃dicatio niſi per ſe & formalis, vt oẽs dicũt. minor patet in textu, dicitur. n. ꝙ ſixio eſt pedalitas, & ꝑ ſixionem ſumit dr̃iam inferã, ꝑ pedalitatẽ vero dr̃iam ſuperam. Secundo ſi ſuperior differentia non prædicareẽ de infera, tunc infera differentia eſſet ſimpliciter ſimplex, hoc aũt eſt falſum, quia non eſt ſimplicior generaliſsimo, quia eſt illo poſterior, at generaliſsimũ nõ eſt ſimpliciter ſimplex, ſed reſolubile in plures cõceptus: & deducitur conſequentia, quia talis differentia in nullo cõueniret formaliter, & ita ſimpliciter ſimplex. Tertio ſi differentia ſuperior non p̃dicareẽ de infera, tunc dr̃ia eſſet de primis prædicatis. conſequens eſt cõtra Auer. *Cõm. 8.* 8. meta. vbi habet ꝙ 10. genera rerũ ſunt. 10. prima prædicata. & conſequentia deducitur. quia de dr̃ia non prædicaẽ genus, igitur ſi nec dr̃ia ſuperior, de ipſa nihil *Obiectiones.* prædicareẽ, igitur eſſet de primis prædicatis. Sed contra hanc põnem ſunt obiectiones, quæ licet formentur ſuo modo, ego illas ſic reduco. Prima eſt, ſi ſuperiores differentiæ de infera formaliter prædicantur, & in illa formaliter includunẽ, tũc dr̃ia eſſet tota ſubſtantia rei diffinitæ, hoc eſt falſum. tum primo, quia tũc genus nõ eſſet ſubſtãtia rei diffinitæ. tum ſecũdo, quia diffinitio non haberet partes. tum tertio, quia tũc in diffinitione nõ poneẽ aliquid vt materia, & aliquid vt forma, ſed ſola dr̃ia vltima vt forma. Secũdo principaliter arguitur, quia tunc eſſet nugatio, quia idẽ bis repeteretur: vt differentia ſuperior ſemel in ſe: & ſemel in dr̃ia infima. Tertio in diffinitione debet eſſe ordo, quia aliud ſeſe habet vt materia & prius, aliud vt forma & poſterius, at vbi vltima differẽtia oẽs alias includeret nullus eſſet *Obiectiones aliorum.* ordo. Quarto arguũt alij, ꝙ tũc differentiæ non eſſent primo diuerſæ, quia differẽtiæ ſpecificæ vt rõnale & irrationale conuenirent in differẽtia ſupiori generica vt in ipſo ſenſitiuo. Quinto tunc p̃dicatio vnius differentiæ de altera negatiua, non eſſet immediata, quia extrema cõuenirent in aliquo. Sexto tunc eſſet proceſſus in infinitum, quia rationale & irrationale conuenirent in ſenſitiuo. vel igitur ſeipſis differũt vel alijs differentiis, non ſeipſis, quia tunc eſſent primo diuerſæ, & ita in nullo conuenirẽt. ſi alijs, tandẽ aut ſtabitur ad primo diuerſa, aut ibitur in infinitum. Vltimo tunc differentia ſuperior eſſet genus, quia prædicaretur in quid de differentiis, quæ ſpecie differunt. Sed quicquid ſit de poſitione ipſa, rationes iſtæ non valent. *Defenſio.* Ad primam nego conſequentiam, quia licet includeret oẽm ſuperiorẽ differentiam, non tamen includeret oẽ genus ſuperius, & ſic nõ ſequiẽ differentiam inferam eſſe totã rei diffinitę ſubſtantiam: dato ꝙ oẽs ſuperas differẽtias formaliter includeret. Ad ſecundam dico ꝙ bis dicere idem non eſt nugatio, ſed bis dicere idem & eodẽ modo, at in propoſito diciẽ bis idem, ſed alio modo, quia prius diciẽ indeterminate. 2. determinate. Ad tertiã concedo ꝙ in diffinitione eſt ordo, & tamẽ dr̃ia vltima includit formaliter oẽs differentias ſuperiores, quia iſte ordo eſt inter magis cõe, & inter minus cõe. Ad quartã dico ꝙ primo diuerſa ſunt, quæ in nullo conueniunt, qđ diuidaẽ ꝑ dr̃ias, & hoc pacto differentiæ ſunt primo diuerſæ, qa licet conueniant in dr̃ia ſuperiori, illa tamen non diuiditur ꝑ differẽtias alias ab illis, & propterea ſunt primo diuerſæ hoc modo. Ad quintam nego conſequentiã, quia immediata eſt, qua in ſyllogiſmo non eſt altera prior, modo hac propoſitione nullum rationale eſt irrationale nulla eſt ſyllogiſtica prior, & licet extrema cõueniant, non tñ illud põt eſſe medium, eo quia ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura nihil ſequitur. Ad ſextam dico ꝙ conueniunt in dr̃ia ſuperiori, & differunt ſeipſis, nec oportet ꝙ quæcunq; in aliquo conueniunt, ipſa differant ꝑ alias differentias, ſi ſint differentiæ. Ad vltimam dico ꝙ dr̃ia ſuperior prædicatur in quid, ſed non de pluribus differentibus ſpẽ, quia differentię non differunt ſpẽ, ſed ſunt, ea quibus ſpẽs differunt, & ſic rationes non cogunt. *Quid de poſitione ipſa ſentiendum.* Sed licet rationes iſtæ non cogant, tamen poſitioni nõ aſſentior, quia ſi genus non p̃dicatur de differentia formaliter nec in illa formaliter includitur, videtur ꝙ nec differentia conſtitutiua formaliter ipſius generis, debet prædicari de differẽtia diuiſiua generis, quia de quocunq; nõ prædicatur ſubiectũ: de illo non prędicatur p̃dicatũ cũ illo ſubiecto conuertibile, igiẽ de quo non p̃dicaẽ aĩal, de illo non prædicaẽ ſenſitiuum, quod eſt aĩalis prędicatũ formale, & conuertibile. Sed de quo non prædicatur formaliter, in illo nõ includitur formaliter, igitur cum differentia ſuperior nõ prædicetur formaliter de inferiori. nec in illa formaliter includeẽ. Secũdo quæcunque ſunt eadẽ formaliter & conuertibiliter, neceſſario ſic ſe habent, ꝙ à quocunque alterũ illorũ formaliter remoueẽ. ab eodem etiam alterum remouebitur, hæc patet, quia ex oppoſito prędicati infertur oppoſitum ſubiecti, quia ſi alterum remouebitur, & alterum ſit idem, illa non pñt eſſe formaliter eadem inter ſe. Sed differentia ſuperior & genus ſunt eadem formaliter & conuertibiliter, vt patet, quia ſuperior differentia conſtituit genus formaliter, & cũ illo cõuerſim dicitur, igitur à quocunq; formaliter remouetur genus, ab illo etiam formaliter differẽtia eius conſtitutiua remouebitur, aliter non conuerteneẽ for- *Põ. 2. iuniorum.* maliter. Propter hæc alij iuniores dicunt ꝙ dr̃ia poteſt conſiderari quo ad id quod eſt, & quatenus ſpẽm conſtituit, vel ſub alijs verbis poteſt conſiderari materialiter & formaliter, tunc dicũt ꝙ ſi dr̃ia inferior conſideratur quo ad id quod eſt ſiue materialiter, ſic dr̃ia infera generis diuiſiua includit formaliter differentiam ſuperam generis conſtitutiuã, probatur quia differẽtia quo ad id quod eſt, ſiue materialiter conſiderata nõ eſt aliud quam ſpecies, ſed ſpẽs includit differentiam ſuperam formaliter, igitur differentia quantum ad id quod eſt, *Confutatio.* etiam includit differentiã ſuperiorẽ. Secundo dico ꝙ ſi differentia infera conſideretur formaliter, ſic non includit



dit formaliter ſuperam. probatur, quia vt ſic alium formalem conceptum dicit ſupera, & aliũ infera. Hæc iſti. Sed hæc ſolutio friuola eſt. Primo quia differẽtia quo ad eius materiale & quo ad id quod eſt non eſt differentia, ſed ſpẽs, & ſic dicere ꝙ differentia quo ad id quod eſt includit differẽtiam, eſt dicere ꝙ ſpẽs & non dr̃ia includit dr̃iam, & ſic nihil ad rẽ. Secundo ſi formale dr̃iæ ſuperioris non includitur in formali differẽtiæ inferioris, abſolute ſuperior differẽtia eſt extra dr̃iam inferiorem, quia à formali eſt potiſsima rõ diſtinctionis & idẽtatis, incluſionis & excluſionis, eo quia in vnoquoque formale eſt potius mãli. Tertio ſi rõne mãlis aliquid poſsit formaliter includi in alio, tũc ſuƀa poſſet formaliter includi in albo, quia album quo ad materiale eſt corpus, quod eſt formaliter ſuƀa, & tñ nemo concede- *Aliquorũ põ.* ret conſequẽs. Propter hæc & alia aliqui tenent abſolute & ſine diſtinctione ꝙ differẽtia inferior non includat formaliter ſuperiorem, & conſequẽter ꝙ ſuperior eſt extra eſſentiam & formalem rõnem inferioris. Hæc *Confutatio.* illi, quorum rõnes ſunt tactæ. Sed contra hanc põnem eſt dubõ. Primo quia ſuperior differẽtia & inferior dicunt eandẽ formã etiam apud ipſos, quia ſenſitiuum & rõnale eandẽ formam dicunt in homine, igitur ſunt eadẽ in forma, ſed vt diximus olim à forma deducitur formalitas, igitur ſunt eadẽ formalr̃, vnde argui põt ſic. Quæcunq; ſunt eadẽ in forma apud peripateticos, ſunt eadẽ formaliter, ſed differẽtia ſuperior & inferior ſunt eadẽ in forma, igitur eadem formaliter. Secundo, quęcunq; ſunt formalr̃ eadẽ alicui tertio, ſunt formalr̃ eadem inter ſe, quia quæcunq; vni tertio ſunt eadẽ eodẽ modo quo illa ſunt eadem, ſunt inter ſe eadem. Sed ſuperior differẽtia & inferior ſunt eadẽ ſpẽi formaliter, igitur inter ſe. Hæ ſunt dubitationes contra hanc poſitionem. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ aliquid alicui eſſe formalr̃ idẽ, vel in illo formaliter includi põt deduci à formali vel à forma vt olim diximus, ſi enim deducitur à forma, ſic aliquid eſt idẽ formaliter alicui, vel in illo formaliter incluſum, quotiẽs cum illo dicit eandẽ formam, vel quotiẽs ambo ab eadem ſumuntur forma. Sed ſi deducitur à formali, ſic aliquid alicui eſt idẽ formaliter vel in illo formaliter includitur, quoties formale vnius includitur vel eſt idem cum formali alterius, quid autem ſit formale, diximus. nam ratio formalis & formale, & id quo aliquid dicitur formaliter tale idẽ eſt. Tunc dico duo. Primum ꝙ ſi formaliter includi in alio vel eẽ idem illi formaliter idẽ eſt ſumi ab eadem forma vel dicere eandem formam, ſic ſuperior differẽtia formaliter includitur in infera, eſtq́; illi eadem formaliter. patet, quia ambæ dicunt eandem formam, vel ab eadem forma ſumuntur, apud peripateticos. Si vero includi formaliter vel eſſe idem formaliter deducitur à formali ſiue rõne formali, ſic differentia ſuperior nec formaliter includitur in infera, nec eſt illi eadem formaliter. patet, quia formale illius eſt extra formale alterius, quia licet ſumantur ab eadem re formæ, non tñ ab eodem gradu rei formę, nec ab eodẽ apparenti, vt diſputatione proxima eſt declaratum. Hæc ſunt quæ peripateticæ dicerem pro dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rationes. Et primo ad rationes primæ poſitionis. Ad primam dico ꝙ in græco non legitur in abſtractis, ſed in concręto illa litera, vt patet conſideranti verba græca. Ad ſecundam concedo ꝙ dr̃ia vltima eſt ſimpliciter ſimplex, & nego ꝙ generaliſsimum nõ ſimpliciter ſimplex, quia ẽm peripateticos vltra generaliſsima non inueniunẽ niſi noĩa, nec habeo pro incõuenienti aliquod minus cõe eſſe ſimpliciter ſimplex & non magis cõe, quando illud minus cõe eſt contractiuum. Ad tertiam dico ꝙ differentia eſt primum p̃dicatum, quia competit ſpẽi per ſe primo, & ſine medio, & quum Auer. ſumit. 10. genera eſſe prima prædicata, recte dicit, quia illa ſunt prima prædicata, non tamẽ eſt intelligẽdum ꝙ tm̃ ſint prima prædicata, nec hoc dicit Auer. & ſic ratio nulla. Alij aliter dicunt, nõ curo, rõnes vero factæ pro alijs poſitionibus, nõ obſtant contra dilucidationem, ĩmo faciunt pro illa, vt patet intelligenti. Ad rõnes vero tactas in principio. Ad primam dico ꝙ concludit oppoſitum, nam actuale contrahit potentiale, & eſt extra rationẽ formalem illius: propterea negatur maior, oportet. n. cõtrahẽs eſſe extra rõnem contrahibilis apud multos. Ad ſecundam negatur maior, niſi ſit magis cõe in recta linea prædicamentali. Ad tertiam concedo ꝙ vniuntur inter ſe formaliter vt ipſum formaliter vniri deducitur à forma, non à rõne formali. Per idem ad vltimum. patet enim illa eſſe eadẽ formaliter ẽm formam, non aũt ẽm formale, vt diximus. Hæc de decimaſexta diſputatione.

*Videtur enim impoſsibile eſſe ſubſtantiam eſſe quodcunque vniuerſaliter dictorum. Primum enim ſubſtantia &c. Tex. cõm. 4. 5. & 6.*

## DISPVTATIO XVII.

De vniuerſalium entitate.

*Num vniuerſale ſit aliquid in rebus.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod vl̃e ſit aliquid in rebus arguitur. Secunda ſubſtantia eſt aliquid in rebus, vt patet in prædicamentis, & in hoc ſeptimo, vbi diciẽ ꝙ ſubſtantia eſt primum ens, & ſecunda ſubſtãntia eſt vl̃e. igitur vl̃e eſt aliquid in rebus. Secũdo eſt aliquis effectus vniuerſalis, vt patet. 2. phyſicæ auſcul. vbi dicitur ꝙ effectuum vniuerſalium cauſæ ſunt vl̃es, igiẽ vniuerſale eſt aliquid in rebus, tenet conſequentia, quia oĩs effectus cuiuſuis cauſæ eſt in re. In contrariũ eſt Ariſt. in litera.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

VNIVERSALE quid nam ſit & quoties diciẽ, in primo huius diſputatione. 11. cap̃. 2. copioſæ eſt explicatum, nec oportet repetere verum per vl̃e eſſe aliquid in rebus. volumus intelligere ſi vniuerſale ſit ens reale, ens autem reale ſemper audimus vt diſtinguitur contra ens intentionale. Hæc pauca de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione hac fuit non tantum apud iuniores diſcordia maxima, ſed apud veteres. Amplius & in diuerſis ſectis non tm̃ fuit dr̃ia, ſed in eadẽ, adeo ꝙ qđ velit Ariſt. nondum patuit, eo quia alij alia in huius viri ſecta ſenſere. Inter antiquos itaq; Herculei & oẽs qui *Poſitio Herculeorum.* Heraclitum atq; Cratillum imitati ſunt ſola ſingularia profitentur. horũ ratio erat, quia intellectus eſt ſenſus, igitur intelligibile eſt ſenſibile, & per cõſequens intelligibilia erant mere ſenſibilia atq; ſingularia, ſic ꝙ nec in re, nec in mente vl̃ia concedebant, eo quia mẽs erat apud eos ſenſus, ſiue potiſsima ſenſitiua vis, & hac ratione negarunt ſcire, & ſcĩam, aſſerentes nihil poſſe ſciri,

ſciri, quia nullū eſt ſcibile, nullumq; vľe. Hæc Herculei.

*Poſitio Plat.*

Plat. vero his occurrens volens ſcire ipſum ſaluare, vniuerſalia conceſsit, nõ quidem in rebus, ſed ſeparata, quæ ab eo ideæ dictæ ſunt. mouebatur aũt primo quia modo intelligendi correſpõdet modus eſſendi. Sed nos poſſumus intelligere hominẽ ſine ſingularibus, & aĩal ſine ſpẽbus, igitur vniuerſalia ſunt in re ſine ſingularibus, vt homo ſine ſingularibus hoĩs, & aĩal ſine ſpeciebus. Secundo mouetur quia oẽ tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, ſed hic homo eſt homo participatione humanitatis, igitur humanitas eſt homo per eſſentiam, & ita vľe per eſſentiam. Tertio ſcire eſt eorum quæ nec ſunt ſingularia, nec in ſingularibus poſita, vt oẽs concedunt, ſed vľium eſt ſcĩa, igitur vniuerſalia nec ſunt ſingularia nec in ſingularibus poſita, & per conſequens ſunt à ſingularibus ſeparata. Quarto ſingulare ad generationem ſui ſilis nõ ſufficit, igitur requiritur vľe in cuius virtute agat. Et ſic his rõnibus Plato poſuit vniuerſalia realia, à ſenſibilibus ſingularibusq; ipſis ẽm eſſe ſeparata q̃s formas vel ideas appellat vbiq;.

*Obõnis Ariſt. Cõm. 31.*

Obiiciunt aũt huic Ariſto. & Auer. in hoc. 7. & 1. quia oẽ quod prędicatur per ſe de aliquo prędicatur, vel quia eſt idem illi de quo prædicatur, vel quia eſt in illo, vt in lib. prædicamentorum dictum eſt. Sed vľia prædicãtur de ſingularibus & primis ſubſtantiis per ſe, igiẽ vel erũt eadem illis vt ſecundæ ſubſtantiæ, vel erunt in illis vt accidentia per ſe, & per conſequẽs non poſſunt eſſe ſeparata. Secundo arguit Ariſtot. 1 o. huius, quia ſi homo eſſet vľe ſeparatum, tunc eſſet ſubſtantia incorruptibilis. Sed corruptibile & incorruptibile non ſunt eiuſdem ſpeciei, ĩmo nec eiuſdem generis, igitur homo & hic homo differũt ſpecie & genere, vide declarationem Auer. illic. Tertio arguit Auer. 3. de anima ꝙ ſi vniuerſalia eſſent ſeparata, tũc fruſtra daretur intellectus agẽs, eo quia vniuerſalia ſunt actu abſtracta per eſſentiam, & non indigẽt eius actione, & ita fruſtra dabitur. Quantũ vero ad id quod Plato ponit de generatione ꝙ videlicet tales ideæ ſint neceſſariæ pro generatione, ſatis eſt diſputatum his diebus in diſputationibus de rõnibus ſeminalibus, ꝓpea de re hac nunc nulla ſit vis, hæc contra Platonem nunc ſufficiant, ſed an concludant, & vtrum Ariſto. & Platonem ſit aliqua concordia, poſtea in dilucidatione dicemus.

*Cõm. 26. Cõm. 18.*

*Põ Burleicorũ.*

Inter peripateticos vero ĩuenimus nõnullos q̃a vniuerſalia realia eſſe cõceſſerunt, & à ſingularibus ẽm rem diſtincta, & quantum ad hoc Pla. imitari videntu r, differunt tñ quia talia vniuerſalia ponunt ſuis ſingularibus communicata, propter quod ipſa de ſingularibus ſuis prædicari poſſunt. Plato vero vniuerſalia poſuit realia, nec ſuis ſingularibus eadem, nec illis cõicata, & propterea de ſingularibus ſuis prædicari nõ poſſunt.

*Põ logicorum.*

Alij in extremo huic oppoſiti in eadem ſecta dixerũt vniuerſalia nullo pacto dari niſi totaliter ex parte intellectus, vt ſorticolæ, hi. n. dixerunt nullo mõ dari vniuerſalia realia, ſed ſolum vniuerſalia apud hos ſunt termini communes de pluribus prædicabiles, in mente quidem nãliter, in voce vero vel ſcripto ad placitũ. Addentes his terminis in mẽte aut voce aut ſcripto nihil in re correſpondere præter ſingularia, hæ ſunt duæ poſitiones extremæ in ſchola peripateticorum.

*Põ aliorum.*

Alij vero licet plura dicant, tamen breuibus ad præſens proponamus ad mentem illorum duas diſtinctiones, quarum prima eſt ꝙ videlicet duplex eſt intentio, quędam prima, quædam ſecunda, dicitur prima intẽtio conceptus obiectiuus rei, quæ abſolutæ intellgitur, vt lapis appræhenſus, dicitur vero ſecunda intentio reſpectus quidam attributus rei conceptæ per actum collatiuum intellectus vt hæc intentio genus, ſpecies, vniuerſale, & id genus. Secunda diſtinctio eſt ꝙ vľe eſt nomen cõcretum ſecundæ intentionis, & quia oẽ concretum apud Auerroẽ in. 5. huius põt ſumi pro forma & pro re ſubiecta formæ, ſic vľe põt ſumi ꝓ intẽtione, & pro re ſubiecta intentioni, vlterius pro re ſubiecta intentioni põt ſumi pro ſubiecto propinquo, quod eſt ipſa natura per intellectum indeterminatæ ſumpta & pro ſubiecto remoto, quod eſt ipſa natura, cui nõ repugnat eſſe in pluribus. Hæ ſunt diſtinctiones. Tunc ponanẽ concluſiones de mente iſtorũ.

*Cõm. 14.*

Prima vľe ſumptum pro intentione nihil eſt in rebus, immo eſt ſolũ per actũ collatiuum intelľs, pro hac concluſione ſunt verba Auer. 1. de aĩa & 12. metaphyſicæ. & alibi pluries, pro his valẽt verba Themiſtij in. 1. de de aĩa ſupra illud verbũ, aĩal vľe aut nihil eſt aut poſterius eſt, & ſic quantũ ad hanc cõcluſionem verificant oẽs authoritates eorum, qui dicũt vľe non eſſe in rebus.

*Cõm. 8. Cõm. 4.*

Secũda concluſio vľe ſumptũ pro re ſubiecta intentioni, tam propinquæ quã remote, eſt aliquid reale, propinquæ quidem exiſtẽs obiectiue in intellectu, remote vero eſt quædam natura realis alia ex natura rei à ſingularibus, cuius vnitas eſt realis minor vnitate numerali & maior vnitate vľis in actu. Tertia vnitates naturarum ſunt tot quot ſunt naturæ vel conceptus obiectiui reales, & differũt ẽm magis & minus.

*Rationes.*

Pro ſecunda concluſione arguitur multifariam. Primo circũſcripto omni actu intellectus naturæ humanæ nõ repugnat intelligit vt vľe & cõe pluribus: naturæ ſingulari repugnat intelligit vt vľe, igitur præter operationẽ intellectus natura humana eſt alia à natura ſingulari, & ſic eius vnitas alia ab illius vnitate. Secundo natura coloris eſt ratio formalis obiectiua terminandi viſum: & hic color non eſt ratio terminandi viſum, igitur differunt ex natura rei. Antecedens pro prima parte patet, quia ratio formalis obiectiua viſus non eſt hic color, ſed color. Primo quia ratio formalis obiectiua eſt ratio aſsimilandi, modo hic color nõ poteſt eſſe ratio aſſimilandi, ſed color. Secundo quia ſingulare ſub propria ratione ſingularitatis non eſt apprehẽſibile ab intellectu, igitur quanto minus à ſenſu. decipitur. n. ſenſus circa ſingulare ſub propria ratione. Tertio menſura rerum realium debet eſſe vna & realis, quia menſuratum dependet à menſura, ens aũt reale nõ dependet ab ente rõnis, igitur ꝓpoſitio patet. Sed vnitas ſpeciei eſt prima menſura generis apud Ariſt. igitur vnitas ſpẽi qua menſurantur oĩa ſub gñe cõtenta debet eſſe realis. Quarto vnitas alicuius naturæ in qua aliqua comparantur realiter, debet eſſe realis, ſed in vnitate ſpẽi comparantur indiuidua eiuſdẽ ſpẽi, & realiter, igitur debet eſſe realis. Quinto circũſcripto omni actu intellectus plus conuenit Socrates & Plato quam Socrates cum aliquo cane, igitur præter operationem intellectus eſt ſimilitudo illa. Sed omnis relatio realis requirit fundamẽtum reale, igitur datur natura vna cõis realis, quæ erit fundamentum illius ſimilitudinis. Sexto ſi omnis vnitas realis eſt numeralis, igitur omnis diuerſitas realis eſt numeralis. tenet argumentum, quia idem & diuerſum ſunt immediate oppoſita decimo huius. conſequẽs falſum, quia tunc omnia æqualiter differẽt. Septimo qđ non deſtruit aliquid, illud permittit. ſed dña numeralis præter operationem intellectus non deſtruit vnitatẽ ſpecificam, igitur differẽtia numeralis realis illã permittit,



mittit, & ꝑ conſequẽs cũ diſtinctis numero ſtat vnitas ſpecifica realis. Octauo quæ ſolo numero differũt præter operationem intellectus non ſunt diſtincta ſpecie vt Socrates & Plato: vt patet. Sed hæc ſunt, igitur ſunt indiſtincta ſpecie præter operationem intellectus. tenet argumentum à negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de ꝑdicato infinito cum cõſtantia ſubiecti, ſunt indiſtincta ſpẽ præter operationẽ intellectus, igiẽ datur vnitas quædam realis ſpecifica. Nono quæcunq; non diſtinguunẽ realiter ẽm oẽm rationẽ incluſam in eis, habẽt aliq̃ rationem realem in qua conueniunt realiter, ſed Socra. & Pla. nõ diſtinguunẽ realiter ẽm oẽm rõnẽ in eis incluſam, quia Socrates inq̃tum homo non diſtinguitur realiter à Platone, aliter oĩs homo diſtingueretẽ à Plat. & ſic idem diſtingueretur à ſeipſo. Decimo ignis generans ignem aut intendit ſingularẽ ignẽ, aut vľem, non ſingularẽ, quia ſunt præter intentionem artis & naturæ. ſi vniuerſalem. igiẽ daẽ ignis realis cõis.

*Cõm. 48.*

Pro hac cõcluſione ſunt authoritates Auer. 7. n. meta. ita inquit qm̃ nullum vľium prædicabilium ẽm quid de re demonſtrata ſignificat ea ẽm ꝙ eſt demonſtrata & indiuidua, ſed ẽm ꝙ in ea eſt natura ſimilis naturæ, quæ eſt in quolibet indiuiduorũ illius vľis, ſ. natura cõis præter naturam propriam vnicuiq; eorũ. Præterea primo huius inquit ſpẽs hoĩs non eſt forma hominis tm̃, vt dicit Plato, ſed congregatum ex materia & forma, igitur eſt aliquid in rebus præter ſingulare. Ad idem. 1. phyſi. lege, præterea in. 1. metaphy. ait ꝙ qui ponunt vľia eſſe noĩa tm̃, quibus nulla correſpondet in re intentio cõis, deſtruunt ſcĩam. Præterea. 1. auſculta. phyſicæ inquit ꝙ genus & dña debent eſſe entia in rei veritate, quia partes rei quæ ſunt ẽm diffinitionem, præcedũt rem in eſſe. Ex his deducitur tertia concluſio etiam. Si. n. daẽ natura ſpecifica realis, per eaſdẽ rõnes dabitur vnitas realis correſpõdens generi minor vnitate ſpecifica, & vnitas cõceptus realis entis minima, & ſic patet poſitio eorum.

*Cõm. 9.*

*Cõm. 5. Cõm. 25. Cõm. 28.*

*Confutatio.*

Sed pace horum dixerim, nec modus loquẽdi eſt peripateticus, neq; poſitio ipſa. Modus quidem loquẽdi non eſt peripateticus, q̃a apud peripateticos quæcunq; diſtinguuntur, aut in ſubiecto, aut in diffinitione diſtinguũtur, ſed vľe etiam pro re nec in ſubiecto, nec in diffinitione à ſingularibus diſtinguiẽ, igiẽ nullo pacto eſt aliud à ſingularibus. Poſitio vero non videẽ peripatetica, quia peripatetici diſtinctiones naturarũ nacti ſunt ex operationibus, ſed vna & eadem eſt huius hoĩs operatio, & hominis, igitur inter naturã hoĩs, & huius hoĩs nulla poteſt eſſe diſtinctio præter operationem intellectus. Secundo ſi natura humana præter actionẽ intelľs eſt cõicabilis, igiẽ vel eſt talis per eſſentiam, vel participatione intellectus, ſi talis per eſſentiam, igitur ſuapte natura ſeparata per eſſentiam, ſed oẽ ſeparatum per eſſentiam eſt intelligibile per eſſentiam apud oẽs peripateticos, igitur talis natura intelligibilis erit per eſſentiã. Quod ſi ſit intelligibilis per eſſentiam, fruſtra ponetur intellectus agens, vt deducit Auer. 3. de aĩa & conſidera hanc rationem, quia non eſt leuis. Tertio aut hic homo eſt homo participatione hoĩs, aut homo eſt homo participatione huius hoĩs, aut idem eſt homo & hic homo, non eſt homo, participatione huius hoĩs, quia tũc nihil eſſet homo, niſi participatione huius hoĩs, & ita Plato eſſet hic homo participatione huius hoĩs, & ſic de cæteris, nec hic homo eſt homo participatione hominis, quia tũc dareẽ homo ꝑ eſſentiam, qui non eſſet hic homo, non enim idem eſt participans, & participatũ, & ſic eſſet idea Pla. nõ. n. Plato per ideã aliud voluit niſi hoĩem per eſſentiam, ſed hoc eſt impoſsibile, igiẽ ꝑter operationem intellectus idem eſt homo & hic homo, & ita fictio eſt hæc poſitio. Quarto natura humana ante actum intellectus, eſt vniuerſalis in potentia, igitur eſt actu ſingularis. tenet conſequentia, quia actus & potentia ſunt oppoſita circa idem, igitur ſi illa natura eſt vniuerſalis poteſtate, actu erit ſingularis, & per conſequens nihil eſt præter operationẽ intellectus niſi ſingularia. Quinto actus & potentia ſunt eiuſdem generis, immo circa idem numero vt diciẽ. 3. phyſi. diuidunt. n. quodlibet prædicamentum, & q̃libet ſpẽm eiuſdẽ ꝑdicamẽti, & quodlibet indiuiduum eiuſdẽ. Sed actu vniuerſales eſt per intellectum apud exteros, igitur & potentia vniuerſale etiã erit per intellectũ & ita ꝑter operationẽ intellectus nihil erit actu, nec potentia vľe, ſed ſolum ſingulare. Sexto quicquid eſt in potẽtia ad aliq̃d præter operationẽ intellectus, q̃nq; deducetur ad actũ præter operationem intellectus tenet conſequentia, q̃a actus potentię correſpõdet ẽm eandem rõnem, igiẽ ſi natura illa cõis præter operationẽ intellectus eſt potentia vniuerſalis, q̃nq; deduceẽ ad actũ vniuerſalitatis ſine operatione intellectus. Septimo quod intelligitur nulla mutatione facta in re, ante & poſt intelľionẽ eſt æqualiter vnũ, & æqualiter ens. Sed oĩs res intelligitur nulla mutations facta in re, vt dicitur in lib. de interpretatione, vbi habeẽ ꝙ ꝑꝑ noſtrum intelligere nihil mutatur ex parte rei, igitur ante & poſt intellectionem res erit æqualiter ens & æqualiter vna, igitur ſicut poſt intellectionem erit vniuerſalis vna actu, ita ante, vel ſicut ante erat actu ſingularis, ita poſt intellectionem, & per conſequens per intellectionem, non redditur actu vniuerſalis. Demum contra hanc poſitionẽ ſunt verba Them̃. in. 1. de aĩa. c. 4. vbi vult vľe nihil eſſe in re niſi ſingulare. Sed ſi eſt, eſt mera nocio, idẽ Simpli. ibidem, & Philopo. & Alexan. & oẽs græci.

*Cõm. 18.*

*Põ ſectatorum Tho.*

Sectatores vero Tho. magis ad veritatem accidentes, cum peripateticis volunt bene in re eſſe naturam hoĩs, & huius hoĩs, dicunt tamen illam nunquam eſſe vnã vľem, niſi ꝑ rationẽ. imaginantur. n. duplicẽ conceptũ: alterum formalẽ, qui generaẽ à ſingulari phãtaſtico virtute luminis, & alterũ obiectiuum per illum formalem repreſentabilem. Primus eſt conceptus ſeu conceptio, qua concipitur homo. Secundus eſt homo, vt per illum repreſentatur. Ex his ſequiẽ ꝙ homo nunquã efficiẽ vnus in pluribus, niſi per cõceptum formalem eius cõcipiatur, igitur eius vnitas cõis eſt per rationem, ſiue conceptionem, qm̃ non niſi dum concipitur. Secundo ſequiẽ ꝙ Thom. parum differt ab exteris: ambo. n. conceptum naturam eſſe vnam, verũ Tho. vult illam non eſſe vnam, niſi dum per formalẽ cõceptum cõiter repreſentatur. Alij vero dicunt illam eſſe vna ante repreſentationem, & ꝑ repreſentationem volunt effici vnam actu vľem. Ex his habes poſitiones famoſiores vſq; ad annos noſtros. Hæc de põnibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1 ſuppoſitio.*

Pro dilucidatione ſupponẽdum. Primo ꝙ res quæ intelligitur nihil acquirit per intellectionem. declaraẽ, quia vt diciẽ quinto huius ſcibile refertur ad ſcientiam, non relatione ſcibilis ad ſcĩam, ſed relatione ſcĩæ ad ſcibile, igitur eodem modo intelligibile. Secundo colores nihil acquirunt aut deperdunt per hoc ꝙ videẽtur, vt dicitur. 2. de aĩa, igitur nec intelligibila per hoc quod intelliguntur.

*Cõm. 60.*

Secunda ſuppoſitio res effici actu intellectas & vľes nõ eſt niſi nos illas actu intelligere vľr per rõnes repre-

repreſentatiuas vniuerſales,res eſſe in potẽtia intelligibiles nihil aliud eſt,q̃ nos eſſe in potentia ad rationes vl̃es quibus illas vniuerſaliter intelligimus.hæc deducitur ex prima,& patet per ſimile in coloribus, quia colores eſſiciuntur actu viſiles, quia in nobis fiunt rõnes actu repreſentantes illos,potentia vero quia in nobis ſunt ſenſus ipſi rõnes illas potentes recipere. Tertia ſuppoſitio aliquid dicitur actu vl̃e vel potentia vniuerſale, actu & potentia exiſtentibus in nobis,patet ex dictis,quia actu vniuerſalia erunt aliqua, quando in nobis erunt rõnes illorum actu rep̃ntantes, poteſtate vero per hoc, quia in nobis adeſt intellectus potẽtiæ potens illas rõnes recipere. Quarta ſuppõ rõnes iſtæ in nobis eſſe non p̃nt, *Cõm. 15.* niſi moueamur à rebus, patet.12.huius,quia intelligere noſtrum cauſatur à rebus, intelligere n̄ eſt cauſa rerum, igitur niſi tales rõnes cauſentur in nobis à rebus, *1 concluſio.* nunquam erunt actu in nobis. Tunc dico de mente peripa.vniuerſalia actu & vniuerſalia potentia ſunt formę rerum ſingularium probatur authoritatibus Aue.1.metaphy.& 12.huius. *Cõm.27. Cõm.6. Cõm.14.* Et probatur rõne, illa ſunt vniuerſalia actu & poteſtate,rõne quorum ſingularia ĩ nobis agunt rõnes cognoſcendi vl̃es, ſed ſingularia agunt in nobis rõnes cognoſcendi vl̃r propter formas, & rõnes cognoſcendi ſingulariter propter materiam vt dictum eſt in lib.cœli & 12.metaphy.igitur formę erunt vniuerſalia actu & ptãte. Secunda concluſio formæ ſunt vniuerſales actu & potentia q̃n in nobis ſunt rõnes cognoſcendi actu vel potentiæ. Patet ex ſuppõnibus,quia res dicitur actu vel potentia vniuerſalis ex parte noſtra, nõ *Excerptum.* ex parte rei. Ex his ſequitur formas ſingulariũ eſſe actu vniuerſales, q̃n in nobis ſunt rõnes rep̃ntantes illa vl̃r, poteſtate vero quia in nobis eſt intellectus tm̃ agens & po ſ̃is. Tertia vl̃ia ſunt actu & ptãte aliquid præter ſingularia extra aĩam, probatur, quia vl̃ia ſunt formæ,ſingularia ſunt cõpoſita ex materia & forma: igitur vl̃ia ſunt præter ſingularia,eo modo quo formæ ſunt præter cõpoſita. Vltima concluſio vl̃ia actu & ptãte ſunt aliquid in rebus, patet quia formæ ſingularium ſunt aliquid in rebus ſingularibus, ſed vl̃ia ſunt formæ,igitur ſunt aliquid in rebus. Sed occurres primo quia ſi vniuerſalia ſunt formæ, tunc non prædicarentur de ſingularibus. *Dubõnes.* Secundo ſi vniuerſalia ſint formæ, tunc de compoſitis non eſſet ſcientia,quia nullum eſſet vniuerſale. Tertio quid de Pla.& Ariſt.an differunt,de his q̃õnibus & aliis *Solutio.* pluribus in lib.1.& in hoc.7.& alibi ꝑſepe diximus,nũc vero hæc pauca ſufficiant, ne videamur inanes. Ad primam dico ꝙ formæ prædicantur de ſingularibus & de compoſitis, quãdo ſignificantur per nomen generis & ſpẽi, vt forma hominis q̃n per nomen hoĩs ſignificatur,& forma aĩalis q̃n per hoc nomen aĩal, q̃n ſignificantur per noĩa partium,tunc non prædicantur. Ad ſecundam dico ꝙ oẽ compoſitum eſt ſingulare,verum quædam compoſita p̃nt ſignificari per noĩa cõia vt miſtum, aĩale, humanum & id genus, quædam ſolum per noĩa diſcreta vt Socra.& Pla. tunc dico ꝙ de compoſitis ſignificatis per noĩa cõia bene põt haberi ſcĩa,nõ aũt *Concordia Platonis & Ariſ.* de ſignificatis per nomina diſcreta. De conciliatione Plato.& Ariſto.multa diximus in libris de aĩa, & maxime in pr̃io in expõne illius tex.aĩal vniuerſale aut nihil eſt aut poſterius eſt,ibi.n.enarraui multas opiniones. Nunc omitto, & alia via vñr poſſe concordari, vbi animaduertendũ eſt ꝙ Ariſto.non obiicit ſenſui Plato. vt recte docet Ammo.ĩ lib.de interp̃tatione,& ſæpe Simp. ſed male interpretãtibus verba illius, vt Xenoc.& aliis. Ariſt.igitur probauit vl̃ia non poſſe eſſe ſeparata ſimpliciter ſm eſſe exiſtentiæ à ſingularibus, vt Xenocra. interpretabatur.Plato.n.formas dixit eſſe vl̃ia, & quia formæ ſunt aliæ à compoſitis ſingularibus, dixit illas eſſe ideas ſeparatas,hanc ſeparationem Xenocra.& alij intellexerũt ſm eſſe exiſtentiæ, & contra hoc procedũt rationes Ariſt.verum Pla.nõ intellexit ſic, ſed ꝙ formę ſunt ſeparatæ à ſingularibus,& ſeparatione, qua forma differt à compoſito cuius eſt forma, & hoc non negaret Ariſt. Ariſtoteles igitur recte obijcit, quia cõtra malos interpretes,Pla.bene dixit, quia recte interpretando nihil aliud voluit quam id quod ſentit Ariſt. Hæc de dilucidatione.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

Ex his apparet ſolutio ad oẽs rationes, quæ probãt dari naturam cõem & vnam alia vnitate à ſingularitate,oẽs.n.concedunt quia forma cõpoſiti ſingularis eſt alia à ſingulari compoſiti, & eius vnitas alia ab vnitate compoſiti.nam vnitas formæ eſt ſpecifica, & per quã compoſitum reponitur in ſpẽ,vnitas compoſiti ſingularis eſt per materiam, & per quam eſt vnum numero, vt diximus ſępe in hoc lib. hinc apparet aliam eſſe vnitatem hoĩs,& huius hoĩs,quia homo eſt vnus ſm formam.hic hõ ſm materiam,vel ſm formam hanc, quæ addit adhuc aliquid, vt dictum eſt in diſputatione de principio indiuiduationis,per idem apparet ſolutio ad rationes primi capitis,rationes vero noſtrę quę probãt non dari naturam cõem aliã à ſingulari, ſumunt naturam cõmunem pro forma totius ex materia & forma reſultante.vt alij ſumunt,& ſic rationes cogunt, verũ quia aliqui afficiuntur doctrina logicorum, aliqui doctrina Thomæ,ad illas per ordinẽ dicamus. Et primo ad primam dicerent ꝙ naturæ humanæ repugnat intelligi vt vl̃e, quia nulla natura humana eſt apta intelligi vt vl̃e,bene tamẽ põt intelligi natura humana vt vl̃e, & conceditur ꝙ natura humana præter operationẽ intellectus à natura ſingulari eſt alia,quia hęc vel illa natura humana ab hac vel illa natura ſingulari eſt alia, non tamen alia à natura ſingulari,quia non alia à ſeipſa,hæc ſolutio patet his, qui norunt eorum ſuppoſitiones,Iuxta Thomam dici põt ꝙ naturam humanam poſſe intelligi vt vniuerſale, eſt bifariam vel potentia & aptitudine in natura humana, vel potentia & aptitudine in nobis. Primo modo negatur, ipſa enim vt diximus per intellectionem non variatur de ſingulari ad vl̃e,nec aliquo pacto propter noſtrum intelligere. Secundo modo conceditur,quia nos per conceptũ formalem in nobis de nouo occurrentẽ poſſumus naturam humanam intelligere vt vl̃e. Ex hoc non ſequitur ex parte rei eſſe differentiam,ſed ex parte noſtra,quia per vnum conceptum formalem poſſumus intelligere naturam humanam vt vl̃e,& per alium vt ſingulare, & ſic conceptus quibus illa intelligimus, differunt, non autem obiecta. Ad ſecũdam logici negarent ꝙ natura coloris eſt ratio formalis obiectiua viſus,ſed bene concederent ꝙ ratio formalis obiectiua viſus eſt natura coloris,& cõſequenter negarent hunc colorem differre à colore, ſed bene hunc colorem à colore eſſe alium vel differre, vt patet in eorum ſuppoſitionibus,vel iuxta alios dicitur ꝙ color eſt obiectum ſiue ratio obiectiua viſus,nullus tamẽ color eſt obiectũ,ex hoc non ſequitur ꝙ hic color differt ex natura rei à colore,ſed bene concederent ꝙ color differt ab hoc colore, quia hic vel ille color differt ab hoc colore, iuxta Tho. dicerem ꝙ extra aĩam, nec

color,



color,nec hic color eſt ratio obiectiua viſus,bene tamẽ color eſt in re aliquid quod per cõceptum formalẽ coloris in nobis de nouo occurrentem, põt intelligi vt ratio formalis obiectiua viſus, & in re eſt aliquid qd' per conceptum formalẽ coloris põt intelligi non vt ratio formalis,hæc aũt ſunt ex parte diuerſorum conceptuũ in nobis,non aũt ex parte rei vt diximus. Ad tertiã dico,ꝙ q̃uis vnum indiuiduum non ſit mẽſura oĩum indiuiduorum eiuſdẽ generis,vel eiuſdem ſpẽi, quia tũc eſſet mẽſura ſui,vnum tñ indiuiduum põt eſſe menſura indiuiduorum alterius generis, vel pluriũ indiuiduorũ eiuſdẽ ſpẽi,& hoc ſufficit. Ad quartam dicerent indiuidua comparari in aliqua reali natura, in nulla tamẽ reali comparari. Tho.vero diceret ꝙ circũſcripta operatione intellectus indiuidua non comparãtur in aliquo, bene tamẽ ex parte nr̃a põt conceptus quidam,quo repræſentari põt aliquid in quo ſunt comparabilia. & alij conceptus,qui repræſentant res comparabiles, & ſic in rerum natura non eſt aliqua diſtinctio. Ad quintã dicendum ꝙ circũſcripto oĩ actu intell̃s, Socrates & Plato ſunt ſimiles & conuenientes:plus ſeipſis,vel per eorum aĩas,non tamẽ ſunt ſimiles vna ſimilitudine, ſed pluribus,& ꝓpea nõ oportet dari vnum in quo ſunt ſimilia, ſed plura quibus ſunt ſimiles. Ad ſextã nego cõſequentiam,quia oĩs vnitas realis põt eſſe numeralis,& tamen dr̃ia põt eſſe ſpecifica,& ratio quia hæc non ſunt oppoſita,& dīes ſaltẽ ſequitur, ꝙ erat aliquod differẽs ſpẽ ab alio. Sed oẽ differẽs ſpẽ realiter eſt vnũ realiter, igit̃ ſequitur vt prius,concedo ꝙ omne differens ſpẽ realiter eſt vnũ realiter,quia Socrates differens ſpecie ab equo eſt vnum ſpẽ realiter,ſed non per aliquod cõe reale,ſed per ſuam aĩam realem,vel per ſuam naturã realem. Ad ſeptimam dico ꝙ dr̃ia numeralis ꝑmittit vnitatem ſpecificã,quia ſtat aliqua differre numero, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,non tamẽ ſunt eiuſdẽ ſpẽi per aliquod cõe præter operationem intellectus,ſed per plura vna præter operationẽ intellectus, vnde Socrates & Plato ſunt eiuſdem ſpeciei realiter, non vna vnitate reali, ſed ſuis proprijs vnitatibus & naturis,ſiue formis realibus.Et ꝑ idem ad octauam patet ſolutio. Ad nonam cõcedo ꝙ Socrates & Plato habent quædã realia quibus differũt, quædam realia quibus conueniunt præter operationẽ intellectus.Sed illa non ſunt diuerſa, his.n.met quibus differunt numero realiter,his ipſis conueniunt ſpẽ realiter,quia dr̃ia numeralis & conuenientia ſpecifica non ſunt oppoſita:& ita illa quibus differunt realiter numero,eſſe poſſunt quibus conueniunt ſpẽ, non tamen per eadem poſſunt differre numero,& conuenire numero.

Ad decimam dici põt ꝙ natura intendit ſigulare,nullum tamen ſingulare intendit,vt ignis intẽdit ignẽ, nullum tamen ignem intẽdit,vel iuxta Tho.dico ꝙ intendit ſingulare non diſcrete tentum,ſed confuſæ,& idem. Ad auctoritates Auer.dico ꝙ ꝑ naturam vbiq; ipſe intelligit formam,nam forma,eſſentia,quidditas, & natura,idem eſt,immo Auer.7.metaphy.dicit ꝙ indiuiduo non eſt ſubſtãtia niſi materia & forma particulares, ex *Cõm.44.* quibus cõponitur. Ad authoritatẽ primi phyſi. dico ꝙ genus & differẽtia explicant formam compoſiti, quia ſumuntur ab eadem forma, & ꝓpea ſunt partes rei & præcedunt rem in eſſe, eo modo quo forma præcedit compoſitum,rationes Platonis ex dilucidatione ſunt ſolutæ. Ex his appparet ſolutio omnium rationum, & ita de tota decimaſeptima diſputatione.

*Maxime autem vtiq; aliquis aĩatorum ſuſpicabitur partes & eas quæ animæ propinquæ ambas fieri entes, & actu & potentia &c. Tex.cõm.56.*

# DISPVTATIO XVIII.

## De formali diſtinctione partium diſsimilarium.

*Num formalis differentia partium diſsimilarium eiuſdem animalis ſit propter formas ſubſtantiales.*

## CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod formalis dr̃ia partiũ diſsimilarium eiuſdẽ aĩalis ſit ꝑꝑ formas ſubſtantiales, arguo, quia vel partes illæ differũt ſolis proprijs accidentibus, vel accidentibus & formis ſubſtantialibus. ſi formis & accidentibus,habet̃ intentũ, non proprijs accidẽtibus ſolis,quia ex dr̃ia propriorum accidentiũ, propriarumq; operationũ arguitur dr̃ia formarum, aliter nunquã poſſet argui dr̃ia ſpecifica formarum, nec ꝑhi inuenerunt aliam regulam venandi rerum formas,& illarum diſtinctiones,vnde videmus ꝙ partes diſsimilares differunt opere figuris, complexionibus, & cæteris proprijs accidentibus,igitur formis. In contrarium arguitur,quia vbiq; Ariſt.in lib.de aĩa, & in hoc.7.ait manum abſciſam eſſe ęquiuoce manum, igitur non habet aliã formã ꝑter illã totius. Et ſic quæſtio eſt ambigua.

## CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ANIMALIS vt dicit̃ primo de hiſtoria aĩalium partes,aliæ ſunt ſimilares, quæ græcæ dicunt̃ homiomera ſiue homogeneæ.Aliæ diſsimilares, quæ græcæ dicunt̃ etherogeneæ. dicuntur illæ ſimilares, quia ſimili noĩe, ſimiliq; rõne appellãtur, vt partes carnis, aut partes oſſis,& cæteræ id genus, quælibet.n.pars carnis noĩe & diffinitione carnis appellat̃ caro,& quælibet pars oſsis noĩe & diffinitione oſsis os nuncupatur. dicuntur autẽ hæ diſsimilares, quia diſsimili noĩe rõne dicunt̃, vt ſunt caro & os reſpectu aĩalis,alio.n.noĩe, aliaq; diffinitione dicitur caro,& alia os,dicuntur etiã officiariæ, ſiue organicæ ſiue inſtrumentariæ, quia ad diuerſa opera aĩalis deſeruiũt. diſputatio itaq; noſtra non de ſimilaribus eſt,quia nemo dubitare debet vniuerſam carnem & ſingulam illius partem eſſe eiuſdem formæ, ꝓpea de partibus diſsimilaribus vertit q̃õ. ſupponit aũt diſputatio vnum,videlicet partes diſsimilares differre formaliter & inter ſe,& ab vniuerſo, vt medici ſentiunt,ſed q̃a differentia formalis põt eſſe per formas accidentales, veluti duæ carnes,quarũ altera nigra, altera alba eſt formaliter differunt, & põt eſſe per formas ſubſtantiales, veluti equus & homo, propterea diſputatio ſupponẽs partes illas differre formaliter, quærit ſi hæc dr̃ia formalis ſit propter formas ſubſtantiales,quod eſt quærere ſi per eandem formam caro ſit caro,& os os: an per aliam atq; aliam. Hęc de titulo.

## CAPVT POSITIONVM TERTVM.

CIRCA hãc diſputationẽ multæ ſunt põnes,& multa argumenta & difficultates,de quibus vberrime in.1. de generatione & corruptione lib. in cõmento noſtræ interpretationis.77.dictum eſt, nũc vero quædã dicamus,& breuibus,quibus fieri põt, ne videamur eadem pluries repetere,vt ventoſi agunt. Thomas itaq; & di- *Põ Thomæ.* ſcipulus eius Egid.voluerũt in cõpoſito quouis nõ eſſe niſi vna tm̃ formã,in aĩali vero & hoĩe nullam aliã ꝑter rõnalem,& cõſequẽter tenent diſtinctionẽ partiũ diſsimilariũ formalẽ non eſſe ꝑ formas ſubſtãtiales, ſed accidentales

cidentales quia forma ſubalis per q̃ caro eſt caro non differt ſubaliter à forma, per q̃ os eſt os, nec forma p̄ q̃ ſubaliter neruus differt ſubaliter ab ea per q̃ carthilago eſt carthilago. Sed oĩa mẽbra ſunt talia ab vnica forma totius. Pro hac põne argui ſolet multifariã, ſed ad p̄ſens arguitur primo, quia pluralitas non eſt ponẽda ſine neceſsitate. Sed nulla eſt neceſsitas ponendi tot formas, igr̃ non ſunt. Secundo maior apparet dr̃ia in potentiis aĩę q̃ in potentiis corporis, vt in videre & audire, & id genus. Sed propter illam dr̃iam nõ ponunt̃ tales partiales forẽ in aĩa ſenſitiua, igr̃ nec in mixto corporeo. Tertio diuerſa ſpẽ non poſſunt cõtinuari. Sed aĩal eſt vnum vere continuum, igit̃ non habet partes differentes ſpecie. Quarto ex diuerſis numero non ſit vnum numero, igit̃ nec ex diuerſis ſpẽ põt fieri vnum aĩal ſpẽ. Quinto diuiſo verme quęlibet pars eius viuit vt patet, vel igr̃ eſt vna aĩa ſpẽ in vtraq; eius parte, vel vlterius. ſi primum, tunc ante diuiſionem erat vna in oĩbus illius partibus. ſi plures, tunc vermis diuiſus erit plura animalia ſpẽ. Sexto aĩal eſt verius ens elemẽto, igr̃ verius vnum, ſed elm̃tum eſt vnum ab vna tm̃ forma, igitur aĩal erit vnum ab vna tm̃ forma. Septimo ex pluribus exiſtẽtibus in actu non
Cõm. 7. fit vnum per ſe, vt dr̃. 2. de anima, igit̃ nõ poſſunt membra ſpẽ differre, & plures rõnes ſunt dictæ. 1. de genera-
Obiõnes. tione loco ſuperius allegato. Sed aliqui obiiciunt primo de digito abſciſo, quia vel manet illamet forma, quæ præfuit, vel noua generatur ſi manet, igitur in toto habuit aliam formam & à toto, & à cæteris partibus ſi nõ manet: igit̃ digitus vera g̃none genitus eſt, quod eſt impoſ̃e Primo quia oẽ generationem præceſsit alteratio, ſed hic ſolus motus localis præceſsit: vt diuiſio, igit̃ non vera g̃none g̃natur. Secundo quia hæc g̃natio eſſet ſubi-
Cõm. 62. taria contra Auer. 1. phy. vbi vult oẽm generationẽ eſſe ſucceſsiuam ſaltẽ p̄p alterationem prȩuiam. Tertio vna forma miſti non videtur poſſe informare tot diuerſa & repugnantia miſta. Sed in corpore aĩalis ſunt tales miſtiones diuerſæ & repugnantes, igitur oportet ponere tot formas. Quarto in generatione aĩalis ſunt multę mutationes complete, per quarum ſingulam fit certum mẽbrũ vt dicit̃ in lib. de aĩalibus, vt cor prius, deinde cerebrum, &c. Sed oĩs mutatio completa habet propriam formam & proprium terminum, vt oẽs ſciunt, igitur in generatione cordis eſt forma per q̃ eſt cor, & in g̃none cerebri ſimiliter, & ſic differũt ſpẽ. Quinto arguunt medici diuerſæ temperationes arguunt diuerſas formas. Sed per diſsimilares habent diuerſas t̄pationes, igitur
Cõm. 2. Cõm. 59. Põ. 2. diuerſas formas. Sexto pro hac parte vr̃ facere Auer. 12. huius, & 7. phyſi. Propter hæc in miſtis aĩatis tenent præter aĩam, per quàm viuens eſt animatum formam miſtionis, quàm corpus appellant, & vltra hanc tot formas partiales, quot ſunt partes diſsimilares. verbi cã in homine vltra rõnalem animam, per quàm hõ eſt homo, ponunt formam miſtionis quæ dr̃ corporis & miſtionis, corporis quidem, q̃a per illã hõ eſt corpus, miſtionis vero, quia virtualiter continet formas el̃ntarias, & quia per illam homo eſt miſtum quoddam, vltra vero hanc, tribuunt omnibus partibus diſsimilaribus tot formas ſubales, quot ſunt partes diſsimili nomine & ra-
Confutatio. tione ductę. Quicquid ſit de probabilitate põnis, arguo contra hanc põnem ex dictis eorum, primo ſic, q̃a non eſt ponenda pluralitas ſine neceſsitate. Hæc eſt eorum maior contra Auicennam & Auerro. de formis el̃nto-
Rõnales ſũptæ ex li. ſen. 2. diſt. 15. q. 1. rum. Sed plures eſſe tales formas nulla eſt neceſsitas. Primo non cogit experientia, quia maxime eſſet p̄p diuerſitatem complexionum & accñtium, & operationum, complexionũ quidem non, quia vna forma vltima põt tot diuerſa per eos informare, igitur diuerſitas complexionum non arguit dr̃iam formarum, aliter nõ põt vna forma vltima eſſe oĩum illorũ, accñtium minime p̄ idẽ, quia ſi accidẽs proprium diuerſum argueret diuerſam formam, tunc non põt eſſe vna vltima forma tot diuerſorum ſm̃ accidens, nec propter differẽtiam operationum, quia vna forma per diuerſa inſtrumẽta poteſt diuerſas operationes exercere, vt ſenſibilis aĩa. Secundo nec cogit illas, ratio vt propter euitandam cõtradictionem, vtpote quia tunc digitus abſciſus eſſet digitus ſine alteratione præuia, quia ſi ſic eſſet pars lacertæ quæ eſt aĩal non potuiſſet fieri aĩal per ſolã diuiſionẽ, quare nulla eſt hæc ratio. Secundo arguitur ex ſecunda eorũ ratione contra illoſmet ſic, quælibet forma ſubſtantialis eſt nata conſtituere ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens in genere ſubſtantiæ, hæc eſt maior eorum contra Auerroem & Auicennam de formis elementorum. Sed in compoſito animato vtpote animali ſunt duæ formæ totales apud eos vtpote aĩa, & forma miſtionis ſiue corporis. quarum quælibet eſt forma ſubſtantialis, igitur quælibet harum eſt nata conſtituere animal in ſpecie atq; ſuppoſito in eſſe per ſe ſubſiſtenti, & ita in oĩ animato eſſent plura ſuppoſita, quod licet nõ eſſet impoſſibile ſm̃ diuerſas materias, tamẽ eſt impoſ̃e ſm̃ eandẽ materiam, vt eſt in propoſito, in oĩ. n. puncto materiæ vbi eſt anima, eſt miſtio, igitur duo ſuppoſita ſm̃ eandem materiam. Et breuiter ratio hæc conſiſtit in hoc ꝙ data poſitione horũ, ſequeretur in eodem aĩato eſſe duo ſuppoſita per ſe ſubſiſtentia ſm̃ eandem partẽ materiæ, quod ipſi reputant impoſ̃e, & conſequentia patet per nunc dicta. Tertio aſſumo aliam eorum maiorem omnem ſubſtantiam corporalem conſequitur quantitas, quæ eſt propria paſsio ſubſtãtiæ corporeæ, hæc eſt maior eorum, ſed forma miſti cum materia conſtituit ſubſtantiam corpoream atq; cõpoſitam, igitur ipſam conſequitur propria quantitas, veluti paſsio propria. Amplius rationalis, anima cum materia etiam conſtituit ſubſtantiam compoſitam per eandem rõnem, igitur talem ſubſtantiam conſequitur etiam propria quantitas, & ita in vno ſubiecto erunt plures quantitates, videlicet alia miſti, alia compoſita ex anima & materia, ſic vel duo corpora erunt ſimul, vel compoſitio illa erit quædã iuxta poſitio, hæc eſt tota ratio eorum. Quarto arguo per rationem eorum, ſi vna forma nõ poteſt eſſe tot diuerſorum, vt ſumunt ipſi, tunc partes diſsimilares plantarum different formis ſubſtantialibus contra Theophraſtum, & omnes qui ſcribunt libros de plãtis, tenet argumẽtum per rationem eorum. Quinto ſi duæ formæ totalis p̃nt eſſe in eadẽ materia: vel æque vltimæ & hoc eſt cõtra Auer. in lib. de Subſtantia orbis, vbi ait vnũ ſubiectum non poſſe habere plus vna forma ſpecifica & vltima nec intẽſa nec remiſſa. Amplius. 1. phy. habet Auer. ꝙ ſi materia habet formã propriã videlicet vltimã & ſpecificã, nullã aliam recipit. Sic igit̃ patet duas formas vltimas totales non poſſe eſſe in eadẽ materia, nec p̃nt eſſe ordinate, quia ſi p̃cederet forma miſti, tunc ſubm̃ recipiẽs aĩam eſſe in actu, & ita vt infert Auer. 1. phy. g̃natio eſſet alteratio, q̃a ſubm̃ eſſet ens in actu, immo plus in actu, q̃ quoduis elementũ, ſed elementũ non põt eſſe ſubm̃ g̃nonis, vt p̄bat Ariſt. vbiq; igit̃ nec miſtũ. Et ſic ex eorum rõnibus põt poſitio eorum refelli. Hæc pauca de poſitionibus. Cõm. 69. Cõm. 69.

CAPVT



CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione dico ꝙ iſtud eſt problema neutrũ pro qualibet parte ſuſtentabile, nec video demonſtrationes. Dico tñ pro dilucidatione quatuor. Primũ eſt ꝙ nulla eſt neceſsitas ponendi formã miſtionis aliã à forma vltima, quia non debet neceſſario poni vt aĩatũ ponat̃ in genere corporis, quia pari rõne debuiſſet poni in elementis, quia quodlibet illorũ eſt corpus, nec vt euitet̃ creatio, ob quod Albertus poſuit formã corporis generalem, quia cum nõn ponat̃ in elementis, elementa crearentur nec vt per illam diſponatur materia quantitatiue, & qualitatiue, quia materia ſufficit recipere formam vltimam per formas diſsimilarium partium, & illarum diſpõnes, nec ad euitãdam reſolutionẽ vſq; ad materiã primã, quia ſufficiũt formæ diſsimilares, & illarũ diſpoſitiones quas ponũt, nec vt ſaluent̃ virtutes elementorum in illa tanq̃ in medio, quia ſatis illæ ſaluari poſſunt in vltima forma, quæ eſt aĩa tanq̃ in p̄fectiſsima totius forma. aliter vnumquodq; miſtum eſſet bis miſtum, ſemel p̄ vltimam formam, ſemel per illam, igitur hæc forma non eſt neceſſaria. Secundum eſt ꝙ formæ diſsimilares poni p̃nt, non quidem vt media receptiua vltimæ formæ, vt alij dicunt, q̃a nõ poſſet euitari quin g̃natio eſſet alteratio, illud. n. eſt mediũ receptiuum, qđ eſt ratio recipiendi recipiẽs, modo tales formæ non p̃nt poni tanq̃ rõnes recipiẽdi recipientes, quia tũc g̃natio vltimæ formæ eſſet alteratio, vt deductũ eſt, quia ſubiectũ eſſet plus in actu quã quodlibet elemẽtorum. Tertiũ eſt ꝙ p̃nt concedi præexiſtere in materia tãquã medium diſpoſitiuũ atq; determinatiuũ materiæ, cũ. n. materia ſit apta recipere oẽs formas indifferenter p̄ tales formas diſpoſitiones illarum diſponitur atq; determinatur ad rõnalem aĩam, vel aliam talem. Quartum dicendum eſt ꝙ tales poni p̃nt, quatenus ex illis reſultat vna cõis diſpoſitio, quæ eſt mediũ diſpoſitiuũ atq; determinatiuum vltimæ formæ, nõ aũt quatenus ex illis reſultat vna ſubſtantialis forma miſti, patet hæc concluſio de mente oĩum medicorum, multa alia dici poſſunt in dilucidatione quæ quia ſunt explicata in libro de generatione. Hæc ſatis.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ad rationem pro opinione expoſitoris. Ad primam dico ꝙ duplex eſt neceſsitas prima euitandæ reſolutionis vſq; ad materiam primam, quæ contradicit oĩbus ſenſibus. Secunda & diſponendi materiã atq; illam determinandi, vt dictũ eſt. Ad ſecundam dico ꝙ illa ratio concludit ſi formæ partiales ponerentur propter diuerſitatem oppoſitionum, vt volunt alij, nõ enim poſſunt euitare quin ſenſibilis anima eſſet plures aĩæ, ſed illa ponitur ob duplicem neceſsitatem dictam, ob q̃ non ponunt̃ plures ſenſibiles aĩæ. Ad tertiam dico ꝙ diuerſa ſpẽ non poſſunt continuari, qñ alterũ nõ præponeretur vt diſpoſitio ad alterũ, modo formæ partium oẽs præponuntur vt diſpoſitiones ad vltimã formam, & propterea ad vltima forma eſt vnitas, & continuatio, & hoc non poſſunt euitare exteri. Ad quartam dico ꝙ ex diuerſis vel ſpẽ vel numero non ſit vnum numero: quãdo vnũ ad alterũ non ordinat̃, nec ambo ad tertium, modo ſic in propoſito eſt, oẽs. n. illæ ordinant̃ vt diſpoſitiones ad vltimam formam. Ad quintã de verme dici põt vt dictũ eſt in lib. de aĩa, ꝙ non eſt impoſ̃e formam fieri p̄ ſolam diuiſionem, quando potẽtia proxima in materia continerętur. Ad ſextam dico ꝙ aĩal eſt verius ens & verius vnum elemento: quia cæteræ formæ præcedunt non dantes eſſe principaliter, ſed vt diſponentes ad vltimã principaliter, à qua eſt vnitas compoſiti. Ad ſeptimam dico ꝙ ex pluribus exiſtentibus in actu quorũ quodlibet recipitur in materia per ſe, & nõ vt diſpoſitio ad aliud non fit vnũ, modo oẽs illæ formæ recipiuntur vt diſpoſitiones ad vltimam formã. Sed replicabis acutæ, vtrũ caro ſit caro p̄pter eius formã an propter aĩam vltimã. ſi propter formã carnis, igitur illæ formæ præcedunt vt dent eſſe, & non tm̃ vt diſpoſitiones ad vltimam formã. ſi non eſt caro propter eius formam, tunc aliqua forma eſſet in materia apta conſtituere indiuiduum in ſpẽ, & illud nõ conſtitueret. Dico probabiliter ꝙ illa forma dat illi eſſe carnis, verum principaliter non eſt vt det eſſe, ſed vt diſponat materiam ad vltimam formam, vnde principaliter diſponit, & ex conſequenti dat eſſe & ſic nõ habetur impoſsibile, multa alia poſſent dubitari quæ omitto. Hæc de diſputatione decimaoctaua ſufficiant nunc. Replicatio fortis. Solutio.

*Quoniam vero compoſitum ex aliquo fit: vt vnum fit omne, ſed non vt cumulus, ſed vt ſyllaba &c. Tex. cõm. 60.*

## DISPVTATIO XIX.

De diſtinctione totius à ſuis partibus.

*Num totum dicat formaliter aliquam entitatem realiter diſtinctam à ſuis partibus.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod totũ dicat formaliter aliquã entitatẽ realiter diſtinctam à partibus arguit̃ multipl̃r. Primo quia ſi non, tunc totũ non eſſet notius ſuis partibus, quod eſt contra Ari. in prologo auſcult. phy. & deducitur, quia nihil eſſe poteſt ſeipſo notius. Secundo tunc idem conſtitueret ſeipſum, quod eſt impoſ̃e, & deducitur, quia demonſtratis oĩbus partibus alicuius totius verũ eſt ꝙ iſtę partes conſtituunt illud totũ, & illemet partes ſunt illudmet totũ: igitur idẽ conſtitueret ſe. Tertio partes ſunt priores toto: igitur partes non ſunt totũ & ita oportet illud dicere tertiã entitatẽ. Quarto partes ſunt in toto, totũ non eſt in toto: igitur partes non ſunt ſuum totum, & ſic addit tertiũ. Quinto ſi partes ſunt ſuum totum, tunc materia & forma hominis eſſent homo, & ita materia eſſet homo: & forma eſſet homo. probatur vltima conſequentia per ſimile, quia valet, Socra. & Plato pugnant: igitur Socra. pugnat: & Plato pugnat, & ſic valet materia & forma ſunt homo, igitur materia eſt homo, & forma eſt homo. Sexto tũc homo eſſet æternus, deducitur enthymema expoſitorie, hoc pacto, hæc demonſtratis materia & forma ſunt æterna: hæc illiſmet oſtenſis, ſunt homo, igitur homo eſt æternus. Septimo ſi materia & forma Socratis eſſent Socra. tunc materia & forma viderent, tenet quia Socra. videt. Octauo tunc A & B augerent̃. & tñ B ipſum diminueretur, deducit̃ dato ꝙ A B ſunt duæ medietates alicuius totius: & ꝙ A augeat̃, & B diminuatur, ſintq; medietates ipſius C augeat̃ tamen A plus q̃ B ipſum minuat̃: & patet cõſequentia, p̄ idem poſſet deduci idem eſſe albũ & nõ albũ: idẽ quadratũ & non quadratum. Amplius aliqua eſſe æqualia videlicet A & B, & tñ nõ eſſe æquale A ipſi B adhuc paria eſſe imparia, & multa alia per ſimiles caſus deduci poſſunt, ſed quia eadem radice oẽs ceſſant: omittimus. In cõtrariũ argui ſolet q̃a ſi totũ adderet dictã entitatẽ, tũc eſſet proceſſus in infinitum, deducit̃ quia ex illa entitate, & ſuis partibus reſultaret Tex. c. 4.

ſultaret adhuc quarta, & ex illa & ſuis partibus reſultaret quinta, & ſic de infinitis. Secundo ſi ſic, tunc ab aliquibus poſſet tolli, aliquod pondus quę adhuc tantundem ponderarent, deducitur quia ſi ab A & B partibus vnius libræ reſultat C libra diſtincta ab illis diuidantur illa patet C tolli: & tñ A B diuiſa adhuc tantundem ponderarent, & ſic diſputatio eſt ambigua pro vtraque parte. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Totũ quod mõdis.* TOTVM apud peripateticos interdum accipitur ꝓ ente perſecto, & ſic definitur. 3. phy. totum eſt extra qđ nihil eſt. Totum hoc mõ logici appellant categorematicum, quatenus eſt prædicatiuum tñ, & ſolum à parte prædicati vt dicunt: interdum pro oĩ, iuxta illud lib. cœli totum & oẽ idem: & totaliter totum dictum nuncupant logici totum ſyncategorematicæ, hoc eſt diſtributiuum, vel ſigñatiuum, quia ſolum à parte ſubti diſtribuit pro ſingula parte. *Contra logicos de toto.* Ex iis ſequitur error logicorum, qui dñt totum à parte ſubti teneri ſyncategorematicæ, à parte prædicati teneri categorematicæ, quia vt ille terminus, oẽ põt teneri ſyncategorematicæ vtraq; ex parte, licet ſolum à parte ſubti reddat propõnem vlem, ſic & totum vtraq; ex parte teneri poteſt etiam ſi ſumatur ſyncategorematicæ. Amplius vt id qđ eſt naturale prędicatum põt poni vtraq; ex parte: ſic totũ categorematicæ vtraq; ex parte teneri põt. Nos vero in diſpu. accipimus totum categorematicę pro ente profecto ex partibus compoſito, quia ex ſolutione iſta põt ſolui de toto ſyncategorematicæ, qm̃ quælibet pars eſt totum categorematicæ. *Quod tota.* Secundo aĩaduertendum totum categorematicæ in diſpu. ſumptum eſſe multiplex. aliud accidente vt corpus album. aliud vlitate, vt aĩal reſpectu ſpẽrum. aliud diffinitione vt ſpẽs, quæ ex genere & dĩa conſtat aliud eſſentia, vt cõpoſitum ex materia & forma. aliud ptãte, vt rationalis aĩa continens plures virtutes & miſtum continens plura elĩta. aliud quãtitate vt tum integrale ſiue quantitatiuum. Reducuntur aũt oĩa ad duo quia totum eſt aut cuius partes habẽt ordinem eſſentialem aut cuius partes habẽt ordinem accñtalem & quouis mõ ſumptum intelligitur in diſpu. Quid vero ſit realiter diſtingui diſputationibus quinti & quarti huius patuit: nec oportet repetere. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM QVARTVM.

*Põ Auic.* IN HAC diſputatione ſunt duo magni viri contrarij ex toto. Auicen. videlicet & Auer. Auic. nãque in ſuæ metaphy. lib. 1. capite quarto abſolute dixit, omne totum diſtingui à ſingulis partibus & ab omnibus ſimul ſumptis vt de denario declarat, & capite ſecũdo de aĩa & corpore. *Põ Auer. Cõm. 17.* Auer. vero. 1. phyſi. tenuit nullum totũ diſtingui à ſuis partibus, ſed omne totum eſſe ſuas partes collectiue ſumptas, vt dicemus, & ita poſitiones ſunt contrariæ. *Rõens pro Auic.* Pro prima poſitione arguitur multifariam. Primo humanitas, quæ eſt totum, nec eſt materia, nec eſt forma, igitur non eſt materia & forma: tenet enthymema, quia ad veritatem copulatiue requiritur veritas vtriuſque partis. Secundo terminus generationis eſt totum, partes ſimul ſumpte non ſunt terminus generationis, igitur totũ differt à ſuis partibus ſimul ſumptis. Minor probatur quia terminus generationis debet eſſe ens vnum & abſolutum, partes vero ſimul ſumpte nõ ſunt ens abſolutum per ſe vnum, addunt enim relationem. Tertio quod prius natura capit eſſe eſt aliud ab eo quod capit eſſe per ipſum, ſed compoſitum per ſe ſumit eſſe, partes vero ratione compoſiti, quia vt dicitur ſeptimo huius materia & forma nõ generantur niſi quatenus ſunt partes cõpoſiti. Quarto cõſtituens differt realiter à cõſtituto, ſed partes ſimul ſumpte conſtituunt totũ, igitur differũt realiter à toto. Quinto in corruptione hoĩs aliquid ſubſtantialiter corrumpitur, & non materia, nec forma quia ambæ ſunt æternæ: igitur tertia entitas. Sexto arguit Ioãnes cauſæ per ſe & eſſentiales alicuius diſtinguũtur eſſentialiter & realiter à cauſato, ſed materia & forma ſunt per ſe & eſſentiales cauſæ totius, igitur totũ dicit quid realr diſtinctum ab illis. Septimo totum eſt quædã relatio, vel igiẽ fundaẽ in materia, vel in forma, vel in tertio ex illis reſultante, nõ in materia, vel forma, quia nullum illorum eſt totũ, igiẽ in tertio. Octauo cõpoſitum differt à partibus vtpote à materia ſeorſum, & à forma ſeorſum, vel differt à materia rõne formæ, vel rõne tertiæ entitatis addite vtriſq;. ſi ratione formæ, tunc totum non differt à materia, niſi dĩa formæ, quod eſt impoſe, igiẽ rõne tertio entitatis. Nono ſi materia & forma ſunt eadem realiter ipſi compoſito, tunc eſſent eadem realiter inter ſe, per primum principium geometriæ. Decimo illa non ſunt idem de quorum vno vere aliquid affirmatur qđ vere negat ab altero ſed de toto verificatur eſſe per ſe cauſatũ à materia & forma, de quibus non verificaẽ eſſe cauſatum. Amplius de materia & forma ſimul ſumptis verum eſt dicere iſtas conſtituere totum de toto non eſt illud verum. Adhuc totũ eſt aliquid materia & forma nõ ſunt aliquid, pręterea riſibile dicitur de hoĩe, & non de materia & forma ſimul ſumptis. Vndecimo ſi partes ſunt ſuum totum, tunc omnes partes vniuerſi eſſent vnum numero, & ſic redderetur poſitio Parmenidis. Duodecimo tunc ſubſtantia & accidens eſſet vnum numero: quia Socra. albus eſt vnum numero, ſed Socra. & albedo ſimul ſumpti ſunt Socrates: igitur ſunt vnum numero. Decimotertio tunc quatuor eſſent mille, & ſimplicia eſſent cõpoſita, & deductio patet. *Rõnes pro parte Auer.* Pro põne Auer. ſunt rationes, prima nihil differt ab aliquo realiter, niſi includat aliquid reale diſtinctũ ab illo. Sed totum nihil præter partes eius includit, nec aliquid qđ nõ ſit in partibus, quia ſi qd eſſet, illud eſſet vnio, ſed vnio eſt relatio, modo relatio non eſt de ratione abſoluti. Secundo ſi totũ differt à partibus, vel ſeipſo vel aliquo alio. non ſeipſo, quia tunc per ſingulũ illius. nec aliquo alio, quia non videtur quid eſſet illud, eſſet. n. ſubſtantia vel accidens, & nõ põt eſſe accidens, quia tunc accidẽte ſolum differret, & ita nõ per ſe, & ſi ſubſtãtia, vel materia, vel forma, vel cõpoſito, & nullũ põt dici. Tertio ſi totũ diceret illam tertiam entitatẽ vltra partes, tunc diffinitio non diceret totam eſſentiam diffiniti, quia ſolum dicit materiã & formã, vel genus & dĩam, & non tertium. Quarto ſi ſic: tunc forma vniretur materiæ mediãte illa tertia entitate. Quinto tunc ternarius eſſet quaternarius, quia vltra três vnitates adderet quartam reſultantem ex illis. quæ addita illis quaternariũ. & ſic videntur ambæ illæ põnes cõtrariæ probabiles. Sũt autem inter has extremas poſitiones mediæ. *Põ. 3.* Aliqui quidem tenent primo ꝙ cõpoſitum eſſentiale vt illud quod fit ex materia & forma, dicat formaliter entitatẽ diſtinctam realiter à ſuis partibus, probant primo quia entitates partium pñt exiſtere ſine entitate totius: igitur differunt ab illo realiter. añs apparet ꝑ verba Ariſt. q expreſſe hoc dicit de ſyllaba, ab. Secũdo materia & forma quæ ſunt cãæ intrinſecæ cõpoſiti aliquid cãnt, & nõ altera alterã, quia principia non ſunt ex alterutris, igiẽ tertiũ & per



conſequens differt illud ab illis, Secundo dicunt ꝙ illa tertia entitas eſt abſoluta: tum quia generatio non eſt per ſe ad relationem, tum quia abſoluta principia non cauſant relationem, nec ſunt partes relationis. Tertio tunc oĩa compoſita eſſent eiuſdem generis quia omnis talis reſpectus eſſet vnius generis. Quarto omne compoſitum eſſet formaliter reſpectiuum, Quinto tunc nullum compoſitum eſſet per ſe vnum. dicunt tertio ꝙ talis tertia entitas eſt forma totius ſiue quidditas vel eſſentia: addunt ꝙ talis forma totius non eſt ſuperueniẽs formæ partis, nec medium vniens materiam formæ ad conſtituendum cõpoſitum, nec aliqua forma vltra illã partis materiam perficiens, & propterea eſt forma qua ſuppoſitum eſt ens quidditatiue ſm rem diuerſa à forma partis. Hæc autem poſitio media dicitur, quia non loquitur expreſſe niſi de toto eſſentiali, Propter quod nonnulli volunt in cæteris totis non dari tertiam entitatem aliam à partibus. *Confutatio.* Sed ſiue hæc poſitio ſit media ſiue extrema, videtur ꝙ ſit omnino irrationalis & contra eos. Primo ſic, quia apud ipſos diſtinctio realis eſt inter rem & rem, & res apud illos eſt eſſentia cum exiſtentia, hæc. n. facit diſtinctionem realem, tunc arguo ſi totum diceret tertiam entitatem realem ſm rem diſtinctam à partibus ſimul ſumptis, tunc illa tertia entitas eſſet res, & ita includeret exiſtentiam aliam à partibus, quod nec ipſi concedunt. Secundo quæcunq; ſunt eadem formaliter, ſunt eadem realiter, quia ꝑ eos identitas formalis infert realem, ſed totũ & partes ſunt eadẽ formaliter, quia partes per eos ſunt de eſſentia & formali ratione totius, igitur erunt eadẽ realiter. Tertio quæcunq; differunt realiter apud peripateticos differunt aut ſm rem ſubiecti, aut ſm rem diffinitionis, ſed hĩ non differunt ſm rem ſubiecti, quia cuicunq; ſubiecto ineſt totum, illi eadem inſunt partes ſimul ſumpte. & de quouis prædicaẽ totum, de illo eadem & partes ſimul ſumpte: igiẽ non differũt ſm rem ſubiecti, nec ſm rem diffinitionis, quia partes apud ipſos ſunt de diffinitione totius atq; de illius eſſentia. *Quæ Iuniores.* Iuniores huius ſecte conſueuerunt dicere totum eſſe idẽ formaliter partibus, quia eius diffinitio formalis eſt per partes & eſſe idem realiter partibus, at partes differũt realiter à toto & formaliter ab illo, quatenus totum non eſt de ratione partiũ licet partes ſint de ratione totius: & ſic ſaluant ordinẽ in diſtinctionibus. *Confutatio.* Sed hæc euitatio non valet, quia ſaltem ſequitur partes ſimul ſumptas non differre ſm rem à toto. deduco, totum per eos non differt ſm rem à partibus, quia non põt eſſe ſine illis, nec partes ſimul ſumpte poſſunt eſſe ſine toto, igitur ſaltẽ partes ſimul ſumpte erunt eædem ſecundum rem toti. præterea ſi partes ſimul ſumptæ differunt à toto vel ſm rem exiſtẽtiæ vel ſm rem eſſentiæ & naturæ ſi ſm rẽ eſſentiæ & naturæ, tunc ſolũ ex natura rei differũt, contra eos, qui volũt expreſſe partes differre non tñ ex natura rei, ſed realiter. ſi ſm rem exiſtentiæ, igiẽ partes ſimul ſumpte poſſent exiſtere ſine toto, quod eſt impoſe apud oẽs. *Cõm. 36.* Vlterius illud qđ dicũt de forma totius eſt expreſſe contra Auer. in hoc ſeptimo vbi expreſſe ait formã recti, & ipſum rectum idem eſſe, & ſic vult formã totius & formã partis eſſe vnã eãdẽq;. Pręterea arguiẽ rõne, quia hac data, tũc materia eſſet forma vel formale quoddam qđ nõ concederẽ, & deduco qcquid eſt de eſſentia formæ, eſt forma vel formale eius: cuius illa eſt forma, hæc patet, qa quicquid eſt de eſſentia alicuius eſt de formali cõceptu illius, & ſic eſt de formali conceptu eius, cuius illud eſt forma ſed materia eſt de eſſentia formæ totius, igiẽ eſt formale ipſius totius, vel illius forma, qđ eſt ridiculum. Secũdo cuilibet formæ apud peripateti. opponiẽ priuatio, nec vnq̃ aliter legi in eorũ doctrina. Sed forma totius eſt: forma igiẽ ſibi opponiẽ priuatio, ſed oppoſita tam cõtrariæ q̃ priuatiue ſunt quæ apta ſunt fieri circa idẽ ſubiectũ apud ꝑipateticos, igiẽ forma totius & eius priuatio ſunt aptæ fieri circa idẽ ſubiectũ, ſed oĩs priuatio eſt apta fieri circa materiã, igitur forma totius circa materiã eſt apta fieri. Sed quæcũq; forma eſt apta fieri circa materiã, eſt forma partis, quæ cũ materia cõponere põt cõpoſitũ, igiẽ forma totius eſt forma partis, & ita propoſitũ. Tertio Ariſt. vbiq; diuidit ſubſtantiã in materiã, & formã, & in cõpoſitũ ex illis, igiẽ cõpoſitum non eſt forma, quia nullũ diuidẽs eſt ſuũ cõdiuidens. Quarto apud Auer. materia non eſt pars formæ, materia eſt pars illius tertiæ entitatis, igiẽ illa tertia entitas nõ eſt forma. Amplius apud Auer. materia non eſt pars eſſentiæ, nec qdditatis, forma totius eſt eſſentia & quidditas, igiẽ materia nõ eſt pars formæ totius, & ita forma totius nõ eſt aliud q̃ forma partis. Quinto apud Auer. forma totius eſt vle vt explicaẽ per nomẽ generis, vel ſpẽi, vel alicuius quinque vlium, ſed forma partis eſt vle, vt dictum fuit, igiẽ apud eum idẽ eſt forma partis, & forma totius. Sexto forma totius apud ipſum non differt à forma partis, niſi quia illa intelligiẽ & ſignificaẽ ꝑ nomẽ prædicabile de cõpoſitis ſingularibus vt ꝑ hoc nomẽ homo, vel aĩal, forma vero partis vt ſignificaẽ ac intelligiẽ per nomen de nullo cõpoſito prędicabile vt ꝑ hoc nomen rationalis anima vel ſenſitiua, igiẽ idem eſt rationalis anima & homo idem ſenſibilis aĩa, & aĩal & ſic forma partis & forma totius idem ſunt. Hæc enim eſſe de mente Auer. volui indicare propter proteruos. *Poſitio Ioãnis.* Ioãnes vero in qõnibus aliter mediat. diſtinguit. n. de diſtinctione reali, quia aliqua dici pñt diſtingui realiter diſtinctione, ſeparationis, vt quæcunq; loco & ſubiecto differunt. vel diſtinctione idẽtitatis, vt quęcũq; ſunt diuerſæ res, veluti ſubiectũ & accidẽs ſunt diuerſæ res, non tamen diſtinctæ loco & ſubiecto, tũc tenet duo. Primũ ꝙ cõpoſitũ dicit tertiã entitatẽ additam partibus ſm rẽ diſtinctam diſtinctione idẽtitatis, qa ſunt diuerſæ res: vt rõnes pro poſitione Aui. cogunt. Secundũ eſt ꝙ illa tertia entitas non eſt diſtincta à partibus ſimul ſumptis diſtinctione ſeparationis, quia non pñt loco & ſubiecto ſeparari, & ita cõcedit Ioannes totũ dicere quid aliud & totũ à partibus ſimul ſumptis, non quidẽ ſm diſtinctionẽ ſeparationis, ſed ſm diſtinctionem identitatis rei ad rem. Pro opinione Ioannis faciunt auctoritates. prima eſt Ariſt. in libro de aĩa & Auer. ibidem vbi diſtinguunt ſubſtantiam in materiam & formã & cõpoſitũ, & aiunt cõpoſitum eſſe tertium, quod eſt ex his. *Cõm. 5.* Amplius Auer. tertio de anima in ſolutione ſecũdæ quæſtionis ita inquit & eſt manifeſtũ ꝙ materia & forma copulantur adinuicem, ita ꝙ congregatum ex eis ſit vnicum: & maxime intellectus materialis, & intẽtio intellecta in actu: quod. n. componiẽ ex eis nõ eſt aliquod tertiũ aliud ab eis ſicut eſt de aliis cõpoſitis ex materia & forma. Hæc Auer, quibus nihil clarius pro Ioanne. *Cõm. 19.* Præterea. 5. metaphyſice Ariſto. dicit ꝙ bis tria non ſunt ſex: ſed ſemel ſex ſunt ſex: vt patet per Auerro. ibidem: hoc vero non *Cõm. 15.* eſſet ſi totum eſſet ſuæ partes. Præterea octauo huius textu & dicunt Ariſtote. & Auerro. ꝙ quæ non ſunt



vnum

vnum ſicut aceruus, oportet ponere aliā cauſam vnitatis vbi patet ipſum indicare tertiam entitatem. Pręterea primo phyſi. auſcultationis Ariſt. ait non valere illud Parmenidis ꝙ ſi infinitum eſt immobile ſm totum, *Côm. 24.* ꝙ eſſet immobile ſm partes, quia vt dicit ibi Auer. ſtat totum quieſcere & ſingula parte moueri, igiť totū eſt aliud à partibus. Præterea in hoc ſeptimo diciť ꝙ ſylla-ba, ba diſtinguiť ab A & B quia manentibus A & B cor- *Côm. 60.* rūpitur, ba, vbi Auer. ait quia ex illis ſit aliquod additū aliud à cōponentibus, vt ſyllaba. quæ fit ex literis, ſyllaba. n. non eſt literæ ex quibus fit: ſed eſt aliquid additū literis, & ſimiliter caro non eſt terra & ignis ex quibus componitur, ſed eſt aliquod aliud additum. Et ex commento accipiť hæc ratio pro Ioanne, quia ſi ex materia & forma nihil aliud reſultaret niſi materia & forma ſimul ſumptæ, tūc in corruptione nihil aliud remaneret. cōſequens eſt falſum, vt dicit, quia tunc nulla eſſet dr̄ia inter aceruū & cōpoſitum eſſentiale, & ſic veluti poſt aceruū non remanet niſi partes, qua præerant, ſic poſt corruptionem cōpoſiti per ſe ſolū, partes quæ præerat remanerent: quod eſt contra ſenſum, igitur oportet in corruptione compoſiti per ſe corrumpi aliquid p̄ter partes. Hæc pro Ioanne. *Confutatio. Pōnis Ioan.* Sed hæc poſitio auctoritates habet contra ſe. Primo expreſſe. 1. phyſi. vbi Auer. clare dicit totū non eſſe aliud quam ſint ſuæ partes ſimul, *Côm. 17.* præterea The. auctor præcipuus in. 1. phy. in expōne dicti textus: cū Auer. ita inqt. Quāuis. n. ſingulæ diuerſæ ſint ab eo vniuerſo quod continet, oēs tn̄ efficiunť illud vniuerſum: hęc The. è quo accipit Auer. *Côm. 39.* amplius in hoc ſeptimo inquit, vľr intēdebat ꝙ ens eiuſdē ſpēi, ſ. ꝙ eſſe totius eſt eſſe partiū: *Côm. 48.* cōmento vero ait & vľr oīs natura congregata ex duabus naturis conuenientibus, ne- *Côm. 43.* ceſſe eſt vt ſit de natura cōponentiū. Rurſus. 4. phy. ait totū nihil aliud eſſe niſi ſuas partes. Præterea. 2. de aīa & *Te. & c. 10.* The. ibidē dicunt ꝙ ſicut oculus & pupilla ſunt vnū, ita corpus & aīa ſunt vnū aīal. Pręterea diſtinctio rerū non poteſt haberi niſi per diſtinctionē accidentium vel operationū. Sed nulla cōpetit toti, quin etiā partibus collectiue competat: igitur totū eſt partes collectiue. Hæc de poſitionibus dicta ſufficiant.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Terminus pluralis quot modis teneri poteſt.* PRO dilucidatione primo ſumamus ex logicis, ꝙ oīs terminus pluralis pluraliter tentus, ſub copulatione ſignificat ſuum ſignificatū, vt patet primo Elēchorum, verum in ſignificādo ſuū ſignificatum ſub copulatione, pōt teneri diuiſiue, & poteſt teneri collectiue, vt docet ibidem Ariſto. tenetur quidem diuiſiue, qn̄ propoſitio cuius eſt ſubiectū vel pręaicatū exponiť per vnam copulatiuam, verbi cauſa. hoīes viuūt, exponiť ſic, hō viuit & homo viuit. ſimiliter iſti ſtudent, exponitur quia iſte ſtudet, & iſte ſtudet. Tenetur vero collectiue, qn̄ exponitur propoſitio cuius ipſe eſt ſubiectū vel prædicatum per vnā categoricā de extremo copulato, vt iſti ferunt lapidem, quia iſte & iſte ferunt lapidem, quæ eſt vna categorica de ſubiecto copulato. Similiter pōt dici de illo termino, omnes, in plurali vt dicit Ariſt. poteſt *Excerptum.* nāq; teneri diuiſiue & collectiue eodem modo. Ex his ſequitur ꝙ à propoſitione de ſubiecto vel p̄dicato plurali diuiſiue tento licet inferre duas categoricas illi correſpondentes per notam copulationis coniunctas, vt ex iſta, duo homines currunt, valet igitur iſtæ currit, & ille currit, ex propoſitione vero de ſubiecto, vel prædicato plurali collectiue tento non licet inferre duas categoricas, ſed vnam de extremo copulato, non enim ſequitur, iſti ſunt duo, igiť iſte eſt duo & iſte eſt duo, ſed quod iſte & iſte ſunt duo, hæc enim ex primo elenchorum in paralogiſmo diuiſionis & cōpoſitionis colliguntur, quæ oportet ſupponere in diſputatione, quia Auerro. & omnes græci quæſtionem hanc non ſoluunt niſi logice. His diſtinctionibus præmiſsis ſit prima ſup- *Suppōnes. 1.* poſitio totum non eſt ſuæ partes diuiſiue tentæ. probatur, quia ſi totum eſſet ſuæ partes diuiſiue tentæ, tūc homo eſſet materia, & homo eſſet forma. tenet conſequentia per ſuppoſitiones, quia ex propoſitione de extremo plurali diuiſiue tento licet inferre duas categoricas illi correſpondentes, ſimiliter econtra ſi partes eſſent ſuum totum diuiſiue, eodem modo ſequeretur. Secunda ſuppoſitio partes ſunt ſuum totum collectiue, *Secunda.* & ſuum totū eſt ſuæ partes collectiue, declaratur, quia materia & forma ſunt totum hæc medietas lineæ & illa ſunt linea, & ſic de omnibus totis, igitur partes ſunt ſuum totum. Hæc ſuppoſitio eſt de mente Them. & Auerro. vbique. His ſuppoſitionibus ſtantibus: dico duo pro dilucidatione. Primum totum cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatę, dicit additum & tertium vltra partes: patet, quia dicit illum ordinem eſſentialem, qui eſt aliquid vltra partes. Secundum totum cuius partes non ſunt eſſentialiter ordinatę, nihil dicit pręter partes, patet quia vnio partiū illius eſt ipſemet partes vnitæ at vnio partium eſſentialiter ordinatarum non eſt illæ partes vnitæ præciſe, ſed vltra addit ordinem eſſentialem, qui eſt aliquid præter partes vnitas. Pri- *Côm. 60.* ma concluſio eſt pro mente Auerro. in hoc ſeptimo, & pro auctoritatibus factis ad partem Ioannis: & tertio de anima. Secunda eſt pro mente Ariſto. & Auer. *Côm 39. & 41.* in lib. de anima, vbi animal dicit eſſe nihil aliud quam animam & corpus, & de mente Auerro. hic vbi velle videtur totum accidentale non addere tertium vltra partes vt de aceruo qui nihil dicit præter partes vnitas hoc enim verum eſt, quia totum accidentale quouis modo ſumptum vltra partes non dicit ordinem eſſentialem. Ex his ſequitur ꝙ ſiue totū addat tertium, ſiue non: ſemper eſt ſuæ partes collectiue, quia illud tertium non eſt ſubſtantia abſoluta, ſed vt dixi oēs ſuæ partes collectiue & non diuiſiue tentę & hæc eſt pulchra dilucidatio multum conſonans doctrinæ Ariſto. & Auer. in pluribus locis vt patere poteſt bene ſpeculantibus eorum dicta in eorum libris. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS viſis ad rationes pro Auicenna reſpondetur: Ad primam concedo quòd totum quod eſt humanitas ſiue homo non eſt materia neque eſt forma, tamen eſt materia & forma: & ambæ illæ partes diuiſiue ſunt verę, tamen cum illis ſtat vna categorica de extremo copulato, vt dictum eſt. Ad ſecundam nego minorem, quia partes collectiue ſumptę ſunt terminus generationis, tamen nulla illarum eſt terminus generationis, & vlterius dico quòd partes collectiue ſumptæ ſunt per ſe vnum, propter additionem tertij, quod dicebamns eſſe ordinem eſſentialem. Ad tertiam dico quòd ſimul eſt totum & ſuæ partes collectiue ſumptæ, tamen totum capit prius eſſe partibus diuiſiue ſumptis, veluti partes collectiue ſumptæ prius ſumunt eſſe partibus diuiſiue tentis, vt dictum eſt. Ad quartam dico quòd partes ſimul ſumptę conſtituunt compoſitum, non quidem collectiue tentæ, ſed diuiſiue, & hoc modo partes



do partes collectiue tentę differunt ſm rem à partibus diuiſiue tentis per additionem ordinis eſſentialis vltra partes, qui ordo eſſentialis nō eſt ille partes. Ad quintam illa ratio de homine eſt difficilis, quia dubium eſt apud aliquos an de mēte Ariſt. rationalis anima maneat poſt mortem, vnde Auer. hanc rationem non parui faceret, q̄ nihil poſt mortem remanere fatetur præter elementa & per materiam, tamen dici poteſt ꝙ in corruptione hominis corrūpitur homo, qui erat ſuæ partes collectiue, reſtant autem partes, diuiſiue, & ſic non reſtat homo, vnde corpus & anima collectiue corrūpuntur, tamen nec aīa nec corpus diuiſiue corrumpitur: ſed de his in libro de intellectu. Ad ſextam dico ꝙ totū eſt ſuæ partes collectiue: & non relatio, dico tn̄ totum vltra ſuas partes diuiſiue tētas addere relationem, vtpote ordinem eſſentialem: qui eſt aliud ab illis, & iſte ordo eſt ſubiectiue in partibus collectiue ſumptis, in nulla tamē parte ſubiectiue eſt, & ſi quæritur de fundamento talis ordinis, dici poteſt ꝙ ſunt diſpoſitiones qualitatiue, & quantitatiue, quibus forma eſt in materia. Ad ſeptimā dico ꝙ totum differt ab omnibus partibus diuiſiue per omnes partes collectiue, & etiam per alteram partem, & ſic differt alia dr̄ia quam ſit formæ ad materiam. Ad octauam dico ꝙ ſi materia & forma eſſent eædem realiter toti diuiſiue, eſſent eadem inter ſe, ſed quia ſunt illi eadem collectiue, nihil ſequitur. Ad decimam dico ꝙ arguit totū eſſe aliud quā ſint ſuæ partes diuiſiue, nō aūt collectiue, quia quicq̄d toti cōpetit, partibus etiā competit collectiue. Ad vndecimā cōcedo ꝙ omnes partes vniuerſi collectiue ſunt vnū numero, nō tn̄ oīa diuiſiue ſunt vnum numero. Per idem ad duodecimā & cōcedo ad tertiādecimā ꝙ quatuor ſunt mille, q̄a hæc ſunt mille, & hęc ſunt quatuor: igiť quatuor ſunt mille, veluti cōceditur ꝙ vnum in actu eſt plura in potētia, p̄ hæc eadem poſſunt ſolui oēs rōnes primi capitis, vt patet recte intelligenti, per idem ad rōnes aliorū. Ad primam dico ꝙ partes diuiſiue poſſunt exiſtere ſine toto, non aūt collectiue. Ad ſecūdam dico ꝙ materia & forma diuiſiue ſunt cauſę totius, qđ eſt materia & forma collectiue, nec eſt hoc impoľe, in cauſis & cātis intrinſecis. Ad rōnes quæ probant illam tertiam entitatem eſſe ſubām abſolutam. Ad primā dico ꝙ generatio non eſt ad illud tertium additum, ſed ad totū, qđ eſt ſuę partes collectiue. Ad ſecundam nego conſequentiam, quia cōpoſita non differunt per illum ordinem, ſed quia vnum eſt ſuæ partes vnius generis, & aliud aliæ partes alterius gn̄is. Ad tertiam dico ꝙ partes diuiſiue cauſant totum, quod eſt partes collectiue vt dictum eſt. Ad quartā negatur conſequentia, quia compoſitum eſt p̄ ſe vnum abſolutum propter formam vnā abſolutā. Amplius partes collectiue non ſunt reſpectus, ſed ſubſtātia. Quibus omnibus patent ea, quæ Auer. 1. phyſi. auctoritate The. dixit, hāc enim q̄ōnem logice oēs græci ſoluerūt, & Auer. ſectās *Côm. 17.* gręcos illā logice ſoluit, & ita pōt reduci Auic. ad bonū ſenſum, quia cū dicit totum eſſe aliud à partibus, forte loquiť de toto per ſe, cuius partes dicunt ordinē eſſentialem, & ſic p̄ illud tertiū intelligit ordinē, q̄m eſt aliud quid à partibus, aut pōt dici ꝙ loquiť de partibus copulatiue ſumptis diuiſiue tētis, ſic enim totū non eſt ſuæ partes, quia ſic homo eſſet materia & eſſet forma, non autem negaſſet totum eſſet partes collectiue. Auer. vero quando dicit totum eſſe ſuas partes, intelligit collectiue, & vbi dicit totum p̄ ſe & eſſentiale dicere tertiū, recte dicit, quia per tertium non intellexit tertium reſultans, ſed ordinem eſſentialem, qui eſt aliquid additum partibus diuiſiue tentis vbi vero ait totum eſſę aliud à partibus, ſumit partes diuiſiue, amplius vbi ait. totū nō addere tertium loquitur de toto per accidēs, cuius partes non dicunt ordinem eſſentialem, & hoc modo pn̄t conſiliari poſitiones & auctoritates contrariæ Auer. & Ari. Animaduerte ꝙ dubium eſſet de illo ordine, quem addit totum per ſe vltra partes an ſit res diſtincta à partibus ſimul ſumptis, vel ne? quod quidem quia eſt problema neutrum, teneri poteſt ꝙ differt à partibus ſimul ſumptis ſm rem, non autem à fundamento hoc eſt diſpoſitionibus, quibus partes illæ copulantur. Hæc de vltima diſputatione libri Septimi dicta ſufficiāt, & ita de toto ſeptimo.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

# LIBRI OCTAVI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

## In. 12. Diſputationes diuiſi.


1 *Num in motu alterationis permanere oporteat idem ſubiectum: ſimpliciter ſub vtroq; termino.*

2 *Num menſtruū femelle ad generationē cōcurrat actiue.*

3 *Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio omniū formarum ſubſtantialium vſq; ad primam materiam.*

4 *Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpoſitionum qualitatiuarum.*

5 *Num aliquæ formæ poſsint intendi & remitti.*

6 *Num gradus ſint partes intrinſecæ, ac eſſentiales formæ intenſibilis.*

7 *Num intenſio formæ ſit motus continuus.*

8 *Num intenſio formæ fiat per maiorem elongationem à ſuo contrario.*

9 *Num intenſio fiat penes diſtantiā à non gradu, remiſsio econtra penes appropinquationem ad non gradum.*

10 *Num intenſio formæ fiat per maiorem radicationem in ſubiecto.*

11 *Num intenſio formæ fiat per additionem partis gradualis ad partem gradualem vtraq; remanente.*

12 *Num latitudo vniformiter difformis correſpondeat ſuo gradui medio.*


### PRÆFATIO.

MI ANDREA Comes magnanime atq; diſertiſsime legiſti diſputationes, quas in ſeptimo conflauimus & cum Ariſto. in hoc. 8. de ſubſtantia agat mō fere phyſico: deq; ente vt in decē genera prima diuidiť has etiam diſputationes dilucidamus, quas rogo non raptim, ſed accurate perlegas, nam ſi illas laudaueris eas inter fœlices reponam. Vale.

*Quod vero ſubſtantia eſt materia palam. Nam in omnibus oppoſitis mutationibus, eſt aliquid quod ſubiicitur vtputa ſecundum locum, quod nunc hic &c. & ſecundum alterationem quod nunc &c. Tex. cōm. 4.*

## DISPVTATIO PRIMA

De identitate & diuerſitate ſubiecti in motu alterationis.

*Num in motu alterationis permanere oporteat idẽ ſubiectum ſimpliciter ſub vtroq; termino.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

*Cõm. 20.* *Tex.cõm.7.* *Tex.cõm.7.*

QVOD maneat idem ſubiectũ ſimpliciter. Arguitur primo per verba Ariſt. in tex. idẽ per Ariſt. & Auer. primo de generatione: idem. 5. phyſi. idem. 12. huius. In contrariũ arguitur per Auer. & Ariſto. qui. 6. phyſi. volunt alterationis finem eſſe generationem, ſed in generatione nõ manet idem ſubiectum ſimpliciter, igitur nec in alteratione. Hæc pauca de dubitationibus

### Capvt titvli secvndvm.

QVID alteratio ſit. 5. phy. auſculta. eſt dictum, motus. n. ad qualitatem alteratio eſt, veluti ad vbi, eſt latio, ad quantitatem, eſt auctio. Vnde alteratio eſt motus, cuius finis proprius & eſſentialis eſt qualitas, dico finis ꝓprius & eſſentialis: quia alterationis finis poteſt eſſe ſubſtantia, non tñ proprius & eſſentialis. ſubiectum vero quod græci hypocimenon appellant. i. vel de quo aliud dicitur, vt prædicatum vel in quo aliud eſt. ſubiectum: igitur alterationis illud eſt, in quo alteratio eſt. manere vero idem ſimpliciter ſub vtroq; termino eſt ſub termino à quo, & ſub termino ad quem variari, non quidem quo ad nomen atque definitionem, ſed ſemper habere idem nomen, atque eãdem diffinitionem. qũo idem Socra. ſm idem nomen eandemúe diffinitionem fit nunc grammaticus, nunc ignarus grammaticæ. Quęrit igitur diſputatio ſi idem ſubiectum ſimpliciter ſm idem nomen eandemúe deffinitionẽ maneat ſub vtroque alterationis termino. Hæc de titulo.

### Capvt positionvm tertivm.

*1. Poſitio* ALIQVID de diſputatione breuibus dicunt alterationem bifariam dici. Alteram quidem puram, quæ hac rõne pura dicitur, quia generatione non eſt admiſta. ceu dealbatio, qua corpus ſine ſuæ ſubſtantiæ corruptione aut generatione dealbatur. Alteram vero impuram, quæ ideo impura appellatur quia generationi eſt admiſta, veluti elementorum alteratio cuius finis eſt generatio. tunc dicunt ꝙ ſi loquimur de pura alteratione, ſic in alteratione idem ſimpliciter ſubiectũ manet ſub vtroque alterationis termino, vt apparet in dealbatione, in qua idem homo ſpecie & numero dealbatur. Sin autem loquimur in alteratione impura, dicunt ꝙ ſubm non manet idem ſub vtroque termino, verum ħ eſt per accidens, non per ſe, quoniã non competit alterationi ħ quatenus alteratio, ſed quatenus eſt præuia diſpoſitio ad generationem. Hęc illi. Et licet hęc poſitio ſit probabilis, non tamen eſt Auer. qm̃ ſm Ariſto. & Auerro. in lib. de generatione. 2. non poteſt fieri alteratio in ſecundis qualitatibus, quin fiat in primis, & propterea dicuntur ſecundæ qualitates. Sed non poteſt fieri alteratio in primis qualitatibus quin fiat etiam in formis ſubſtantiariis, vt. 3. cœli probat Auer. igitur non poteſt albari quicquam, quin aliquod ſubſtantiarium varietur nomine & definitione in parte, vel in toto, quare hæc poſitio non eſt peripatetica. Hæc volo ſufficiant de poſitionibus. *Cõm. 67.*

### Capvt dilvcidationis qvartvm.

PRO dilucidatione igitur. primo debes ſcire, ꝙ alteratio bifariã dicitur. alia enim eſt perfectiua, qua nihil abiicitur à ſubſtantia rei, vt illuminatio, & id genus. alia corruptiua: quæ rurſus ſubdiuiditur, quia alia eſt prima; dicta quidẽ prima, quia in primis fit qualitatibus, vt calefactio, & id genus, alia ſecunda, dicta ſecunda, quia in ſecũdis cõſtat qualitatibus, vt dealbatio. tũc apud Auer. dicendum primo, ꝙ in alteratione ꝑfectiua manet idẽ ſubiectum ſimpliciter ſub vtroque termino, atq; nulla ſubſtantia corrũpitur, nec remittit̃. Hæc patet oĩbus. Dicendum. 2. ꝙ in alteratione ſcđa idem ſubiectũ ſimpliciter manet ſub vtroque termino: nõ aũt ita vt nihil ſubſtantiæ corrũpat̃ aut remittat̃ quia vt dictũ eſt non põt eſſe alteratio in ſcđis qualitatibus quin ſit in primis, & non põt in primis eſſe, quin ſit aut ſubſtantiæ alicuius elementariæ corruptio, aut eiuſdẽ aliqua, remiſsio, tamen licet in elemẽtis fiat aliqua aut corruptio aut remiſsio, fit infra latitudinem diſpoſitionũ, quibus eadẽ forma miſti conſeruatur in materia & ꝓpea manet idẽ ſubiectũ ſimplr̃ ſm nomẽ & diffinitionẽ ſumptã à principali forma. Dicendũ. 3. ꝙ in alteratione. 1. ſubiectũ variat̃ aut ſm generationẽ vel corruptionẽ aut ſm intenſionẽ vel remiſsionem, hæc patet. 3. cœli & 2. de anima vbi dicitur ꝙ elementum purum alterari non poteſt. Hæc de dilucidatione. *Cõm. 115.* *Cõm. 67.*

### Capvt qvintvm solvtionvm.

AD rationem patet ſolutio, probat. n. idem ſubiectũ manere in alteratione ſcđa, vel in alteratione ꝑfectiua, cum quo tamen ſtat in alteratione prima poſſe ſubiectum variari aut ſm ſubſtãtiam, aut ſm remiſsionẽ vel intenſionem. Hæc de prima diſputatione.

*Omnes oportet cauſas dicere contingentes; vt hominis quæ cauſa vt materia equidem menſtrua, quid autem vt mouens equidem ſperma &c. Tex.cõm. 12.*

## DISPVTATIO SECVNDA

De menſtruo fœminę in generatione.

*Num menſtruum femellæ ad generationem concurrat actiue.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

QVod menſtruũ femellæ ad generationem non actiue concurrat. Arguit̃. 1. ꝑ verba Ari. in tex. vbi ait ſanguinẽ menſtruũ hoĩs eſſe cauſam vt materiã, vt mouẽte vero ſemẽ, igit̃ menſtruũ concurrit paſsiue, & Auer. in illius partis inquit ſi quæſierimus cauſam hoĩs: quę eſt cauſa materialis, nõ oportet quærere cãm remotã, vt quatuor elñta, quæ ſunt cauſæ remotæ, ſed oportet quærere materiã propriã, vt eſt ſanguis menſtruus. Secũdo tũc idẽ eſſet in actu & in potentia. Nã menſtruũ illud ex ea parte, qua materia eſſet in potẽtia, ex ea parte qua agẽs eſſet in actu. Tertio ſi mẽſtruum cõcurreret actiue, tũc matrix ſiue vulua fruſtra illud foras eiiceret, tanq̃ ſuperfluũ. Modo videmus vuluam illud vomere, vt viri ſemẽ ad ſe traheret, igitur nõ concurrit aliquo pacto. In contrarium ſunt medici, & potiſsimũ Gal. in lib. de ſemine, quia vt dicũt niſi menſtruum concurreret actiue ad generationẽ embrionis non magis eſſet mater prolis, q̃ alterius animalis ex illo materialiter geniti. Hæc de dubitationibus. *Cõm. 11.*

### Capvt titvli secvndvm.

QVID menſtruũ ſit, lib. de generatione aĩaliũ Ari. declarat: attamẽ in ꝓpoſito aĩaduerſione dignũ, menſtruum eſſe bifariã: aliud quidẽ purum qđ guttã, ſiue ſemen femellæ appellant: ħ purũ eſſe fatent̃: quia ad hoc vt formã ſuſcipiat, ampliori alteratione nõ eget, ꝓp qđ vltima cõcoctione quaſi cõſtitutũ albũ cernit̃ in colore. Aliud vero impurũ, qđ ꝓ excellentiã mẽſtruũ dicunt, quia oĩ mẽſe pro decurſu lunę fluit, tãquã mulieris expurgamentũ. ħ impurũ & cõmiſtum eſſe volũt, quia ad ħ vt formã ſuſcipiat, alteratione cõcoctioneúe vlterius indiget: ꝓp qđ ſanguineũ & rubrũ cõſpicit̃, illud quidem concubitus tp̃e fluit: vt mulieris matrix aperiatur, & ſemen viri deglutiat, ħ vero omni menſe iuxta motũ lunę. Amplius vtrũq; materia eſt gñationis: verũ primũ nulla eget vlterius concoctione, vt formã ſuſcipiat, Secundum & alteratione & cõcoctione eget. patet igitur in diſputa. quid per menſtruũ ſit intelligendũ. nã licet vtroq; modo ſumptũ in diſpu. locum habet proprie tñ per menſtruũ guttã intelligũt: quæ tp̃e cõcubitus fluit ob delectationẽ: fœmella in oĩ aĩaliũ gñe, in quo videre eſt marẽ & fœmineã: ea eſt. quæ ſemẽ maris intra ſe recipit: vt dicitur in lib. de gñatione aĩaliũ: hæc eſt quæ poſt partũ mater appellat̃, veluti mas pater. Actiue vero in generatione cõcurrere eſt cooperari vt principiũ, vñ motus ad aliquẽ effectũ, ad quẽ altera cauſa cooperatur, ceu ſol & hõ ad hoĩs gñonem effectiuę cõcurrũt, quia ſole cooperante ad hoĩs generationẽ, hõ concurrit ad illũ vt principiũ vnde motus. Hæc de titulo.



### Capvt positionvm tertivm.

ET licet hæc diſputatio non ſit metaphyſica, ſpectat enim ad librũ de aĩalibus, tñ quia aliqui illam hic perſcrutant̃, nos ipſam volumus ꝑtractare, & raptim, propter qđ primo videndæ ſunt duæ põnes extreme Gal. videlicet, & Auer. deinde proximo (vt conſueuimus) capite opinionẽ Ariſt. dilucidabimus. Gal. itaq; in eo lib. quem de ſpermate, hoc eſt de ſemine inſcripſit, voluit tam viri quã femellæ ſemen ad generationem, & materialiter, & effectiue concurrere, non tamẽ ſm eaſdẽ partes, nam ſm partes craſſas atq; corpulẽtiores, materialiter cõcurrit, ſm partes tenuiores atq; ſpũaliores, effectiue. Pro hac põne arguit quidã vir in multis locis. Primo quia ſemina amborũ ſunt eſſentialiter eiuſdẽ ſpẽi, neutrũque eorũ orbatũ eſt atque occaſionatum, igitur ſunt eiuſdem potentiæ actiue. tenet conſequentia, quia formas eiuſdem ſpẽi apte ſunt conſequi potẽtiæ & virtutes eiuſdem ſpẽi. Scđo cauſæ productiuæ ſeminũ amborũ viri, videlicet, & femellæ ſunt oẽs eſſentialiter ſimimiles, materia quoq; ſimilis, finis etiam idem, igitur ambo ſpecie eadem. tenet argumentum, quia oĩs varietas in forma ſequitur varietatẽ agentis, aut materiæ vt colligitur. 7. & 9. huius. Tertio intemperatiſsima femella in iuuentutis ætate perfectius decoqui põt ſuperfluum ſanguinis alimentũ in ſemẽ cõuertendũ q̃ in melancholico mare in ætate ſenili, ſed hic mas producere põt ſemen ꝓlificũ ſui ſimilis generatiuũ, igit̃ & femella. Quarto quia dato oppoſito nõ cõtingeret fœtũ mr̃i in colore aut in particularis mẽbri diſpõne merito ſpũs denſi à mr̃e aſsimilari: qđ eſt cõtra ſenſum. Liuia. n. noſtra filia in naſo & oculis angelellæ vxor pœnitus ꝑſimilis eſt. conſequentia deducit̃, quia ſi nullus ſpũs in ſemen femellæ incluſus efficit generationẽ, nullus etiã efficit particularẽ ſimilitudinẽ in genito. Quinto ſi genitum aſsimilat̃ mr̃i: non põt eſſe quia menſtruũ ad formationem cõcurrat paſsiue, igit̃ concurrit actiue. añs apparet. Primo quia non apparet vnde menſtruũ, quod eſt materia cõis generationis fœtus diſpõnem contraxit, è qua generetur mẽbrum cum tali diſpoſitione mr̃i per ſimili. Secundo quia talis effectus eſt poſitiuus, igit̃ eidẽ correſpondet agens per ſe illius productiuum. Sed hmõi non eſt ſpũs ſeminis viri eo quia illum effectũ non naturaliter intendit, igit̃ ſpũs eſt in ſemine femellæ. Tertio plerũque cõtingit fœtũ matri eſſe per ſilẽm, patri vero diſſimilem, aut pr̃i minus ſimilẽ quam matri, aut ecõtra tã eſſentialiter quã accñtaliter, ſicut aſinus ex equa gñat mulum per oĩa magis ſimilem aſino, & canis ex vulpe fœmina generat aĩal ꝑ oĩa magis ſimilem vulpi, & vir magis paruus curuus ex muliere alba magis recta filiũ generat albũ magnũ mr̃i ſimilẽ, arguitur igitur vt prius ſic talis ſimilitudo fœtus ad matrẽ eſt effectus particularis poſitiuus, igitur eidem correſpondet particularis cauſa per ſe illius productiua, ſed talis cauſa non eſt niſi ſpũs in ſemine matris, igit̃ vt prius. Ex his perſpicuum eſt primo de mente Galeni in femella verum ſemen generari, quod græci ſperma dicunt, & ꝓlificũ, & ab ea in coitu emitti, & quod illud non eſt de genere menſtrui. Secundo perſpicuũ eſt vnde in fœtu ſexus contingat varietas, contingit. n. interdũ fieri fœtum maſculũ, quandoque fœmineum, eo quia contingit ſemen maris in trãſmutando materiam generationis prædominari ſemini femellæ, tunc. n. maſculus fit: cõtingit aũt interdum econtra, & hoc accidit propterea quia materia generationis magis eſt diſpoſita vt recipiat impreſsionẽ ſeminis femellæ quã maſculi, vel ꝓp imbecillitatem ſeminis maris aut ꝓpter vtrũque, & tũc producet̃ fœmella quod ſi cõtingerit hmõi ſemina in potẽtiis ſuis equata eſſe, gñabitur hermophroditus. Tertio patet cauſa ſimilitudinis & diuerſitatis fœtus ad parentes. interdũ patribus. n. aſsimilãtur in ſexu, in cõplexione, in moribus: in figura: & in cæteris id genus, vt cum ſemen viri ſuper ſemen femellæ, vel eius menſtruũ perfecte optinuerit, interdũ cõtra fœtus omnino matri aſsimilatur, vt cum ſemen femellæ optinuerit ſuper illud viri. nonnunq̃ remiſſe vtriuſq; tenet ſimilitudinem, vt cũ ſemina ſuis potẽtiis ęquata vel fere equata ſunt. aliqñ vero neutri eorum fœtus ſimilis eſt, vt cum vtriuſque ſemen debile fuerit, aut cũ mẽſtruum ad coloris figuræúe ſuſceptionẽ male affectum fuerit, cõtingit pręterea nõnunquam in colore vni aſsimilari in figura aut magnitudine alteri eo quia maris ſemen contingit potentius eſſe ad colorandum, illud femellæ ad recipiendum magnitudinẽ. Hæc de mẽte Galeni. Sed vt mihi videtur fundamenta quibus Galenus mouetur: ſunt duo. Primum quia mas & fœmina ſunt vnius ſpẽi, igit̃ eiuſdẽ potentiæ. Secundo quia fœtus põt matri interdum aſsimilari, igitur in ſemine femellæ eſt virtus productiua ſimilitudinis, & ſic concurrit actiue, addunt quoque alij, & tertium quia mater diligit filium, & magis quam pater, vt 8. Ethic. igitur eſt opus matris, vt deducitur. 4. Ethicorum. Sed hæ rationes ſunt ambiguę. Prima quidem quia ſi eſſet vera, tunc femella ſine concurſu viri poſſet fœtum concipere. deducitur primo ab Auerroe in colliget, quia in femella eſt virtus actiua, & virtus materialis per Galenum, igitur poteſt concipere, cum in illa ſint omnia requiſita, eſt enim menſtruum, quod eſt materiæ fœtus, eſt & ſemen femellæ, quod eſt cauſa effectrix, eſt & in ſemine virtus formatiua, igitur oĩa requiſita. Secundo ad idẽ cũ virtus productiua ſeminalis in ſemine femellæ ſit eiuſdẽ ſpẽi, cũ virtute ſeminali in ſemine viri. ſequit̃ ꝙ illa intẽſa, erit ad plus aucta virtus productiua ſit, igit̃ virtus ꝓductiua cuiuſdã viri vt duo

Marginal notes: *Põ Gal.* — *Rationes. Sco. in. 3. ſen. diſ. 4. q. 1. & in quolibeto. q. 13.* — *Excerpta primum.* — *Secundum.* — *Tertium de ſimilitudine fœtus ad parẽtes.* — *Fundamenta Galeni.* — *Quæ rõnes hæ ſunt ambiguæ.*

& illa femellæ vt quatuor, & volo ꝙ illa femellæ virtute ætatis & bonitate regiminis, & beneficio medici creſcat ad duo plus, erit, & tunc tota vt ſex: ſed aggregatū ex vtriſq; erat vt ſex: igitur cum illa mulieris erat aucta ad ſex non erit neceſſaria illa viri, igitur poteſt mulier ſine concurſu viri concipere. *In quolibeto, q. 13.* Quidam vir intendens euitare hanc rōnem, ait ſemen patris & ſemen matris ambo concurrere actiue, ſed ideo requiruntur ambo, quia non ſm ordinem eundem concurrunt. nam ſemen pr̄is principalius, illud matris minus principaliter cōcurrit.

*Solutio. Replica.* Sed hæc ſolutio adhuc latet. Primo, quia vel principale & minus principale tollunt conuenientiam ſpēi: vel ſtant cum identitate ſpecifica. ſi tollunt rōnem ſpēi, tūc rō eorum & Gal. nulla eſt, quæ dixit potentias in ſemine pr̄is & mr̄is eſſe eiuſdem ſpeciei. patet. n. h̄ fundamētum eſſe falſum. Si vero ſtant cum identitate ſpecifica, tunc principale & minus principale erunt veluti magis & minus, quæ. 5. phy. ſunt vnius ſpēi & rōnis. Sed ipſm minus per crementum pōt fieri æquale ad magis, igitur ipſm minus principale pōt fieri æquale ad principale, & ita ſemen femellæ pōt creſcere ad æquale aggregato ex vtroq; ſemine, & ita ſtabit rō vt ſupra. Secundo ſi ſemen viri concurrit principalius, vel hoc eſt qa ſm gradum cōcurrit intenſius, vel quia ſm eſſentiā concurrit perfectius. ſi ſm gradum concurrit intenſius, tunc contingit ſm gradum concurrere remiſsius, & cōtingit ſemen femellæ ſm gradū cōcurrere intenſius, & ſic reddit rō vt ſupra. ſi ſm eſſentiam concurrit perfectius tūc concurrit ſm rōnem ſpēi diuerſam, & qm̄ potentia ſequitur eſſentiā: tunc potentia ſequens illam eſſentiā erit alterius rōnis, & ſic tollitur primum fundamentum eorum, quod procedebat de potentiis. Prӕterea principal'r ad idem, ſi pars craſſa ſm Gal. concurrit material'r, ſubtilis effectiue, tunc non eſſent eiuſdem ſpēi, quia paſsiuū & actiuū apud ipſos dr̄nt ſpē. Scd̄m vero fundamentū: quod proceſsit ex ſil̄itudine, etiā deletur, quia cōtingit nōnunquā filios aſsimilari auis, & nonnūquā pro auis & attauis, nōnūq patruis, vel auunculis, conſtat aūt ſemina horū non concurrere effectiue ad gn̄onem filiorum, igr̄ per h̄ ꝙ natus mr̄i eſt ſil̄s, non debet inferri illā concurrere effectiue. Tertium etiam fundamentum friuolū eſt, quia multi amant filios, aliorū patrū credentes illos eſſe ſibi filios, & tn̄ non effecerūt aliqd ad illorū gn̄onē, & hoc mō Ariſt. 9. Ethi. aſsignat cām quare mr̄es diligūt magis filios q̄ pr̄es, & inquit & ob h̄ mr̄es filios magis amāt, nā laborioſior eſt ptus: & magis ſciūt eſſe ſuos hos, & hoc mō rōnes nullæ. Prӕterea arguit Auer. 2. colliget, quia ſemen mulieris interdū ad gn̄onem nō cōcurrit, igr̄ non eſt vt dicit Gal. aн̄s deducit qa experimēto clare patet mulierem impregnati abſq; hoc ꝙ ſpmaticet, ait. n. ſe inquiſiuiſſe à pluribus mulieribus ſe impregnatas fuiſſe abſq; ſeminis pprij emiſsione imo ſibi diſplicuit coitus, cū fuiſſent violatæ: & iuramento ſuæ vicinæ approbat Auerro. ꝙ fuit impregnata in balneo in quo mali hoīes coiuerunt, cū eſſent balneati in illo. Hæc contra Gale. *Pō Auerro. pria cōclusio.* Auer. vero fidus ſacerdos Ariſto. in extremam opinionem truditur. Voluit. n. 1. ſemen mulieris non neceſſario concurrere ad gn̄onem, & ita nec materialiter, nec effectiue neceſſario concurrit. *Secunda.* Scd̄o dicit, ꝙ vtile eſt ad gn̄onem, eo quia p p expulſionem talis guttӕ mulier vehementius in coitu oblectatur, quo fit vt viri ſemen auidius in matricem femellæ attrahatur. Secundo vtilis eſt, quia illa gutta pellitur ad hos matricis, q̄ redditur lubricum, ac irroratum, & ita ſemen maris ad mr̄icis concauum facilius labitur. Tertio vtilis eſt, quia cum gutta illa ſemini viri commiſta eſt, ipſum reddit ſubtilius, & ſic prӕparat vt melius in materia generationis, hic eſt in menſtruo profundatur. *Tertia.* Tertio volunt de mente Auerro. partem corpulenta ſeminis viri non concurrere materialiter ad generationem, immo vt deducit Apponenſis in ſuo conſiliatorio, ſemen quo ad eius corpulētam partem efficitur pars conſtitutiua embrionis, cōuertitur. n. in ſpm̄, at ſpūs ille efficitur embrionis pars, & ad hunc ſenſum pōt concurre materialiter. Quod aūt pars ſeminis craſſa nonnulla concurrat ad generationem. Primum ſignum eſt, quia gallina poſtq̄ ouū concepit, & cum teſta dura pfecit, ſi gallus cum ea coeat, facit ouū prolificū, cōſtat autem partem ſeminis craſſam corticem durum non penetrare, ſed ſolum ſpūoſam. Secundum ſignum eſt ꝙ piſciū quidam ſunt quorū fœmina in aqua emittit oua: & tunc ſequitur maſculus, qui ſup illa oua emiſſa eicit ſperma & ita illa contanguntur ab illo ſpermate emiſſo, & redduntur prolifica. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non eſt intelligibilis pace horum dixerim, quia ſi poteſt fieri conceptio ſine gutta vel ſpermate mulieris, tunc quæro ex quo fiunt mēbra corporis, non quidem ex parte corpulenta ſeminis viri quia eſſet contra tertium eorum, igitur oportet fœmellam aliquid in generatione præbere quod eſt ſemē vel aliquid loco ſeminis: & ſic falſa eſt prima Auer. concluſio. Secundo non eſt certum ex verbis Ariſt. partem corpoream ſeminis nullatenus concurrere, imo ſignum illud de ouis legitur in contrarium in græcis codicibus: habetur. n. ꝙ ſi gallus coit anteq̄ cortex fuerit durus, redduntur oua prolifica, & hoc modo dubia eſt tertia concluſio. Hæc de poſitionibus.

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione ſumamus primo, ꝙ non poteſt fieri generatio, nec corporis fœtus formatio niſi fœmella in coitu tribuat aliquid. deducitur ſm Ariſto. quia à muliere deciditur ſanguis menſtruus, qui in mulierum teſticulis dealbatur, conuertiturq; verſus naturam ſpermatis, eſtque veluti materia munda & præparata conuerſioni in membra, quæ dicuntur ſpermatica, & propterea ait Ariſ. ſperma mulieris non eſſe verum ſperma ſed quaſi ſimile. Amplius dicit ſperma viri ſeſe habere ad illud fœmellæ, vt coagulū in lacte, igitur non poteſt fieri generatio niſi mulier aliquid emittat. Secundo ſumo ꝙ licet ſemen viri habeat partes craſſas & tenues, effectiue non format de ſanguine menſtruo corpus fœtus niſi quo ad partes tenues, quia partes ſeminis craſſæ aut euaneſcunt, aut conuertuntur in tenues, veluti fit in coagulo: niſi enim coagulum conuertatur in tenue, nō pōt coagulare. Ex his apparet dilucidatio: dicendum enim primo de mente Ariſt. ꝙ ſine ſemine mulieris vel proportionali ſemini nullatenus fieri pōt generatio deduco, quia non pōt fieri generatio, niſi membra formenť. Mēbra non formantur ex craſſa ſeminis viri parte, igitur formantur ex ſemine fœmellæ, vel ex ſanguine menſtruo loco ſeminis, & hӕc videtur concluſio cōtra Auer. quia voluit poſſe fieri cōceptionem muliere nihil emittente. Secundo dicendū, ꝙ ſine ſemine viri nullatenus per naturam fieri pōt conceptio: deduco, quia menſtruū vel materia non mouet ſe, igitur eſt neceſſaria aliqua virtus formatiua: hæc non poteſt eſſe niſi ſit in ſpirituoſa ſeminis viri parte, igitur eſt neceſſaria ſpirituoſa pars ſeminis, & qm̄ illa reſoluitur, niſi craſſa conuertatur in illam, nunq̄ fieret conceptio, igitur



igiť ſunt neceſſariӕ ambæ partes. Tertio dicēdū ꝙ ſm opīonē Ariſt. ſemen viri ſolū effectiue concurrit ad cōceptionē. deduco, quia ſi cōcurreret materialiter: cōcurreret ſm illius partē craſſam, ſed ſm illā nō concurrit, qa illa aut euaneſcit, aut cōuertiť in ſpūalem partē, igiť ſolū effectiue concurrit. Quarto dicendū ꝙ ſanguis menſtruus mulieris ſiue ſit ſemen, ſiue ſit loco ſeminis, cōcurrit mere materialiter. deduco, quia ex illo tanq̄ ex materia formanť mēbra ſpermatica à virtute & ſpū deciſo à patre, igiť mere materialiter cōcurrit. Hæc de mēte Ariſto. *Conſilium inter Gal. et Ari.* Verū inter Gal. & Ariſto. pōt poni quoddam conſiliū, vbi debes ſcire ꝙ in ſemine viri, & in mēſtruo mulieri ſunt nōnullӕ qualitates elemētariӕ vt calidū, frigidū, & id genus, & nōnullæ ſpiritales vim elemēti nō ſubeūtes, vt formatiuā, aſsimilatiua, & id genus, ſpiritales ſunt vt artes el'ntariӕ ſunt inſtr̄a, vt dr̄. 12. hui⁹. *Cōm, 18.* Propterea ſpiritales illæ qualitates principes ſiue primæ dn̄r: cæteræ inſtr̄ariæ ſiue ſecundæ, tunc pōt poni conſiliū, ꝙ qn̄ Gal. ait ambo illa ſemina cōcurrere effectiue potuit intelligere quo ad qualitates elementarias inſtrumētarias ſūe, qn̄ vero Ariſt. dixit ſemē viri effectiue, & illud mulieris materialiter concurrere, intellexit quo ad qualitates principales, an vero ſit iſtud conſilium de mente Gal. relinquo medicis. Hæc de dilucidatione.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

SVNT qui & Galenum & Ariſt. enituntur defendere, & hanc vtriuſq; partis defenſionem arbitrantur eſſe diſputa. dilucidationem, nos vero mentem Ariſt. dilucidauimus, & illam defendendo r̄ndemus ad primam rōnem Gal. dico ꝙ licet illa fӕmina ſint forte ſm rōnē primam eiuſdem ſpeciei, tn̄ diſpoſitiue & accidentaliter differunt ſpē, vt de mare & fœmina dr̄. 10. huius, & quia accidentaliter ſpecie differunt, ideo poſſunt ſm potentias alterius rōnis ad eundem effectum concurrere. hoc apparet in exemplo, nam oīa membra ſunt eiuſdē ſpeciei eſſentialiter, quia tn̄ differunt ſpecie accidentaliter, propterea ſubeunt potentias ſpecie diſtinctas, & per idem ad ſecundam & tertiam. nam licet oēs cauſæ ſint eſſentialiter ſimiles, ſunt tn̄ accidētaliter diſsimiles, ſimiliter intemperata muliere non ſic perfectæ decoquitur ſperma, ſicut in melācholico potente generare, quia non habet in ſe temperamentum veri ſpermatis, ſicut licet iecinoris temperatio ſic robuſtior q̄ illa teſtiū nunquam tn̄ generare poterit ſperma. Ad rōnem de ſimilitudine, iam patet qualiter reduci poteſt contra Galenum. dictum eſt. n. aliquem effectum poſitiuum īmediate pendere ab aliquo agente poſitiuo, aliquem pendere ex impedimento agentis, cum. n. agens impeditur, facit interdum quod non intendit, vt patet in alchimia. Propterea dici pōt ꝙ cauſa ſimilitudinis pōt eſſe diſpō materiæ, eſt. n. mēſtruū ita mulieris in potentia paſsiua, vt ſemen in potentia actiua, ſpermate igitur ībecilli exn̄te formare nō potēte materiā ad ſui ſimile, ex īpedimēto format illud ad mr̄is ſimilitudinē, eo qa mēſtruū eſt magis mr̄is q̄ pr̄is ſimilitudinis receptiuū. Simili rōne de aliis ſimilitudinibus dici pōt, ſӕpe. n. naſcitur maſculus cū neuo vel ſtigmate mr̄is, hoc. n. nō ob aliud eſt, niſi quia mēſtruū qđ eſt materia cōis, & decidiť à materia iā toti diſtributa, in q̄ particulares mēbrorū diſpōnes aliquatenus īpreſſe ſunt, poterit hæc materia ab hoc agente eſſe ſolū taliter diſponenda vt mr̄i in hac particulari diſpōne, videlicet, ī ſtigmate aſsimiletur & per idē ad quintam patet ſol'o. Rōnes aūt facte cap. 1. ſunt pro dilucidatione. Hæc pauca de hac diſputatione, quia res h̄ eſt tractata propter exteros, qui materiā hanc tetigerunt licet obiter propter exemplum Ariſt. Et de ſecunda diſputatione ſatis.

*Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quia principium erit aut quia ex reſoluto in principium. Tex. cōm. 11.*

# DISPVTATIO TERTIA

De reſolutione formarum ſubſtantialium vſque ad materiam primam in ipſa corruptione.

*Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio omnium formarum ſubſtātialium vſq; ad primam materiam.*

## CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod in corruptione ſimpliciter non fit reſolutio oīum formarum ſubſtantialium vſq; ad primam materiā. Arguitur primo, quia vel in eodem īſtanti materia eſſet ſub forma corrupti, quo eſſet ſub forma gn̄ati, vel alio, atque alio momento: ſi eodē in momento, tunc duo contraria eſſent ſimul in eodē. ſi alio atque alio, tunc materia poſſet aliquo tempore eſſe ſine forma, probatur, quia quæuis duo momenta cadit tempus mediū. Secundo in corruptione non abiicitur forma corporeitatis, igitur non fit reſolutio ſimpliciter. aн̄s probatur primo quia agens naturale non abiicit à materia, è q̄ aliquid generat, niſi formas illas, quӕ formæ gn̄andæ ſunt incōpoſsibiles ſed forma corporis ſtat cum oībus formis, vt elementariis, cum miſtis, & cū aīatis, igitur non abiicitur à materia. Secundo partiens phyſicam actionem eſt corpus. Sed corrumpendum in inſtāti corruptionis patitur phy. actionem, igitur eſt corpus & non corporeitate noua, igitur corporeitate veteri, & ita manet eadem numero ſub vtroque termino corruptionis. Tertio principaliter aīa & corporeitas non ſunt eadem, igitur non fit reſolutio vſque ad primam materiam. deduco conſequentiam, quia ſi ſint formæ diuerſæ, non poſſunt eadem & vna corruptione corrumpi, quia vnus motus, eſt ad vnum terminum, quare oportet alteram prius altera corrumpi, & ſic in corruptione ſubali alterius nō fit reſol'o vſis oīum. aн̄s vero deduco quia ſi aīa & corporeitas eſſent idem, tunc ex aīa & corpore non fieret realis compō, ex non diſtinctis. n. ſm rē non pōt compō confici realis. Quarto principaliter arguitur ꝙ ſi fieret reſolutio ad vſq; primā materiā, tunc aut daretur vacuū aut motus ſubitarius, quorū vtrūq; eſt aperte cōtra pħos. & deduciť enthymema, qa ſit materia p̄diſpoſita q̄titate pedali p aīa rōnali recipiēda, & q̄ratur ſi materia illa in inſtāti īductionis eundem occupet locum, quē prius occupabat, vel nō. ſi nō, cū nullū aliud corpus poſsit naturaliter poni illū locū occupare, dabiť igiť locus priuatus corpore, & ita vacuū. ſi vero locū occupat, cū ī illa materia corrupta ſit q̄titas p̄exn̄s ex quo p te facta eſt reſol'o vſq; ad primā materiā, ſitq; alia de nouo inducta, vt poniť ſequiť ꝙ motus quo pducta eſt hæc quātitas eſt ſolū p hoc inſtāti cū īmediate ante hoc nō fuerit, & cū ſit motus ppriæ dictus, qa ad quātitatē, igiť motus ſubitarius. In cōtrariū videť Ariſt. ait. n. in textu, dupl'r. n. hoc fit ex hoc, aut qa principiū erit, aut quia ex reſoluto in principiū. idē Auer. in eiuſdē textu. Præterea Ariſt. poſtea ita ait. & quæcūq; itaq; ſic. trāſmutanť adinuicē, ad materiā oportet redire, vt ſi ex mortuo aīal in materiā

 primam,

*Cõm.14.* primam, idem & Auerro. illius textus & ſic quæſtio eſt ambigua. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*De corruptione quid ſit.* CORRVPTIO & generatio ſimpliciter mutationes ſunt in ſubſtantia, quæq; ſimpliciter dicuntur, quia terminãtur ad ens ſimpliciter, quod eſt ſubſtantia, quæ vero ſunt in accidentibus, tales dicuntur ſm̃ quid, quia terminantur ad ens ſm̃ quid, quod eſt accidens, hæc ex *Cõm.4.* calce huius.8. colligi poſſunt. Vel dici põt illam eſſe corruptionẽ ſimpl'r, per quã ſimpl'r corruptum perdit nomen & diffinitionem, cum.n. homo ſimpl'r corrũpitur homo dicetur ſimpl'r non eſſe, vñ valet, homo eſt corruptus, igitur homo ſimpliciter non eſt. dr̃ autem corruptio ſm̃ quid. per quam non perditur nomen ſimpliciter, ſed ſm̃ quid, non.n. pro hoc ꝙ homo deſinit eſſe albus, deſinit eſſe ſimpliciter, ſed bene ſm̃ quid, & hoc *Cõm.63. et 69.* colligi põt.1.phy. & alibi, corruptio.n. ſimpliciter (vt dr̃ illic) eſt in qua perditur nomen & diffinitio, corruptio vero ſm̃ quid, in qua neque nomen neq; diffinitio *De reſolutione.* ſimpliciter perditur. Reſolutio vero generatim eſt reductio ſiue diuiſio rei in partes è quibus componitur, hanc tñ ſubdiuiſerunt exteri, quia alia eſt phyſica, veluti miſti in elementa, & elementi in materiam & formam alia metaphy. vt ſpeciei in conceptus reales gñis & differentiæ. alia logica vt confuſe cogniti indiſtincte cognita, at naturalis reſolutio, alia eſt accidentium, alia ſubarum, reſolutio accidentium eſt nullum accidentiũ quæ præfuerunt remanere, reſolutio, ſubſtantiarum eſt nullam ſubſtantiarum ingenito remanere præter materiam primam. Quid vero ſit materia prima. 7. Lib. dictum eſt. Hęc igitur eſt diſputa. ſi in corruptione ſimpliciter aliqua forma ſubſtantialis maneat, earum quæ præfuerunt. Hæc de titulo.

CAPVT TERTIVM POSITIONVM.

*Poſitio Thomæ* THOMAS vir magnus in oĩbus locis, in quibus de re hac loquitur voluit in corruptione ſimpliciter nullã formam ſubſtantialem remanere, & propterea ſubſtãtialium formarum fieri reſolutionem vſq; ad primam materiam. huius poſitionis fundamentum eſt, quia in vno compoſito ſiue ſimplici, ſiue miſto vna duntaxat eſt forma ſubſtantialis, per quam illud compoſitum habet ſimpliciter eſſe. quare, cum per corruptionem ſimpliciter perdatur eſſe ſimpliciter, perdetur proculdubio forma illa vnica, per quam compoſitum illud habebat ſimpliciter eſſe, & ita fiet reſolutio vſq; ad primam materiam. Pro hac poſitione vr̃ facere diffinitio generationis & corruptionis. dicitur.n. in lib. de generatione generatio ſiue corruptio eſt mutatio totius in totum *Cõm.39. & 35. & 56.* nullo ſenſili remanente. præterea in.7. huius, & alibi accipitur ꝙ manus ſeparata, dicitur æquiuoce: igitur fit reſolutio dicta, idem in.2. lib. de aĩa expreſſe & à textu. *Poſitio aliorũ.* & à cõmento non ſemel colligitur. Alij voluerunt reſolutionem fieri ad vſque primam materiam bifariam intelligi poſſe. Vno modo ſubitarie momentarieue: hoc eſt eo momento, quo compoſitum ipſum corrumpi ſimpliciter dicitur. Alio modo temperarie, quia non eodem momento, quo compoſitum corrumpi dicitur, ſed per interuallum temporis eo vſq; quo vſq; fit totalis corruptio. Secundo accipiunt diſputationẽ poſſe intelligi de miſtis, & de ſimplicibus, tunc dicunt tria. Primum ꝙ ſi loquimur de reſolutione in ſimplicibus corporibus. ſic in corruptione ſimpliciter fit reſolutio ex parte formarum ipſarum ſubſtantialium ſubitaria. deducunt, quia in talibus corporibus vnica eſt forma, per quam vnumquodq; illorum habet ſimpliciter eſſe, & ideo arguitur ſi in corruptione talium non fieret reſolutio vſq; in primã materiam ex parte formarum ſubſtantialium, hoc eſſet quia remaneret in gñato aliqua forma quæ fuit in corrupto. Sed hoc eſſe non põt, quia vel eſſet forma corrupti, & ſi nõ, q̃a ſi illa maneret corruptum maneret, quia manente forma ſubſtantiali rei manet res, vel fuiſſet in materia cum forma corrupti, & minime eſſe poteſt, quia ſic fuiſſent plures formæ ſubales in ſimplicibus, igitur in corruptione talium fit ex parte formarum ſubſtantialium reſolutio vſque ad primam materiam. Secundum in corruptione miſtorum non fit reſolutio ex parte formarum ſubſtantialium ſubitaria, ſed bene temperaria. Quod quidem non fiat ſubitaria reſolutio, eo declarat, quia in quolibet miſto vltra ſpecificam formam, ponunt formam miſtionis, per quam miſtum eſt miſtum, hanc faciũt formam corporis, quia per hanc reponitur miſtum in gñe corporis & miſti. & quia hæc forma eſt, propterea oportet dicere illam in corruptione miſtorum remanere, & non eo momento corrumpi, quo perditur forma ſpecifica miſti. Præterea aliam ob cãm non fit ſubitaria reſolutio, quia in miſto diſsimilari, vt in homine ſunt plures formæ diſsimilarium partium, vt oſsis carnis, & cæterarum id genus, hæc.n. non eo momento corrumpuntur, quo forma ſpecifica totalis corrumpitur, & hac rõne etiam non momentaria fit reſolutio. Quod vero fiat temporaria tandem eo patet quia licet remanent illæ formæ, vel forma miſti, quia tñ non ceſſat corruptio tota niſi fiat reſolutio vſq; ad primam materiam hac rõne oportet fieri reſolutionem oĩum ſaltẽ temperariam. Tertium eorum eſt ꝙ ſi loquimur de reſolutione indifferenti ad momentariã, & temperariã, ſic in oĩ corruptione ſimpliciter fit reſolutio ex parte formarum ſubſtantialium ad vſq; primam materiam, deduci põt, quia in corruptione miſtorum fit reſolutio temperaria, in corruptione ſimplicium fit reſolutio momentaria, igitur in oĩ corruptione cuiuſuis compoſiti fit reſolutio ad vſq; primam materiam. Hæc de mente horum. Sed hæc poſitio tota fundatur in illo de forma miſtionis: quia.n. datur quædam forma miſtionis, præter formam vltimam, hac rõne negant in miſtis reſolutionem ſubitariam. Sed obiiciamus contra per ea quæ in lib. proximo dicta ſunt, & quæramus ſi hæc miſtionis forma ſit aliquid præter elementa, vel eſt ipſamet elementa collectiue, veluti totum eſt ſuæ partes collectiue: vel eſt forma præter elementa virtute & poteſtate illa continens: non eſt ipſamet elementa collectiue quia exteri nõ ponunt elementa actu formali remanere in miſto, igitur eſt forma præter elemẽta virtute & poteſtate illa continens, & hoc ipſi aperte fatentur modo contra hoc non aliis rõnibus contradicamus niſi illis quibus vtitur eorum princeps contra opĩonem Auer. de miſtione. Primo ſic. quælibet forma ſubſtantialis eſt nata conſtituere ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens in gñe ſubſtantiæ, igitur ſi ſint plures formę ſubſtantiales in miſto, videlicet, forma miſtionis, & forma propria, quælibet conſtituet ſuppoſitum, & ita in oĩ miſto eſſent plura ſuppoſita, quia ibi erit ſuppoſitum hoĩs, & ſuppoſitum miſti quorum quodlibet eſt natum per ſe ſubſiſtere vigoratur hæc rõ potiſsimum, quia rõ principis exterorũ eſt de forma elementaria: modo forma miſtionis eſt actualior & perfectior illa elementi, quia continet oẽs illas, & eſt minus cõis; igitur eſt apta conſtituere ſuppoſitum actualis, & magis ſubſiſtere aptum.



Secundo per eiuſdem rõnem oẽm ſubſtantiam corpoream conſequitur quantitas, quę eſt propria paſsio ſubſtantiæ corporeæ, hæc maior eius eſt, addo minorem noſtram. Sed forma miſtionis cum materia conſtituit ſubſtantiam compoſitam & corpoream, igitur ipſam conſequitur propria quantitas, ſicut paſsio propria, ſed eadem propria paſsio vt dicit nõ eſt plurium ſubiectorũ, igit̃ in vno ſubiecto erunt plures quantitates vel alia hominis, & alia miſti, & hoc modo compoſito hæc erit iuxta poſitio. Hæc eſt rõ illius. Tertio arguo rõne Auer. forma miſtionis eſt perfectior & actualior forma elementi, ſed forma elementi, non poteſt eſſe in ſubiecto in quo eſt aliqua alia forma, niſi remittatur vt *Cõm.63.* patet.3. cœli, igitur forma miſti non põt eſſe in ſubiecto in quo eſt aliqua alia forma, niſi remittatur, at tale conſequens eſt impoſsibile & ita añs, ex quo ſequitur.

Quarto oĩs forma ſubſtantialis perficiens materiam, conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter. declaratur, quia accidentaria forma perficiens ſubiectum, conſtituit illud in eſſe ſm̃ quid, igitur ſubſtantialis perficiens materiam, conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter: eſſe.n. ſubſtantiale eſt eſſe ſimpliciter, vt.7. huius dictũ eſt. Sed forma miſtionis per hos perficit materiã, igitur conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter, tunc vltra, ſed omne adueniens poſt eſſe ſimpliciter eſt accidens, igitur omne adueniens poſt formam miſtionis erit accidens: quod eſt impoſsibile & contra eos. Quinto forma vltima & ſpecifica eſt perfectior forma miſtionis, vt oẽs concedunt, igitur continet oẽm rem quam illa miſtionis cõtinet, igitur fruſtra forma miſtionis dabit̃ aliter formæ elemẽtorũ continebũtur in vltima forma, & *Poſitio Auic.* in forma miſtionis: & ita bis cõtinebunt̃. Auic. vero vltra formam miſti vltimam ponit elementarias formas, & ante illas in oĩ compoſito formam corporeitatis materiæ coæternam, hic.n. vir imaginat̃ in miſto vltra formam eſſe elementarias formas, in ſimplicibus autem vltra formam propriam eſſe in materia formam corporis, per quam cõpoſitum oẽ eſt corpus, quæ quidẽ forma eſt materię coæua ingenita & incorruptibilis, veluti eſt ipſa materia, cui coæua eſt, cuius poſitionis fuerunt Albertus Linconienſis, & Auicebron fundamenta horum in libro de Subſtantia orbis perquirantur. Ex his oportet dicere ad horum mẽtem in nulla corruptione ſimpliciter fieri ſubſtantialium formarum ad vſq; primam materiam reſolutionem deducitur, quia in corruptione miſtorum remanent elementariæ formæ, & forma corporis cõis, in corruptione at ſimplicium remanet poſt corruptionem forma corporis cõis, igitur in nulla corruptione ſimpliciter fieri poteſt reſolutio vſq; ad primam materiam quin ſaltem remaneat coæuum *Obiectiones.* illud materiæ. Contra hanc põnem multa obiecimus. *Cõm.63. et 69.* in.7. libro huius, tñ obijciũt nunc primo ꝑ verba Auer. 1. phyſi. ait.n. ꝙ ſi materia haberet aliquam formam ſibi coæternam, tunc nullã aliam poſſet recipere. Præterea Ariſt. in hoc ſeptimo ait materiã non eſſe quid nec quale, nec q̃tum, at ſi forma aliqua eſt ſibi coæterna, materia eſſet quid, & ſic ſubiectum gñationis eſſet in actu. Tertio eſſe æquũ, & eſſe corpus idem eſt vt oẽs credũt, igitur per vnãmet formam equus eſt equus, & corpus, igit̃ præter formã æqui nulla eſt corporis forma coæterna materiæ. Quarto nulla eſt aliqua forma diſtincta correſpondens alijs prædicatis eſſentialibus, igitur nec aliqua eſſe poteſt corrñdens corpori. tenet argumentũ, quia nulla apparet potior rõ, qua debeat corpori correſpondere, & non alijs. Quinto oẽ adueniens alicui quod per ſe exiſtit, & eſt independens, eſt accidens, cõſtitutũ ex materia & illo coæuo per ſe exiſtit, & eſt independens, igitur oẽ adueniens poſt illud erit accidens. Minor declaratur, quia oẽ prius & incorruptibile quod à nullo dependet poſteriori, eſt ꝑ ſe exiſtens, & independens: tale eſt illud cõpoſitum, eſt.n. prius oĩbus alijs, & ſimpliciter à nullo dependens. Sexto ſi talis forma eſt à materia inſeparabilis, materia prima nõ poſſet naturali rõne cognoſci, quod eſt contra Ariſt. in.1. phy. & deducitur quia materia nõ cognoſcitur rõne naturali: niſi per tranſmutationem ſubalem, igitur cum non poſsit tranſmutari ab illa forma, quæ eſt ab ea inſeparabilis, rõne naturali non poterit cognoſci. Septimo tunc aliqd̃ eſſet in gñe, quod in nulla eſſet ſpẽ deducitur, quia accipio compoſitum ex materia & forma corporis in illo priori: in quo cõpoſitum illud præcedit oẽm formam aliam. patet tale compoſitum eſſe in gñe, & tñ in nulla eſt ſpẽ. Octauo ſol & luna conueniunt in gñe corporis, & differunt ſpẽ inter ſe, igitur oportet ponere in ſole duas formas, per quarum vnam ſit corpus: & per alteram ſol. tenet argumentum per rõnem Auic. ꝓ quod probat illam eſſe cõem in oĩbus gñabilibus. Sed an iſtæ rationes cogant, & quid probent, in libro de Subſtantia orbis diſputauimus: nunc autem volumus hæc ſufficere. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ remanere aliquã formam ſubſtantialem in corruptione ſimpliciter poſſumus bifariã intelligere. Vno modo ꝙ remaneat tanq̃ perficiens materiam: & tanq̃ finis materiæ & agẽtis. alio modo ꝙ remaneat in materia tanquã diſponens materiam ad vltiorem formam, & tanquã ordinatum in finẽ alium. Tunc dicerem de mente Auer duo. Primum ꝙ nulla remanet forma ſubſtantialis in corruptione ſimpliciter tanquã perficiens materiam, & vt finis illius & agentis. deduco, quia ſi remanẽt formæ elementariæ in miſto, illæ non remanent vt perficientes materiã principaliter & propter ſe, ſed vt diſpoſitiones ordinate ad nouam formam priori formæ perficienti contrariam. Verbi cã, in corruptione hoĩs, remanent formæ elementariæ vt diſpõnes ad formam cadaueris, non autem vt perficientes materiam finaliter propter ſe. Secundũ eſt ꝙ in oĩ corruptione ſimpliciter remanet aliqua forma ſubſtantialis ſaltem vt diſponens ad vlteriorem formã. deduco, quia in corruptione miſtorum remanent elementariæ formæ vt diſponentes ad nouam formam, in corruptione ſimplicium remanet forma corporis tanquam diſpoſitio cõis ad quam conſequit̃ dimenſio, qua materia eſt apta eſſe ſubiectum generationis, igitur remaneret aliqua forma ſubſtantialis. Ex his colligitur dilucidatio. patet.n. fieri reſolutionem oĩum formarum ſubſtãtialium vſq; ad primam materiam ad ſenſum primę concluſionis, quia nulla remanet forma ſubſtantialis materiam perficiens vt principalis finis agentis atq; materiæ. Secundo patet non fieri reſolutionem ad ſenſum ſecundæ concluſionis, quia ſaltem remanet aliqua forma vt diſpoſitio vel propria, vel cõis. Tertio patet error Auic. & aliorum, voluerunt.n. remanere formam aliquam tanquam perficientem materiam propter ſe. Contra.n. hanc opinionem valent omnes rationes tactæ, & contra illos, & contra Auic. ꝙ ſi ipſi velint intelligere, veluti nos dilucidauimus, placet nobis eorum poſitio,

poſitio, & non eſt contra peripateticos. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His diſputatis atq; dilucidatis. Ad primam dico fieri reſolutionem eodem in momento, quia in momẽto corrupti eſſe eſt gñatum eſſe: eſt.n.primum non eſſe precedentis, primum eſſe ſequentis, & hoc pacto non ſunt duo contraria in eodem: eſt.n.idem momentũ, quo altera deſinit, & altera incipit. Ad ſecundam facit pro dilucidatione: conceditur.n.remanere formam corporis, non tñ tanquã principaliter materiam perficiens, & hoc modo reſpondetur ad oẽs alias, oẽs.n.volunt aliquid remanere, quod conceſſimus in dilucidatione, verum diximus illud non remanere vt principaliter perficiens, ſed vt ad principaliter perficiens ordinatum. Hæc de tertia diſputatione.

*Tex. eodem.*

## DISPVTATIO QVARTA
### De reſolutione diſpoſitionm qualitatiuarum.

*Num in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpoſitionum qualitatiuarum.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non fiat reſolutio ex parte diſpõnum qualitatiuarum. Arguitur primo, quia tũc aliquid corrũperetur, quod tñ à nullo corrũperetur. & deducitur, quia, cum ex aere gñetur aqua, corrũpitur humiditas aeris per iſtos & non corrũpitur ab aqua, cũ ei non contrariet: nec ab aere, quia ei naturalis. nec poteſt fingi aliud quicquam, à quo corrũpi poſſit, igĩ aliquid corrũperetur, quod à nullo corrũperetur. Secũdo in corruptione bouis apparet caliditas in cadauere, vt obſeruatio docet, & non gñatur ab interficiente, quia interficiens poteſt eſſe aqua, nec à forma cadaueris, qa illa potius trahit ſecum frigiditatem, cum frigiditas diſponat ad illam, igitur erit eadem, quæ & prius. In contrarium arguitur, quia ſi maneret, accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum. Hæc de dubitationibus dicta ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire, ꝙ quærere ſi in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpõnum qualitatiuarum, eſt quærere, ſi aliqua qualitatiua diſpõ, quæ fuit in corrupto, maneat eadem numero in gñato. Eſt autem qualitatiua diſpõ, qualitas diſponens ad corruptionẽ vnius & faciens ad gñationem alterius. Verbi cauſa, caliditas ignis facit ad gñationem ignis, & diſponit ad corruptionẽ aquæ. amplius qualitatiue diſpoſitiones in miſtis ſunt, quæ diſponunt pro formis miſtorũ, & faciunt ad corruptionem aliarum, latius tñ qõ intelligi poteſt de oĩbus accidentibus. nam accidentium, alia diſponũt ad vnius corruptionem, & ad alterius gñationem, vt ſunt qualitates primæ quatuor & ſecũdæ has proximæ ſequentes veluti cõplexiones, & miſtiones, & id genus, alia nec diſponunt, nec indiſponunt, ſed conſequuntur qualitates diſponentes, vt album, nigrum, & id genus. alia nec diſponunt nec indiſponunt, nec conſequuntur diſpõnes, vt figura, ſtigma, & cicatrix, & id genus, alia conſequuntur formam tm̃, vt ſciẽtiæ & habitus, poteſt igitur diſputatio fuſius moueri de omnibus accidentibus, quibuſuis talibus ſi, videlicet, remaneant eadem in generato, quæ præfuerunt in corrupto. Hæc de titulo diſputationis.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

LOGICI vt Albertilla & Marſilius ſenſere eadem numero accidentia oĩa manere, quæ fuerunt in corrupto: modo illis non ſuccedat contrarium, fundantur ãt in vna ſuppoſitione, ꝙ, videlicet, immediatum ſubiectũ accidentium eſt prima materia, & probãt primo de caliditate, quia ita de alijs volunt intelligere, quia ſi caliditas non eſſet immediate in prima materia, vt in ſubiecto, tunc ipſa caliditas per ſe ageret ad corruptionẽ ſuæ cauſæ, ſine qua ipſa nõ poteſt permanere, quia caliditas per ſe agit ad corruptionem aquæ, & aqua eſt per ſe ſubiectiua cã eius, igitur caliditas agit per ſe ad corruptionem ſuæ cãæ. Secundo ꝑ idem ipſa caliditas ageret per ſe ad corruptionem ſui, quia ad corrup. agit per ſe, ſuæ cauſæ: igitur ad corrup. ſui. Tertio caliditas æducitur de potentia materię aquæ: igĩ eſt in materia aquæ, non .n. ex vno æducitur, & in alio eſſe debet. antecedẽs apparet: quia non vĩ ipſam poſſe æduci de potentia ipſius aquę, ſed materiæ formę aquæ. Quarto ſi caliditas toti aquæ inhæreret, tunc ipſa aqua remoto calefaciente non deberet iſtam caliditatem corrũpere: non.n.fieri põt vt idem ſit adæquate agens, & adæquate patiens: modo in hoc caſu tota eſſet agens, & tota paſſa. Tunc probant concluſionem. ſi diſponens facientes pro forma ſequenti corrumperentur, vel corrumperentur ad ſucceſſum contrarij, & ĥ non: quia nullum vĩ contrariũ vel ad corruptionem ſubiecti, & hoc minime: quia per ſuppoſitionem oĩa talia ſubiectiue ſunt in prima materia. Secundo principaliter, ponatur ꝙ ex aqua generetur ignis, & diſpoſitiones, quæ diſponunt ad corruptionem aquæ, & faciũt ad generationem ignis ſint A B quæro vel A B diſpoſitiones in aduentu formę remanẽt, vel corrumpuntur. ſi remanent, hĩ propoſitum. ſi corrumpuntur. quæro e quo forma generanda æducitur, non.n.ab agente extrinſeco, agens.n.extrinſecũ formã non æducit, niſi per qualitates, in materia inductas, igitur oportet illas qualitates remanere. Tertio principaliter dum ex aqua fit ignis, quęro de diſpoſitionibus corrũpentibus formam aquæ, vel ſunt illæ quæ formã ſequuntur ignis, vel quæ aquæ corruptioni præfuerũt, aut quæ in momento ſunt corruptionis, non ſunt illæ q̃. formam ignis ſequuntur, quia prius natura aqua corrũpitur q̃ ignis genereĩ & conſequenter q̃ inducanĩ qualitates conſequentes formam ignis, non quæ præfuerũt corruptioni aquæ, quia q̃ cito ſunt diſpõnes aquæ inincõpoſſibiles, tam cito aqua non eſt, & hoc modo nõ potuerunt præeſſe corruptioni, igĩ ſunt in corruptionis momento, & ita non corrũpuntur. Quarto oẽ qđ mutatum eſt, qñ primo mutatũ eſt: eſt in termino motus, vt dĩ.6.phyſi. ſed materia aquæ in inſtanti corruptionis formæ aquæ eſt mutata primo ad aliquam raritatem incõpoſſem formæ aquæ: eo quia antea nõ erat in materia iſte gradus raritatis, igĩ in hoc inſtanti materia aquæ eſt ſub iſto raritatis gradu, & ſic non eſt facta reſolutio vſq; ad materiam primam. Quinto ſi diſpoſitiones illiuſmodi inſtanti gñationis ignis corrumpuntur aut corrũpuntur à gñante ignem, aut ab aliquo alio illis contrario, non ab aliquo contrario, quia nullum tale eſt, nec à gñante ignem, quia fruſtra illas induxiſſet. Sexto ſi fiat reſolutio vſq; ad materiam primam, tunc materia aut nullam formam reciperet, aut ſimul

omnes



omnes. tenet argumentum, quia illo in inſtãti materia eſt indifferens. Septimo arguit Ioãnes in lib. de aĩa, quia hac poſitione ſtante motus finitus eſſet ſine termino motus: & ipſum moueri ſine mutatum eſſe. & deducĩ, ponamus.n. ꝙ in menſtruo debeat forma hoĩs introduci, oportet ꝙ in toto tꝑe ꝑcedenti inſtans introductionis, ſanguis menſtruus diſponatur calefaciendo & exiccando, & ita in toto tꝑe ꝑcedenti calefit & exiccatur, & in illo calefieri & exiccari non eſt aliquod calefactum eſſe, nec exiccatum eſſe: nec etiam in inſtanti introductionis, quia in illo inſtanti ponitur caliditas & ſiccitas acquiſita corrũpi. Octauo vel corrũpuntur per accidẽs vel per ſe, non per accidens: quia vnumquodq; corrumpitur quatenus eſt corrũpi aptũ: ſed ille ſunt per ſe corruptibiles, igitur non debent per accñs corrũpi, nec per ſe, quia nullum eſt contrarium, è quo corrumpi videntur. Nono vel corrũpunĩ in tꝑe: vel in inſtanti, non in tꝑe, quia nec ſequente, nec ꝑcedente introductionem nouæ formæ, nec in inſtanti, quia oẽ corruptibile taliter corrũpitur, qualiter genitum eſt, ſed genite fuerunt in tꝑe, igĩ non poſſunt corrũpi in inſtãti. Amplius nec in inſtanti, quia tunc duo contradictoria eſſent ſimul in ſubiecto eodem, quia oportet ſubiectum eſſe in vtroq; termino motus. Præterea omne corruptũ eſſe præcedit mutatio ad corruptionẽ, ſiue ipſum corrumpi, ſed continuo ante hoc perficiebantur diſpoſitiones iſtæ, igitur non corrũpuntur in inſtanti. Ex his concludunt ꝙ oĩa accidentia ſaltem ſymbola, hoc eſt, quæ cõiter poſſunt corrũpendo & generãdo ineſſe, remanent eadẽ numero in vtroque. *Pō Tho.* Expoſitor aũt voluit nullum accidens remanere in generato, quod præfuit in corrupto, ſiue ſit diſpoſitio qualitatiua, ſiue ſit diſpoſitio quantitatiua, ſiue quoduis accidens. Pro hac poſitione argui poteſt quia omnia alia à primis ſubſtantijs, aut ſunt in primis ſubſtantijs, aut prædicantur de primis, vnde in prædicamentis cõcludit, deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere. Sed deſtructa forma, deſtruitur prima ſubſtantia, igitur & omne accidens deſtruetur. Secundo accidentis eſſe eſt in eſſe: igitur eadẽ inhærentia non manente, non manebit idem accidens: ſed corrupta forma ſubſtantiali, non manet eadem inhærentia, igitur & accidẽs corrũpetur. Tertio corrupto per ſe ſubiecto accidẽtis, corrũpitur accidẽs, ſed ſubiectum per ſe accidentiũ eſt ens in actu, ſiue cõpoſitum, vnde Ariſt. in primo de generatione ait materiam eſſe ſubiectum cæterarum trãſmutationũ, quia eſt ſubiectum ſubiectorũ, igitur materia eſt ſubiectum remotum. *Obiectio.* Sed hæc poſitio eſt valde difficilis, & primo quia contrario huius poſitionis aſtipulãtur oẽs ſenſus, tactus quidem, quia tactu deprehendimus idem tactile remanere, quod in viuente præfuerat, vt eadẽ cicatrix, eadem figura, eadem duricies, eadẽ grauitas, & id genus, viſus vero, quia viſus cognoſcimus eodem numero remanere colores, idem poſſunt & alij ſenſus teſtari, ſi ſint aliqua per illos ſenſilia. Secũdo videĩ hæc poſitio contra Ariſt.2.de generatione libro, nam ibi declarat aliquam generationem eſſe velocem, aliquam eſſe tardam, velociter enim ignis ex aere fit, quia habent ſymbolum hoc eſt cõionem, vtpote calidũ cõe vtriſque, igitur manet idem numero calidum: vnde Auer. illius partis ait, cõuenientia elementa facile tranſmutari inuicẽ, *Cōm.25.* quia altera qualitatum tm̃ corrumpiĩ, altera vero remanet eadẽ numero, modo vnum q̃ plura facilius eſt tranſmutare. Tertio euidentiſſimis rationibus Auer. in lib. de Subſtantia orbis ſaltem de dimẽſionibus probauit illas eſſe materię coæternas, & in.2.phy.auſcul. ait priuationem quæ eſt propria primæ materiæ nunquã denudari à primis contrariis, quæ ſunt quatuor qualitates, & ſic nõ poſſunt corrũpi. *Cōm.15.* Multas rõnes alias multaſq; diſſicultates tetigimus in lib. de generatio. & corrupt. & in lib. de Subſtantia orbis, & ideo q cupit totum, videat totum. Hæc de poſitione Thomæ. *3. pō quæ videtur Ioan.* Nonnulli, quorum videtur aliquando Ioannes Gãdauenſis, poſuerunt accidentia in duplici dĩia, nã alia voluerũt eſſe cõia miſtis dũtaxat, vt albũ, nigrũ, dulce & id genus. Alia ſimplicibus & miſtis, vt calidum, frigidũ, & id genus. Tũc dixerunt accidentia propria miſtis tm̃ nunq̃ poſſe remanere eadem numero in generato, quæ præfuerunt in corrupto. Probant autem, quia in corruptione corrumpitur ꝓportio, quæ erat fundamentũ accñtium taliũ, igĩ deſinũt talia accñtia, accñtia vero cõia miſtis & ſimplicibus adhuc diſtinguũt, qa alia ſunt quibus cõpetit cõtrarium, vt ſunt primæ qualitates, alia ſunt ſimpliciter abſoluta à contrario, vt dimenſiones, ideo dicunt accñtia ſimplĩr abſoluta à cõtrario ſemper remanere eadem numero in generato, quæ præfuerunt in corrupto, immo eſſe materiæ coæterna, eo quia carent ſimpliciter contrario, accidentia vero, quibus contrariũ cõpetit, dicunt tãdiu manere eadem numero q̃diu non ſuccedit contrarium in genito ipſo. *Obiectio.* Sed hæc poſitio non reſpondet ad propoſitum. nos.n.quærimus de diſpoſitionibus inductis per agens, ſi remanent eadem numero in aduentũ formæ, vel ſi corrũpantur, & non quærimus ſi aliqđ accidens maneat idem numero in generato, quod præfuit in corrupto. Secundo videĩ mirum ꝙ non maneat eadem albedo, ſi manent eadem elementa numero, nã albedo ſequitur miſturam, nõ quidẽ punctalẽ, ſed latã, & quia manet eadem miſtura ẜm aliquã latitudinẽ, igĩ videtur manere eadem ſecunda qualitas illam miſturã conſequens. Hæc pauca de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes primo ſcire, ꝙ aliud eſt quærere ſi fiat reſolutio ex parte diſpoſitionũ, & aliud ſi maneant eadem accidentia. dũ.n.quærimus ſi maneãt eædem diſpoſitiones, volumus intelligere de illis, quæ diſponunt ad formam generandam, ſiue ſint qualitatiue, ſiue quantitatiue: amplius ſiue ſint de nouo inducte ab agente nunc generante, ſiue præfuerũt, ſiue coæternæ ſint, ſolum.n.quærimus ſi diſpoſitiones, quæ faciũt pro generatione formæ ęqui ſiue qualitatiue, ſiue quãtitatiue, maneant in aduentu illius formæ. Secundo debes ſcire, ꝙ diſpoſitiones tales ſiue ſint qualitatiue, ſiue quantitatiue pñt dici pręcedere formã equi, & poſſunt dici ſequi, quatenus quidem terminate ſunt ad certum gradum, atque extenſionem, vt ſic ſequũtur, quia cauſa terminationis eſt ipſa forma inducta, quatenus vero interminate ſunt, continuoq; tendentes ad terminum, vt ſic præcedunt, & diſponunt, vnde primum inſtãs geniti eſſe eſt primum inſtans terminati eſſe illarum, licet in tali inſtanti ſit ordo quidam naturæ & rõnis, vt dictũ eſt, quo concipimus formã eſſe pręinductã tanq̃ illius termini cauſam. Ex his dici põt, ꝙ ſi conſiderentur diſpoſitiones tales quatenus terminate, vt ſic non manẽt eædem, quia ſub alio termino ſtabant cum forma rei corrumpendæ, & ſub alio cum forma rei genite, & ſic euariatis illarum terminis non poſſunt dici manere eædem numero actu, & vt terminate, ſin autem conſiderẽtur quatenus interminate atque in potentia: vt ſic ma

nent

nent eædem numero in potentia,quia ſubiectũ illarum vt ſic non eſt niſi prima materia ſimpliciter,vel ſecunda materia vt eſt ſub aliqua forma cõi & potentiali. Sed occurres quid nam ſit terminus diſpoſitionum:dici põt ꝙ diſpõ eſt duplex qualitatiua & quantitatiua, modo terminus debetur alicui ea rõne, qua ſibi debetur motus, competit aũt qualitatibus motus pænes intenſum & remiſſum, quatenus.n.qualitas variabilis eſt per intẽſum & remiſſum,vt ſic ſibi debetur terminus,quantitas vero variatur pænes extenſum, & minus amplum.

*Dubiũ de termino diſpõnum et ſolutionum.*

Ex his ſequitur terminum qualitatiuarum diſpõnum eſſe certum gradum intenſionis,videlicet, illum quem requirit forma pro ſui eſſe in materia, vel qua formam conſequitur vt eſt in materia,vel certum gradum remiſſionis, terminum aũt quantitatiuarum diſpõnum eſſe certum gradum extenſionis, quem, videlicet, requirit forma inducta, igitur diſpoſitio in terminata eſt vt conſideratur ſine certo dato gradu intenſionis vel extẽſionis,terminata vero eſt ſub certo dato gradu,& ſic patet terminus quid nam ſit. Sed adhuc occurres fortiſsime, oẽ quod eſt in genere, eſt differentia propria terminatum,ſed diſpões ſunt per ſe in genere, igitur eſſentialiter terminate, & ſic non poſſunt conſiderari niſi vt terminate. Põt dici ꝙ duplex eſt terminus aliud eſſentialis, quo quidem aliquid in gñe cõſtituitur,& hoc modo differentia rei eſt illius terminus.aliud accñtalis,quo res ipſa denominatur, & ſic dico ꝙ diſpões oẽs ſunt eſſentialiter terminate,quia oẽs ſunt per ſe in gñe. poſſunt aũt dici terminate vel interminate accidentalr, & de tali accideutali termino loquuntur phi oẽs, & Auer. in lib de Subſtantia orbis. Hæc de dilucidatione.

*Replica.* *Solutio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His dilucidatis facile eſt ſoluere rões. Quia illæ, quæ primo capite ponuntur, faciunt pro nobis, verum quia ſunt contra Expoſitorem, cuius auctoritas nõ parua eſt,ſoluo illas. Ad primam dico ꝙ humiditas corrumpitur,non quidem ab aqua,ſed ad corruptionem ſubiecti, quod erat aer vel eius forma, vt dicitur in lib.de longitudine, & breuitate vitæ, accñs.n.bifariam eſt corruptibile vel ad corruptionem ſubiecti,vel à contrario, addunt & tertio vel defectu conſeruantis vt lumen. Ad ſecũdam dico ꝙ generari põt caliditas illa bouis ab aqua, non quidem per ſe, ſed ſaltem per accidens quatenus generat formam cadaueris, dans.n.formam dat oĩa conſequentia naturaliter illam formam. Ad rões vero ſorticolarum facile reſpondetur defendendo Expoſitorem. Ad primam dico ꝙ duplex eſt ſubm caliditatis, videlicet, naturale,& violentũ,aqua quidẽ ſubiectum eſt caliditatis violentum,ignis vero naturale, mõ non habeo pro impoſsibili aliquid agere ad corruptionem ſui ſubiecti violenti,modo intendat generare ſuũ ſubm naturale. Ad ſecundam nego conſequentiam, non.n. omne quod educitur de potentia materiæ eſt in materia, niſi qñ per ſe vt terminus vltimus educeretur, at quia inducitur per accidens,vt diſpões ad vlteriorẽ terminum põt de potentia materię educi,& eſſe incompoſito. Ad tertiam non habeo pro impoſi caliditatem agere ad corruptionem ſui per accidens,quatenus agit ad corruptionem ſui ſubiecti violẽti. Ad quartam nego conſequentiam,quia aqua nõ eſt naturale ſubm caliditatis,ſed violentum,& propterea reducit ſe,& ſic patet ſolo ad primum principale. Ad ſcđam vero dico ꝙ A B diſpõ corrumpitur in aduentu formæ, & dico ꝙ forma generanda inducitur ab illis diſpõnibus,quę fuerũt ſemper vſque ad primum inſtans eſſe talis formæ. nam tale primum inſtans talis formæ, eſt primum non eſſe illarum diſpoſitionum, non.n. requiritur prædicantia agẽtis in primo inſtanti eſſe formæ:ſufficit enim ꝙ agens fuerit vſq; ad illud, ad hunc ſenſum ꝙ in illo non fuerit,& in quolibet inſtanti antea fuerit. Ad tertiam dico ꝙ diſpoſitiones aquã corrũpẽtes ſunt illæ, quæ prę fuerunt ad hunc ſenſum ꝙ in hoc inſtãti eſſe formæ nõ ſint,& antea fuerint.& cum dr̃ nunquã ante hoc fuerũt formæ incõpoſſes,concedo, immo continue cõpoſſes, ſed primũ inſtans incõpoſsibilitatis, & primũ eſſe formæ ignis,& primum non eſſe illarũ idem eſt. Ad quartum diſtinguo maiorem, quia mutari primo ad aliquid põt eſſe per ſe,& per accidens, tunc dico ꝙ materia nõ mutatur primo ad aliquẽ raritatis gradum formæ incõpoſſem,ſed per accidens:& ſic non oportet aliqñ eſſe in illo gradu, ſed quia mutatur ꝑ ſe ad formã generati, ideo aliqñ eſt in illa. Ad quintam dico ꝙ corrũpuntur à defectu ſubiecti,erãt.n.illæ in corrũpẽda re vt in ſubiecto:& ꝑꝑ illa corrupta,corrũpũtur diſpoſitiones, nec ꝑꝑ hoc fruſtra inducte erant, quia fuerunt diſpoſitiones non quidem pro eſſe,ſed pro fieri. Ad ſextam nego conſequentiam,quia non eſt credendũ diſpões prius tꝑe corrumpi:& deinde formã generari:ſed ſimul & ſemel eſt primum inſtans eſſe formæ: & primũ non eſſe diſpoſitionum. Ad ſeptimam dico ꝙ terminus illius eſt extrinſecus, videlicet,forma genita, non aũt terminus intrinſecus:nec habeo pro impoſſe motũ aliquẽ eſſe,ſine termino,modo finiar̃ termino extrinſeco. Ad octauam dico ꝙ corrũpuntur per accidens, & cõcedo illas eſſe aptas corrũpi per ſe & per accidẽs: vt dicitur in lib.de longitudine & breuitate vitę:ſubſtantia vero tm̃ per ſe eſt apta corrũpi. Ad nonã dico ꝙ corrũpunẽ in inſtanti,quia in illis ſimul eſt corrũpi & corruptum eſſe:& cõcedo ꝙ ſunt corruptibiles in tꝑe: & in inſtanti:in tꝑe quidem,qñ per ſe corrũperent:in inſtanti vero qñ per accidens ad alterius corruptionem. Amplius nego duo contradictoria eſſe ſimul:quia vnum eſt inſtans primum eſſendi formæ genitæ:& non eſſe diſpoſitionum. Præterea concedo oẽ corruptum eſſe præcedere mutationem ad corruptionem:quãdo per ſe illud corrũperetur:aliquando corrũpitur ꝑ accidẽs:nõ oportet præcedere,& ſic rões ſorticolarum nullæ ſunt contra Expoſitorẽ. Rationes vero Expoſitoris minime cogũt. Ad primã dico ꝙ deſtructa forma deſtruitur accidens vt terminatum ꝑꝑ illam formam,ſed vt interminatum non oportet deſtrui:quia vt ſic nõ formam, ſed materiam conſequitur. Ad ſecundam dico,ꝙ licet non maneat eadem inhærentia accidentis vt terminatũ eſt: manet eadem vt interminatum. Ad tertiã patet ſolo: per ſe.n.ſubiectũ accidẽtis vt terminati eſt ens in actu, vt interminati eſt ens in potentia cõis rei generãdæ & corrumpendæ. Hęc de quarta diſputatione.

*Palã aũt & quia ſi ſint aliqualiter numeri ſubæ, ſic ſunt, & non ſunt, vt quidã dicunt vnitatũ multitudo &c. t.c.10.*

## DISPVTATIO QVINTA

### De intenſione & remiſsione formarum.

*Num aliquæ formæ poſsint intendi & remitti.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Quod aliquæ formæ intendantur remittãturue. Arguitur primo, quia aliquę formæ ſunt motus alterationis termini, igitur ſunt intenſibiles.



Secundo per aliquas formas aliquid magis aliquid minus denoĩatur:igitur nonnullæ formæ ſunt intẽſibiles, atque remiſsibiles. añs patet quia ſm calorem aliqd dicitur magis vel minus calidũ. Tertio forma vt qualitas dicitur ſeipſa ꝑfectior aliqñ:& aliqñ imperfectior, igitur intenſibilis atq; remiſsibilis. Quarto in prædicamẽtis dr̃ ꝙ aliqua qualitas ſuſcipit magis & minus,igitur eſt intẽſibilis & remiſsibilis. Quinto ſi nulla forma eſſet intenſibilis vel remiſsibilis, tũc nullum agens poſſet eſſe in eadẽ ſpecie altero actiuius vel minus actiuũ. deducitur,quia non dr̃ agens actiuius, niſi qñ formam inducit in materia gradualiter ꝑfectiorẽ. Pro parte oppoſita multifariã argui ſolet primo per Ariſtote. in textu:qui ait formas rerum eſſe ſicut numeros, quare veluti numerus non ſuſcipit magis & minns ſic nec forma aliqua. Secundo ſi forma intenderetur vel remitterer̃, tunc vna forma diceretur magis vel minus, quare albedo ipſa dicerer̃ magis albedo vel minus albedo, quod eſt impoſſe. Tertio forma eſt ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens,igitur nõ eſt intenſibilis vel remiſsibilis. Quarto ſi aliqua forma eſſet intenſibilis & remiſsibilis, ſit illa gratia argumẽti caliditas,modo probo ꝙ caliditas non põt intendi vel remitti. Primo quia ſi poſſet intendi vel remitti tunc in infinitum Niphus poſſet eſſe calidior Platone. deducitur, & ponatur ꝙ Niphus & Plato ſint æqualiter calidi, & Niphus maneat per horam vel duas ſub codẽ præciſe gradu caliditatis, & in eodem tꝑe caliditas Platonis continue remittatur, ita vt in fine hore Platonis caliditas ad vſque nõ gradum remiſſa ſit. Tunc arguo, in duplo Niphus erit calidior Platone, tũc qñ caliditas Platonis erit in duplo remiſſior caliditate Niphi, & ĩ triplo Niphus erit calidior Platone, tũc cũ Platonis caliditas erit in triplo remiſsior caliditate Niphi, & ſic in infinitum, igitur in infinitum Niphus erit calidior Platone. Quare cũ hoc ſit impoſſe: caliditas nõ põt remitti, & ita nulla forma poterit remitti vel intendi. Secundo ſi poſſet caliditas intendi vel remitti, infinitam caliditatẽ habebit Niphus. ꝓbatur ponendo ꝙ continue intendatur caliditas Niphi. per aliquod tempus excluſiue terminatum ad A inſtans tꝑis ſequentis quod quidem inſtãs ſit terminus excluſiuus temporis menſurantis intẽſionẽ caliditatis Niphi, & ponatur cum hoc ꝙ illud inſtans ſit primum non eſſe Niphi, ita vt Niphus cõtinue ante illud ſit, & in illo primo non ſit, caſus eſt imaginarius, tũc arguo quacũque caliditate data quam Niphus habet, adhuc maiorem habebit, igitur infinitã habebit Niphus caliditatẽ. cõſequentia patet. & probar̃ añs, quia nulla caliditas quam habet Niphus eſt maxima inter caliditates quas habet, qm̃ ſi qua eſſet maxima, vel eſſet illa quã habebit in A hoc eſt in primo inſtanti ſui non eſſe, vel in aliquo inſtanti citra A, vtpote in B non in A quia tunc primo non eſt, non in B quia inter quæcunque duo inſtantia mediat tẽpus: igir̃ inter A & B eſt tẽpus, & cõtinuo caliditas Niphi intẽdebar̃ in toto tꝑe, igitur caliditas in B nõ eſt maxima, igitur inter eas caliditates quas habet Niphus, nulla eſt maxima, igitur infinitam habebit Niphus. Quinto principaliter argui ſolet ſi aliqua forma intẽdir̃:ſit pars pręexiſtens A adueniens ſit B aggregatum vero ex vtraque ſit C tunc arguo non augetur A quia non fit maior, nec B quia non pręfuit, nec C. nam quid augetur, ſiue intenditur, oportet idem numero præfuiſſe primo de generatione. Sexto ſi aliqua forma eſſet intenſibilis, tũc formæ eſſet aliqua latitudo, ſed nulla poteſt formæ eſſe latitudo, quia tunc oĩs forma eſſet quanta, oĩs.n. latitudo quantitas eſt, & formæ vt forma nulla eſt quantitas, quare quæſtio eſt pro vtraq; ſui parte dubia.

*Com. 31.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quales qõnes calculatoriæ.*

Antequam ad titulum veniamus debes ſcire, ꝙ de intenſione atque remiſsione formarum multæ acutæ atque ſubtiles ſolent moueri difficultates, qua rõne libri plurimi de illis ſcribunr̃, qui ob illorum, quæ in illis ſcribuntur, laborem, vidẽtur quaſi ſeparati à iure philoſophiæ, vendicantes ſibi nomen propriũ. Apud autẽ veteres difficultates eiuſmodi non erant depræhenſe, immo quaſi primus fuit Zeno cleates, qui res haſce cœpit balbutire, poſtea diligentius Ariſt. nonnulla principia in.6. & 7. libris phyſicæ auſcul. tradidit, è qbus poſteriores multa deduxerunt, quæ non ſunt ſilentio pretereunda, propterea quædam mouebimus nõ recedendo ab illis, quæ in libris phyſicæ auſcult. ſcripſimus, ſed vel dilucidando, vel locupletãdo illa. Pro tituli igir̃ præſentis diſputationis declaratione, & cæterorum quæ dicturi ſumus. Oportet declarare multa, & primo quid gradus, & quid non gradus ſit. Secundo quid latitudo formæ, & cuius formæ ſit aſsignabilis latitudo, & cuius non. Secundo quot ſint latitudinis ſpẽs. Pro declaratione igitur horum debes ſcire, ꝙ alicuius formæ partes poſſunt eſſe duplices, quia aut graduales, aut quãtitatiuæ: graduales partes ſunt ſm quas forma dicitur maior vel minor in eadem parte ſubiecti, quãtitatiue vero ſecundum quas dicitur maior vel minor ſecũdum diuerſas partes ſubiecti, vtpote ad extenſionem ſubiecti. Igitur de gradu formæ aliter loqui poſſumus ſm imaginationem aſtrologi, aliter ſm imagina. medici, aliter etiam ſm imagina. phyſici. aliter ſm imaginationẽ mathematici ſiue calculatoris, qui phyſicus eſt mathematicus. Aſtrologus gradum appellat.360. cuiuſque circuli partem, eſtq; tm̃ zodiaci ſpatium, quãtum ſol cõi curſu vno die naturali peragrare põt. Medicus appellat gradum medicinæ tãtam calidi, vel frigidi, vel humidi, vel ſicci qualitatẽ, quãta ſenſibiliter põt alterare tactũ temperati medici. Phyſicus vero gradum non vna rõne.d. vult.n. gradum eſſe minimum formæ, verum minimũ eſt duplex, vel reſpectu ſubiecti, vel reſpectu formæ, dicitur minimũ ſubiecti minimũ extẽſionis, minimũ formę dr̃ minimũ intẽſionis. Sed pro huius rei imaginatione oportet imaginari eſſe dabile minimũ agẽs, qđ dicir̃ minimũ agẽs illud, qđ minima vel proportione, vel exceſſu ſuperat paſſum, tũc phyſicus gradũ extẽſionis vel minimũ extẽſionis appellat tm̃ ſubiecti vl' paſsi quantũ minimũ agẽs ſubitaria actione põt qualificare: & hoc ſi tale agens ageret ſubito, qđ addo, propterea quia hoc non eſt ſm oẽs opiniones. Minimum vero intenſionis, vel gradum appellaret qualitatem tãtam quantam minimum agẽs vnica & ſubitaria actione in paſſo põt inducere, vel gradus eſt tanta forma, quanta non minorẽ agens poteſt in ſubiecto inducere. Ex quo ſequitur ꝙ aliquod agens, ſi actio fieret ſubito poſſet agere vnica actione plus quam vnum gradum. probatur, quia ſi eſſet duplum ad minimum, ageret vnica actione duos gradus, & ſi triplum: ageret vnica actione tres, & ſimiliter ſi aliter, verum quia ſecundũ plures naturales agens naturale agit non ſubito, ſed paulatine, iure ab infinita parua parte agere incipit. Tamen gradus dicitur tanta qualitas quantam minimum agens induceret vel qua non minorem ageret ſi ſubito ageret, ad quam cũ agẽs quod ſucceſsiue agit, deuenit vnum gradum induxiſſe dicetur.

*De gradu.* *Quid gradus Aſtronomicus.* *Quid gradus Medici.* *Quid gradus Phyſic.* *Excerptum.*

*Alia declaratio physica.* dicetur. Nonnulli vero dixerunt & nos quandoq; gradum eſſe tantam qualitatem quantam qualificans vnica actione poteſt inducere ſi illud ageret ſubito, & hoc ſiue illud ſit minimum agẽs ſiue non. Et tunc iuxta hãc poſitionem oportet concedere aliquẽ eſſe gradum reſpectu vnius agentis, quod eſt dimidium gradus reſpectu alterius agentis fortioris. Præterea oportet concedere aliquam latitudinẽ eſſe vt octo reſpectu A agentis, quæ non erit vt octo, ſed vt quatuor reſpectu B agẽtis in duplo potentioris; vel dicas hoc non ſequi neceſſario, quia vt diximus apertiſsime in .6. phy. agens dicĩ fortius, quia in minori tpe poteſt plura minima producere, non aũt propterea quia plus minimo poteſt vnica actione producere, & hoc dicemus poſtea, nunc ſat ſit loqui vt plures. Quare tanta qualitas, vel tm̃ ſubiecti, quantam vel quãtum põt agẽs agere ſi ſubito ageret, vocatur gradus intenſionis vel extenſionis.

*Quid gradus calculatoris.* Quid gradus vero ſit apud calculatorem, non vna rõne accipiĩ, vocat.n.calculator nõnunquam gradum oẽm formam gradualem: qua rõne etiam qualitas intenſa vt octo dicetur gradus, nonnunquam partem intenſiuam formę, & hac rõne gradus dici non põt latitudo completa, cũ illa nullius ſit pars, ſed ſolum illa. quæ alicuius formæ eſt pars, interdum gradus accipiĩ pro indiuiſibili formę, vt.n.in linea puncta, & in tpe momenta, nã vt nec linea ex punctis, nec tempus ex momentis, ſic nec forma ex gradibus conficitur. Sed veluti momenta terminant & copulãt partes temporis & pũcta partes lineæ, ſic gradus copulant & terminant partes qualitatum, & ppea nullus gradus per ſe eſt altero intenſior, vel remiſsior, ſed ſolum rõne latitudinis, quam terminat, dicitur.n.gradus vt octo intenſior gradu vt ſeptem, non quia partes plures intenſiuas habet, eſt.n.ſimpliciter indiuiſibilis, ſed quia intenſionem latitudinem terminat. Quare gradus formæ erit ſm̃ hunc modum indiuiſibile formæ, huius calculatoris imaginatio eſt quod forma intenſibilis ſit quædam quãtitas perfectionalis, veluti corpus quantitas dimenſiua, qua rõne vt corpus diuidi poteſt in partes potentiales diuiſione infinita, & in actuales diuiſione finita, ſic forma intenſibilis, quæ eſt quantitas pfectionalis, diuidi poteſt in partes actuales, quarũ quælibet eſt minimũ illius potens per ſe exiſtere, & potentialis, quarum nulla poteſt per ſe exiſtere, gradus igitur erunt partes actuales formæ: atq; minima formæ puncta quæ tales partes terminant, vel copulant, dñr gradus punctuales, partes potentiales dicuntur partes graduales, & nonnunquam gradus improprie. Hactenus de gradu.

*De nõ gradus.* De nõ gradu vero diſtingui poſſet vt de gradu, quoniam aſtronomice, medice, phyſice, & calculatorie loqui poſſumus, ſed quia totum hoc ex ſuo contrario intelligitur, hac rõne loquamur de non gradu apud vſum calculatorum. Non gradus igitur vno modo accipitur negatiue, & ſic oẽ ens mundi, modo non ſit gradus: eſt non gradus: vt lapis eſt non gradus caliditatis, Deus, & id genus. alio modo accipitur non gradus priuatiue, & ſic oẽ contrarium, in quo eſt ſimpliciter priuatio ſui contrarij, eſt non gradus illius: verbi cã non gradus caliditatis eſt frigiditas, in qua eſt ſimpliciter priuatio caliditatis, & hoc modo nõ gradus formæ eſt nihil illius formæ, & ſic formam deduci in non gradum eſt ipſam deduci in nihil illius. alio modo ſumitur non gradus poſitiue, & hoc pacto infinita parua pars formæ eſt non gradus illius, vt infinita parua pars caliditatis eſt nõ gradus caliditatis, qm̃ gradus erat pars actualis formæ ſiue mnimum formæ, igitur pars potentialis ſiue infinita parua pars dici poteſt non gradus, & ſic pars gradualis eſt non gradus, iuxta quem ſenſum latitudinem terminari ad non gradum dicunt, quæ quouis gradu dato ad infinitum remiſsiorem terminaĩ, incipere vero à non gradu, quia quocunq; gradu dato ab infinito remiſsiori incipit. itẽ dici põt nõ gradus punctus formæ, e quo incipit formæ latitudo, vt dictum eſt de punctis in corpore. hactenus de non gradu.

*Quæ ſit forma gradualis.* Nunc quæ ſit forma gradualis declaretur. Et facile ex his patere põt, nã gradualis forma apud calculatores diceĩ, cuius plures partes ſunt adæquate in eodem ſubiecto ſm̃ eandẽ partem. qua rõne facile patet quid ſit forma non gradualis, igitur gradualis forma erit, quę gradibus conficiĩ: non gradualis, quæ nullis conſtat gradibus, hactenus de graduali forma.

*Quid latitudo.* Et de latitudine tranſigamus, & dicimus multum differre eſſe latitudinem, & intelligi latitudinem: & ideo primo videamus quid ſit latitudo. Secundo quo nam pacto intelligenda ſit latitudo formæ.

*Opinio Nicolai horenſis de latitudine.* De latitudine igiĩ formæ non eadem rõne oẽs loquuntur. Auctor latitudinũ in ſuo de latitudinibus codicillo voluit latitudinẽ formæ eſſe gradualem formæ exceſſum, intẽſionem formæ, ſiue formam ipſam intenſam. nec aliter probatur res hæc, niſi vſu eorum, qui in hac materia loquuntur.

*Dubitões.* Sed hæc poſitio eſt dubia, qm̃ ſi latitudo formæ nihil aliud eſt ꝗ formæ ipſius intenſio, tũc cuiuſlibet formæ gradualis eſſet aſsignanda latitudo, & ſic habitus eſſet aſsignabilis latitudo, qui eſt forma intenſibilis, quod ipſę negat. Secundo ſi ſola intenſio formæ ſit latitudo, cũ forma poſsit dici intenſa, cuius partes plures ſunt in eodem puncto ſubiecti, tũc latitudo formæ poſſet intelligi ſi forma eſſet in eodẽ ſubiecti puncto, & ſic poſſet eſſe non cointellecta extenſione. Tertio ſi ſola intenſio formæ eſſet latitudo, tunc aut oĩs latitudo eſſet vniformis: aut nulla latitudo eſſet vniformis, vel difformis, probatur quia intenſio formæ vt intenſio formæ poteſt ſaluari in eodem pũcto ſubiecti, vbi eſſe non poſſet latitudo aliter quã vniformis, vel ſaltem nulla talis, hæc ſunt quæ poſitionem illam reddunt ambiguam.

*Põ Burlei.* Alij dixerunt latitudinem formæ eſſe corpus naturale triangulum, vel quadrangulum, cuius quælibet pars quantitatiua eſt qualitate graduali qualis. probant, qm̃ oĩs latitudo agit vel patitur, & nihil agit vel patitur niſi corpus naturale, igitur latitudo eſt corpus naturale. Secundo, forma vt forma nõ intenditur, igitur vel nihil intenditur, vel naturale corpus per formam dicetur intendi, at latitudo eſt id quod dicitur intendi, igitur latitudo eſt corpus naturale, quatenus participatione formæ intendiĩ.

*Dubĩonet.* Sed poſitio eſt ambigua. Primo, quia eſt contra vſum calculatorũ, & mathema. non.n.põt ſupficies corpus eſſe, at latitudo ſuperficies eſt quædam, igitur nec latitudo eſſe põt corpus. Præterea forma dicitur intendi & non corpus, igitur forma eſt intenſio, & non corpus, dicitur etiam formæ intenſio & non corporis, igitur latitudo eſt formæ, & nõ corporis. demum dubia eſt, quia nondum patet ſi corpus vel forma dicatur intendi: res.n.hæc expoſcit propriam diſpu.

*Dilucidatio.* Propter hæc dicendum latitudinem nõ vna ratione eſſe dicẽdam. Mathematicus.n.latitudinem vult eſſe ſuperficiem, quæ fluens cauſat corpus. dicta quidẽ latitudo ſi tribus vel quatuor lineis clauditur. Naturalis latitudinem formæ vult eſſe corpus naturale, cuius quælibet pars quantitatiua eſt forma graduali qualis. Naturalis.n.phs corpora naturalia per ſe conſiderat & omnia



omnia vt ratione corporis participant, & hoc ſi forma ipſa ſit intenſibilis, ſiue corpus naturalem per ipſam. Calculator vero latitudinem formæ vult eſſe intenſionem, ſed non cuiuſq; formæ, ipſius.n.habitus non eſt latitudo, ſed formæ extenſæ ad extenſionẽ ſubiecti, quare intenſio formæ extẽſæ vel extẽſibilis eſt latitudo, formæ. quid igitur ſit latitudo formæ, perſpicuũ.

*De imaginatione latitudinis.* Sed quo nam modo ſit intelligenda formæ latitudo, dicamus, & debes ſcire ꝙ in omni latitudine ſunt aſsignãdæ duæ lineæ: cum.n.latitudo ſit intenſio formæ extenſe, oportet in omni latitudine intelligi intenſionem, & extenſionem, quare oportet dare proprie in illa duas lineas: extenſionis, & intenſionis. linea extẽſionis eſt linea longitudinis, linea intenſionis eſt linea altitudinis. verbi cauſa in figura ſiue latitudine A B C: lõgitudo per B C ſignatur, altitudo ſiue latitudo per A B in figura vero A B C D, longitudo ſignatur per C D, altitudo ſiue latitudo p A C. igitur longitudo ſemper eſt aſsignanda p lõgiorem lineam, latitudo ſiue altitudo per breuiorem.

*Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ latitudini vt ſeruit formis intenſibilibus & remiſsibilibus, ſolum duæ lineę ſunt neceſſariæ, videlicet, linea longitudinis & linea altitudinis, probaĩ quia cuiuſlibet formæ latitudo eſt intenſio cointellecta extenſione formæ. Sed extenſio repræſentaĩ per lineã longitudinis intenſio per lineam altitudinis, ſiue latitudinis, igitur duę tantũ lineæ ſunt neceſſariæ, tertia linea, vel quarta impertinenter additur, vel ad deſignandũ ſimul intenſionem & extenſionem formæ, vel ad deſignandã formæ finitatẽ.

*Cuius formæ ſit latitudo.* Tũc per hæc facile patet: cuius natura formæ ſit latitudo: non.n.eſt formæ vt formæ, qm̃ non oĩs forma eſt intẽſibilis, nec eſt formæ gradualis vt forma gradualis, qm̃ nõ eſt ipſius habitus, nec formarum gradualium inextenſarum, igitur eſt formæ gradualis extenſe, dicitur gradualis, quia aĩæ equi licet ſit extenſa, non eſt latitudo, qm̃ non eſt gradualis, dr̃ extenſe, qm̃ formæ gradualis inextenſe non eſt latitudo.

*Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ cum forma poſsit dici extẽſa ratione ſubiecti, & ratione tpis per qd' partibiliter acquiritur, ideo latitudo ſumi põt pœnes ſubiectũ tm̃, vel pœnes tẽpus tm̃, vel pœnes vtrũq;, forma diciĩ extẽſa pœnes tp̃s tm̃, quæ ſolum diuidiĩ diuiſione tpis, vt motus, diciĩ forma extenſa pœnes ſubiectũ tm̃, quæ ſubito acquiriĩ, ſed p totum ſubiectũ, vt forma minimi calidi, dr̃ forma extenſa pœnes vtrunque, quæ diuiſione ſubiecti extenditur, & ſucceſsiue acquiritur.

*Diuiſio latitudinum.* Et de latitudinis diuiſionibus nunc agamus, latitudo igitur formæ prima diuiſione diuiditur, qm̃ alia eſt vniformis, alia difformis: & difformis, iterũ ſubdiuiditur, qm̃ vel vniformiter difformis: vel difformiter difformis: & difformiter difformis, rurſus ſubdiuidiĩ: qm̃ alia eſt difformiter difformiter difformis, alia vniformiter difformiter difformis: latitudo vniformis eſt qualitas, quæ eſt eiuſdem gradus per totũ, difformis autem qualitas eſt quæ non eſt eiuſdem gradus per totum. Ex hoc ſequitur omnem latitudinem eſſe aut vniformem, aut difformem; probo quia inter eſſe eiuſdem gradus per totum, & nõ eſſe eiuſdem gradus per totum non daĩ medium, cũ ſint cõtradictoria, latitudo autem difformiter difformis, eſt latitudo difformis, cuius graduum exceſſus non eſt æqualis, vt A B. cuius gradus ita ſunt inæquales, vt exceſſus etiam ſint inæquales, vniformiter vero difformis cuius graduum exceſſus eſt æqualis, vt C D, nam per quantum ſecũdus gradus excedit primum, per tm̃ tertius ſecundũ, & quartus tertium, & quintus quartũ. Sed occurres primo ſicut difformis latitudo eſt duplex vniformiter difformis, & difformiter difformis, cur etiam vniformis non eſt duplex vniformiter vniformis, & difformiter vniformis. Secundo latitudo E F eſt latitudo difformis, vt patet: & tamen non eſt vniformiter difformis, nec difformiter difformis, quod quidem non ſit difformiter difformis, patet, quia inter exceſſus graduũ eſt regula, quod vero non ſit vniformiter difformis, etiam patet, quia inter gradus non ſeruatur æqualitas exceſſuũ, nã quatuor duo excedunt per duo, & duo vnum per vnũ, & in cæteris ſimiliter.

*Solutiones.* Ad primam dico ꝙ latitudo vniformis nõ põt eſſe niſi vna, quia vniformiter vniformis idem eſt quod vniformis: nihil.n. vniformæ addit ad vniformæ, ſicut nec æqualitas ſupra æqualitatẽ, difformiter vero vniformis ſi qua eſt, idem eſt quod latitudo vniformiter difformis, noĩa.n.tranſpoſita idem ſignificant. Quare omnis latitudo vel eſt vniformis, vel difformis, & difformis, vel vniformiter difformis, vel difformiter difformis. Per idem ad ſecũdum dico, ꝙ latitudo E F eſt vniformiter difformis arithmetice, eſt.n.latitudo vniformiter difformis duplex: arithmetice per vniformem proportionum æqualitatem, & geometrice p vniformem exceſſum ſimilitudinem. Difformiter vero difformiter difformis eſt illa cuius & gradus per totum non ſunt æquales, nec exceſſus, vel proportio æqualis, nec variatio exceſſum, vel proportionum æqualis. vt A B. cum enim gradus ſint inæquales, & exceſſus inęquales ad nullam reduci poſſunt regulam: ideo latitudo dicitur difformiter difformiter difformis, vniformiter vero difformiter difformis eſt, cuius gradus nõ ſunt ęquales, nec exceſſus æqualis, ſed exceſſus exceſſuum æqualis: vt C D, eſt enim inter gradus aliqua regula, qa inter primum & tertium & quintum eſt ſimilitudo qualis inter ſecundum quartum & ſextum. Quoties igitur gradus ſunt inæquales inæqualiter inæquales, latitudo eſt difformiter difformiter difformis, quoties vero ęqualiter inæqualiter inæquales, eſt vniformiter difformiter difformis.

*Dubitatio. Solutio.* Sed occurres quales latitudines ſint E F, & G H. dici põt ꝙ ambæ vniformiter difformiter difformes diſcõtinuę, qm̃ nõ eſt vniformis regula partiũ, nõ tm̃ eodẽ mõ, quia E F eſt vniformiter difformiter difformis geometrice, cum ſint oẽs pares exceſſu ſimiles, & oẽs impares ſimiliter. G H aũt arithmetice, qm̃ oẽs impares ſimiles proportione. & oẽs pares ſimiliter, diſcontinue autem ambæ. qm̃ non ſeruatur æqualitas exceſſus vel proportionis in oĩbus continua.

*Excerptum.* Ex his apparet oẽm latitudinem difformiter difformem non eſſe niſi duplicẽ vel vniformiter difformiter difformem, vel difformiter difformiter difformem, cũ inter æquale & nõ æquale non ſit medium, igitur inter difformiter difformiter difformæ, & vniformiter difformiter difformæ non eſt medium, quoniam omne difformiter difformę vel eſt æquale: vel non eſt æquale. ſi æquale, eſt latitudo vniformiter difformiter difformis, ſin autẽ inæquale, erit latitudo difformiter difformiter difformis. Hæc de latitudinibus, deq; titulo diſputationis, quę volui eſſe cõia omnibus his, quæ de hac materia diſputaturi ſumus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ logico.* DE diſputatione nõnulli logicorum dixerunt generatim oẽm formam, quæ ponitur in genere, vel quæ eſt pars alicuius, quod ponitur in genere eſſe intenſibilem & remiſsibilem. mouentur, quia quæcunque ſm̃ magis & minus ſunt cõparabilia ſuſcipiunt magis & minus atq; intenſibilia, & remiſsibilia, at oĩs forma quæ eſt in genere

genere, vel quæ eſt pars alicuius quod eſt in genere cõparari poteſt alteri eiuſdem generis ſm magis & minus perfectum, vt omnibus patet, igitur oẽs formæ, quę ſunt in gñe, vel quæ ſunt partes alicuius quod eſt in genere ſunt intenſibiles. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non videtur peripatetica. Primo quia Ariſto. in lib. prædicamentorũ voluit nullam ſubãm ſuſcipere magis & minus, nullam etiam quantitatem, item nonulla relatiua ſuſcipere magis ac minus vtpote quorum fundamenta ſuſcipiunt, vt ſimile & diſsimile, nonnulla minime, quorum fundamenta minime ſuſcipiunt. Præterea. 5. phyſi. ait formã non eſſe intenſibilem, niſi quæ ſub eadem ſpecie ſuſcipit magis & minus: igitur non quælibet forma generis vel alicuius, quod eſt in genere eſt intenſibilis. *Põ 2.* Alij vero qui expoſitorem arbitrantur imitari, & nõnulli aliorum diſtinguunt de intenſione, nam alia eſt intenſio ſimilis quantitati diſcretæ, alia ſimilis quantitati continue, intenſio habitus vel virtutis ſimilis eſt quãtitati diſcrete, quia ad multa ſe extendit obiecta, è quibus generatur: vt metaphy. quæ reſpectu oĩum concluſionũ metaphy. eſt vnus habitus ſimplex intẽſibilis intenſione diſcreta, intenſio vero caliditatis eſt ſimilis quantitati continuæ, quia generatur ab vno agente, vt ſuperius dictum eſt, aut ẽ pluribus eiuſdem ſpecifice virtutis, tunc dicunt ſolum illas formas intendi ac remitti intenſione continua, quę ſunt contrariæ, vt in prædicamento qualitatis calidum & frigidum, in prædicamento relationis ſimile & diſsimile: illæ vero dicuntur intenſibiles intenſione diſcreta, quæ poſſunt ad plura comparari obiecta, vt lumen & habitus, & id genus. *Confutatio.* Sed hæc põ deficit, primo quia ex hac poſitione non habemus regulam, qua ſcitur formam, eſſe intenſibilem vel remiſsibilem, de qua eſt ſumma dubitatio. Secundo, quia quælibet intenſio videtur aſsimilari continue quantitati: qm̃ quælibet aſsimilatur lineæ vt dictum fuit in titulo. *Cõm. 62.* Præterea Auer. 3. cœli tenet formas ſubſtantiales elñtorum intenſibiles, atq; remiſsibiles, quæ nec ſunt contrarię, nec diſcrete quantitati comparabiles. *Põ. 3.* Alij dixerunt formas illas eſſe intenſibiles atq; remiſsibiles: quæcunq; poſſunt eſſe termini motus per ſe, quę vero non ſunt termini ipſius motus, non poſſunt eſſe formæ intenſibiles. Sed hæc poſitio deficit etiam, Primo, quia Auer. vbi ſupra concedit formas ſubſtantiales elementorum intenſibiles & remiſsibiles, ad quas motus eſſe non concederet, vt patet. 5. phyſi. Secundo 7. phyſi. habitus eſſe formas intenſibiles ac remiſsibiles concedit, ad quos non ponit motum Ariſt. Præterea ẽt nonnullas relationes ponit intenſibiles, ad quas nõ ponit motum per ſe, vt patet de ſimili & diſsimili. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ non eſt dubium ſi ſint aliquæ formæ intenſibiles, vel remiſsibiles, intelligendo vel ꝙ ipſæ in ſe ſuſcipiant magis & minus, vel ꝙ ſint rõnes formales, quibus aliqua denominantur ſm magis & minus talia: licet. n. aliqui dubitent ſi formę ipſæ ſm ſe atq; earum eſſentias ſint intenſibiles. nemo tñ dubitat eſſe aliquas formas intenſibiles, vel quia ipſę ſunt intenſibiles ſm ſe, vel quia ſunt formales cãæ quibus alia ſint talia. Supponamus igitur eſſe nonnullas formas intenſibiles vel per hoc quia ipſę in ſe ſunt tales, vel quia cãæ formales aliorũ, quare ſint talia: tũc quæritur de regula, qua ſciamus, quæ ſint iſtæ, & quot. dicendum regulam non eſſe, quia ad aliquas eſt motus; qm̃ multæ ſunt tales: ad quas nemo concedit motum: nec quia ſunt contrariæ, quia lumen & habitus ſunt formæ intenſibiles, quæ non ſunt contrariæ. *Regula.* Erit igitur regula vt oẽs illæ ſint intenſibiles remiſsibileſúe quæcũq; ſunt cauſæ formales, quare aliqua ſuum eadẽ ſpẽ ſuſcipiunt magis & minus, vel dicũtur ſm magis & minus. tales ſunt oẽs formæ per ſe contrariæ, vt qualitates, vel relationes fundatæ in formis contrariis: vel formæ, quas per ſe conſequuntur contraria, vt elementariæ formæ, vel habitus, vt virtutes lumen & ſcĩæ: & notanter dixi ſub eadẽ ſpẽ, qm̃ ſub eodem genere variata ſpecie non eſt intenſio vel remiſsio, ſed ſub eadẽ ſpecie: vt. 5. phyſi. diximus. Siquis autem velit ſcire regulã à priori, quærat alios. Hæc de dilucidatione.

CAPVT QVINTVM SOLVTIONVM.

HIS diſputatis dilucidatiſq;, ad rationes ante oppoſitum patet ſolutio, oẽs. n. ſunt pro dilucidatione. Ad rationes vero poſt oppoſitũ rñdetur. Ad primã ꝙ Ariſt. voluit formas. hoc eſt quidditates eſſe ſicut numeros, non autem formas ſm eſſe. Ad ſecũdam pro nunc do nec in ſequentibus diſputabiẽ, concedantur ſiẽs propoſitiones, albedo intendiẽ, caliditas remittiẽ, & cæteræ id genus, non quidem in prædicatione formali, ſed in prædicatione cauſali, quatenus ſunt cauſę, quibus aliqua dicantur magis & minus talia, alba vel calida, & id genus. Ad tertiam dico ꝙ formæ in prædicatione formali ſunt ſimplices ſm eſſentiã, at in prædicatione cauſali ſunt intenſibiles & remiſsibiles: vt dictum eſt, & dicemus. Ad quartam dico ꝙ caliditas põt intendi & remitti ſaltem in prædicatione cauſali, & conceditur, Niphum in infinitum poſſe eſſe calidiorem Platone, capiendo infinitum ſyncategorematice vel in potẽtia, nõ aũt categorematice vel in actu: & ſic cõceditur Niphũ poſſe eſſe in infinitum calidiorẽ Platone, non quidẽ caliditate infinita actu & categorematice, ſed ptãte ac ſyncategorematice, & hoc concludit ratio. Per idem ad ſecundum cõcedo ꝙ Niphus infinitã habebit caliditatẽ, non tamẽ caliditatẽ infinitã, vt ſorticolæ tradunt, vel vt loquar peripatetice concedo ꝙ Niphus habebit caliditatem infinitã vel infinitã caliditatem in potentia, vel ſyncategorematice, nunq̃ tñ in actu, vel categorematice, vt ratio concludit. Et hoc ratio probat, verum de ſolutione ampla horum quęre primo Elenchorum in de loco ab æquiuocatione. Et ſi replicetur hæc caliditas non finitur, igitur eſt actu infinita, negatur añs, quia finitur per terminũ excluſiuum, vtpote per inſtãs, in quo Niphus primo non erit, & ſic in A finiẽ non incluſiue, ſed excluſiue. Ad quintã dico ꝙ nec A nec B intenditur, nec C totum in prædicatione formali, tñ totũ ipſum C dicitur intenſum in ṕdicatione cauſali, quatenus eſt illud quo aliqđ diciẽ intenſius tale in eadẽ ſpẽ. Ad vltimũ patet ſolutio in titulo. Hæc de quinta diſputatione.

*Textu eodem.*

## DISPVTATIO SEXTA

### De gradibus formæ intenſibilis.

*Num gradus ſint partes intrinſece, ac eſſentiales formæ intenſibilis.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod gradus ſint partes intrinſece ac eſſentiales formæ intenſibilis, arguitur primo. gradus ſunt partes formæ gradualis, vt cõiter dicitur: vel



vel igitur partes quantitatiuæ, vel ſubiectiuæ, vel eſſentiales, non ſunt partes quantitatiuæ, quia forma gradualis non eſt quanta, nec totum quantitatiuum, vt per ſe patet, igitur gradus non poſſunt eſſe partes quantitatiuæ nec poſſunt eſſe partes ſubiectiuæ, quoniam forma gradualis non eſt totum vniuerſale ad gradus, igitur ſunt partes eſſentiales, eſt enim triplex pars, vt accipitur *Com. 5.* 1. phy. quia aut quantitatiua, ſiue integralis, aut eſſentialis, vt genus & differentia reſpectu diffinibilis, & materia & forma reſpectu compoſiti, aut ſubiectiua, vt ſpecies reſpectu vniuerſalis. Quare cum gradus non ſint partes integrales, nec ſubiectiuæ, & ſunt partes, igitur erunt partes eſſentiales. Secundo impoſsibile eſt aliquã formam communicare ſe alicui ſecundum magis & minus, niſi in ſua eſſentia habeat gradus. Alioquin omnia participantia illa participarent ipſa ſecundum eundem gradum, ſed forma de qua quæritur, communicat ſe alicui ſm magis & minus, igitur in ſua eſſentia habeat gradus. Tertio eo modo gradus conueniunt formę graduali: quomodo illi conuenit ratio contrarietatis, quoniam habere contrarium infert gradus, ſed contrarietatis ratio competit ratione eſſentie, igitur ratione eſſentie cõpetit formæ graduali gradus, & ſic videtur pars illius eſſentialis. Quarto ſub alia forma ſic, forma gradualis contrariatur formæ graduali eſſentialiter per eius eſſentiam forma gradualis contrariatur formæ graduali per partes graduales: igitur partes graduales ſunt eſſentia, & ſic eſſentia eſt totum, & gradus ſunt partes eſſentiæ. In contrarium arguitur per textum, dicitur enim in textu formas eſſe ſicut numeros, ſed numerus eſt indiuiduus ſm eſſentiam, & igitur omnis forma. Secundo ſi gradus pertineret ad eſſentiam, tunc albedo remiſſa non eſſet pſecta in ſpecie albedinis deducitur quia ſibi deficeret aliquid, quod pertineret ad eius eſſentiam. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit gradus, quęſtione proxima diximus, & illud nobis ſufficiat, nam deſcriptiones, quæ ponuntur de gradu, ſunt infinitæ, oẽs. n. loquuntur conformiter de ipſo, veluti & de intenſione, & propterea illa, quæ diximus, volumus nunc ſufficere, quia particulares poſitiones patebunt propriis locis. Partes tot modis dicuntur, quot dicitur totum, dicitur autem totũ aut ſm ſenſum ſiue integrale, ſiue quantitatiuum, aut vniuerſale, *Quot modis partes.* aut eſſentiale, & hæc tria tota narrat Auer. 1. phy. auſc. addunt nonnulli totum poteſtatiuũ, cuiuſmodi eſt aĩa: *Com. 5.* quæ continet plures poteſtates, vnde intellectum Ariſt. vocat partem animæ, & certum eſt illum nõ eſſe partẽ animæ, niſi poteſtatiuam, quatenus eſt illius poteſtas. *Ant. And. eſt.* Alij addunt totũ vnitiuũ, ꝙ videlicet cõtinet plures pfectiones graduales ſub vnitate eſſentiæ, vt albedo, vt octo, hæc vnę eſſentia exiſtens vnit perfectiones omnes graduales. Quare tot modis & partes dicẽtur. Aliæ quidem integrales, aliæ ſubiectiuæ, vt ſpecies generis, aliæ eſſentiales, vt genus & differentia diffinitionis, & materia & forma compoſiti, aliæ poteſtatiue vt potentię ac virtutes, quæ ab vna eſſentia fluunt, aliæ perfectionales, vt gradus eiuſdem formæ. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE iſta diſputatione innumeræ ſunt poſitiones, verum nos famoſiores pertractabimus, ne nimia prolixitate, præclara ingenia confundamus. Nonnulli & acuti ſenſerunt gradus alicuius formæ eſſe indiuiduales differentias illius formæ, quibus illa indiuiduatur, quas hæcceitates vocant. *Poſitio Bono.* Qua ratione ſequitur gradũ eſſe de indiuidui eſſentia, atque intra illius conceptum poſitiuæ, tanquã illius partem conſtitutiuã quatenus ſingulare eſt. Secũdo ſequitur, tot eſſe in vna forma intẽſibili indiuidua, quot ſunt in illa gradus aſsignabiles, vt in caliditate vt tria, ſunt tria caliditatis indiuidua, & tres hæcceitates ſiue differentiæ indiuiduales. Tertio ẽt ſequitur vnam formã perfecte intenſam eſſe vnum quoddam totũ ex pluribus indiuiduis eiuſdem ſpeciei vnitiue aggregatum. eſt. n. idẽ gradus formæ & hæcceitas ſiue indiuidualis differentia formæ, tunc per hæc patet ad qõnem, ꝙ videlicet gradus ſunt partes eſſentiales nõ formæ ſpecificæ, ſed formæ indiuiduæ, ex quibus vna cũ natura cõſtituuntur ſingularia ſpeciei, ſingulares vero formæ, quæ per tales gradus conſtituuntur, ſunt partes vnitiuæ formæ complete, quæ intenditur vel remittiẽ, hæc iſti. *Confutatio.* Sed hæc poſitio diſſentit ab eorũ principe, & à veritate. ab eorũ principe qdem, nam cũ in qualibet forma cõpleta, vel intẽſibili tot ſint indiuidua, quot gradus apud iſtos, tunc vel indiuiduũ graduale acqriẽ ſubito, vel in tpe: nõ in tpe, qm̃ tũc in quolibet illorũ eſſent plura indiuidua, & ſic in infinitum, & deducitur cõſequentia, qm̃ omne quod ſucceſsiue acquiritur, non acquiritur, niſi per ſucceſsionem pluriũ partium gradualium ſm eorũ principem: ſi ſubito, tunc intenſio formæ non eſſet motus continuus contra eorum principẽ in. 2. lib. ſent. vbi *Diſ. 2. q. 9.* aperte tenet intenſionem omnem atq; alterationẽ oẽm eſſe motum continuum & ſucceſsiuum, & conſequẽtia patet, qm̃ quodlibet illorũ acquireretur ſubito, & totũ ſimul. Præterea in lib. primo eorum princeps cõparat *Diſ. 3. q. 1.* intenſionem formæ ipſi infinito, vnde inquit quia infinitum non eſt quaſi attributũ vel paſsio entis, ſiue eius de quo dicitur, ſed. d. modum intrinſecum illius entitatis, itaque cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quaſi per accidens ex ſubiecto & paſsione, ſed cõceptum per ſe ſubiecti in certo gradu perfectionis. ſ. infinitatis, ſicut albedo intenſa, non. d. cõceptum per accidens, ſicut albedo viſibilis. immo intenſio. d. gradũ intrinſecum albedinis in ſe, ecce qũo gradum ſiue intenſionem vult eſſe formæ modum intrinſecũ, quẽadmodum infinitudinem entis ipſius, cuius eſt, idẽ ſentit vbique eorum princeps. Sed modus ĩtrinſecus alicuius nõ eſt illis differentia indiuidualis, nec illius hæcceitas, igiẽ hæc poſitio diſſentit ab eorũ principe. Quod autẽ diſſentiat a veritate, arguitur, qm̃ gradus formæ vt diximus eſt pars formæ, at pars formæ nõ eſt differentia indiuidualis formæ, præterea poſitio hęc de principio indiuiduationis eſt confutata. 5. lib. quare non eſt peripatetica. *Dubitatio Apto. And.* Alij peritiores huius ſectæ dixerunt gradum eſſe perfectionem partialem formæ, imaginantur. n. formã intenſibilem eſſe quoddã totum perfectionale vnitiue continens portiones perfectionis formæ: qua rõne forma ipſa eſt ſecundum eſſentiam indiuiſibilis, ſm tamen perfectionem eſt gradualiter diuiſibilis. Ex hoc dicunt hæcceitatem eſſe gradũ eſſentiæ, gradum vero formę eſſe gradum perfectionis formæ, & qm̃ forma ſecundum ſui eſſentiam eſt prior forma ſecũdum ſui perfectionẽ, iõ hæcceitas eſt prior gradu, tunc ad diſpõnem volũt gradus non eſſe partes eſſentiales, ſed perfectionales, quoniam non ſunt partes formæ, vt eſt forma, ſed vt eſt perfectio quædam. *Obiectio.* Sed hæc poſitio vř ambigua, qm̃ ex hac poſitione, ſequitur ꝙ tunc gradus caliditatis nõ eſſet caliditas formaliter, qm̃ tales gradus non ſunt de eſſentia caliditatis ſm iſtos, igitur nõ eſſent caliditas, hoc

eſt falſum. Primo quoniam tunc calefactio non terminaretur formaliter ad caliditatem, ſed ad aliquod quod non eſſet formaliter caliditas, terminaretur.n. ad gradũ, qui non eſſet formaliter caliditas. Secundo ſi gradus non eſſet formaliter caliditas quæritur vtrũ ſit aliquod abſolutum, vel relatio ſiue reſpectus. non reſpectus, qm̃ tunc calefactio eſſet ad reſpectum, vel caliditas componeretur ex reſpectibus, ſi autem gradus eſt ens abſolutum, tunc erit in aliquo genere, & non videtur eſſe niſi in genere qualitatis, & cum nihil ſit in genere quin ſit in aliqua eius ſpecie, tunc gradus erit in ſpẽ qualitatis. & non videtur rationabile illum eſſe niſi in ſpecie tertia qualitatis, igitur tandem oportet dicere gradum caliditatis eſſe caliditatem, & gradum albedinis eſſe albedinẽ & in cæteris ſimiliter. Tertio ſi gradus formæ non eſſet ipſa forma formaliter, tunc diſſimilitudo nõ poſſet fundari immediate in duabus qualitatibus eiuſdẽ ſpeciei, & ita ſupra duas caliditates eiuſdem ſpeciei non poſſet fundari diſsimilitudo, quod eſt contra Ariſto. in prædicamentis, & deducitur argumentum, qm̃ diſsimilitudo non fundatur in qualitatibus eiuſdem ſpeciei, niſi ratione diuerſorum graduum, nam vbi & qualitas & gradus eſſent ſimiles, non eſſet diſsimilitudo, ſed ſimilitudo. Vltimo ex hac poſitione non habemus an gradus differunt ab ipſa forma ſecundum rẽ, vel inter ſe, & q̃uo differunt: & propterea adhuc oportet vlterius diſquirere.

*Poſitio. B. V. et Tho. Bernardini in lib. de proportionibus.*

Alij gradus formæ voluerunt eſſe indiuiſibilia formæ, veluti puncta lineæ, & ita quemadmodum nec tempus ex momentis, nec linea ex pũctis componitur, ſic nec qualitas ex gradibus, ſed ſicut momenta terminant & copulant partes temporis, & puncta partes lineę, ſic gradus terminant & copulant partes qualitatis: & propterea nullus gradus eſt alio intenſior, vel remiſſior, ſed ſolum rõne latitudinis quã terminat, dicitur.n. gradus vt octo intenſior gradu vt quatuor: nõ quia plures partes intenſiuas habet: eſt enim ſimpliciter indiuiſibilis, ſed quia intenſiorem latitudinem terminat. Fundamentum poſitionis eſt, quia gradualis qualitas eſt quantitas perfectionalis: igitur vt in quantitate dimenſiua ſunt partes, & termini ſiue puncta, ſic in quantitate intenſiua debent eſſe partes & puncta ſiue termini: termini intenſiue quantitatis gradus dicuntur, partes autem qualitates q̃ in terminos hoſce terminantur, perſuadẽt vero poſitionẽ, qm̃ ſi gradus eſſent partes qualitatis, tũc in latitudine vniformiter, difformi non poſſet aſsignari gradus intenſiſsimus, ſicut nec pars intẽſiſſima, hoc eſt contra communiter calculantes, igitur gradus nõ poſſunt eſſe partes latitudinis, ſed termini illius, vel partiũ eius.

*Confutatio*

Et licet hæc poſitio de gradibus bene fingit. tamẽ adhuc reſtat qõ ſi partes graduales, quæ per gradus terminantur, ſint partes eſſentiales formæ intenſibilis: an partes quãtitatiuę: & quę: & ſic qõ reſtat adhuc dubia. Præterea ẜm peripateticos indiuiſibilia non ſunt niſi in potentia, & ſic iſti gradus non erunt niſi ẜm rõnem atque mentẽ: vt diſputauimus. 6. phy.

*Poſitio Pet. M.*

Alij dixerunt gradus in forma intẽſibili nullos eſſe actu, ſed poteſtate: dicunt.n. ꝙ quemadmodũ in quanto nõ ſunt partes actu diuiſæ, ſed poteſtate diuiſibiles: ſic in qualitate quæ eſt perfectionalis quantitas non ſunt actu gradus, ſed poteſtate. fundamẽtũ poſitionis eſt: quia intenſio formę incipit & deſinit per terminos excluſiuos, & totus motus eſt vnus & cõtinuus: igitur in forma: quę hoc motu acquiritur: non ſunt partes actu diuiſæ: ſed poteſtate.

*Iuni. Tho.*

Quidam ſectatores Thomæ fingunt quaſi idem ꝙ gradus ſit ipſa forma quæ acquiritur. imaginãtur enim gradum eſſe ipſam formam aliter atque aliter ſeſe habentẽ: verbi cauſa: agat ignis per remotionem de præſenti in A lignum: tunc in aliquo tẽpore immediate poſt hoc cauſabit in ligno calorem remiſiſſimum, & hic dicetur primus gradus, & quia lignum per aliquod tempus qeſcit ſub illo remiſiſsimo calore, iterum ignis aget in lignum calorem illum reddendo perfectiorem, ſub quo iterum quieſcit lignũ, & hic eſt ſecũdus gradus, & ſic vſque ad ſummum, quare gradus ipſi ſunt ipſamet forma aliter atque aliter ſe habens, & per conſequens quantum ad hoc non videntur differre à primis, quia vtrique videntur velle gradus non eſſe actu diuiſos in tota forma, ſed ſolum poteſtate, ſed omnes hæ poſitiones ſunt contra peripateticos, vt dicemus, ideo de põnibus hactenus.

## Capvt dilvcidationis qvartvm.

*1. Suppoſitio.*

Pro dilucidatione ſupponamus. Primum gradus formæ eſſe minima formę, hoc ex proxima diſputatione deductum ſit, quoniam gradus formæ partes actuales formæ, & minima formæ eadem ſunt.

*Secunda.*

Secundo accipiamus hæc minima eſſe actu, diſtincta inter ſe, formamq; ipſam gradualem eſſe hæc minima collectiue ſumpta. caliditas enim vt octo eſt octo minima caliditatis collectiue ſumpta, & hæc ipſa minima collectiue ſumpta, ſunt caliditas vt octo, hoc patet ex his, q̃ Auer. & omnes calculatores dicunt, ꝙ intenſio formæ fit per additionem partis gradualis ad partem gradualẽ vtraque remanente in actu, quod poſtea dicemus.

*Dilucidatio.*

Ex his facile patet dilucidatio. Nam cũ gradus ſint partes formæ gradualis, & partes eſſentiales, vt dictum eſt in titulo ſint bifariæ, aliæ quidem quæ ſunt diuerſarum rationum, veluti genus & differentia reſpectu diffinitionis, & materia & forma reſpectu compoſiti naturalis, & membra reſpectu animalis, quæ diſsimilares partes dicũtur, aliæ vero eſſentiales quia eſſentiam aliquam conſtituũt iure gradus erunt partes eſſentiales, non quidẽ diuerſarum rationum, ſed quia eſſentiam conſtituũt eandem ẜm rõnem, ſunt formæ partes actuales eiuſdem rõis, ſiue ſimilares, pro quãto quęlibet illarum eſt forma: omnis enim gradus caliditatis eſt caliditas, igit̃ gradus ſunt partes eſſentiales ſimilaris.

*Dubitationes prima.*

Sed hæc dilucidatio adhuc latet, quia ſi actu ſunt tales gradus in forma. Tunc forma non erit vna numero in fine motus: ĩmo tot numero quod gradus, præterea tunc plura accidentia numero differentia erunt in eodem ſubiecto, quod eſt cõtra ea, q̃ diximus in. 5. huius. Secundo dubitatur vtrũ quilibet gradus acquiratur ſubito, vel in tempore, ſi in tẽpore, igitur adhuc habet partes actuales, ſi ſubito, igitur omne agens eſſet æquale, quia nullum vnica actione poſſet agere niſi vnum gradum formæ in ſubiecto. Tertio dubitatur quia data hac poſitione agens corrumpens aliquam totam latitudinem, tardius corrumperet ſummam quam remiſſam, quoniam ſumma habet perfectius eſſe in ſubiecto quam remiſſa, igitur fortius & longiori tempore reſiſtet corrumpenti. Quarto ſi omnes gradus formæ ſunt eiuſdẽ rationis, & agens eſt æqualiter omnium productiuũ, quare magis producitur vnus quam alter. Quinto vnus gradus eſt altero perfectior, igitur inter illos eſt ordo per ſe ac eſſentialis. Sexto ſi gradus ſunt minima formæ, igitur erunt indiuiſibiles. Septimo ſi gradus erunt in actu in ipſa forma, tunc latitudo non erit compoſita ex gradibus vel tunc latitudo eſſe poſſet infinita, quoniam agẽs poteſt infinita minima producere in diuerſis ſubiectis, igitur



igitur in eodem, non.n. eſt maior rõ. Octauo vtrum vltimus gradus ſit intẽſior primo, videtur quod non, quia quodlibet minimũ cuilibet minimo eſt æquale ex alio, videtur ꝙ ſic, quia ab illo tota latitudo denominatur vt octo, à primo vero vt vnum. Nono dubitatur, quia tũc quælibet latitudo eſſet vniformis, qm̃ in prĩa parte erit vnum minimum in gradu, & in ſecunda vnum, & ſic in qualibet parte vſq; ad vltimam ſemper erit vnum, ergo quælibet erit vniformis. Sed poteſt dilucidatio ſaluari.

*Solutio. Dubitati.*

Ad primam dico totam formam ex illis minimis eſſe vnam vnitate rationis, quatenus vna ratio ſaluatur in omnibus illis amplius & vnitate finis, quatenus ordinantur omnes illæ partes in vnam vltimam. vniuerſa igitur forma eſt vna duplici rõne, vtpote quia vna rõ ſaluatur in omnibus, & quia oẽs in vnam ordinãtur. ratione quidem prima, albedo tua vt vnũ & mea vt duo erunt vna forma, defectu ſecundæ rõnis hoc eſt, quia non ordinantur ambæ ad vnam vltimam, non dicitur vna ſimpliciter. erũt igitur gradus formæ partes actuales formæ, eiuſdem rationis, atq; ſimilares, ceu quælibet pars quanti eſt quanta, ſic quilibet gradus caliditatis eſt caliditas, igitur erunt partes actuales eiuſdem rõnis ac ſimilares: per idem ad ſecundum. non.n. eſt remotum plura accidẽtia partialia quæ vnum numero totale componunt, eſſe in eodem ſubiecto numero, ſed de accidentibus totalibus illud eſt impoſsibile, vel dicendum formam eſſe vnam actu plures tñ poteſtate, quatenus eſt diuiſibilis in partes actuales eiuſdem rõnis ſiue ſimilares quæ dicuntur gradus, vt de quantitate dr̃, tu vero quale alibi. Ad ſecũdam nonnulli ex doctrina expoſitoris dixerunt ſingulum gradum acquiri in tp̃e, imaginantur.n. ignem in primo inſtãti, in quo approximatus eſt calefactibili, ipſum primo calefacere per remotionem de pręſenti, hoc pacto nunc non calefacit, & immediate poſt hoc ſic.

*1. ſolutio.*

Quia non datur primũ mutatũ eſſe. 6. phy. & ita in aliquo tp̃e ĩmediate poſt hoc ignis cauſat in ligno aliquid caloris, vtpote calorem remiſiſſimum, & iuxta hoc habetur differentia inter actionem agentis debilis & fortioris, quia licet ambo immediate poſt hoc inſtans, quod eſt præſens remiſiſsimum agant calorem tamẽ in minori tp̃e ĩmediate poſt hoc magnus ignis agit calorem illum, q̃ paruus, & iſtum volunt eſſe primum gradum caloris, & poſtea lignum per aliquod tp̃s quieſcit ſub hoc primo gradu, qui eſt calor remiſiſsimus ac minimus, & inter ea diſponitur, per raritatm vel alio modo ad h̃ quod iſtimet calor efficiatur perfectior, & in vltimo inſtãti tp̃is fit perfectior ille calor, qui vt ſic & vt eſt in potentia ad vlteriorem perfectionẽ dr̃ eſſe ſcd̃us gradus, & ſic ſucceſsiue donec perueniat̃ ad ſummum, qui vt ſic conſideratus cũ negatione potẽtiæ ad maiorem perfectionem dr̃ ſummus gradus.

*Confutatio.*

Sed hęc ſolo friuola eſt: qm̃ qua rõne ſucceſsiua & continua eſt diſpoſitiua alteratio tota, eadem rõne oĩs alteratio, igit̃ ſi agens calorem nunquã ceſſat diſponere ad calorẽ, eadem rõne nunquã ceſſat calefacere: igit̃ tota calefactio erit continua. Præterea inductio gradus apud eos eſt finis præcedẽtis remiſsionis & oĩs finis vult eſſe indiuiſibile. 6. phy.

*Comme. 32. 2ria ſolutio.*

Sed quia h̃ res in proxima diſpu. retractabit̃, nũc dico gradum oẽm fieri ſubito in ſubt̃o, & ſic totalis alteratio erit ſucceſsiua, non aũt continua vt dicemus: & negatur oẽ agens eſſe æquale, qm̃ agens pollẽs & debile non differunt pœnes effectum primo productum, vt iſti credunt, qm̃ ab vtroq; ſemper primum productũ æquecito producitur, quia ſubito. Sed pęnes multitudinem effectuũ productorum in æquali tp̃e, nã agens pollens erit, ꝙ in æquali tp̃e ꝓducit plura minima, formæ atq; ſubt̃i gñandi, q̃ produceret agens debile, oẽ.n. agẽs eſt qđ ad paſſum habet proportionẽ maioris inæqualitatis, quare ſi in minori tp̃e plura producit erit pollẽs. ſi aũt in maiori, erit debile, vel forte differunt pęnes q̃titatem effectus vnica actiorem producti vt ſequenti diſpu. colligetur.

*Ad tertiam.*

Ad tertiam dico ꝙ citius corrumpit ſummã, cuius ſignum eſt, quia ſi aliquid agens in inſtãti qđ eſt pñs applicet̃ alicui ſumme calido, nũc illud erit primo non ſummũ: quia vt ſemptẽ huius rõnem aſsignant calculatores, qm̃ gradus vltimo ꝓductus eſt minus fixus quia quãto mã eſt aliqua forma magis priuata tanto magis illam appetit, indigentia.n. cã appetitus eſt: & quãto minus illam appetit, tanto minus perfecte habet eſſe in ſubt̃o, at cum gradus ſummus vltimo inductus cũ non ſit talis, quo materia maxime caret, & quem non maxime appetit, iõ eſt minus fixus & cõſequẽter primo corruptibilis, agens igr̃ corrumpens applicatum calido vt octo: corrũpit vltimũ, quia ille p̃cæteris eſt minus fixus.

*Ad quartam.*

Ad quartã nonnulli dixerunt agens potens producere oẽs gradus octo æqualr̃, magis producere A quã B gradum: quatenus determinatur à cœlo, vt.n. potentia motiua indifferens ad producendum A vel B motum, vtpote in dextrum & ſiniſtrum, determinatur ab appetitu ad producẽdum motum in dextrum: ſic agens æquę potẽs oẽs gradus producere determinat̃ ad producendum A vel B ab ipſo cęlo, qđ cęlũ licet ſit agẽs vl̃e, tñ contractũ per certum illius ſtatũ ac conſtellationẽ reddit̃ particulare ſimplr̃, vel dici põt ꝙ eorum quæ ſunt per ſe reddi põt ratio ordinis, at gradus tales ordinẽ non habẽt niſi per accñs, & ideo non põt reddi cã ordinis, & ſic A produxit, & non B, quia paſſum illos ſimul recipere non poteſt, & quia accidit A prius eſſe productum, non.n. põt reddi cauſa quare auus meus Domicius Niphus pręceſſit me, niſi ex incidenti: vt. 8. huius dicetur.

*Ad quintam.*

Ad quintam dico ꝙ quilibet gradus cuilibet eſt per ſe æqualis, quicquid velint calculatores, qm̃ quilibet eſt minimum in gradu, bene tñ vltimus erit perfectior per accñs, quatenus cæteros ſupponit, & ſic præſuppoſitiue vnus eſt altero perfectior, abſolute aũt omnes ſunt æquales, & ſic negatur ordo eſſentialis inter illos.

*Ad ſextam.*

Ad ſextam dico gradus eſſe indiuiſibiles in partes actuales, ſunt tñ diuiſibiles quantitatiue vel gradualiter in partes potẽtiales, vt de minimis ſolet dici, nam gradus formæ, & partes ſimilares actuales formæ eædem ſunt, vt dictum eſt.

*Ad ſeptimam.*

Ad ſeptimam nego conſequentiam, tota.n. latitudo octo conſtat gradibus, cum.n. ſubiectum recipiat formã vt illam appetens, tãdiu durat appetitus, quãdiu dicitur priuata, & econtra, & tot gradus recipit, quot appetit, & ad quot eſt potentia, & quia ad octo ceſſat appetitus ſubiecti, & priuatio: & potentia, vt calculatores accipiũt, ideo latitudo conſtat octo gradibus, & non pluribus. Ad rõnem vero negatur iterum conſequentia, licet.n. vnum agens poſſet producere infinitos gradus diuiſim in diuerſis ſubt̃is non tñ in vno põt plures producere q̃ octo, quia quodlibet ſubiectum põt appetere ſemper aliũ gradum vltra gradum vſq; ad octo, nullum tñ appetit plures octo, quia ad illum ſtat perfecta aſsimilatio, & ad illum ceſſat priuatio, potentia, & appetitus.

*Ad octauam.*

Ad octauam patet ſolo: omnis.n. gradus per ſe omni gradui per ſe eſt æqualis, p̃ſuppoſitiue octauus eſt intenſior, & propterea ab eo eſt toti' latitudinis denoĩatio.

*Ad nonam.*

Ad nonã negat̃ argm̃, reſpectu.n. vnius minimi ſubt̃i fortaſſe omnis

latitudo eſt vniformis,at conſiderata extenſione ſubiecti,poteſt eſſe aliqua vniformis,& aliqua difformis,vniformis quidem ſi quodlibet minimū ſubiecti eſt æqualiter quale,difformis aūt ſi non quodlibet ſubiecti minimum erit æqualiter quale, vt ſuperius dictum eſt. Ex iis patet quales partes ſint gradus ipſius formæ, non enim ſunt partes eſſentiales diuerſarum rōnum, ſiue diſſimilares, quare erunt partes eſſentiales eiuſdem rōnis ſiue ſimilares quæque non indocte dicuntur partes quantitatiue perfectionales actuales,quæ ita ſunt formæ intenſibilis,ſicut partes actuales quanti ipſius, eſt.n. forma quantitas quædā perfectionalis. Hęc de dilucidatione.

*Quæ partes gradus ſint.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis ad primam patet ſolutio: partes.n. graduales ſunt eſſentiales,& quantitatiuæ: quantitatiuæ quidem perfectionales, eſſentiales vero eiuſdem rōnis, vt dictum eſt. Ad ſecundam dico ꝙ aliquam formā habere gradus ſm̄ eſſentiam pōt intelligi bifariam,aut ſm̄ eſſentiam: quia reſpectu eorum, de quibus prædicatur eſſentialiter, vel quibus ineſt eſſentialiter,& ſic nulla forma habet gradus, albedo enim reſpectu huius, vel illius albedinis non habet gradus, cum illis comparetur mere quidditatiue,ac indiuiſibiliter, aut reſpectu eorū, quibus cōpetit per accñs, vtpote reſpectu ligni vel corporis,quæ ſunt illius ſubiecta, & ſic forma intēſibilis habet gradus ſm̄ eſſentiam,vt dicemus in.10. huius: Ad tertiam dici poteſt, ꝙ duplex eſt contrarietas, meta. & phyſica,metaphy. eſt ſm̄ eſſentias formarum:& hęc nō requirit gradus, alia eſt phyſica,quæ eſt reſpectu ſubti, cui repugnanter inſunt formæ,& hęc requirit gradus,& ſic ſoluitur argumentum:& per idem ad aliam formam, Hæc de ſexta diſputatione.

*Eodem textu*

# DISPVTATIO SEPTIMA

## De motu intenſionis formæ.

*Num intenſio formæ ſit motus continuus.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod intenſio formæ ſit motus cōtinuus,arguitur prīo,quia oīs motus eſt cōtinuus,at intēſio formę eſt motus in formā:igitur intenſio formę eſt continua.maior probatur primo ex diffinitione motus, inquit.n. Auer.3.phy.ex diffinitione motus colligi continuitatem. Secundo ante omnem motum eſt motus, igitur omnis motus eſt vnus & cōtinuus aūs eſt Ariſto.& Auer.6.phyſico, vbi ex propria intentione verificant hanc pōnem in omni ſpecie motus. Tertio ſi motus non eſſet vnus & continuus tunc motus aliquis eſſet in inſtanti: & vltra ſequitur in eodem nunc eſſe motum & quietem, vt arguit Ariſto.in.6.phy. Quarto oē agēs citius agit in partem propinquam quam in remotam, igitur oīs motus eſt vnus & continuus. aūs eſt Ariſto.in 6.& Auer. Quinto ſi non omnis motus eſſet vnus & continuus, tunc motus daretur primum contra Ariſ.6. phy.per totum. Sexto ſi motus non eſſet vnus & continuus,tunc nullo toto motu pars aliqua eſſet prior,qđ eſt contra Ariſt.qui probat in ſexto primam medietatē eſſe priorē toto motu, quia motus eſt vnus & cōtinuus, ſic igitur omnis motus eſt vnus & cōtinuus, & cum intenſio formæ ſit motus, relinquitur intenſionem eſſe vnam & continuam. Secundo principaliter arguitur alteratio & auctio ſunt motus continui:igitur intēſio, qm̄ intenſio formæ eſt alteratio quædam in formam & auctio eiuſdem. Tertio remiſſio formæ eſt motus continuus,vt calculatores ſupponunt,igitur & intenſio,qm̄ intenſio vnius contrarij eſt remiſſio alterius, & econtra. Quarto vna intenſio formę eſt altera velocior,igitur intēſio eſt vna & continua, oē.n. velox eſt in tēpore. Quinto intenſio velocitatis in motu naturali, & remiſſio in motu violento eſt vna & continua,qm̄ motus naturalis & violentus eſt vnus & continuus, igitur & intenſio velocitatis. Sexto ſi intenſio non eſſet motus cōtinuus, tunc eſſet dabile minimum in gradu. cōſequentia tenet apud oēs:& cōſequens eſt impoſſibile, quia ſit detur ſit illud remiſſiſſima viſio,ſiue minima viſio,quæ ſit cauſata à viſibili quodam in tanta diſtantia in quanta ſufficit cāre minimā illā viſionem. Tunc arguo ꝙ ſi hæc dareтur,tunc rei permanentis daretur vltimum,qđ deduco ſupponendo, in hoc inſtanti quod eſt præſens, in quo primo eſt illa minima viſio,illud viſibile elōgari ab oculis,tunc illud erit vltimū, deduco quia in illo erit & immediate poſt illud non erit, igiŧ illud fuit vltimū. Septimo raritas continue intenditur,igitur alicuius formæ intenſio eſt cōtinua. aūs probatur, quia partes eius corporis,quod rare fit:continuo magis ac magis diſtāt inter ſe per motum localem ipſarum partium:igitur raritas talis corporis continuo intenditur: aliquod.n.rarius eſſe nihil aliud eſt ꝗ partes eius magis ac magis diſtare. Octauo intenſio luminis in medio eſt vna & continua,igitur aliqua intenſio eſt vna & cōtinua. aūs probatur ponendo per caſum ꝙ aliquod luminoſum alicui parti medij illuminabilis approximetur per negationē de præſenti,tunc arguo in quolibet inſtanti temporis menſurantis approximationem illius luminoſi pars illa eſt magis lucida ꝗ erat,igitur talis intenſio eſt continua & vna rō patet,quia ſicut approximatio eſt vna & continua,ita illuminatio erit vna & cōtinua. Nono,ſi intenſio non eſſet vna & continua, tunc agens naturale approximatum paſſo bene affecto non ageret, deducitur quia vel poſtquam agens cœpit agere continuo per totum tempus aget, vel deſiſtet ab actione,ſi cōtinuo agit formam intendendo,tunc intenſio erit vna & cōtinua, ſi deſiſtet ab actione,tunc ſequitur dictum abſurdum. Decimo intenſionem non vnam eſſe & continuā contradicit ſenſibus, quilibet.n.experitur poſtquam ſenſit calorem in manu ſi in eadē approximatione teneat manum ad ignem illam continuo magis calefieri. In contrarium ſunt peripatetici oēs qui tenent intenſionē formæ bene eſſe motum ſucceſſiuum,non tamen vnum & continuum. Hæc de dilucidationibus.

*Com.6.* *Cōm.32.* *Cōm.48.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO declaratione tituli debes ſcire duplicē eſſe, formæ generationem,alteram per quam forma ipſa dr̄ abſolute eſſe,alteram per ꝗ non dicitur abſolute eſſe, ſed qua dicitur eſſe maior vel intenſior ꝗ erat. Prima dr̄ generatio abſoluta,quia per ipſam forma abſolute hēt eſſe poſt non eſſe.Secunda dicitur generatio comparatiua, quia per illam dr̄ forma eſſe maior ꝗ erat. Quare intenſio formæ eſt gn̄o comparatiua formę,ſiue motus formæ,quo ipſa dr̄ maior ac maior ꝗ prius erat.Remiſſi āt dr̄ generatio formæ,per ꝗ forma dr̄ minor ac minor,ꝗ erat. Ex his patet oēm intenſionē formæ ſupponere illius gn̄onem, & oēm remiſſionem ſupponere illius eſſe. accipiŧ aūt coninuum in propoſito, vt diſtinguiŧ cōtra diuiſum ac interpollatum. Diuiſus.n.motus dr̄ inter cuius

*Quid intenſio.* *Quid remiſſio.* *Exceptum.*



cuius partes cadit quies. Continuus autem cuius partes copulantur ad vnum cōem terminum,videlicet ad vnū mutatum eſſe,ſiue ad vnum cōem momentum. Quærit igitur diſpu.ſi intenſio formæ ſiue generatio comparatiua formæ ſit motus vnus ac cōtinuus,inter cuius partes nulla inter ſit quies, imo quæ copulentur ad vnum terminum communem. Hæc de titulo.

*Quid cōtinuū.* *Intellectus quæſtionis.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione ſenſere nonnulli & de mente expoſitoris totius formæ intenſionem non eſſe vnā & continuam, ſed partialem, cuius partis intenſionem volunt eſſe continuam & vnam,totam aūt eſſe ſucceſſiuam,nō tamen vnam ac continuam. Dicitur autem forma tota, qua habita ceſſat priuatio, potentia & appetitus ſubiecti ad illam, qualem calculatores dicunt eſſe caliditatem vt octo, hæc.n.dicitur tota,quia totam potentiā ac priuationem,totumꝗ; appetitum ſubiecti ad illā tollit. partialis forma dicitur, quæ partem potentiæ, priuationis,ac appetitus tollit:vt vna pars illius actualis, ꝗ dicitur gradus formæ. Volunt igitur generationem cuiuſq; gradus,quæ dici poteſt partialis intenſio,quatenus in illa ſemper aliquid præſupponitur & aliquid fit maius quam erat eſſe vnam & continuam, totam vero intenſionem totius formæ eſſe ſucceſſiuam, ſed non vnam & continuam. Modus aūt eſt, vt ſumatur ignis & ſignetur primū inſtans approximationis alicui calefactibili ſiue accipitur in quo non approximetur per affirmationē, ſed ſic ꝙ in illo non: & imediate poſt illud ſic, certū eſt ꝙ ignis in illo incipiet agere per negationem, quare immediate poſt illud aget in ligno aliquid caloris, vtpote calorem remiſſiſſimum, non tamen illum egit ſubito, quia illum citius ageret fortior ignis,quam debilior: & hoc modo in tempore. hæc igitur generatio huius caloris dicitur prima intenſio,& eſt continua,quia in tempore vno:deinde ceſſat ignis agere & lignū pati donec iterum ſecunda intenſione ab eodem agente in idem lignum gn̄etur tantundem caloris, & iterū quiete interpoſita faciat tertiā partē caloris: quouſq; tota ſit acquiſita. Quo in caſu patet particularem intenſionem, quæ eſt vnius gradus,generationem eſſe continuam & vnā, totam vero intenſionem eſſe ſucceſſiuam, non tamen vnam & continuam,quatenus quies interponitur. Sed hæc poſitio eſt friuola,qm̄ quæro propter quid particularis intenſio eſt motus cōtinuus et vnus,totalis nō, aut hoc eſt quia agens prius diſponit,& poſtea generat, aut quia prima eſt diuiſibilis in infinitū,ſi quia agens prius diſponit, tūc intēſio illa particularis erit finis prioris alterationis diſpoſitiue, ſed oīs finis eſt indiuiſibilis, vt dicitur.6.phyſ.ſemper.n.terminus eſt indiuiſibilis ex ea parte qua eſt terminus,igitur talis particularis intenſio erit indiuiſibilis, ſi quia prima eſt diuiſibilis,tunc magis tota intenſio erit vna & cōtinua:qm̄ forma eſt magis diuiſibilis.præterea pars formæ eſt eiuſdem ſpēi cum tota forma: vel igitur pars formæ eſt continuo motu acquiſibilis per naturam formæ,aut per naturam agentis illā,aut ſubti recipientis,non per nām formę, quia cum tota forma & illius pars ſint eiuſdē ſpēi,eadem rōne erit de tota,vt de parte:non per rōnē agentis,qm̄ agens aut eſt potentius poſt primam actionem, aut æquipotens, quare ſi motu cōtinuo potuit partē primā gn̄are, igiŧ & oēs,quia ad oēs comparaŧ ſm̄ tādē rōnem,nec ex parte ſubti recipientis,qm̄ ſubm̄ per acquiſitionē primæ partis magis eſt aptum reſiduū recipere, igiŧ ex parte ſubti erit aut æqualis cā,aut maior gn̄ationis reſidui vltimo ſi prima pars formæ motu continuo & in tempore acquireretur,tūc eſſet ex partibus actualibus infinitis, vt deducetur contra proximam poſitionem. Alij & fere oēs calculatores dixerunt oēm formæ intenſionem eſſe vnam ac continuam, imaginantur.n.formam aliquā, v.g.caliditatem primo generatione abſoluta gn̄ari quo ad primum minimum,deinde illi intēſionē continuam addi.verbi cauſa in hoc inſtanti quod eſt pn̄s caliditatis vnum gradū induci in ligno,& in eodem per negationē incipere illius intenſionem, vt ſi A ſit primum inſtās eſſe caliditatis,tunc in A non eſt illius intenſio & imediate poſt A in toto tempore illi A inſtāti continuo vſq; ad finem erit intenſio, quare tota intenſio eſt vna & continua,licet generationis formæ ſit dare primum. Sed hęc pō non eſt peripatetica. Primo accipio primum minimum:vel acquiritur in tempore, vel in inſtāti.ſi in tpe, igitur nō erit primum, omne.n.primum & vltimū vult eſſe in indiuiſibili temporis.6.phy.ſi in inſtanti,vel igitur in eodem inſtanti eſt remiſſio formæ illi contrariæ, vel in toto tempore præcedenti primū inſtans illius formę forma cōtraria remittebatur.ſi in inſtanti, igiŧ remiſſio non erit continua, immo indiuiſibilis:& à pari nec intēſio,ſi in tpe p̄cedenti ſit remiſſio formæ contrariæ,& in primo nō eſſe illius gradus formæ cōtrariæ ſit illius minimi generatio,tūc corruptio vnius cōtrarij nō eſſet generatio alterius,non.n.ita cito ſicut forma contraria inciperet corrumpi, altera ſibi cōtraria inciperet gn̄ari ſm̄ hunc caſum.quare oportet dicere illud minimum generari in tempore,ſicut gradus oppoſitus corrumpiŧ in tpe.Secundo aut primū minimum formæ,intēdēde acquiritur ſubito quia eſt generatio,& totum reſiduum non,quia totius reſidui acquiſitio eſt motus, aut quia primum & reſiduum differunt natura.Ex parte.n.agētis & ſubti nulla poteſt poni differentia, eſt.n.agēs idē, & ſubiectū,idem in prima & totali acquiſitione, igitur eſſe non pōt differētia niſi quia acquiſitio primi gradus eſt generatio, cęterorū aūt eſt motus:ſed non eſt acquiſitio ſubitaria primi gradus: quia illa eſt generatio, cæterorum temporaria,quia eſt motus, qm̄ ambæ vn̄r generationes:prima quidem abſoluta,ſecunda vero comparatiua,prima ex non eſſe formæ ad eſſe,ſcđa ex non tanta forma ad tantam formam,igitur vtraq; eſt ex priuatione in formam, item vtraq; eſt ab eodem agente, & vtraque in eodem ſubiecto ſm̄ quid in potentia:igŧ acquiſitio primi gradus erit generatio: & cuiuſlibet cæterorum, nec dici poteſt prima generatio & ſcđa motus. quia primus gradus,& ſecūdus differūt nā,ambo.n.ſunt partes eiuſdem formæ ſimilares atq; eiuſdem rationis. Quare ſicut primi gradus acquiſitio erit generatio,ita cuiuſlibet cæterorum. Tertio volo quod producto primo gradu caliditas, calefaciens deſiſtat ab actione per horam, deinde iterum agat vel incipiat agere totū reſiduum caliditatis, vel igitur illius nouæ caliditatis generande habitus primum,vel non. ſi non, igitur non cuiuſlibet rei permanentis generande daretur primum contra regulas.8.libri phyſi.ſi ſic, & tale auget ſiue intendit primum gradum iam productum, & non niſi ſubito, quia tale primum ſubito fit per eos:igitur aliqua intenſio alicuius formæ non erit motus vnus & continuus. Et de poſitionibus hactenus dicta ſufficiant.

*Poſitio.* *Quid tota forma quidue partialis.* *Modus dicendi.* *Confutatio.* *Commen.53.* *Pō Gregorij in 1.ſententiarū.* *Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

AVERROES, Thomas, Simplicius, Them. & oēs boni peripatetici arbitrantur hoc modo nullius formę inten-

*Pō ſpipateticæ.*

intenſionem eſſe motum continuum & vnum, ſed eſſe quaſi cõpoſitum ex pluribus motibus pluribusq́; quietibus, quatenus ſemper inter partes motus quies intercidit, verbi cã, in intenſione caliditatis in primo inſtãti approximationis ipſm calefaciens producit in ligno primum gradum caliditatis, qua generatione caliditas dr̃ abſolute generata, vel in primo inſtanti approximationis agit tam perfectam caliditatem, quã põt: poſtea mobile per tempus quieſcit ſub prima forma producta do nec iterum calefaciens ſecundo producat tantam vel minorem vel maiorem, in eodm ligno priorem augẽdo, & hoc modo vſque ad finem, & vt de intẽſione caliditatis dicunt, ita de intenſione cuiuſque formę volunt eſſe intelligendum. *Triplex qualitas.* Ad cuius dilucidationem accipio primo trifariam eſſe qualitatem intenſibilem apud calculatores *1. ſuppoſitio.* alia quidem eſt gradualiter diuiſibilis. Sed nec in ſubiecto diuiſibili, nec habens contrarium, vt habitus atque animæ virtutes. 3. Ethico. hæ enim gradu diuiſibiles ſunt, & intenſibiles, at neque ſunt in ſubiecto diuiſibili, nec habent contrarium, alia eſt gradu diuiſibilis, & eſt in ſubiecto diuiſibili: contrarium, tamen non habet, vt lumen, viſio, & quæuis ſenſatio, lumen enim in perpiſcuo eſt diuiſibili, ſenſatio in organo alia eſt gradu diuiſibilis, in ſubiecto diuiſibili, & habens cõtrarium, vt primæ qualitates elementorum, & ſecundę ex illis reſultantes, huius generis reductiue ſunt velocitas in motu & tarditas, item dimẽſio, licet modo quodam ęquiuoco dicantur intenſibiles. *2. ſuppoſitio.* Secundo accipio nullam qualitatem intenſibilem eſſe diuiſibilem in infinitas partes actuales, immo calculatores dixerunt cuiuſque talis partes eſſe octo, quas gradus appellant, hoc enim numero contenti ſunt & probatur partes tales actuales non poſſe eſſe infinitas, quoniam quælibet qualitas talis eſſet infinita, quoniam conſtaret ex partibus infinitis, quarum quælibet eſt aliquantæ perfectionis, igitur tota qualitas erit infinitę perfecta, & infinitę. *Excerptum.* Ex hac ſuppoſitione ſequitur eſſe dabile minimum, & maximum in gradu per affirmationem apud peripateticos. deducitur, quia cum qualitas ſit diuiſibilis in partes actuales finitas, deueniendum eſt ad minimam, qua minor eſſe non poteſt, & ad maximam, qua maior eſſe non poteſt. *3. ſuppoſitio.* Tertio accipio nullam talem formam eſſe producibilem ſub minori gradu quã ſit eius minimum. probatur, quia ſub tanta quantitate ſiue gradu forma eſt producibilis, ſub quanto eſſe poteſt. probatur, quia generatio eſt ad eſſe, igiť, ſub quanto eſſe poteſt ſub tanto eſt producibilis. quare cum nõ poſſit eſſe ſub minori gradu minimo, igitur nec generari poterit ſub minori. *Excerptum.* Ex hac ſuppoſitione ſequitur intenſionẽ in vnoquoq; inſtanti tpis menſurantis illam non fieri poſſe ſub minori q̃ ſit vnus gradus, qm̃ intenſio eſt generatio poſterioris partis formę, & auctio prioris, quando.n. caliditas intenditur, ſupra priorem formam generatur poſterior: quare omnis intenſio quædã eſt gñō ſaltem poſterioris gradus, ſed generatio eſſe nõ põt formæ ſub minori gradu quã ſit minimus per ſuppõnem, igitur nec formę intẽſio põt fieri in quolibet in*4. ſuppoſitio.*ſtanti per minus minimo. Quarta ſuppõ licet forma nõ ſit producibilis ſub minori nõ tñ ſub maiori maximo. Prima pars patuit, qm̃ minimum potens eſſe, eſt minimum in generatione ac productione. Secũda iterũ patet qm̃ minimũ agens eſt quod minimũ habet exceſſum ſupra paſſum & per conſequens minus minimo ꝓducere non poteſt, at ſi agens excedat paſſum per plus quã per minimum ſupra pari reſiſtẽtia producet plus, & hoc modo patet ſecunda pars. Tertia conſtat quia ꝙ non eſt poſſe eſſe, nõ eſt producibile, at maius maximo nõ eſt poſſe eſſe, igitur nec producibile. *1. concluſio.* His ſumptis ſit prima concluſio, oĩs intenſio ſiue auctio cuiuſuis formæ totalis eſt motus ſucceſſiuus. probatur, qa vna pars acquirit prius, & alia poſterius, & nullæ duę ſiſ, igitur eſt motus ſucceſſiuus, aliter ita cito ſicut acqreret illius vna pars, oẽs ſimul acquirerẽtur. dr̃ aũt in cõcluſione totius formæ ſiue totalis, quia quicquid ſit de parte illius, tota forma intenſibilis ſimul acquiri nõ põt in ſubito aliquo, niſi aut illud nullius eſſet reſiſtẽtię, aut agens eſſet infinitum. *2. concluſio.* Secunda ex parte gradus nulla intenſio totalis formæ eſt motus cõtinuus è principio vſque in finem. probatur, quia ſi eſſet motus continuus, tunc in quolibet inſtanti temporis menſurantis illum motum erit forma intenſior quam prius erat: vel igitur in quolibet inſtanti erit intenſior pluſquam erat per minimum, aut per minus, aut per maius: nõ per minus minimo, quia per quartam nulla forma eſt generabilis per minus minimo, & per illius excerptum nec intẽſibilis eſt per minus minimo. ſi aũt in quolibet inſtanti erit ſemper maior ac maior per minimum, vel plus, cum in illo tempore inſtantia ſint infinita, in fine tota forma erit infinita: qm̃ in fine in ſubiecto erunt producta infinita minima, & ita, infinita erit forma per ſecundam ſuppõnem. *Com. 23.* hanc rõnem non modo olfecit Auer. 8. phy. dum probauit auctione non eſſe motum continuum, ſed expreſſit. intulit. n. ꝙ ſi auctio eſſet motus continuus, tũc in fine quantitas aucta eſſet infinita, quod valet per fundamenta hic declarata. *3. concluſio.* Tertia ex parte extenſionis ſubiecti nulla intenſio totalis eſt motus continuus, probatur qm̃ ſicut agens non poteſt agere vnica actione formã quantumlibet minorem, nec paſſum quantumlibet minorem recipere ſic ipſum agens vnica actione non põt agere in paſſum quantumlibet minus, & ſic oportet vt ſua potentia non ſe extendat in minus minimo nec in maius maximo. Quare nec ex parte gradus nec extenſionis ſubiecti intenſio eſſe põt motus vnus & continuus. Et quia eſt ſucceſſiuus. igitur erit totalis intenſio compoſita ex pluribus motibus, pluribusq́; quietibus. *4. concluſio.* Quarta cõcluſio, partialis intẽſio fit in inſtanti. v. g. ſit generatus nunc vnus gradus caloris, dico ꝙ ſi debet prior gradus intendi, in inſtanti debet generari in eodẽ ſubiecto ad minus vnus alius gradus: probatur, quia ille ſecundus gradus, vel generatur in tpe, vel inſtanti. ſi in inſtanti, igitur particularis intenſio fit in inſtanti, qđ volebam, ſi in tempore, igitur vna eius pars in parte vna temporis, & altera in altera, igitur gñatio formæ poſſet eſſe minus quam per minimũ, qđ eſt contra oia dicta, quare oportet dicere ꝙ quemadmodũ gñō primi gradus ſiue minimi primi eſt ſubitaria, ſic generatio ſecundi, at gñō ſecundi eſt primi intenſio, igitur intenſio ipſa particularis eſt momentaria, & gñō tertij eſt intenſio totius prioris aggregati ex primo & 2. & eſt etiã in inſtanti, & hoc modo de quarto vſq; ad finem, igiť licet quælibet intenſio particularis ſit ſubitaria, tota eſt ſucceſſiua, qm̃ inter inſtantia ſemper cadit tempus: hãc rõnem tangit Auer. 3. phyſi. arguens ſi augumentũ ſiue *Com. 6.* alteratio eſſet motus ſimpliciter cõtinuus & vnus, tunc ſm̃ quodlibet minimum tẽpus ſenſibile menſurante auctionem & alterationem, eſſet aſsignare minimam partem formę, ſenſibilem, habet conſequens tanq̃ impoſſe,

quare



quare concludit auctionem & alterationẽ non eſſe vnũ & continuum motũ, ſed compoſitum ex pluribus motibus, pluribusq́; quietibus. *Modus intenſionis. De qualitatibus primis.* Nunc de modo intenſionis agamus, & primo de qualitatibus gradualiter diuiſibilibus, quæ ſunt in ſubiecto diuiſibili, & habent contrarium: ſunt autem iſtæ aut primæ elemẽtariæ, aut ſecundæ mixtorum: ſecundæ augentur intenſione primarũ: ideo de intenſione primarũ agamus, nam de intẽſione ſecundarum erit dictũ: ſapor. n. intendiť ex intenſione caliditatis ac humiditatis, primæ autem nullarũ aliarũ priorũ intẽſione præſuppoſita intendunť quare de intenſione harum dicamus, accipiať igitur agẽs aliquod vtpote calefaciens, quod excedat reſiſtentiam paſsi ſaltem minimo exceſſu, quo ſufficit agere, probauimus. n. illum eſſe dabilem in lib. cœli, & notanter dico ꝙ excedat paſſum, quia vbi nõ excederet, actio nulla eſſet, ab æqualibus. n. non prouenit actio, tũc in primo inſtanti applicationis huius agẽtis ad paſſum producit in ligno tantam caliditatem quantã potuit, non tamen minorẽ minima, & illam in prima parte ſubiecti, quæ ſit minima ſiue tanta in quantã potuit idem agẽs, in eodemq́; inſtanti contrariam abiecit: ita vt hoc inſtans ſit primũ applicationis, primum eſſe formæ intendẽde ſiue producende, & primũ non eſſe formæ contrariæ, hæc igitur prima ꝓductio appellatur abſoluta generatio formæ: qua ipſa ſimpliciter nũc primo eſt poſt non eſſe: tunc dico ꝙ facta hac productione, vel illud agens remanet præciſe æquipotens, vel augebitur aliqua ex cauſa, minus. n. remanere non põt, ſi remaneret æquale, adhuc vel paſſum eſt vnius minimi, vtpote pedale vel pluriũ: vtpote bipedũ, vel tripedũ. ſi pedale, tũc dictum agens æquipotens in dicto pedali eundẽ calorẽ continuo conſeruabit, ſin aũt ſubiectũ eſt magnum. V. g. tripedum & agens ex actione auctum, tũc agens illud producta prima caliditate, & interpoſita quiete tã actionis quã paſſionis, in ſm̃ ſubiecti pedale aliã producet caliditatem, & priorem intendet, ita vt in ſecundo inſtanti priori ꝑ tps mediato contrariam expellet à ſecundo pedali ſubiecti, & in eodem contrariã remittet in primo pedali ad duo & priorem intẽdet vltra ad vnum, ita vt ſit vt duo, & oĩa hæc in ſecudo inſtanti illi priori mediato ꝑ tps certum, in tertio inſtanti introducet vnam tantam caliditatem in tertio pede ſubiecti, quãtam in ſecũdo illius & primam in primo pede intendet ſupra priorẽ ad vnũ, & ſecundam iterũ ad vnũ, ita vt prima ſit vt tria in primo pede, ſecunda vt duo, in ſecundo pede, tertia ſit vt vnum in tertio pede, & ita de cæteris vſq; in finem ſi ſubiectũ eſt magnũ: & agẽs ex actione ſemp reſtet æquale, in primo inſtanti in primo pedali producet vnum & in ſecundo in pede ſecundo, ſecundũ, & in tertio in tertio pede tertium nullum illorum intẽdendo vſq; in finẽ latitudinis, at ſi ſubiectũ eſt pedale & agẽs ex actione auctum, in primo inſtanti in illo remittit cõtrarium ad vnum & introducit de forma vnum, & in ſecundo remittet contrarium ad duo, & auget priorem ad duo, & ſic ſemper quiete interpoſita vſq; ad finem ꝓficiſcetur, huius interpolationis cauſa eſt dicta, qm̃ forma nec eſt diuiſibilis in minora minimis, nec producibilis. per minora minimis, quibus patet intẽſionem ſemper eſſe generationem, qm̃ reſpectu prioris eſt intenſio, reſpectu nouæ generatio. Prima. n. formæ gñatio non eſt intenſio, ſed illius abſoluta productio, itẽq́; & cõtrarij remiſſio, at ſecunda eiuſdem generatio eſt prioris intẽſio: & cõtrarij etiam remiſsio. Hæc de qualitatibus diuiſibilibus, in ſubiecto diuiſibili, & habentibus cõtrarium. *De intenſione luminis.* Et de luminis intenſione ac qualitatum diuiſibilium nõ habentium cõtrarium auctione agamus. luminoſum igiť vt ſol in vltimo inſtanti tpis menſurantis eius acceſſum ad perſpicuũ producit in illo vnum gradũ luminis, deinde & ſi continuo ſol moueatur, tunc per aliqđ tps non producet maius lumen: nec extẽſiue nec intenſiue: & in vltimo inſtanti illius motus cauſat lumen minimũ extenſiue ſecundam partem perſpicui illuminãdo, qua minorem non poſſet per ſe illuminare, & in ipſomet inſtanti ſecundo prius lumen in parte prius illuminata intendet, donec cõpleatur illuminatio tota gradualiter, & extenſiue. cauſa aũt eſt & quia non quælibet approximatio ſufficit ad illuminandũ, & quia intenſio luminis fieri non põt per minus minimo. *De intẽſione habituum.* De habituum intenſione agamus, & dicimus ꝙ habitus & virtutes augenť ex frequentatis actibus. 3. Ethic. oportet. n. imaginari ꝙ quẽadmodũ nõ oẽs guttę cauant lapidem. 8. phy. *Cõm. 23.* ſed vltima virtute cæterarum: ſic nõ oẽs actus habitum augẽt, ſed vltimus virtute cæterorum. Et de auctione magnitudinis eodem modo eſt dicendum. *De actione.* Tum quia auctio vel eſt generatio formæ in pluri materia q̃ erat, vel finis illius, igitur particularis auctio erit ſubitaria, ac per minima, tum quia dimenſio vt eſt forma naturalis, non eſt diuiſibilis in infinitum in partes actuales, quare oportet imaginari vniens ipſum ſub certa dimenſione productum prima actione ab aĩa augeri per minimum: ita vt prima auctione relinquatur maius quã erat ꝑ minimũ, & in ſecunda iterũ pluſq̃ erat per minimum, & ſic vſq; in ſtatum, qua ratione tota auctio licet ſit ſucceſsiua, non eſt continua: quod Auer. 8. phy. probat, nam ſi in *Cõm. 23.* quolibet inſtanti vniens eſſet auctum: in fine tpis eſſet infinitum. probatur, quia non põt eſſe actum per minus q̃ ſit minimum: cum forma non ſit diuiſibilis per minora minimo, igitur in quolibet inſtanti erit auctũ per minimum, ſed infinita ſunt inſtantia in illo tpe, igitur in fine erunt in vniente minima infinita, & ita erit in infinitum auctum. Hæc Auer. *De intenſione velocitatis.* Simili rõne de velocitatis intenſione eſt dicendũ in motu locali ipſo naturali, nam ſi velocitas continuo intenderetur, tunc in quolibet inſtãti tpis menſurantis motum naturalẽ eſſet maior, & cũ nõ poſſit eſſe maior minus quam per minimũ, cũ velocitas ſit forma naturalis, & nulla forma naturalis eſt diuiſibilis in minora minimis, igitur ſi in quolibet inſtanti eſſet maior, tunc in quolibet inſtanti erit maior per vnũ gradum minimũ, & cũ inſtantia ſint infinita, igitur in fine motus velocitas erit infinita. Sic igitur vt de lumine eſt dicendum, ꝙ in motu à virtute mobilis & medij acquiritur vnus gradus velocitatis, deinde mobile moueť certo tpe, in cuius vltimo producit ſm̃ gradum velocitatis priorem augendo, & ſic vſq; in finẽ, & huius cauſa eſt, quia velocitas eſt quædam forma naturalis, quæ nõ eſt augibilis per partes minores, & minores in infinitũ, vt cæteræ formæ naturales. Erit igitur ex oĩbus, iis concluſio hæc ꝙ nulla intẽſio eſt motus cõtinuus, & vnus. qua ratione euenit, vt nec ipſa remiſsio nec tarditas nec diminutio ſit motus continuus & vnus. Hæc de dilucidatione dicta ſufficiant.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His ſufficienter elucidatis ad primam negatur maior. Ad rationem primã quæ probat maiorem dico ꝙ 3. phyſi. diffinitur motus in eo ꝙ motus, & conceditur de ratione motus vr̃is eſſe continuitatem, non aũt de ratione huius vel illius motus in ſpẽ, vt ibidẽ dicit Auer.

Aliquid.n.competit alicui per rationem generis, quod non competit motui per rationē ſpēi, per rationem.n. motus in genere oīs motus eſt vnus & cōtinuus, non tamen per rōnem ſpēi, ſolus.n.localis per rationem generis & ſpēi eſt vnus & continuus, cæteri oēs per rōnem generis ſunt continui; per rationē ſpēi ſunt interpolati, Cōm.74. vt Auer.ait.6.phy. Ad ſecundam cōcedo ante oēm motum eſſe motum per rōnem generis, non aūt ꝑ rōnem ſpēi, ante.n.primam minimi generationem non eſt generatio. Aīaduerte tamen, ꝙ ante oēm motum eſſe motum pōt bifariā intelligi etiā ſub ratione generis, quia vel per inceptionē, vel per deſitionem: ſi intelligitur ꝑ deſitionem, conceditur ante oēm motū deſijſſe aliquē motum, quia ſemper ante totum motū deſijt prima eius pars. ſi per inceptionem, negatur ante oēm motum eſſe motum, quia non ante oēm motū incepit motus, qa tunc idem motus inciperet ante ſeipſum, ſilr conceditͬ poſt oēm motū eſſe motū per inceptionē, qm̄ poſt oēm motum incipit motus aliquis, nō aūt poſt deſitionem, non.n.poſt oēm motum deſinit motus, tūc.n.idem eſſet poſt ſe. Ad tertiam conceditur aliquem motum eſſe in inſtanti, non quidem per rationem generis, ſed per rationem ſpēi. Ad rationē Ariſ. dico ꝙ arguit ad hominem: qui tenebat lationem eſſe ſubitariam, & continū componi ex indiuiſibilibus, tunc.n.ſequitur in eodem nunc eſſe motum & quietem. Ad tenēdo Auer. dico ꝙ alterans in vno nunc alterat prima alteratione, in ſecundo nunc mediato ſecunda alteratione etiam alterat, & ſic non ſequitur in eodem nunc eſſe motum & quietem, quia non in quolibet nunc eſt motus & quies, nec ſequitur idē moueri ſimul motibus cōtrariis. Ad quartam conceditnr ex parte agentis agens agere citius in partem propinquam quā in remotā, vel negatur illa oī ex parte, nec.n.forma produci pōt per minus quā per minimū extenſiue vel intenſiue, nec agēs pōt agere vna actione in maius quam in minimum: quare agens naturale æque cito producit effectum in partem propinquā & in remotam intra ſphæram minimam ſuæ actionis. Qm̄ in tota ſphæra & cuilibet parti illius æque bene applicatur. Ad quintā dico ꝙ licet de primo in motu ſint plures poſitiones. Peripatetici tenēt dari primum & vltimum motus in eo ꝙ motus per negationē: motus vero per rationem ſpeciei totalis concedunt primum & vltimum in acquiſitione per affirmationē, per exemplū in alteratione primum erit in primo inſtanti generationis caliditatis: vltimum erit vltimus gradus illius vel primum dicitur primum minimum. vltimum aūt dicitͬ vltimum minimum, cum quibus tamen ſtat cuiuſlibet rei permanentis dari primum per affirmationem, nō autem vltimum per affirmationem, nam multum refert appellare vltimum & primū ſm eſſe, & primum & vltimum ſm generationem, concedunt.n.peripatetici primum & vltimum ſecundum generationē, qm̄ primum minimum: quod prima generatione acquiritur, & vltimum quod vltima generatione habetͬ. Secundū tamen eſſe concedunt primum, negant tamen vltimum, qm̄ omne quod in hoc inſtāti eſt, adhuc erit. Secundum.n. eſſe vltimum dicitur poſt quod res primo non erit. Primum autem, ante quod nihil prius erat, qua ratione cōcedunt primum, negant vltimum, in generatione autē acquiſitiua cōcedunt primum & vltimum: vt dictum eſt. Ad ſextam patet ſolutio, qūo pars intelligi poteſt prior toto, & qūo non, itē & qūo poſterior. Ad ſecundam principalem patet ſolutio ex dilucidatione. Ad tertiam etiam patuit ſolutio ex dilucidatione. Et addo ꝙ non omnis remiſsio vnius contrarij eſt intenſio alterius, qm̄ ſtat frigiditatem vt octo remitti ad vnum, & hæc remiſsio nullius erit intenſio, ſed bene erit eius contrarij generatio. Quando.n.alterum contrarium remittitur, alterum oīno aut intenditͬ, aut generatͬ. Ad quartam dico ꝙ vna totalis pōt eſſe altera totali velocior, quia eſt ſucceſsiua in tpe, particularis omnis eſt ſubitaria. Ad quintam negatur aſſumptum, quia licet motus localis naturalis ſit continuus, non tamen continuo velocitatͬ, vel intenditur in velocitate, vt dictū eſt in dilucidatione. De minimo. Ad ſextam oēs negant minimum inexiſtēs, ſiue ipſum ſit quantum intenſiue, ſiue extenſiue, qm̄ oē quantum quouis modo eſt diuiſibile in infinitū in partes inexiſtentes ſiue potentiales, at minimum per ſe exiſtens, Quidam concedūt illud ſm extenſionem ad hūc ſenſum, ꝙ in aliquanta ſubiecti magnitudine pōt naturaliter ſaluari aliqua naturalis forma, & in aliquanta minori non pōt, igitur dabilis eſt minima in qua pōt. Pari ratione cōcedunt maximum quod, ſic quia in aliquanta maiori pōt: nō aūt ſub omni maiori, igitur datur maxima, nōnulli minimum & maximum extenſionis in diſsimilaribus, quæ etherogenea dicuntur, negāt autē illud in ſimilaribus, quæ dicuntur homogenea, volunt enim dari maximum & minimum bouem, negāt autē maximam & minimam carnem, ſed hoc friuolum eſt, qa ſi partes homogeneæ ſiue ſimilares poſſunt eſſe ſemper minores, poterunt in tam parua quantitate ſumi ꝙ cōſtituūt corpus etherogeneū ſiue diſsimilare in quantitate grani frumenti eiuſdem rōnis cum corpore, qdͩ nunc eſt bos, qm̄ ſi cum quantūlibet minore magnitudine partium homogenearum poteſt ſtare eſſe & forma, etiam cum illis quantūlibet minoribus poterit ſtare vita, qm̄ vita totius reſultat ex compoſitate partium, ſic igitͬ cōcedatur minimum extenſionis in oībus vt in libris phy. eſt concluſum. De minimo intenſionis calculatores negant illud oīno, & per ſe exiſtens & inexiſtens. probant hoc fortiſsimo argumento, quia ponatͬ aliquod lucidum illuminare aerem ſumme diſpoſitum ad lumen ſm quātācunq; diſtantiam pōt, tunc arguo, oī parte proportionali huius luminis eſt aliqua remiſſior, & loquor de partibus ſm extenſionē ſubiecti, igitͬ non eſt dare minimum lumen intenſiue, deducitur, qa ſi detur minimum lumē, eo nō erit in hoc medio aliud minus in aliqua illius parte. antecedēs probatur: qm̄ in caſu dato nulla pars medij eſt per totum vniformiter lucida, ſed quæ remotior eſt, ſemper minus eſt lucida, & quia non eſt dare vltimā partem ſimplr, quæ ſit illuminata etiam non erit dare aliquā minime illuminatā ſeu remiſiſsime, & ita quælibet eſt aliqua remiſsior pars luminis ſitu diſtincta, & ita talis formæ nō eſt dabile aliquod minimum intenſiue, & ſicut dicunt de lumine, ita in oībus formis intenſibilibus negāda ſunt minima, & maxima intenſiue, ſiue in gradu. Et licet de hac materia fuerit longus ſermo alibi, tamen teneo de intentione peripateticorum minimum & maximū etiam in gradu intenſionis, vt ſuppoſuimus in dilucidatione. 1.ſolutio. Tunc ad rationem de viſione remiſiſſima: dicunt nonnulli dabilem eſſe remiſiſſimam viſionem in fieri: non aūt in corrumpi, in fieri quidem, quia rei permanentis datur primum, at in corrumpi non quia non datur vltimum, & ſic admiſſo caſu illa viſio fieret remiſsior ꝑ remotionem viſibilis, & ita oportet illam deſinere per primum nō eſſe & idem de cæteris volūt. Confutatio. Sed hoc nihil eſt: quia ſi non



ſi non daretur vltimum in corrumpi, igitur nec in generari, nam ſi minimum calidum verſus corruptionem poteſt eſſe ſub minori quantitate, tunc minimum frigidum poteſt generari ſub minori & minori in infinitum alr corruptio vnius non eſſet generatio alterius, qm̄ illius quod minimum fuit in generari pōt in infinitū aliqua pars minima corrumpi, igitur in infinitum minor generari. Alij dicunt in his quæ ſubito fiunt, quæ non niſi per inſtans durant, & ex quorum corruptione nihil fit vt ſunt viſio, & illuminatio, & momentum dari primum & vltimum exponendo ſemper per affirmationem: remiſiſsima.n.viſio nunc eſt, & īmediate poſt hoc non erit, item nec immediate ante hoc, igitur ſimul incipit & deſinit, & cum ex illius corruptione nihil generetur, non ſequitur in eodem inſtanti eſſe ſubiectū ſub duobus contrariis. Vel dici poteſt primum inſtans elongationis ipſius viſibilis eſſe primum non eſſe viſionis remiſiſsime, & ſic nego eſſe dabile vltimum, quia quoties tu primum inſtans elongationis ſumis, erit tunc primum non eſſe illius & ſic rō nulla. 2.Solutiones. Ad ſecundam rationem, quæ nunc facta eſt de lumine dico eſſe deueniendum ad vltimū ſpatiū medij illuminati, quod æqualiter eſt per totum remiſſe illuminatum, quia ex quo eſt minimum, agens pōt æqualiter in primam & vltimam illius partem, vnde concedo lumen ſphæraliter multiplicari proportionabiliter non quidem per partes potentiales, ſed per partes actuales, eſt igitur deuenire ad vltimum remiſſum lumen. Ad ſeptimam dico ꝙ neceſſario raritas conſequitur illam partium diſtātiam, non enim eſſe pōt, quin corpus rarefiat, tn̄ raritas non conſequitur eam pro quolibet inſtanti, vt dictum eſt de velocitate, & ſic negatur conſequētia. Alr & facilius dico occupationem maioris loci non eſſe motū localem, ſed gn̄onem maioris loci: quę fit in inſtanti, ſicut generatio caliditatis, & gn̄o raritatis, occupatio.n.maioris loci nō fit per ſe, ſed conſecutiue, ſicut tenendo reſolonem vſq; ad materiam primam. In inſtanti gn̄onis ignis ex aqua fit maior raritas & occupatio maioris loci, ex quo ſeqtur occupationem illam non eſſe per ſe tn̄ alicuius motus, ſed conſecutiue tn̄. Ad octauam patet ſolutio ex dilucidatione, non.n.quęlibet approximatio ſufficit ad illuminandum, ſed in vltimo inſtanti certe approximationis fit lumen, vt dictum eſt, & ita licet motus luminoſi ſit continuus: tn̄ illuminatio eſt interpolata. Ad nonam dico ꝙ agens eſt impeditum propter formæ repugnantiam: repugnat.n.formæ in quolibet inſtanti intendi. Et ſi dices tp̄s interpolationis eſt diuiſibile, & hēt plura inſtantia, quare igitur agens potius in vno quā in altero agit, patuit ſolutio ex proxima diſputatione, tn̄ dico ꝙ ordinis accn̄talis non eſt reddenda cauſa, niſi ex motu cœli, ſol.n.plures radios producere pōt, producit tn̄ hunc magis quam illum per accidens: ex motu tn̄ cœli ordinato. Ad propoſitum agens agit magis in vno quam in altero per accn̄s, ex motu tn̄ cœli eſt determinatum. Dici etiam poteſt agens interim agere, ſed conſeruādo, non aūt producendo. Ad.10.dico ſenſum decipi circa ſenſibilia per accn̄s, non aūt circa ſenſibilia Correlaria. per ſe. Ex his apparet primo eſſe dabile primum intenſum eſſe, nā primum inſtans eſſe ſecundi gradus eſt primū intēſum eſſe prioris. Scd̄o apparet ꝙ licet ad oēm remiſsionem alicuius cōtrarij ſequatur gn̄o alterius, nō tamen ſequitur illius intenſio, qm̄ ſp intēſio formæ ſupponit illius generationem, Hæc de.7.diſputatione,

*Eodem Textu.*

# DISPVTATIO OCTAVA

## De modo intenſionis formarum.

*Num intenſio formæ fiat per maiorem elongationem à ſuo contrario.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

1.Ratio. QVod intenſio formæ non fiat per maiorē elongationem è ſuo contrario, arguitur primo: qa multæ ſunt formæ, quæ carent contrario, quæ tamen intenduntur, vt lumen, ſenſationes, & aīæ operationes, præterea multæ ſunt formæ quæ habēt cōtrarium, vt virtutes, quæ non per elongationē è contrario intenduntur, ſed ex frequētatis actibus, vt dictū eſt. Secundo arguitur, quia tunc hoc dato, nulla erit vera formæ intenſio, vel remiſsio, ſed ſm apparentiam tm̄: quia ſi per ſolā elongationē intenditͬ, tunc forma quę dicitur aucta: in rei veritate non dicetur aucta vel intēſa, cum nec maior quam erat prius, ſed ſolum apparet maior ꝑ ſui contrarij depurationem, ꝙ ipſius apparentiam impediebat. Tertio data quæſtione, tunc nūquā forma augeretur in aliquo ſubiecto, quin ſimul in eodem ſubiecto forma illius contraria augeretur, nam ſi albedo augetur, tunc minus nigredini permiſcetur, igitur ecōtra nigredo minus miſcetur albedini, non.n.pōt albedo à nigredine remoueri quin econtra nigredo ab albedine etiam elongetur, quare vtraq; intendetur. Quarto ſi forma intenditur per elongationē à contrario vel hoc eſſet ipſa remanente tanta quanta erat prius, vel quia ꝑ contrarij diminutionē aliquid additͬ priori formæ vltra illud ꝙ erat. ſi ſibi nihil additur; tunc nō erit intenſa ſm rei veritatē, qm̄ præciſe eſt tanta quanta erat, ſi naūt per talem elongationem aliquid additur priori formæ, igitͬ auctio formæ non erit ſola contrarij minutio. Quinto ſi quęſtio eſſet vera, tunc remiſsio fieret per accretionem contrarij, igitur vbi eſſet forma ſine tali miſtione: illa eſſet ſumme talis, quod eſt falſum. nam in aere puro non eſt frigiditas aliqua: & tamen eſt remiſſe cals, pōt.n.fieri aer purus magis vel minus calidus, & tamen eſt ſine contrarij admiſtione, aliter nō eſſe purus. Sexto nulla cauſa priuatiua eſt cauſa alicuius poſitiui, at remotio talis eſt aliquid priuatiuum, igitur non eſt cauſa intenſionis, quæ eſt res poſitiua. Septimo denominatur à termino ad quem, ex.5.phyſi. ſed illa intenſio albedinis eſt dealbatio ex eodē quinto, igitur terminus eius eſt aliqua albedo, & ita non eſt ſui contrarij remotio. Octauo data quæſtione, tunc ita caliditas ſucceſsiue gradualiter acquireretur, ſicut frigiditas ſucceſsiue gradualiter deperderetͬ, at frigiditas quæ remittitͬ à gradu ſummo ad non gradum remittitur ad ſubduplum: ad ſubquatruplum, & ad ſuboctuplum, & ſic in infinitum, igitur caliditas intenditur ad duplum, ad quatruplū & octuplum, & ſic in infinitum, & ſic nūquā remitteretur tota frigiditas alicuius, quin induceretur infinita latitudo caliditatis. Nono applicetur aliquod infrigidās alicui calido in hoc inſtanti, quod eſt præſens, & quæro vel in hoc inſtāti qdͩ eſt præſens introduxit in illo aliq̄ frigiditatem, vel in inſtanti illi immediato, vel mediato: non in inſtanti, ꝙ eſt præſens, quia non pōt eſſe motus in inſtanti: nec in inſtanti immediato, quia non eſt inſtans immediatum inſtanti, igitur illam induxit in inſtanti mediato, ſed inter quælibet duo inſtātia mediat tempus, igitur tempore medio non induxit illam frigiditatem in calido vt octo: & continuo in illo tempore medio

medio illud infrigidans remiſit, igitur cum aliqua caliditate remiſſa nõ ſtat aliquid ſui contrarij, & ſic remiſſio vnius contrarij non erit intenſio ſui contrarij. Decimo ponatur quòd A ſit vnũ calidũ vniformiter difforme in extremo intenſioris terminatum ad gradum caliditatis ſummum, & in extremo remiſsiori ad nõ gradum, & cum illa caliditate coextendatur frigiditas vniformiter difformis: per qõnem, ſic ꝙ vbi terminatur caliditas ad ſummum, terminetur frigiditas ad non gradũ, & vocetur gradus ſummus ad quem terminatur illa latitudo B, & gradus medius totius, latitudinis C, & tunc cũ ipſius B ad C ſit proportio finita, ſit illa dupla, & arguo ſic aliquis eſt gradus citra B in latitudine ſignata, cuius ad C, eſt proportio plus quam dupla: & quilibet talis eſt ipſo B, remiſsior, igitur aliquis gradus ipſo B, remiſsior erit intenſior, aſſumptum probatur: quia verſus B eſt reperire aliquem gradum q eſt in duplo minus admiſtus cum ſuo contrario, & aliquem qui in triplo, & ſic in infinitum, quia ad illud extremum terminatur frigiditas ad non gradum, igitur eſt reperire aliquem gradum in duplo intenſiorem, & in triplo, & ſic in infinitum. tenet conſequentia, quia ſicut proportionaliter eſt minus ſuo contrario admiſtus, ſic erit intenſior, quare ſi verſus B eſt reperire gradum aliquem in duplo minus admiſtum, erit reperire gradum in duplo intenſum: & ſic in infinitum, quare erit reperire aliquem gradum citra B cuius ad C erit proportio plus quam dupla. Vndecimo data qõne, tunc aliqua forma immediate poſt hoc remittetur, quæ erit infinitæ intenſionis, quæ tamẽ antea erat finitæ intenſionis. probatur & ponatur ꝙ A ſit vna caliditas ſumma extẽſa per aliquod ſubiectum: & B ſit vna forma remiſſa præciſe ſubdupla ad A, & incipiat A per aliquod agens contrarium inſtanti quod eſt præſens remitti, ſic ꝙ illud agens incipiat in ſubiectum illud cui extenditur A inducere frigiditatem à non gradu deducto quocunq; iuuamento: vel impedimento extrinſeco, iſto poſito arguitur ſic, A inſtanti quod eſt præſens eſt præciſe in duplo intenſius B, & immediate poſt inſtans quod eſt pñs erit infinite intenſius B in nullo variato B: igitur A immediate poſt hoc erit infinitæ intenſionis. tenet conſequentia, & añs pro prima parte patet ex caſu. Et ſecunda pars añtis arguitur, quia B eſt aliqualiter admiſtum cum ſuo contrario, cum ſit forma remiſſa, & A immediate poſt hoc erit in infinitum minus admiſtum cum ſuo contrario quam ſit B, igitur A immediate poſt hoc erit in infinitum intenſius q̃ B, conſequentia patet, & añs probatur ſic, nullam latitudinem frigiditatis immediate poſt hoc acquiret A & ſi aliquam latitudinem frigiditatis A immediate poſt hoc acquiretur A eſſet aliqualiter admiſtum cum ſuo contrario, & aliqualiter intenſum, & ſi in duplo minorẽ A, eſſet in duplo minus admiſtum, & in duplo magis intenſum, & ſic in infinitum: igitur ſi immediate poſt hoc in infinitum minorẽ illa certa data acquireret, foret in infinitum modice admiſtum cum cõtrario, & ſic infinite intenſum, & ꝙ ipſi A non acquiretur aliqua latitudo patet ex caſu. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DIXIMVS proxima diſputatione intenſionem formæ eſſe illius comparatiuam generationem, & qm̃ oẽ comparatiuum ſupponit poſitiuũ, ideo generatio comparatiua formę ſupponit illius poſitiuam generationem forma, igitur primo abſoluta atque poſitiua generatione generatur, poſtmodum ipſa genita augetur, quæ auctio eſt formæ intẽſio, huius aũt intenſionis vt dictũ eſt primum non eodem modo ab oĩbus aſsignatur, qui enim intenſionem volunt eſſe motum continuum: aſſerunt primum inſtans quod eſt ipſius generationis ꝑ affirmationem, eſſe intenſionis per negationem. peripatetici aũt qui intenſionem eſſe motum diſcretum atq; interpolatum fatenẽ, dicũt primum inſtás intenſionis eſſe per affirmationem eſſeq; illud in quo fit ſecũdi gradus eiuſdem formæ comparatiua generatio, vt dictum eſt, miſta contraria dicuntur, quæ ſunt in eodem ſubiecto coextenſa, vt ſi in ligno pedali eſſet caliditas, & frigiditas coextenſe, hæ miſtæ dicerentur elõgari vero qñ altera recederet, altera permanente. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Põ Simp.* SIMPLICIVS de præſenti diſputatione velle videtur formas effici intenſiores vel remiſsiores per maiorem vel minorem cũ contrario admiſtionem, aſſerẽs formam eſſe intenſiorem, quæ minus ſuo contrario eſt admiſta, remiſsiorem, quæ magis illi copulata, qua ratione velle videtur intenſionem nihil aliud eſſe, qui formæ depurationem: remiſsiorẽ aũt nihil aliud quã illius cõmiſtionem. Hanc põnem viſus eſt ſequi Expoſitor vbiq;, qui dicit formas intendi per maiorem è contrarijs elongationem. Ariſt. 3. Topic. dicit ꝙ quæ cõtrarijs ſunt impermiſtiora, ſunt magis talia, vt albius, quod nigro impermiſtius. *Cõm. 29.* Præterea Auer. 5. phy. inquit albũ nõ fieri minus album niſi ex miſtione ſui contrarij, & ibidẽ ait diminutũ in omni genere eſſe diminutum per miſtionem contrarij, *Cõm. 45. Cõm. 49.* & 2. de generatione volens probare quatuor elementa eſſe in miſto, dicit ꝙ ſi calidum non eſſet in cõpoſito, non eſſet in eo frigidum: niſi in fine, i. in ſummo: ex quo videtur ſm ipſum ꝙ purum frigidũ eſt frigidum in ſummo: & pura frigiditas eſt ſumma: & ita frigiditas non ſumma, ſed remiſſa, eſt frigiditas caliditati cõmiſta. Præterea Ariſt. 6. Phy. nullã tribuit accidentibus diuiſibilitatem niſi per accñs, ratione ſubiecti: inquit. n. de albo aũt alia ratio eſt pp id qđ ſm accidens oĩa diuiſibilia ſunt, cui. n. accidit albũ, aut quale illud diuiſibile eſt, vbi Auer. inquit ſed oĩa ſunt diuiſibilia per accñs, i. oẽs qualitates, *Cõm. 41.* quare ſi non ſunt diuiſibiles niſi rõne ſubiecti, relinquitur ꝙ non pñt eſſe gradualiter intenſibiles, & ſic aut nullo modo erunt intenſibiles remiſsibileſúe, aut per admiſtionem contrarij, idem quoq; Ariſt. ait in. 5. auſcul. phyſicæ. *Obiectiones.* Sed huic poſitioni obijciunt quidã. Primo quia qñ albedo intẽditur aut intenditur per aduentum alicuius poſitiui: vel ꝑ ſolam contrarij remotionem. ſi primum igiẽ intẽſio principaliter eſt propter additionẽ partis ad partem, & non per ſolam remotionem contrarij. ſi ſecundum, tunc ſola priuatio eſſet cauſa effectus poſitiui, vt intenſionis, quæ eſt effectus poſitiuus, remotio. n. cõtrarij pura priuatio eſt. Secundo vt arguebatur, motus denominatur à termino ad quem ex. 5. phy. ſed illa intenſio albedinis eſt dealbatio, vt ibidem dicitur, igitur terminus eius eſt albedo, & ita non eſt remotio contrarij. Tertio arguo ergo fortiſsime ſic. ſi nulla qualitas eſt gradualiter diuiſibilis ſed ſolum ratione ſubiecti, tunc eius intenſio vel remiſsio fieri non poſſet per contrarij maiorem vel minorem admiſtionem, qm̃ eius cõtrarium eſſet etiam indiuiſibile gradualiter, & ita cuicũq; cõparabitur indiuiſibiliter comparabiẽ & non ſm magis & minus, faciũt etiam rationes oẽs in principio contra hoc. *2. poſitio.* Alij iuniores ſimpliciter protulerunt intenſionem fieri per minorem miſtionem cum contrario, non quidem ꝑſe primo ac principaliter, ſed quaſi per accidens, ſiue conſecutiue. Imaginãtur enim formam intendi per additionem partis ſimilaris formæ ad partem ſimilarẽ, & hoc principaliter, ſed quia non poteſt addi albedini pars albedinis, quin ab eodem ſubiecto remoueatur pars nigredinis, dixerunt intenſionem fieri per minorẽ cum cõtrario admiſtione cõſequenter, & quaſi per accñs, quatenus ad additionẽ ſimilis ſupra ſuum ſimile ſequitur remotio contrarij. *Confutatio.* Sed hæc poſitio ſic nude poſita eſt falſa. primo quia non eſſet vniuerſaliter vera, qm̃ non vl'r omnis forma habet contrarium, item nec oĩs forma habens contrarium, ſic intenditur vt in primo cap̃. tactũ eſt. Præterea cõtra hanc poſitionem faciunt oẽs rationes primi capitis, & præcipue. 8. 9. 10. & 11. hac. n. data ſequuntur illa abſurda, ad quæ rõnes ille deducunt, videlicet ꝙ aliqua forma in fine intenſionis eſſet infinite intenſa, & quod remitti poſſet vnum contrarium altero non intenſo, & quod aliquis gradus citra ſummũ eſſet maior ſummo, & ꝙ aliquis gradus remiſsior ſummo eſſet infinite intenſus, & tunc quære rõnes, omnia enim hæc ſequuntur ſi proportionabiliter ſicut vnum contrarium remittitur: alterum intenderetur. Quare hæc põ ſic nude probata eſt erronea. Hæc de põnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur accipio. Primo ꝙ cõtrarium põt ſumi poſitiue, & priuatiue, vt Phyſici dicunt: cõmuni enim verbo forma & priuatio contrariæ dicũtur, preſſo aũt, album & nigrum. Secundo accipio priuationem & formam ita ſeſe habere, ꝙ ſi forma eſt intenſibilis, atque remiſsibilis eius cõtrarium ſiue illud ſit priuatio, ſiue forma, etiam eſt intenſibile & remiſsibile, hoc fatentur oẽs & Phyſici: & calculatores. *Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ dum dicimus intenſionem formæ fieri ꝑ minorem admiſtionem cum contrario ibi cõtrarium accipitur cõmuniter vt ſeſe extendit tam ad priuationem, quã ad formã, qm̃ omne tale eſt intenſibile, ſicut ſuum contrarium. Tertio accipio ꝙ vnũ contrarium intendi vel remitti ꝑ maiorem vel minorem admiſtionẽ cũ cõtrario põt bifariam intelligi, aut gradualiter, aut ꝓportionaliter, gradualiter quidẽ, vt ſi alterum cõtrariũ remittitur per vnum gradũ, alterum etiam ꝑ vnum intẽdetur, & ſi iterum alterum per vnum alium remittatur, iterum & alterum per vnum alium intẽdatur, & ſic ſemper gradualiter vſque ad non gradum. i. ad primum nõ eſſe talis contrarij remittendi; proportionabiliter vero vt ſi alterum cõtrarium ſit in duplo remiſſum intẽdendum ſit in duplo intenſum, & ſi remittendum ſit in triplo remiſſum, intendendum ſit in triplo intenſum & ſic in infinitum, ſemper proportionabiliter vſquequo remittendum deducatur ad non gradum. *Qua Calculatis.* Hanc diſtõnẽ iuniores calculatores ſub alijs verbis obſcuris tradunt dicentes ꝙ vnum cõtrarium intendi vel remitti ꝑ maiorẽ vel minorem admiſtionem, põt intelligi geometrice, vel arithmetice, & intelligunt & geometrice hoc eſt proportionabiliter, arithmetice vero gradualiter, vt dictum eſt, geometrica enim proportionabilitas eſt proportionum. eorum quæ cõparantur: ſimilitudó, quali proportione ſunt cõparabilia ſex ad tria, & quatuor ad duo. vtrobique. n. eſt dupla proportio. Arithmetica vero eſt graduum ſiue differentiarũ eorum quæ comparantur, æqualitas quali cõparatione ſunt proportionabilia, ſed & quatuor, tria & vnum, vtrobique. n. exceſſus ſiue differentia eſt per duo. Quarto accipio ꝙ vnũ cõtrarium intendi vel remitti per maiorem vel minorem admiſtionẽ ſiue proportionabiliter & geometrice, ſiue gradualiter & arithmetice intelligatur, poſſumus accipere aut motu cõtinuo, aut motu diſcreto, ſiue interpolato. *Dilucidatio.* Ex his facile patet dilucidatio per cõcluſiones. Prima eſt ꝙ nullum contrarium intenditur vel remittitur principaliter per maiorem vel minorem admiſtionem cũ contrario, patet, quia hæc maior: vel minor admiſtio eſt priuatio, quæ nullius effectus poſitiui cauſa eſſe poteſt. *Excerptum.* Ex quo ſequitur tale principaliter intendi per additionem alicuius poſitiui eiuſdẽ rõnis cum præcedenti, vt dicemus, & conſequenter per maiorem vel minorem admiſtionem cum ſuo contrario. Secũda eſt ꝙ ſiue cõtrarium intendatur vel remittatur per talẽ maiorem vel minorem admiſtionẽ principaliter, ſiue cõſecutiue, intelligi non põt iſtud fieri motu cõtinuo. ꝓbatur per præcedentem diſputationẽ, quia tunc intẽſio eſſet motus vnus, & continuus, & hoc nõ aliter probo. Tertia eſt ꝙ ſiue cõtrarium intendatur vel remittatur principaliter per maiorẽ talem vel minorẽ talem admiſtionem ſiue cõſecutiue, non põt intelligi per maiorem vel minorẽ admiſtionẽ proportionabiliter geometrice, ſed arithmetice gradualiter. probatur per quatuor rõnes tactas in vltimo primi capitis, qm̃ ſi intelligitur geometrice proportionabiliter illud fieri, tunc ſicut tale cõtrarium fiet in duplo minus admiſtũ, ita fiet in duplo maius, & ſicut in triplo minus admiſtum ita in triplo maius, quare cũ in infinitũ fiet minus ac maius admiſtum fiet in infinitum maius, quod eſt falſum. præterea ſicut ſuũ contrarium remittetur ad duplũ ita ipſum intendetur ad duplum, & ſicut illud ad quadruplum: & ſic in infinitum, ita & ipſum intẽdetur in infinitũ, quod eſt impoľe. cauſa autẽ huius eſt: quia vt dicitur. 3. Phyſi. diuiſibile oẽ poteſt proportionabiliter diuidi in infinitum, augeri autem non, quia omne poſsibile augeri erit quandoq; auctũ, poſsibile aũt diminui nõ oportet eſſe quãdoque diminutũ, ſic igitur proportionabiliter geometrice nihil poteſt intendi vel remitti ꝑ maiorem vel minorem talem admiſtionem, at gradualiter arithmetice bene, quia ſicut põt per vnum gradum vnũ cõtrarium minus miſceri ſuo cõtrario, ſic per vnum gradum põt augeri, & ſic vſque ad octo, vel vſque ad ſummum, non enim ſequitur tale in fine eſſe infinitę intẽſum, qm̃ ſuum contrariũ gradualiter eſt finite remiſſum. *Alius modus facillim.* Si quis nollet has confuſiones, peripatetice dicere poſſet nullã formam eſſe intenſibilem niſi gradualiter, & nullũ cõtrarium eſſe remiſibile niſi gradualiter, nullum. n. contrarium põt remitti ad duplum, ad triplum, & ſic in infinitum, qm̃ remiſsio eſt diſcreta & gradus ꝑ gradum, & non partis per partem in infinitũ, & ſic nulla forma eſt intenſibilis niſi gradualiter. qm̃ nulla põt intendi ad duplum & triplum, & ſic in infinitum, cũ nihil motu cõtinuo per partem poſt partem intendatur, ſed ꝑ motũ diſcretum gradus per gradũ. Quare oẽs tales calculatorum confuſiones euitare potes. *Dilucidatio.* Ex his facile patet oẽ contrarium intendi vel remitti per maiorem vel minorem admiſtionem contrarij gradualiter tantum, & motu diſcreto: non autem proportionabiliter motu continuo. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis ad oẽs rationes patet ſolutio. Ad primam tñ dico ꝙ licet careant contrario poſitiuo, nõ carent contrario priuatiuo, ꝙ eſt intenſibile ac remiſsibile vt illius forma. Ad ſecũdam patet etiam ſolutio, illa enim conſequentia ſequeretur, qñ intenſio eſſet per ſolam

lam elongationem à contrario intelligendo nihil addi poſitiui, tunc enim ratio valeret: at Simpl.& Expoſitor dicunt principaliter formam augeri per additionē ſimilis, conſequenter aũt per remotionē illam. Ad tertiã negatur cõſequentia, qm̃ quando remouet̃ albedo ab ipſa nigredine, remouetur per corruptionē nigredinis, vbi aũt nigredo remaneret, tũc eſſet elõgatio mutua. Ad.4. patet ſolutio per reſponſionē ad ſecundã. Ad.5, quære ſolutionem in lib. de generatione, vbi diximus elementum purum alterari nõ poſſe pura alteratione, ſed alteratione miſta generationi. Ad.6. cõceditur totum ad ꝙ deducit ratio: illa.n. remotio nõ eſt cauſa intẽſionis, ſed magis effectus, quia cõcomitatur ipſam intenſionē, vel ſequitur. aut dici poteſt, ꝙ eſt quaſi cã: quia cã ſine qua non, vel diſpoſitiua vt dicemus. Ad.7. conceditur totũ, nam remotio non eſt terminus, ſed comitans terminũ, vel terminus per accidens, neceſſario tñ. Ad.8. conceditur primo gradualiter remitti alterũ cõtrariorum, & gradualiter intendi alterum, tñ cũ remiſsio non ſit gradualiter in infinitum, nec intẽſio erit gradualiter in infinitũ, & negatur ꝙ remiſsio alterius fiat proportionabiliter vſque in infinitum, quia ſecũdum peripateticos remiſsio fieri nõ poteſt niſi gradualiter. Secundo dato ꝙ fiat remiſsio proportionabiliter in infinitum, vt calculatores dicunt, tñ intenſio, nõ creſcit in infinitum, nõ enim oportet auctionē r̃ndere remiſsioni ſm̃ diuiſionē proportionum, ſed bene ſecundum diuiſionem graduum, vt dictum eſt. Ad.9. apud calculatores nõ dat̃ primum applicationis per affirmationē, ſed ꝑ negationē, & tunc cõcedo immediate poſt hoc eſſe introductã aliquam caliditatē, nullam tñ caliditatē eſſe inductã, quia nec vt tria, nec vt quatuor, nec aliqua talis. vel peripatetice cõceditur primum ꝑ affirmationē primũ gradum caliditatis eſſe inductũ, & primũ gradum frigiditatis eſſe corruptum, & vlterius cõceditur aliquem motũ partialem eſſe ſubitarium, non aũt totalem. Ad.10. atque 11. patet ſolutio, cõcludunt.n. intenſionē nõ fieri ꝑ elongationem à cõtrario cõtinuo proportionaliter: cũ quo tamen ſunt illam fieri cõtinuo gradualiter, hæc ſecundum calculatores, ſm̃ Peripateticos dico ꝙ intẽſio nec fit per remotionē cõtrarij cõtinuo ꝓportionaliter, nec continuo gradualiter, ſed ſolum ſucceſsiue diſcrete gradualiter. Ex his patet recte Simplicium atq; Expoſitores ſenſiſſe, voluerunt enim intenſionem fieri per remotionem, non tanquam per cãm, ſed tanquam per effectũ ſequentē ad cãm. Et de.8. diſputatione hactenus. *Intellectus expoſitionis Simplic. & Tho.*

*Eodem Textu.*

# DISPVTATIO NONA

## De intenſione & remiſsione formarum penes terminos.

*Num intenſio fiat penes diſtantiam à non gradu: remiſsio econtra penes appropinquationem ad non gradum.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*1. Ratio.* QVod quæſtio ſit falſa arguitur. Et ſupponatur de mente Calculatoris ꝙ oĩs caliditas ſumma finite diſtet à nõ gradu. Secundo ſupponatur ꝙ latitudo motus vel velocitatis motus ſit infinita. probatur, quia latitudo proportionis eſt infinita, & latitudo motus vel velocitatis motus ſequitur ꝓportionem ſeu latitudinem proportionis, igitur latitudo motus eſt infinita, his ſuppoſitis arguo, cuiuſlibet latitudinis remiſsio attenditur pænes appropinquationē ad nõ gradum, cum igitur A motus & B caliditas æqualiter appropinquat non gradui, vt volo ſic acceptũ per caſum, ſequitur ꝙ A motus, & B caliditas ſint eque remiſſa, quare ſi intenſio formæ eſſet per diſtantiam à nõ gradu: & remiſsio per appropinquationē, caliditas ſumma eſſet remiſſa. Præterea de facto arguitur de lumine & arguo. *Secunda.* aliquod lumē ꝙ diſtat à non gradu tanta diſtantia quãta caliditas ſumma ab eodem, eſt remiſſum, igit̃ ſumma caliditas erit remiſſa. añs deducitur ponendo, ꝙ A calidum per horam in aliquo calefactibili ſufficiat inducere caliditatem vt octo: & ꝙ ſol per ſuum motũ cõtinuũ magis apici meridiei appropinquet, illuminando continuo magis ac magis aliquã partem medij: tũc arguo ita ſol põt illuminare partem illam, vt A ignis põt B calefactibile calefacere, ſed A ĩ hora calefacit B vt octo, igitur ſol in eadē hora põt illã partē illuminare lumine vt octo, hoc oĩbus patet quia lumini nihil reſiſtit, & ſol eſt maioris potentiæ quã ignis, igitur ſi in hora A calefacit B caliditate vt octo, ſol illuminauit illam partē in hora lumine vt octo, vel tanto lumine gradualiter, quanta eſt caliditas ſumma, ſed illud eſt remiſſum, quia continuo magis ac magis creſcit in meridiem vſque, igit̃ calor ille erit remiſſus, aliter remiſſum erit ſummo æquale, quale intenſio non fit per appropinquationē ad nõ gradum. Tertio intenſio & remiſsio ſunt idem, igitur omne intenſum eſt remiſſum, & oē remiſſum eſt intenſum. tenet argumentum, quia ſi poſſet aliquod eſſe intenſum, ꝙ non eſſet remiſſum, intenſio nõ eſſet remiſſio, & econtra, ſi poſſet aliquod remiſſum non eſſe intenſum, tunc remiſsio non eſſet intenſio, igitur ſi intenſio & remiſsio idem eſt, omne intẽſum eſſet remiſſum, & oē remiſſum intenſum. antecedens vero probatur, quia oĩs gradus caliditatis eſt ſua intenſio & oĩs gradus caliditatis eſt ſua remiſsio, igitur remiſsio eſt intẽſio & econtra. probatur prima pars añtis, qm̃ eodem modo habetur ſecunda: nã ſi non, detur oppoſitũ, tunc aliquis gradus caliditatis non eſſet ſua intenſio, ſit ille A & ſua intenſio B & cum B intenſio ſit tanta quãtus eſt gradus A. igitur ipſius B erit aliqua intẽſio, & ſit illa C: & tũc vel oportet ire in infinitum, vel dicere ꝙ gradus caliditatis ſit ſua intẽſio, & ſic patet añtis prima pars. eodem modo põt ſecunda deduci, quare intenſio eſt remiſsio & econtra: & ita oē intenſum eſt remiſſum, & econtra: quare ſumma caliditas ſi dicitur ꝑ diſtantiam à nõ gradu: tunc erit remiſſa. Quarto cuiuſlibet caliditatis gradus tm̃ præciſe diſtat à non gradu ſicut ipſe eſt propinquus non gradui, igitur quilibet eſt ita intenſus, ſicut remiſsius. cõſequentia patet, quia intẽſio fit ꝑ diſtãtiam, remiſsio per appropinquationē. añs ꝓbatur, quia præciſe per tantam diſtãtiam ſiue latitudinē, diſtat quilibet gradus à non gradu, per quãtam ipſemet non gradui eſt propinquus, quare ſequitur vt prius idem impoſsibile. Sexto ſi qõ eſſet vera, tunc oĩs forma includens maximam diſtantia à non gradu eſſet ſumma. & ſic caliditas vniformiter difformis terminata ad ſummum eſſet ſumma: ꝙ eſt contra Calculato. Septimo data qõne, tunc in caſu duæ qualitates ſunt æqualis intẽſionis, quæ per totum aliquod tempus æquali velocitate intendunt̃, quæ tñ ꝑ tales intenſiones à non gradu inæqualiter recedunt, ꝙ eſt falſum, & arguitur cõſequẽtia: ponẽdo ꝙ A & B ſint latitudines vniformiter difformes in ſuis extremis intenſioribus terminate ad gradũ medium



dium totius latitudinis caliditatis, qui gratia exempli ſit vt quatuor, & in extremis remiſsioribus ſint terminate ad gradũ mediũ medietatis remiſsioris vtpote vt duo, & approximetur C ſumme calidum extremo intenſiori ipſius A, & per totam iſtam horam vniformiter agat in ipſum quouſque A, in extremo intenſiori terminetur ad gradum ſummũ hoc eſt ad octo, & D calidum vt ſex approximetur extremo remiſsiori ipſius B: & ꝑ totam eãdem horam agat in ipſum B vniformiter; ſic ꝙ in fine horæ B terminetur ad gradum vt ſex ſecundũ extremũ ꝙ tunc erit intẽſiſsimũ, iſto caſu poſito, ſequitur ꝙ A & B per totam iſtam horam æquali velocitate intenduntur, qm̃ quãta velocitate C intendit ipſum A: tanta D ipſum B, & neutrum illorũ agentium agit niſi intendẽdo, igitur quãta velocitate C intẽdit A, tanta D ipſum B cõſequẽtia patet, & añs probatur, quia ab vtroque horum agẽtium maxima latitudo inducta eſt vt quatuor, nam C intẽdit A ipſum à quatuor ad octo: & D ipſum B è duobus ad ſex, vbi patet diſtantias eſſe æquales, quare æquali velocitate intenduntur qualitates iſtæ, quæ tñ continuo inequaliter recedunt à non gradibus quia A maiorem diſtãtiam cõtinuo acquiret q̃ B, cũ in fine includet diſtantiam vt octo: & B, vt ſex. Septimo aliqua qualitas velocius recedit à nõ gradu, quæ tñ non acquirit maiorem intenſionem cæteri paribus, igitur talis intẽſio nõ eſt penes receſſum à non gradu mẽſurãda ꝓbat̃ añs, ponendo ꝙ A & B ſint ſub ſummo nigredinis colorata, & ſub nõ gradu albedinis, & debeãt ꝑ totã iſtam horã vniformiter intendi ad albedinem ſummã, ita vt in fine horæ vtrũque ſit ſumme albũ: & cũ hoc ſupponat̃ ꝙ A trãſeat per plura media quã ipſum B ꝙ eſt poſſe, qm̃ tranſitus de albo in nigrũ, & ecõtra, põt fieri qñque ꝑ plura, qñq; ꝑ pauciora media, & ita qñq; ꝑ tranſitum maioris qñq; minoris latitudinis, & arguit̃ ſic, ꝑ totã illam horã velocius recedit à nõ gradu albedinis A ipſum quã B, qa cõtinue maiorē latitudinē ſiue diſtãtiam trãſit A quã B ꝑ caſum, & tñ præciſe æqualē latitudinē acquirent, qa preciſe in fine vtrũq; erit ſumme albũ, quare rõ patet. Octauo ponat̃ ꝑ caſum ꝙ A & B ſint duæ latitudines caliditatis, & ambæ extenſæ ꝑ duo ſubiecta pedalia, vt ipſum A ꝑ C, & ipſum B ꝑ D, & volo ꝙ caliditas A taliter deperdatur ꝑ motũ vniformē in hora: ꝙ prima medietate horæ deperdat̃ tota medietas quãtitatiua exñs in ipſius C ſemipedali, altera medietate ipſius C in nullo alterata, & in altera medietate horæ deperdat̃ ſecunda medietas caliditatis in altera medietate ipſius C. B vero caliditas taliter deperdatur in D ſubiecto, ꝙ ꝑ motũ vniformē in prima horæ medietate cuilibet puncto deperdat̃ tota caliditas à ſummo ad medium: & in ſecunda horæ medietate etiam per motũ vniformē totã reſidua à medio vſq; in nõ gradũ etiam in quolibet pũcto, iſtis ſtãtibus, arguo, A & B ꝑ motus vniformes in æquali tpe deperdũtur ad non gradũ, vt innuit caſus, & illi motus erũt inæqualiter veloces: qa motus quo ipſum A deperditur eſt in duplo velocior, quã motus quo deperditur B: quia in prima medietate horæ ꝑ motũ quo deperdit̃ A, deperditur tota latitudo à ſummo ad nõ gradũ, & tunc ꝑ motũ quo deperdit̃ B præciſe deperdit̃ tota latitudo à ſummo ad mediũ, & eodē modo de ſecũda medietate: igitur nõ per receſſum à nõ gradu menſurat̃ intenſio, nec remiſsio ꝑ appropinquationem. Nono ſolet argui de raritate & denſitate, quia aliquis gradus raritatis eſt alio gradu denſior, qui non eſt illo diſtantior à nõ gradu, & hoc mõ non eſt vl̃is regula. aſſumptum vero facile deducitur ſupponendo, ꝙ quilibet gradus raritatis ꝑ infinitũ diſtat à non gradu raritatis, ꝙ põt probari, quia ſi præciſe finite, tunc aliquod remiſſe rarũ poſſet terminari ad nõ gradũ raritatis, ſed hoc eſt impoſſe, quod ꝓbo, & ponatur ꝙ A rarũ vniformiter difforme in extremo intenſiori terminet̃ ad certũ gradũ raritatis, ĩ extremo aũt remiſsiori ad nõ gradũ raritatis ſi fit poſſe, & arguo ꝙ tale nõ ſit rarum: nã illud eſt infinite denſum, igitur nõ eſt rarũ. añs ꝓbatur quia ſub extenſione finita habet infinitũ de materia, igitur A eſt infinite denſum, & ꝓbat̃ iterũ añs ſecundũ, & diuidatur A in partes proportionales, itaque prima medietas intenſior A ſit prima pars ꝓportionalis, & prima pars medietatis reſidue ſit ſecunda & ſic deinceps, & arguo ſi ſecunda pars ꝓportionalis ipſius A foret tanta ſicut prima, & in duplo intenſior quã ſic iam prima, ipſa includeret in duplo plus de materia quã prima, ſed ipſa nunc in duplo minus includit de materia quã tũc includeret, eo ꝙ eſt in duplo minor cæteris paribus: igitur nũc includit tm̃ præciſe de materia ſicut prima, & cõſimiliter argui põt de.3. reſpectu ſecundæ, & de.4. reſpectu tertiæ, & ſic in infinitum, igit̃ in qualibet parte ꝓportionali ipſius A tm̃ includit̃ materia ſicut prima, igitur ſub extenſione ipſius A habetur infinitũ de materia, & ita ipſum A erit infinite intẽſum, igitur nullo pacto rarũ, & ita nullũ remiſſe rarũ põt terminari ad nõ gradũ raritatis, & ita quilibet gradus raritatis ꝑ infinitum diſtat à non gradu, & ita patet ſuppoſitio, tunc arguo quilibet gradus raritatis ꝑ infinitũ diſtat à nõ gradu, igit̃ nullus plus alio diſtat, & ꝑ cõſequẽs de raritate regula non habet locũ. Decimo arguo & pono ꝙ ſit vna caliditas vt quatuor coextenſe vni frigiditati vt quatuor in vno pedali, & volo ꝙ agens aliqd' vt octo calidum intendat illam caliditatē vſq; ad octo, tũc probo, ꝙ ſi intenſio fieret ꝑ diſtantiam, & remiſsio per appropinquationē ad nõ gradũ, tũc in fine horæ caliditatis illa eſſet in infinitũ aucta, ꝓbo, frigiditas erit in duplo nõ gradui ꝓpinqua & in triplo, & quadruplo, & ſic in infinitũ, igit̃ erit in infinitũ remiſſa, ſed ꝑ quãtũ ꝓportionabiliter frigiditas remittitur, ꝑ tm̃ auget̃ caliditas, igit̃ caliditas erit in fine in infinitũ aucta, plures aliæ rõnes fieri poſſent, ſed hæ ſufficiant. In cõtrarium ſunt calculatores. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID non gradus, & quid ſit ſummum prioribus diſputationibus eſt dictum, amplius quid intenſio, & q̃d remiſsio formæ etiam eſt dictum, intenſionem vero fieri pœnes diſtantiam à non gradu, eſt intenſionem menſurari per diſtantiam à nõ gradu: mẽſurantur aũt intenſiones per diſtantias eiuſmodi, qñ qualis eſt proportio diſtãtiarum qualitatum cõtrariarũ à nõ gradibus earũ, talis eſt proportio intenſionum talium graduũ, vt quia gradus ſummus in duplo plus diſtat à non gradu quam medius, ideo ſummi ad medium proportio eſt dupla intenſiuæ, & de cæteris, id genus ſimiliter. Hæc pauca de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione nonnulli calculatores & non imperiti dixerunt intenſionem formæ attendi pœnes appropinquationem ad ſummum, remiſsionem vero pœnes receſſum à ſummo. huius opinionis videtur Auer. in.10. lib. huius, vbi ait in omni genere eſſe vnũ metrum cæterorum, quæ ſunt in illo genere, & exponit illud eſſe optimum. præterea in lib. de Beatitudine dicit omnes res menſurari comparatione ſummi, præterea Ariſtot. *1. Suppoſitio.* *Commen.7.*

3. Phyſi.

3.Phyſi.dicit vnam eſſe viam ab Athenis in Thebas,& contra à Thebis in Athenas. Dico vnam ſubiecto,rõne tamen alteram,quare vna erit ſubiecto via, qua inteſio diſtatà non gradu,& ſummo appropinquat, igitur non magis intenſio menſurari debet pœnes receſſum à non gradu, quàm pœnes acceſſum ad ſummũ attendi. Sed hanc poſitionem refellũt calculatores.Primo, quia hac põne data,tunc gradus ſummus caliditatis in infinitum excederet gradũ medium totius latitudinis caliditatis, quod eſt impoſsibile.& deducitur, qa plus excedit gradus ſummus gradum medium totius latitudinis, quã aliquis citra ſummum,& vltra medium, ſed in infinitum aliquis gradus citra ſummum & vltra medium excedit ipſum medium,quia in duplo plus,& ĩ quadruplo, igitur ſummus gradus ĩ infinitum excedit medium . Quot autem in infinitum aliquis gradus citra ſummum & vltra medium excedat ipſum medium,ꝓbatur, quia in infinitum aliquis gradus appropinquat ſummo q̃ ipſe medius,& pœnes appropinquationem ad ſummum eſt intenſio menſuranda,igitur concluſio patet. & ꝑ idem de duci põt aliquem gradum citra ſummum eſſe intenſiorẽ ſummo, per idem etiam deduci põt ꝙ aliquis gradus vt A eſt in duplo intẽſior nunc præciſe quã gradus B,& tamen A gradus immediate poſt hoc erit in infinitũ intenſius B,& tñ cõtinuo poſt hoc remittetur A.præterea per idẽ deduci põt ꝙ gradus medius totius latitudinis in infinitum foret remiſsior ſummo & oĩa eadem radice deduci pñt vt in.1.cap.proxime diſputationis eſt inductum. Propter hæc dicũt alij calculatores ꝙ pœnes aliud ſumitur intenſio formæ, & pœnes aliud proportio intenſionis vnius formæ ad aliam formã. intenditur enim forma per gradualẽ receſſum à non gradu,& gradualem acceſſum ad ſummũ, & ꝑ gradualẽ remotionẽ à contrario,qñ quælibet forma quæ intenditur,per tantam latitudinem fit propinquior ſummo, per q̃tam remouetur à non gradu,atque à contrario illius, vt dictũ eſt in ꝓxima diſputatione,nõ gradus.n.formæ, & nihil formæ,& priuatio ſiue contrarium formæ idem eſt, at proportio vnius intenſionis ad proportionẽ alterius nõ eſt ſumenda pœnes proportionem talium acceſſuũ ad ſummum, quia poteſt vna forma alia in duplo plus accedere ad ſummum , quæ tñ eſt ea minus quã in duplo intenſior,ſicut gradus medius medietatis totius latitudinis caliditatis in duplo plus accedit, qui tñ non eſt gradu medio in duplo intenſior,ſed in ſex qui altero,igitur proportio intenſionis vnius formæ ad proportionẽ intenſionis alterius formę ſumenda eſt pœnes proportionem diſtantiarum à non gradibus. Hæc ſunt quæ calculatores ſentiunt. Sed põnes hæ ſine admiratione non ſunt,& ab hominibus vtpote ocioſis adinuentæ ſunt, q̃ non veritatẽ adinuenire,ſed cõfundere enixi ſunt,& ꝓpterea vr̃ mihi hęc nõ eſſe ſapide nec peripatetice dicta. Primo quia oĩs forma intenſibilis ẜm peripateticos eſt finita,diſtantia aũt à non gradu eſt diminuibilis & augmentabilis in infinitum , igitur intenſio qualitatis nõ eſt attendenda pœnes talẽ diſtantiam,nullũ.n.finitum poteſt attendi pœnes id , quod eſt infinitum. Secundo ſi intenſio attendiẽ pœnes diſtantiam à non gradu ad ſenſum eorum,vel intenſio totalis, vel partialis, nõ partialis,quia omnis talis eſt ſubitaria , igitur nulla talis eſt in proportione velocitatis alteri comparabilis non totalis:qñ illa eſt diſcreta atque motus interpolatus,vt probatum eſt,igitur pœnes nihil attenditur velocitas intenſionis totalis,velox.n.& tardum de motu dñr cõtinuo,

*Obiectiones.*

*Poſitio calculatoris, & Iaco. & Iuni.*

*Confutatio.*

& ita proportio intenſionis vnius formę ad proportionẽ intenſionis alterius formæ, pœnes nihil eſt ſumẽda. Tertio apud peripateticos datur velociſsima intenſio, & tardiſsima,ſimiliter & maxima & minima intenſio, igitur nulla poteſt alteri comparari in proportione velocitatis in infinitũ, quæ cũ ſit perſpicua apud peripateticos omitto vlterius ꝓbare.Et de põnibus hactenus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur debes ſcire de intenſione formæ non aliter eſſe ſentiendum, q̃ de auctione alicuius quãti.vt igitur augmẽtatio duplex eſt,totalis, videlicet & particularis, ſic intenſio formæ erit duplex . auctio quidem particularis eſt vnius minimi ſubitaria generatio, qua auctum diciẽ maius q̃ erat quãtitate vnius minimi,totalis vero auctio eſt generatio totalis tot minimorum quot cõſtituũt vnã q̃titatem naturalẽ aucto, per quã auctum eſt deductum ad terminũ, quẽ requirit ſua propria forma.Qua rõne patet nec auctionẽ,partilẽ nec vniuerſam eſſe motũ: partilẽ continuũ quidẽ non , quia illa eſt ſubitaria:vniuerſam vero minime, quia illa eſt cõpoſita ex partibilibus auctionibus atq; minimis, nõ aliter formæ intẽſio(vt dictũ eſt)duplex eſt, partilis quidem,qua vnum ſiue minimũ ſiue gradus formæ ſubito acquiritur,quo forma eſt maior quã erat per vnũ gradũ,totalis aũt,eſt generatio totalis tot ſiue minimorum,ſiue graduum,quot formã reddũt perfectã, quare nec prima nec ſecũda motus eſt cõtinuus. Prima nõ, quia eſt ſubitaria.Secunda minime, quia eſt motus diſcretus,& per minimas intenſiones cõgregatus.Secundo debes ſcire ꝙ multum refert intenſionẽ eſſe velocẽ vel tardam & breuem vel longam, velocius enim dicitur ꝙ motu cõtinuo inæquali tẽpore ptrãſit maius, vel in minori æquale,tardius econtra, breuis aũt atque longa dicitur reſpectu termini vltimi,vt dicatur illa intenſio breuior, quæ in breuiori tempore pertingit in ſuum terminum ad quẽ, illa longior, quæ longiori tempore peruenit in eundem. Ex his ſequitur primo nullã intenſionem eſſe altera velociorẽ, nec tardiorẽ niſi æquiuoce,qũo etiam poetæ dicunt metaphoricæ tẽpus velox, & propterea videmus Ariſt. velox & tardum ſolum in motu locali dediſſe, bene tñ vna dicitur altera breuiora.altera longior, vt quæ ſuum in finem breuiori tẽpore perducit,breuior dicitur,quæ longiori, longior. Secundo ſequitur, nullam intenſionẽ eſſe alteri cõparabilẽ in proportione velocitatis,vel tarditatis, & ita pœnes nihil attendiẽ velocitas vel tarditas intenſionis, nec pœnes aliquid eſt ſumenda proportio intenſionis vnius formæ ad proportionem intẽſionis alterius . Tertio ſequitur duas intẽſiones totales eſſe æque breues, ꝑ quarum vnam maior forma eſt acquiſita, quã per alteram. Exemplum,ſi ſint duæ totales intẽſiones in eadẽ hora, & ꝑ vnam acquiratur forma intenſa vt octo, & ꝑ alteram vt quatuor,hæ ſunt ęque breues,quia in æquali tẽpore pertingũt ad ſuos fines , altera tñ eſt maior altera, non in velocitate, ſed in aggregando plures partiles intenſiones , nam altera octo, altera quatuor partiles intenſiones cõgregat.Quarto ſequitur, duas intenſiones factas in æquali tempore,quarum vna eſt altera maior,ita ſeſe habere,vt nulla ſit altera nec velocior, nec tardior,immo nec breuior,nec longior . patet iſtud per tertium nunc deductum , illæ enim intenſiones totales ſunt æque breues,& vna altera maior,& inæquali tempore factæ, & tñ altera non eſt altera velocior. Ex his patet dilucidatio,ꝙ videlicet intenſio formæ nec ꝑ diſtantiam

*1. Suppoſitio*

*Excer. prima*

*Dilucidatio*



ſtantiam à nõ gradu, nec per acceſſum ad ſummum attenditur,niſi forte per accidens, vt dictũ eſt. Hęc pauca de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis patet ſolutio ad rões fere oẽs, tamẽ ſpeciatim. Ad primã conceditur prima ſuppoſitio, & negatur ſecunda,immo oĩs latitudo eſt finita, cũ nulla forma naturalis ſit infinita. Ad probationẽ dico ꝙ latitudo proportionis ſit finita, qñ & virtus actiua & virtus reſiſtitiua eſt finita, dictum eſt.n.ſuperius ꝙ velocitas motus non acquiritur continuo ꝑ diminutionẽ reſiſtentiæ,nec per crementum potentiæ actiuę. Ad ſecũdam de lumine dico ꝙ tota latitudo luminis acquiritur vſque ad meridiem,& non ante,quia non niſi qñ ſol venit ad directũ partis, & licet ſoli & lumini nihil reſiſtat tñ nec lumẽ eſt citius acquiſibile,nec vſq; ad meridiem eſt diſpoſitio requiſita ad illius productionẽ , quia deficit illi directio aſpectus. Ad tertiã dico ꝙ ĩ aliquibus intenſio & remiſsio eſt idem, vt in forma vt quatuor: in aliquibus nõ,nam caliditas vt octo eſt ſumma intenſio formæ & nullo mõ remiſsio, caliditas vt vnum eſt ſumma remiſsio & nullo modo intenſio, qñ licet ſit diuiſibilis,non tñ põt diuidi in partes minores potẽtes per ſe exiſtere.cã aũt eſt , quia intenſio & remiſsio ſunt reſpectus,& propterea nõ põt aliqua forma dici remiſsio niſi reſpectu intenſionis,& nulla intẽſio niſi reſpectu remiſſionis,quia caliditas vt vnum nullã habet remiſsiorem, ideo diciẽ remiſsio tñ,& nullo mõ intenſio, caliditas autem vt octo diciẽ intenſio , quia reſpectu nullius diciẽ remiſsio,& hoc modo patet ꝙ licet aliqua intẽſio, & aliqua remiſsio ſubiecto ſit eadẽ,tñ in omnibus nõ eſt ita, vt dictũ eſt. Ad quartã cõcedo aliquã caliditatẽ ꝑ tãtũ diſtare à non gradu, ꝑ quãtum illi eſt propinqua, tñ diciẽ intenſa tñ ſi eſt vt octo,vel remiſſa tñ , ſi eſt vt vnũ, quia intenſio & remiſsio non dñr rõne diſtantiæ vt dictũ eſt,ſed reſpectu alicuius alterius. Ad quintã dico ꝙ nõ dicitur caliditas ſumma ꝑ hoc , quia includit maximã diſtãtiam,quia nõ rõne diſtantiæ diciẽ intenſio, ſed rõne pluralitatis graduũ.præterea latitudo vniformiter difformis licet actu includat diſtãtiã ſummã , tñ virtute eſt tanta quãtus eſt gradus medius,vt dicemus. Ad ſextam patet ſolutio,quia intenſiones illæ cũ non ſint cõtinuæ,nõ pñt eſſe æque veloces, vel inæqualiter veloces. ꝑterea ammiſſo caſu adhuc dico intẽſiones illas eſſe æque veloces,quia ſemꝑ æqualiter ꝓportionalr̃ creſcũt reſpectu gradus medij,cui quælibet illarũ rñdet,& ĩ fine ſunt ambæ æquales,quia q̃libet eſt æqualis ſuo gradui medio. A.n.in fine eſt vt quinq;, quia aggregãdo extremũ intenſius & extremum remiſsius,totum eſt vt decẽ, medium aũt quinque,ſimiliter B in fine eſt vt quinque, qa extremũ intenſius eſt vt ſex,& remiſsius vt quatuor, quæ aggregata ſunt decem,quorũ medium etiã quinq; ſunt,quare ſemꝑ ſunt æquales, & in fine æquales, bene tñ dico ꝙ ẜm peripateticos rõ nulla eſt, quia nulla illarum eſt motus continuus,& ita erũt æque breues, altera tñ altera non eſt intenſior. Ad ſeptimã patet ſolo, quia rõ ſupponit falſum, ſupponit.n.caliditatẽ velocius recedere à nõ gradu, imo nec velociter, nec tarde qualitas põt dici recedere à non gradu ſed breuiori vel longiori tẽpore.præterea licet vna illarum poſſet recedere per plura media ꝑ accñs, per ſe aũt oẽs ꝑ vnũ medium eiuſdẽ rõnis recedũt,videlicet per qualitatẽ remiſſam, rubrũ.n.& fuſcum ſunt ꝑ accñs media, at remiſſum album eſt medium ꝑ ſe ad intenſum albũ,& remiſſum nigrũ ad intẽſum nigrũ. Ad octauã primo dic rõnẽ ſupponere falſum,videlicet ꝙ motus illi fiãt cõtinuo.ſcd̃o dic,ꝙ ſemꝑ erũt æqueueloces, quia ſemꝑ ſubiectũ remanet æqualiter tale,nã qñ tota latitudo A deꝑditur in altera ipſius B medietate altera remanẽte in fine medietatis horæ totũ c remanet calidum vt quatuor, quia eſt regula calculatoris,ꝙ ꝑ quãtum latitudo eſt ĩ ſubiecto ꝑ tñ ſui denoĩat illud , vt qñ eſt ꝑ medietatẽ ſubiecti, ideo ꝑ ſui medietatẽ denoĩat illud , quare c remanebit vt quatuor,& ſic ĩ toto tꝑe ſemꝑ reſpectu totius ſubiecti ſeruabitur eadẽ ꝓportio diſtãte à nõ gradu. Ad nonã de raro & denſo dico iuxta põnẽ Auer. dari maxime rarum,& maxime denſum,itẽ minime rarũ & minime dẽſum,& ita nõ oẽ rarũ eſſe dẽſum,nec ecõtra, & ita negatur oẽm gradũ raritatis ꝑ infinitũ diſtare à nõ gradu. immo eſt dare minimũ in raritate, & cõcediẽ tale finite diſtare à nõ gradu,& cõcediẽ vlterius caſus,ſed negatur tale eſſe infinite denſum. Ad rõnẽ primo dico ꝙ illud acceptũ nõ poteſt diuidi in aliquas partes, qñ eſt minimũ,& dato ꝙ diuidereẽ in partes potẽtiales,adhuc dico ſcd̃am partẽ non hr̃e tñ de materia q̃tũ prima habet. Ad rõnem dico ꝙ debet ſic argui ſi ſecundã pars proportionalis eſſet tanta ſicut prima & in duplo intenſior quam ſit prima , ipſa includeret in duplo plus de materia quam prima,igitur nunc cum ſit ſubdupla includeret æqualem de materia,quando remaneret æque denſa,aliter negatur argumentum,& ſic ratio nulla eſt,quia deficit ſecunda conditio , poteſt enim medietas habere æqualem materiam cum ſuo toto,quãdo eſſet illi ęqualiter denſa,aliter negaẽ argumentum, plus.n. accipiẽ in antecedente,quam inferatur in conſequente. Ad vltimum patet multiplex ſolutio . primo negaẽ ſuppoſitio, qñ intenſio & remiſsio nõ eſt motus cõtinuus. Secundo dico ꝙ non per quãtum remittitur proportionaliter alterum cõtrariorum.ꝑ tñ alterum proportionabiliter intenditur. ſed per tãtum gradualiter . Tertio negatur ſimpliciter alterum intendi per quãtum alterum remittitur,vt dictũ eſt in proxima diſputatione. Hæc de nona diſputatione.

*Eodem textu.*

## DISPVTATIO DECIMA

### De intenſione formæ penes ſubiectum.

*Num intẽſio formæ fiat per maiorem radicationem cum ſubiecto.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod quæſtio ſit falſa . Arguitur primo radicatio illa eſt qualitas intenſibilis , igitur intenditur per maiorem radicationẽ, & ſic erit proceſſus in infinitum. Secundo ſi forma ſuſcipit magis & minus per maiorem radicationẽ, igitur per eſſentiam eius non erit intenſibilis,ſed per cauſam in ſubiecto , & ſic omnes formæ erunt tales, quia eodem modo ſubiectum omnibus comparatur. Tertio ſubiectum non ſuſcipit magis & minus, igitur in illo nihil magis vel minus poteſt radicari. Quarto albedo ſeparata poteſt eſſe intenſior alia , igitur intenſio non eſt per maiorem radicationem. In contrarium eſt expoſitor vbique,qui vult formam intendi per maiorem radicationem cum eius ſubiecto. Hæc de dubitationibus.

Capvt titvli secvndvm.

Qvid intenſio formæ ſit, prioribus diſputationibus patet, at radicatio quid ſit, in dilucidatione apparebit, hic aũt generali verbo, intelligiť pro fixione, atque intimatione cũ ſubiecto, ſeu (vt alij dicunt) pro participatione, qua ſubm formã participat, ſeu ꝑ comprehenſionem, qua ſubiectum formã comprehendit, ſubiectum.n. nõnullis formis participat ſm magis & minus, quas comprehendere dicitur ſecundũ magis & minus: nõnullis participat indiuiſibiliter tñ, quæ cõprehendũtur ſm magis, dñr magis radicari, q̃ ſm minus, dñr minus radicari, qd igiť ſit radicatio verbo cõi, nunc patet, nã verbo proprio, in titulo dicetur. Hæc de titulo.

Capvt positionvm tertivm.

1. Poſitio. Qvidam de mente expoſitoris dixerunt nullã formam ſm ſui eſſentiam eſſe intẽſibilem vel remiſſibilẽ, ſed quatenus ſubiectum illa participat ſm magis & minus, at participare ſm magis & minus ſubiecto ineſt ꝑ hoc, ꝙ forma magis vel minus ſubiecto eradicať, quare forma eſt intẽſibilis ac remiſſibilis ꝑ maiorẽ minorẽue radicationẽ eius cũ ſubiecto. Hanc põnem nõ modo olfecit Ariſt. ſed videtur illã expreſſe fateri. 4. phyſicæ auſculta. vbi inquit, nam quẽadmodum ex frigido calidũ, & ex calido frigidum, qñ fit, eadem eſt materia, quia poteſtate erat ambo, ſic & ex calido magis calidũ fit nulla prorſus parte facta tũc calida, q̃ nõ erat antea calida, cũ calida minus erat, hæc Ariſt. vbi patet aliquid calidius effici, & non propter aduentũ alicuius de nouo, ſed qa totũ erat minus calidũ, idem patet per aliud exemplũ, quod ſubdit de circũferentia maioris circuli. Res hæc

Commen. 34. confirmatur per Auer. ibi vbi aperte dicit calorẽ nõ fieri maiorem per additionem caloris, ſed per eductionẽ,

Confutatio. quæ eductio vř radicatio quædã ſubiecti. Sed hæc poſitio licet in diſputatione proxima refelletur, tñ nõ eſt peripatetica, quia vbi forma ẽt eſſentiam eſſet indiuiſibilis, & ſolum per radicationem diuiſibilis, tunc medium nõ eſſet ex extremis ſm eſſentiã refractis, vt vult Auer. vbique. Scđo hæc põ non põt euitare nonnulla argumẽta facta in cap. 1. quærerẽ. n. de tali radicatione an eſſet qualitas intẽſibilis, vel ne, & ſic oportet tandẽ venire ad intenſibile ꝑ eſſentiã. Secũdo tũc ſubiectũ reſpectu cuiuſcũq; ſe haberet diuiſibiliter: & ſi non, quæ eſt cauſa ꝙ ad vnã formã ſubiectum ſeſe habet diuiſibiliter: ad aliã indiuiſibiliter, nihil. n. dicere pñt: niſi volũtarij ꝗcquã afferãt. Tertio principaliter quæri ſolet de hac radicatione quid ſit, quia vel eſt aliquid diſtinctũ à forma, vel ipſamet forma: ſi ipſamet forma, tũc nihil aliud erit formã radicari magis vel minus, q̃ ipſamet formã ſuſcipere magis & minus, ſin aũt ſit aliquid diſtinctũ, vel erit forma abſoluta, vel reſpectiua, ſi ſit forma abſoluta, habeť intẽtũ, qđ forma abſoluta ſm eius eſſentiã intendiť vel remittiť. ſi ſit forma reſpectiua, cũ nullus reſpectus intẽdať ꝑ ſe, ſed rõne formæ abſolutæ, adhuc habeť ꝓpoſitũ, videlicet, qđ forma abſoluta ꝑ ſe intendiť, & nõ ꝑ radicationem. Quarto ſi ita eſſet, tũc vbi forma eſſet magis radicata, ſemꝑ ſubiectũ eſſet magis tale: hoc eſt falſum, nã apud medicos febris ethica eſt magis radicata q̃ cholerica, & tñ cholerica febris eſt intenſior febris, atq; febriens tali febre intenſius febrit. Vltimo Simpľ. in prædicamentis cõmendat opinionem Architę de intenſionis cã, & inquit mirabiliter Architas breui ſermone cãm eius, quod eſt magis & minus inſinuat, dicens, qualitas. n. quia infinitate quadã participat, ideo ſm rationẽ eius ſuſcipit magis & minus, & non ex participantibus. Hæc Simpľ.

2. Poſitio. Alij dicunt propter hæc argumẽta ꝙ radicatio maior vel minor formæ in materia non eſt cã ſuſcipiendi magis & minus, ſed præciſa cã eſt latitudo graduũ ĩ forma, ſiue (qđ idẽ eſt) illimitatio formæ, quæ ſubiectum participat. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, nec vera. Primo quia non põt forma intendi quin magis radicetur in eius ſubiecto, vel igiť radicatio illa cõcurrit vt cã, vel vt effectus, non vt effectus, quia tunc ſicut forma intenderetur, ita radicatio intẽderetur, hoc eſt falſum, quia gradus octauus eſt minus cæteris fixus, cũ prius cæteris corrumpať: igitur erit concurrẽs, vt cã. Secundo radicatio formæ eſt cõtrarij poſitiui & priuatiui abiectio, ſed talis abiectio eſt ſaltẽ cã materialis diſpoſitiua, igiť hęc radicatio cõcurrit aliquo pacto, vt cauſa. Tertio ſi intẽſio formæ eſſet cã maioris radicationis in ſubiecto, tunc intenſio formæ de foris accideret, vt arguit Auer. 4. Phy. Commen. 14. Hæc pauca de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Quid per radicationem. 1. Suppoſitio. Pro dilucidatione debes ſcire. Primo quid per radicationẽ formæ expoſitores intelligãt. Secũdo de quæſito dicendũ. Quãtum ad primum dico ꝙ ante productionẽ formæ ſubiectũ erat ſub illius cõtrario poſitiuo, ſi illi erat aliquod tale cõtrariũ, & ſub potentia ad illam, & ſub priuatione etiã illius: qñ igiť ĩ ſubiecto plus eſt de contrario formæ, atq; plus de potẽtia, & de priuatione, plus erat indiſpoſitũ ad formã, quãto aũt potentia contrariũ & priuatio remittunť magis, ac magis, tãto plus de forma recipiť magis ac magis, quare radicari in ſubiecto eſt priuationẽ & potẽtiã & cõtrariũ remitti, forma itaque intendi ꝑ maiorem radicationem eſt ipſam recipi in ſubo vel ſubiectũ illa participare ꝑ maiorẽ contrarij potentiæ & priuationis remiſſionẽ.

Secunda. Secũdo dico ꝙ formã intẽdi ꝑ maiorẽ radicationẽ põt dupľr intelligi, aut ita ꝙ fiat illorũ cõtrariorũ remiſſio nullo ſimili addito formæ, aut aliquo ſimili ei quod præerat addito.

1. Concluſio. Tunc dico ad diſputationẽ primo ꝙ nulla forma intendiť vel remittiť ꝑ maiorẽ vel minorẽ radicationẽ talẽ intelligẽdo ipſi formæ nihil poſitiui addi, ꝓbať, quia tunc forma eſſet ante & poſt ſemꝑ æqualis, igiť ſubiectũ illa nunq̃ participabit ſm magis, q̃ prius.

Secunda. Secundo dico ꝙ forma intendiť ꝑ maiorẽ radicationẽ talẽ ꝑ hoc ꝙ aliquid illi addiť, ꝓbať hoc ex primo, qa ſi nihil addiť, tunc nũquã ſubiectũ illa participabit ſm magis.

Tertia. Tertio dico ꝙ maior vel minor radicatio cã eſt diſpoſitiua maioris intenſionis vel remiſſionis, itaq; cã eſt quare ſubm participat forma ſm magis & minus, etiã quare ſubiectũ reddiť ſimile agenti, hoc deductũ eſt, quia ſubiectũ diſponitur ad recipiendum formã ꝑ omnium contrariorum remotionem, quare per gradualẽ remotionẽ potẽtiæ, & ꝑ gradualem remotionem priuationis, & etiam contrarij, ſi habet. Hæc pauca de dilucidatione.

Capvt solvtionvm qvintvm.

Ad rõnes igitur. Ad primã patet ſolutio, illa. n. radicatio eſt cõtrarij remiſſio, modo hæc intenditur ꝑꝑ intentionẽ formæ de nouo intendendæ, altera. n. eſt cã ꝑ ſe alterius & altera diſpoſitiua, intenſio formæ quidẽ cã eſt ꝑ ſe talis maioris radicationis, at radicatio cã ꝑ accidens ſiue diſpoſitiua intẽſioris. Ad ſecundã diſtinctio in proxima diſputatione, tñ pro nunc negatur cõſequẽtia, ſequereť. n. illa, qñ forma intẽdereť per maiorẽ radicationẽ intelligendo nihil addi ipſi formæ. Ad tertiam patet ſolutio, in ſubiecto. n. nihil ꝑ ſe magis vel minus radicať, ſed ꝑ accñs, vt in illo ſunt diſpõnes cõtrariæ formæ radicante. Ad quartã negať aſſumptũ, immo ſi albedo eſſet



eſſet ſeparata à ſubo, eſſet ſubſtãtia ſeparata, & per conſequens eſt omnino indiuiſibilis, & propterea aſſumptum eſt falſum, ad auctoritatẽ Ariſt. & Auer. in. 4. phy. adductam pro prima poſitione facile reſpondetur per ea quæ diximus in lib. phy. volunt enim peripatetici per intenſionem calidi nihil acquiri acceſſiuẽ, hoc eſt ita ab extra, quod non præfuerit potentia ad illud, vt Platonici dixerunt, qui voluerunt formas accedere ab extra, bene tamen peripatetici volunt aliquid de nouo acquiri eductiue, quoniam & forma & gradus formæ educuntur de potentia, & non ab extra accedunt, tu vero quære noſtras cõmentationes illic.

Expoſitio opinionis Tho. Ex his apparet recte ſenſiſſe expoſitorẽ, qui dicit formas intẽdi per maiorem radicationẽ, & quatenus ſubm illis ꝑticipat magis, non. n. vult formę nihil eſſe addendũ. ſic. n. cõſutata eſt põ, ſed vult nihil eſſe addẽdum, alterius rõnis ac eſſentiæ à præcedenti, oẽ. n. qđ addiť, eſt eiuſdẽ eſſentiæ, rõnis, & ſimilare toti ꝑcedenti, vt dicemus in proxima diſputatione. Hæc de decima diſputatione dicta ſufficiant.

*Eodem Tex.*

## DISPVTATIO VNDECIMA

De modo intenſionis formæ.

*Num intenſio formæ fiat per additionem partis gradualis ad partem gradualem vtraq; remanante.*

Capvt dvbitationvm primvm.

Si quæſtio eſſet vera, tunc eadẽ eſſet forma, quæ intenditur à principio ad finem, at conſequens eſt falſum de lumine, quod continuo eſt aliud atque aliud, aliter illuminatio non eſſet ſubitaria contra Auer. Com. 219. 4. phy. Secundo termini motus intenſionis ſunt incompoſſibiles, igitur forma quæ eſt terminus è quo corrũpitur adueniente ea quæ eſt terminus ad quẽ in tali motu. Tertio, cõtraria nõ pñt eſſe ſimul, ſed albũ & minus albũ ſunt cõtraria, vt dř. 5. phy. Tx. c. 19. igiť non manet idẽ albũ. Quarto ſi maneret eadẽ forma oĩs forma intenſa in fine motus eſſet infinitæ intẽſa. ꝓbatur quia in quolibet inſtanti eſt pfectior quã erat, & ĩfinita ſunt inſtãtia in quouis paruo tpe, igitur oĩs forma infinitæ intẽſa erit in fine ſi remanent oẽs partes priores. Quinto data qõne, tum alterabile quod in tota hora continuo alteratur in. 2. parte horæ non fuiſſet alteratum. deduco, quia nihil noui eſſet acquiſitum. nam totum quod acquireret eſſet idem cum priori. Sexto tunc mobile moueretur ad id quod habet & deducitur conſequentia, quia in toto tempore eſt eadem numero forma, igitur mobile non mouetur ad aliam formam quam ad priorem. Septimo eadem numero res non poteſt eſſe fundamẽtum duorum contradictoriorum, ſed forma intenſa & forma remiſſa eſt fundamentum duorum contradictoriorum quia intenſi, & non intenſi, igitur non eſt vna numero. Octauo ſi pars prior & pars poſterior remanent, tunc plura accidentia ſolo numero differentia eſſent in eodẽ ſubiecto. Nono tunc quanto forma eſſet intenſior. tanto eſſet imperfectior. tenet argumentum, quia magis eſſet compoſitior. Decimo argui ſolet intenſio & generatio ſunt mutationes diſperatæ, igitur intenſio poteſt eſſe ſine generatione: & ita forma poteſt intendi ſine productione alicuius alterius partis ſimilis, & per conſequẽs ſine ꝓductione alterius. Vndecimo in ĩdiuiduis eiuſdẽ rõnis non eſt ordo eſſentialis ſm perfectionem, igitur intẽſa forma & remiſſa ſunt vna met forma. Duodecimo, ſi forma augeretur ꝑ additionẽ, aut illud additũ eſſet eſſentiale naturæ, aut accidentale: ſi eſſentiale, igitur præexiſtens forma, cui additur, non erat per ſe in ſpecie illa, cum careret eo, qđ eſt de rõne & eſſentia ſpeciei: ſi accidentale, igitur nõ facit per ſe vnũ cũ præcedẽti. Tertiodecimo ſi forma intenditur per hoc ꝙ additur alia priori cõſiſis, igiť forma ſubalis, & quãtitas ſimiliter intẽderetur, cũ formæ ſubali poſſit addi pars priori ſimilis faciens per ſe vnũ cũ ea, & quanto ſimiliter. Decimoquarto cum album condenſatur, fit albius ſine additione nouæ partis, igitur intenſio non fit per additionem partis. Decimoquinto cum viſibile à remotis fit propinquius videndi, viſio intenditur, & tñ viſioni nihil additur, cum ipſa ſit totaliter indiuidua. Decimoſexto tunc forma intenſa non eſſet vna per ſe, non. n. ex aliquibus fieri poteſt vnum, niſi alterum actus, alterum potentia ſit. Decimoſeptimo ſi pars præcedens & pars ſequens fiunt vna forma, vel per identitatem, vel per vnionem, non per identitatem, quia tunc eſſet forma ſimplex. ſi per vnionem, tunc aliquibus ſui vnirentur, veluti duæ aquę ſuis vltimis, at ſic vniri nõ poſſunt partes ille, cum nõ habeant vltima. Decimooctauo ſi partes ꝑcedentes remanerẽt, tunc eodẽ ſubto primo erunt calor intenſiſſimus & remiſſiſſimus, qđ eſt impoſſe. Primo quia remiſſum aliquo modo intenſo contrariatur. Secundo quia ſi ponantur indiuerſis ſubiectis alterum ageret in alterum, quanto magis ſi ĩ eodem ponuntur. Decimonono nulla forma remittitur per diminutionẽ partis à parte, igitur nec intendi poteſt per additionem partis. antecedẽs probatur: quia quælibet medietas formæ ſm intenſionem eſt æque proxima agenti remittẽti, & eſt æqualis alteri in virtute reſiſtitiua, & vir nulla eſt rõ, qua vna potius corrumpatur q̃ altera, & ſic vel vtraq; ſimul vel neutra corrumpetur, & eodem modo de medietatibus medietatum & de omnibus dicẽdum. Et ꝙ neutra ſit magis apta à remittenti corrumpi quã altera, Arguitur primo, quia inter illas medietates nullus eſt ordo, cum oẽs ſint æquales in eodem pũcto ſubiecti. Secundo actio eſt ratione contrarietatis, & agens vtriq; medietati æqualiter cõtrariatur, igitur in vtrãq; æqualiter & ſimul aget. Tertio ſi ſumantur duæ qualitates conſimiles omnino quãtum ad gradus & cætera, inter quas nullus ſit ordo naturalis, & ponantur in eodẽ ſubto adæquato, ita vt ex illis fiat vna totalis forma, vt tenet opinio, tunc agens cuilibet parti illius æqualiter comparabitur, & ſic neutra erit dignius corrumpi. Vltimo ſi vna medietas ante alteram corrumpitur, quæratur vtrum in tempore quo vna corrumpitur remittatur altera ſi non, tũc agens naturale approximatũ paſſo ſufficiẽter diſpoſito nõ ageret ſi remittatur altera medietas qñ corrumpitur prima, pari rõne remittetur medietas medietatis, qñ corrũpitur prima medietas medietatis, & ſic oẽs ſimul remittẽtur, igiť tota ſimul forma corrumpitur. Viceſimo ſumatur indiuiduum albedinis vt A ĩdiuiduũ nigredinis vt B. & arguo ſi forma ĩtẽderetur ꝑ additionẽ ptis, tunc A eſſet infinite pfectũ, & deduciť, quia A excedit ſuam medietatẽ in dupla ꝓportione & ſua, medietas excedit ĩ pfectione ipſum B, igiť A excedit B ĩ duplo, eodẽ mõ pt ꝓbari ꝙ A excedit ipſum B in q̃druplo, qñ A excedit ſuam quartã in quadruplo, q̃ quarta excedit ipſum B: & quicqd excedit excedẽs, excedit exceſſũ, igiť A excedit B in quadruplo, & ſic ĩ infinitũ cũ A ſm opiõnẽ ſit diuiſibilis in ĩfinitũ ſm ptes for

 males,

males, & ſic vltra q̃libet ꝓportionem A excedit B & ita infinite. Viceſimoprimo tũc forma nõ augeret, quod eſt oppoſitum, & deducitur quia nec pars præcedens, nec ſequens augetur. Vigeſimoſecundo ſi intenſio ſit per additionem, tunc remiſſe calidum poſſet inducere in ſubiecto intenſiſsimum calorem, & deducitur, nam agens potens inducere vnam partem formæ, poteſt inducere aliam partem æqualem in ſubiecto æqualiter vel magis diſpoſito, ſit igitur A remiſſe calidum, & ſit B gradus caloris, quẽ A poteſt inducere in ſubiecto C, tũc inducto gradu B in C ſubiecto, adhuc A poſſet inducere in eodem ſubiecto alium gradũ æqualem gradui B, qm̃ ſubiectum C poſt inductionem vnius gradus formę nõ minus, imo magis eſt diſpoſitum ad recipiendum calorem q̃ prius, & ſimiliter poſt ſm gradum põt inducere tertium, & ſic ſemper quouſque deueniatur ad calorem intenſiſsimũ, quia ſm opiõnẽ ex tali additione ſemꝑ calor augeť. In cõtrariũ ſunt ꝑipatetici & maxime Auer. q vbiq; vult formã creſcere ꝑ additionẽ ꝑtis ad ꝑtẽ vtraque remanẽte. Hęc de dubitationibus dicta ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Partes graduales q̃.* PARTES graduales nonnulli etiam potentiales intelligunt, nos autem cuiuſlibet formæ partes duplices dicimus actuales, & potentiales infinitæ ſunt in quauis parua parte formæ, actuales vero dicuntur non ꝙ actu inter ſe & à toto ſint diuiſæ, ſed quia poſſunt actu exiſtere ſi ſepararentur à toto, vel inter ſe, partes tales ſunt in qualibet forma finitæ, & hæ gradus formæ dñr, & nõnunquam minima formæ, pro quanto nulla forma põt ſub minore parte gñari. *Quid intenſio.* Intenſio quid ſit pluries declaratũ eſt, tñ dicimus intenſionem formæ eſſe gñonẽ formæ, non ſimpliciter, ſed maioris q̃ erat, vt.n. dictũ eſt duplex eſt formæ gño, poſitiua ſiue abſoluta, qua forma ſimpliciter incipit eſſe poſt non eſſe. Alia comparatiua, nõ qua forma ſimpliciter incipit eſſe poſt nõ eſſe, ſed poſt q̃ fuit, incipit eſſe maior quã erat, & hæc dř formæ intẽſio, contra autem formæ remiſsio, dř.n. remiſſio gño, non qua forma incipit eſſe, ſed qua incipit eſſe minor, quare oĩs intenſio ſupponit formam eſſe. *Addi partem partibus quid.* Addi vero partem parti vtraque remanente intelligitur formam eſſe genitam, & illi addi ſimile quoddam & eiuſdem rationis, ex quo & præcedenti totum fiat maius quã erat, vt ſi aliqua aqua hic eſſe ſimpliciter genita, & ſibi per aliam gñonem intelligeremus vnã aliã addi, ex qua & p̃cedẽti reddať maior quã erat. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Egidij ī quolibetis quo libeto. 2. q. 14.* NOVVS expoſitor diſtĩguit de forma, ait.n. formã eſſe duplicem, alteram quę ſubiecto dat eſſe ſimpliciter, vt ſubſtantialis, & hæc nec ſm eſſentiam, nec ſm eſſe eſt intenſibilis, alteram quæ ſubiecto dat eſſe ſm quid, & hæc eſt intenſibilis ſm eſſe quod habet in ſubiecto, non autem ſm eſſentiam, & tunc iuxta hãc diſtinctionẽ dicit intenſionem fieri non poſſe per additionem partis gradualis ad partem gradualem vtraq; remanente, ſed per eandem formam præciſe nec intenſam nec remiſſe eſſentialiter, per quam ſubiectum erat tale. v.g. album redditur magis album, quatenus albedine magis ac magis ſubiectum participat. *Rationes noui expoſitoris.* Probat autem põnem hanc quia rerum eſſentiæ conſiſtunt in indiuiſibili, vt indicat Ariſt. in textu dicẽs formas eſſe ſicut ſunt numeri. præterea Auic. ait equinitatem eſſe tm̃ ipſam, igitur non poteſt eſſentia alicuius formæ eſſe gradualiter diuiſibilis. Quod vero ſm eſſe forma poſsit ſuſcipere magis & minus, arguit nouus expoſitor, quia ipſa in ſui eſſentia non variata ſubiectum participare põt ſm magis ac minus, vt.n. virtus ad agere, ſic forma ad perficere ſubiectum, at eadem numero virtus in ſe non variata poteſt magis & minus agere in ſubiectum pro ratione, qua ipſum inuenit magis minuſúe affectum, igitur eadem forma numero. verbi cauſa calor poteſt ſubiecto dare perfectius & imperfectius eſſe pro ratione qua ſubiectum eſt magis ac minus recipere illam aptum, quare licet forma ſit ſm eius eſſentiam indiuiſibilis, poteſt illa ſubiectum magis minuſúe participare pro ratione diſpoſitionum quibus illam recipit, diſpoſitiones autem talis ſic docet expoſitor nouus, imaginatur.n. qualitates ſecundas intendi remittiúe per intenſionem remiſsionemúe primarum, quæ ſunt diſpoſitiones ad ſecundas, primas vlterius dicit intendi remittiúe propter intenſionem primarum qualitatum materialium, quæ ſunt raritudo denſitudoúe, at hæ non intenduntur propter intenſionem aliarum priorum, ſed ratitudo propter maiorem extenſionem & denſitas maiorem materiæ conſtrinctionem intendentur, tanto nãque res rarior eſt, quanto ipſa ſine additione alicuius extrinſeci maiorem occupat vel occupare nata eſt locum; & de denſitate econtra, ꝙ autem materia nunc magis nunc minus extenſa ſit, non requirit aliam diſpoſitionem præter dimẽſiones, & vim agentis, & ſic vitatur proceſſus in infinitum in diſpoſitionibus. præterea dicit etiam nonnunquam formam intendi propter maiorem diſpoſitionem ſubiecti, dato ꝙ illa diſpoſitio non intendatur, poteſt.n. vna forma recipi in ſubiecto duplici qualitate, veluti caliditas mediante ſiccitate & humiditate, ſiccitas magis diſponit ad calorem q̃ humiditas, vnde in materia ſicca cæteris paribus eſt calor intenſior, q̃ in humida, igitur aliquod ſubiectum ſic calidum & humidum, & poſtea fiat ſiccum, erit calidus q̃ fuit prius, & tñ ſubiectum non erit magis diſpoſitum ad calorem propter intenſionẽ prioris diſpoſitioni, ſed propter nouam diſpoſitionẽ alterius rationis à prima. *Summa poſitionis noui expoſitoris.* Sic igitur de mente expoſitoris noui collige primo formam ſubſtantialem nec ſm eſſentiã, nec vt illa ſubiectum participat eſſe intenſibilem atque remiſsibilem. Secundo collige formas accidẽtales ſm eſſentias non poſſe eſſe intenſibiles, ſed ſecundum ꝙ illis ſubiecta participant magis & minus. Tertio collige illas ſubiectum recipere ſecundum magis ac minus, ad quas cõcurrũt diſpoſitiones aut intenſibiles & remiſsibiles, aut reddentes ſubiectum magis affectũ: aut agẽs melius applicatum ſubiecto, aut aliquid tale, quod diſponat magis ſubiectum, quicquid ſit illud. Hæc nouus expoſitor. *Obiectiones aliquorum.* Contra hanc poſitionem obijciunt aliqui. Primo quia accipio illud eſſe per quod forma diciť intenſibilis, & q̃uero vel tale eſſe eſt omnino idẽ cũ eſſentia formæ, aut aliud quid à tali eſſentia, ſi idẽ cum eſſentia formæ; tunc ſicut tale eſſe ſuſcipit magis & minus, ſic etiam eſſentia erit maior, ac minus, ſin autem aliud, tunc vel tale eſſe ſm eius eſſentiam ſuſcipit magis, & minus, vel ſm eius eſſe. ſi ſm eius eſſentiam, habeť propoſitũ. ſi ſm eius eſſe, tunc erit proceſſus in infinitum. Secundo vel alteratio terminať ad eſſentiã formæ, aut ad eius eſſe. ſi ad eſſentiã, igitur in prima parte motus ceſſaret oĩs motus, quia ita cito ſicut aliq̃d caliditatis acquiriť, ita cito tota eius eſſentia acquiriť, igiť ita cito ſicut inciperet motus, deſineret, ſin aũt ad eſſe terminetur, igitur facta prima ipſius formæ acq̃ſitione nihil formæ eſſentialiter acquireretur. *Obõnes Gregorij Arminenſi.* Alij arguunt primo ſic, quia ſi põ eſſet vera, tunc ſubm magis diſpoſitũ ad aliquã formam intenſius



intenſius illam reciperet, hoc eſt falſum, quia tunc aer intẽſius à cãdela illuminaretur, q̃ aqua à ſole, quia aer eſt intenſius diſpoſitus ad recipiendũ lumẽ. Scd̃o vel ſubm per hoc ꝙ magis diſponitur, recipit formam intẽſiorẽ, vel præciſe æqualem, ſi intenſiorem, igitur contra poſitionem, ſi præciſe ęqualem, igitur ſubiectum non poteſt denoĩari ſm magis & minus ab illa, ab indiuiſibili .n. nihil dř magis vel minus tale, ſed ſemper æqualiter. Tertio ſequeretur ꝙ forma ſubſtãtialis poſſet ſuſcipere magis & minus, deducitur ſi pręciſa cauſa ſuſcipiendi magis & minus in forma eſt ex maiori & minori diſpoſitione ſubiecti, tunc cum reſpectu formæ ſubſtantialis ſubiectum poſsit eſſe magis & minus diſpoſitum, forma illa põt ſuſcipere magis & minus. Quarto argui poteſt contra diſpoſitiones quas fingit, qm̃ multa pñt effici calidiora q̃ erant, & non propter maiorem raritudinem, vt patet de adamante in anulo clauſo, qui calefit magis ac magis, & tñ non rerefit magis ac magis, idem de ferro videmus, vel auro, quod calefit, & non ſentitur rarius, nec denſius, igitur talia redduntur calidiora ꝓpter intenſionem qualitatis & non propter diſpoſitionem. præterea ſi lunæ appropinquaretur aliquod corpus potens illam illuminare, quanto plus appropinquaretur. tanto luna magis illuminaretur, & tñ ipſa nec rarefieret nec condenſaretur, nec aliqua diſpoſitione afficeretur. *Poſitio. Gothofredi Burl.* Alij dixerũt intenſionem fieri per acquiſitionem nouæ formæ perfectioris q̃ erat præcedens, non tñ vtraq; remanente ſed ſimul adueniente noua pręcedens corrũpitur, ita ꝙ in ſubiecto nunquam ſunt ſimul tales duæ formæ, quarum vna fuerit prius in ſubiecto, q̃ altera, propterea dicunt ꝙ quẽadmodũ in motu locali mobile in quolibet inſtanti tꝑis menſurantis motum, habet aliud atq; aliud vbi, ſic quoq; in alteratione alterabile in quolibet inſtanti tẽporis mẽſurãtis alterartionem habet aliam atq; aliam formam numero. præterea etiam vt in auctione quantitatiua augmentabile cõtinuo eſt ſub alia atq; alia quantitate, ſic alterabile in intenſione formę erit continuo ſub alia atq; alia forma, hanc poſitionem Auicenna ſentire videtur ſecundo libro ſuæ phyſicæ, auctor etiam ſex principiorum, & Albertus ibidem eandẽ videntur ex toto ſectari. *Confutatio poſitionis.* Sed ſine dubio hæc poſitio eſt cõtra peripateticos. *Cõm. 63.* Ariſt.n. octauo phyſicorum ait, inconueniens videbitur, ſi factum mox, neceſſe ſit corrumpi, & nullo tempore ꝑmanere, vbi Auer. inquit oẽ generatum habet eſſe in actu, & oẽ exiſtens in actu eſt in tempore demonſtrato, alias natura ageret ocioſe, & per hoc ambo concludunt duos motus contrarios continuari non poſſet, & loquuntur generatim tam de ſubſtantijs, quam de accidentibus. præterea data hac poſitione, tunc in qualibet intenſione continua daretur primũ intẽſum eſſe, quod eſt cõtra Ariſt. *Cõm. 32. & 40.* & Auer. & ipſi etiam reputant impoſsibile, & deducitur argumentum, & ſummo aliquam partem aeris remiſſe lucidam, quæ vocetur A. lumen vero quo ipſa eſt ſic lucida vocetur B & ponatur ꝙ B lumẽ cauſetur à cãdela diſtante, deinde volo ꝙ A aer per continuum candelæ approximationem reddatur magis lucidus, tunc arguo in aliquo inſtanti A eſt primo mutatum A lumine B hoc nemo dubitat ſm opinionem, aliter lumen B ſtaret pluſquam per inſtans in mutatione, & in eo inſtanti in quo A eſt primo mutatum A lumine B eſt mutatum ad lumen maius ponendo ꝙ continuo cãdela approximetur, vt dictum eſt, igitur ſi A primo mutatur A lumine B, igitur A erit primo intenſum in lumine, igiť intenſi dabitur primum. Hæc igitur poſitio videtur contra peripateticos. Secundo argui ſolet ſupponatur ꝙ niphus prius calidus incepit hodie ipſe calefieri, & ſit in eo intenſio ipſius caloris continua, & non ceſſet ante finem huius diei & ſummo vnum gradum caloris, quẽ in hoc inſtãti præſenti habet, & nunc primo acquiſiuit, vt eſt poſsibile ſm opinionẽ, qui gradus ſit A. Et arguo A gradus eſt nunc primo genitus, igitur aliquis gradus caloris in Nipho eſt nunc primo corruptus, patet hoc apud eos, qui volunt ꝙ adueniente nouo gradu corrumpatur præcedens A. igitur gradus eſt nunc primo genitus, igitur aliquis gradus eſt nunc primo corruptus, ſit ille B, B igitur gradus eſt nunc primo corruptus, vel igitur in eodem inſtanti eſt nũc primo genitus, vel in alio priori, non in eodem. quia non poteſt ipſum B in eodẽ inſtanti: nunc primo eſſe genitum & nunc primo eſſe corruptum, quare in alio priori, & ita per tempus durauit. Tertio non poſſunt euitare motum intẽſionis eſſe quin ex mutatis componatur, vt deduci poteſt per deductionem Ariſtote. in. 6. phyſicorum. Quarto cõceſſa hac poſitione, aut idem eſſet producens & productum, aut aliquid eſſet productum ſine producente, & deducitur conſequentia ponendo ꝙ A caliditas agat. in B frigiditatem, & econtra, cum detur reactio per communiter loquentes, & ſit inſtans quod eſt præſens medium actionis, & arguitur ſic. Caliditas A nunc primo eſt ꝓducta, vel igitur à frigiditate quæ nunc primo eſt producta per remiſsiorem, vel à frigiditate quæ pręfuit, & quod caliditas A nũc primo ſit producta, patet quia per reactionem frigiditatis in illam eſt producta nunc primo, cum ſit remiſsior quam erat, igitur per poſitionem nunc primo eſt producta, ſi igitur ſit producta nunc primo à frigiditate, quę nũc primo eſt producta per actionem caliditatis in illam, tunc frigiditas eſſet producta nunc primo ab A caliditate: & nunc primo ipſum A producens, aut erit productum ſine producente, vnde A caliditas erit producens B frigiditatem, & erit producta ab eadem, ſin autem dicatur ꝙ caliditas A nunc primo producta ſit A frigiditate quæ præfuit, non A frigiditate, quæ nunc primo eſt producta, vel igitur ab ea quæ pręfuit immediate, vel mediate. ſi immediate, & cum illa non durauit niſi per inſtans per poſitionem, tunc fuiſſet inſtans inſtanti immediatum; ſin autem ab ea quæ præfuit mediate, ſit illud inſtans huic mediatum C in quo frigiditas producens præfuit, tunc arguo inter C inſtãs, & inſtans, quod eſt præſens infinita fuerunt inſtantia, ſed in quolibet ĩſtanti alterationis ipſius B fuit alia & alia frigiditas totaliter in B vt ponit poſitio, igitur poſt C inſtans infinitæ frigiditates præfuerunt, & ita frigiditas quæ fuit in C non immediate produxit caliditatem quæ nunc eſt, cum infinitas antea produxerit, quod eſt contra caſum. Quinto data poſitione tunc qualitas per ſe ſenſibilis corrumperetur ſine motu præcedente eius corruptionem, & conſequentia patet, nam incipiat A calidũ agere in B frigidum, & econtra, & tunc patet ꝙ caliditas A immediate poſt hoc erit corrupta, & ſimiliter frigiditas B, & tamẽ nullus motus præceſsit in B vel in A; eo quia nunc primo incipit alteratio in vtroq; illorum.

Sexto agat A ignis in B aquam & econtra, tunc vel per aliq̃d totum tẽpus manebit aliqua caliditas in igne, vel præciſe per inſtans. ſi per aliquod totum tempus, ſequitur oppoſitũ poſitionis ſi p̃ciſe per ĩſtans, igiť A ignis nõ calefacit B aquã, q̃d eſt cõtra caſum, & deduco argumẽtũ, q̃a nõ eſt poſſe A ignem calefacere B aquã per motum

tum ſuo calore, qui per inſtans tantum ſit. Septimo vero data poſitione, tunc vna gutta aquæ poſſet corrumpere totius ſphęrę ignis caliditatem, & deducitur cōſequentia dato ꝙ vna gutta aquæ approximetur ſphæræ ipſius ignis, aget.n.tunc ignis in aquam & aqua in ignē illum remittendo, quare totus ignis erit corruptus per poſitionem, quia totus erit remiſsior, q̃ erat. Octauo illa quorum, quodlibet non durat niſi per inſtans non poſſunt inuicem continuari, ſed gradus formæ ſunt tales, igitur non poſſunt continuari & ſic nullus motus alterationis poteſt eſſe cōtinuus, quod eſt cōtra poſitionem. Nono data poſitione, tunc ſequitur ꝙ ſi ignis calefaceret aquam quamlibet caliditatem inductam infinite caliditates pręceſsiſſent, & deducitur inconueniēs, quia ſi in quolibet inſtanti temporis menſurantis motum eſt alia & alia caliditas, & quodlibet inſtans infinita præceſſerunt inſtantia, ſequitur inconueniens. Decimo ſequitur ꝙ alius eſſet viſus in me quàm ante hoc fuit. Et deduco ponendo ꝙ virtus viſiua mea continuo fuerit remiſſa vſque ad hoc inſtans. Et cum per poſitionem in intēſione, vel remiſsione formæ, forma eſt cōtinuo alia atquę alia, ſequitur ꝙ nunc virtus viſiua mea ſit alia ī me q̃ antea fuit. Vndecimo data poſitione, deduci poteſt, oēm alterationis motum eſſe infinitæ velocitatis; quia quælibet qualitas eſt infinitæ modicæ reſiſtentiæ, quia nulla qualitas ſufficit per certum tempus alteranti reſiſtere per poſitionem, igitur oīs alteratio erit infinitæ velox. hæ rationes cōiter tanguntur à Galterio & à forliuia. Alij non arguūt. Duodecimo vt Albertilla.5.phy. auſculta. quia ſi in remiſsione cōtinuæ eſſet alia atq; alia qualitas totaliter, tunc ſumma caliditas ꝑderetur in nō tpe quod deducitur, quia ſi B frigidum applicetur A calido in ſummo, tunc illud remitteret caliditatem A & ſic ſubito deſinet eſſe ſummæ calidum, hoc autem eſt impoſsibile quia caliditas vt octo non eſſet maioris reſiſtētiæ q̃ remiſſa vt duo. Tertiodecimo arguit̃ ꝙ poſitione data, tūc oīs qualitas ſubito acquireretur, & ſic ad nullā qualitatē eſſet motus, vt deductū fuit.

*Tertia poſitio.*

Alij euitant has rōnes dicentes primo intenſionē non eſſe motū continuū, qm̄ ſi eſſet motus cōtinuus, tūc in quolibet inſtanti tpis menſurātis motū eſſet forma perfectior, & cum non poſsit eſſe perfectior minus vno minimo, vt ſuperius eſt deductū, erunt in illo tpe infinita ſiue minima ſiue gradus inducti, quia infinita ſunt inſtātia in quouis paruo tēpore. ſic igitur volunt formam non eſſe eandem numero, immo aliam è principio vſq; in finem, non tamē per motum continuum, ſed per motum diſcretum ſiue interpolatum, imaginantes agens poſt generationem abſolutam formam per certum tempus nihil amplius agere, ſed illam conſeruare, deinde in vltimo illius aliam perfectiorem producere, & priorem corrumpere, ita vt primum eſſe perfectioris ſit primum non eſſe imperfectioris, & hoc modo euitant multas rōnes. Secundo dicunt reactionem poſitiuam q̃ patiens remittat agens & in illo aliquid producat, nō eſſe poſsibilem, ſed bene reactionē priuatiuā, qua mobile reſiſtit mouenti ne ſubito alteretur vel moueat̃, & per hoc etiā euitant nonnullas alias rōnes.

*Obiectiones.*

Et licet hæc poſitio multa euitet, tn̄ adhuc argui poteſt. Primo quia data hac poſitione, tūc frigidum remittēs calidum per ſe calefaceret, quod eſt contra naturam frigidi, & deduco conſequentiam, quia producens caliditatem calefacit, at frigidum remittens calidum producit caliditatem ſm poſitionem igitur vt prius. Secundo data poſitione, tunc aliquod agens produceret aliquem effectum in gradu & forma ꝑfectiorem, & deducitur, quia B frigidum remiſſum remittēs A calidum intenſum, agit nouam caliditatem per poſitionem, ſed oīs caliditas qualibet frigiditatem eſt perfectior in forma, igitur B producit effectum perfectiorem in forma, & ꝙ in gradu arguitur, quia inducit caliditatē intenſiorem ipſo B frigido, vt per caſum poteſt poni. Tertio data poſitione, quælibet forma eſſet intenſiue īdiuiſibilis, & nulla haberet partes graduales, hoc eſt impoſsibile, quia tunc ad nullam formam eſſet per ſe motus. Quarto in elementorum tranſmutatione remanet ſymbolū vt in generatione aeris ex igne, vt dr̃.2. de generatione, & caliditas aeris eſt remiſsior illa ignis, igitur vna numero caliditas eſt primo intenſior & illamet numero remiſsior. Quinto ponatur ꝙ aer huius domus ſatis intenſo lumine illuminetur, ſuperueniatq; lumen ſatis remiſſum, quod in eodem aere lumen cauſet, tunc aut in tali productione luminis remiſsi corrūpitur lumē præexiſtens intenſum, vel remanent ambo. ſi remanēt ambo, hr̃ poſitionis oppoſitū, videlicet ꝙ plures gradus eiuſdem formæ in ſpecie manent ſimul in eodem ſubiecto primo, ſinautem primum corūpitur, tunc adueniente remiſſo lumine ſuper lumen illud intenſum, non intenſius, ſed remiſsius mediū illuminaretur, quod eſt cōtra experientiam, & deducitur cōſequentia, quia lumē vt duo adueniens præexiſtenti lumini vt ſex ſi corrumpit illud, gn̄are non poteſt niſi lumen vt duo, non.n.pōt intenſius generare q̃ ipſum ſit, & ita medium vt duo remanebit illuminatum. Sexto data poſitione, tunc daretur aliqua latitudo qualitatis vniformiter difformis, quę non erit vniformiter difformis, quod implicat contradictionem, & deducitur conſequentia. ſi.n.dabitur latitudo vniformiter difformis, quæ eſt vniformiter difformis, ſit illa A B quæ incipiat à gradu vt ſex, & terminet̃ in nihilum illius ſiue in non gradum, & quęro vel in parte A latitudo eſt plurium partium quàm in parte B vel æque indiuiſibilis in A ſicut in B, ſi æque indiuiſibilis in A parte ſicut in B neutra erit altera plurium partium, igitur non eſt latitudo vniformiter difformis, vt patet per eius diffinitionē ſuperius poſitā, & hoc mō hr̃ illatum, ſinautē in A eſt plurium partium quam in B, igitur A cōponitur ex parte, & parte, & ſic non eſt forma indiuiſibilis, vt tenet poſitio. Septimo data poſitione, facile deduci poſſet aliquod totum eſſe, quod non eſſet diuiſibile in duas medietates, quarū quælibet eſſe ſubdupla ad totum, īmo ꝙ eſſet aliquod totum, & ī nullas partes eſſet diuiſibile, vt patet ſi latitudo eſſet forma indiuiſibilis. Octauo deduci poſſet contra hanc vt contra primam ꝙ frigidiſsimum poſſet generare oēm caliditatem citra ſummā, & ꝙ caliditas remiſſa poſſet generare caliditatē in duplo intenſiorē, vt fuerūt deducta, de reactione vero, quā negant, nolo nunc loqui, qm̄ de illa eſt problema neutrū. ꝓterea illa cōceſſa adhuc hęc poſitio poſſet ſaluari, ſed vtcunque ſit, de poſitionibus hactenus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Si ſecūdū eſſentiam aliqua forma eſt intenſibilis.*

HIS diſputatis ꝓ dilucidatione. Primo videamus ſi forma aliqua poſsit ītēdi ſm eſſentiā, remitti ēt. Scd̄o videamus de q̃ſito. Quātū ad primū debes ſcire eſſētiā formę poſſe accipi bifariam, quēadmodū ꝑtes eſſentiales, è qbus eſſentia reſultat, pn̄t accipi dupl'r.

*Quot ꝑtes eſſentialiter.*

Quædā.n. partes eſſentiales alterius rōnis, quæq; diſsimilares dn̄r, vt genus & differentia, quędam ſunt partes eiuſdem rationis quęque ſimilares dicuntur.

*Q̄t modis eſſentia.*

Quare altera eſt eſſentia formæ reſultans ex partibus eſſentialibus alterius rationis ac diſ-



ac diſsimilaribus, quam eſſentiam dicit diffinitio eius, altera reſultans ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis ſiue ſimilaribus: & ab hac non ſumitur diffinitio, eſſentia primo modo datur in omnibus, quæ ſunt diffinibilia, vbi enim ſunt partes eſſentiales diſsimilares, ſiue alterius rationis, ibi eſt eſſentia. quare in omni eo quod eſt in genere reperitur eſſentia primo modo. Eſſentia ſecundo modo ſolum in his reperitur, in quibus duæ formæ eiuſdem rationis poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti, vt albo, nigro, calido, frigido, & id genus, poſſunt enim duæ albedines eiuſdem rationis eſſe in eodem pūcto ſubiecti, & duæ caliditates eiuſdem rationis eſſe etiam in eodem puncto ſubiecti, in ſubſtantijs autem in quibus forma ſubiecto dat eſſe ſimpliciter, talis eſſentia ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis reſultans eſſe non poteſt, in aliquibus etiam accidentibus, quæ licet non dent ſubiecto eſſe ſimpliciter, dant eſſe indiuiſibiliter, etiam talis eſſentia non reperitur, de his ſuperius dictum eſt, vnde patet in his omnibus, in quibus eſſentia ſecundo modo reperitur, in his reperiri eſſentiam ſecūdum primam rationem, non autem ecōtra, cum in ſubſtantijs & nonullis accidentis reperiatur eſſentia ſecundum primam rationem in quibus eſſentia ſecundum ſecundam rationem non eſt reperibilis.

*Dilucidatio.*

Ex his facile patet dilucidatio, nam loquēdo de eſſentia ſecundum primam rationem, nulla forma ſecundum talem eſſentiam poteſt ſuſcipere magis ac minus. Quoniam, vt recte nouus arguit expoſitor, omnis forma ſecundum talem eſſentiam eſt indiuiſibilis, omnia præterea in indiuiduo eiuſdem ſpeciei in eſſentia tali comparantur indiuiſibiliter, quemadmodum in definitione etiam, ſinautem loquimur de eſſentia ſecundum rationem ſecundam, poſſumus intelligere formam ſuſcipere magis & minus ſic intelligendo, ꝙ forma præcedens per aduentum formæ ſequentis in eodem puncto ſubiecti reddatur maior, vel intenſior, & ſic nulla forma ſecundum talem eſſentiam ſuſcipit magis & minus, quoniam forma præcedens in A puncto per aduentum nouæ formæ in eodem A puncto nunquam redditur maior, nec minor, ſemper enim eſt præciſæ tāta. Aut poſſumus accipere ſic intelligendo, ꝙ ex forma præcedenti in A puncto, & forma de nouo adueniente in eodem A puncto reſultet maior forma ſecundum eſſentiam, quàm ſit ꝓcedens, & quàm ſit ſequens, & ſic concedimus formas tales ſuſcipere magis & minus ſecundum eſſentiam.2.modo. nam ex forma præcedente in A puncto, & forma nouiter recepta in eodem A puncto reſultat vna forma maior ſecundum eſſentiam reſultantem ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis, quàm ſit quælibet illarum, quoniam talis forma reſultans eſt ex pluribus partibus eſſentialibus eiuſdem rationis, quàm quælibet illarum, eſt præterea totum ad quamlibet illarum, & omne totum eſt maius ſua parte.

*Concordia.*

Quibus facile opiniones contrariæ poſſunt conſiliari, qui enim dicunt nullam formam ſecundum eius eſſentiam ſuſcipere magis & minus, ſi intelligāt de eſſentia reſultante ex partibus alterius rationis, recte ſentiunt, æque .n. eſſentialiter albedo vt vnum eſt albedo quēadmodū albedo vt octo, qm̄ vtriq; diffinitio albedinis eſt ęqualis, qui aūt dicūt formas ſuſcipere magis & minus ſm eſſentiā ſi intelligant ſm eſſentiā reſultantē ex partibus eiuſdē rōnis, & .2. mō dicto, ēt recte dicunt, ex ꝓcedenti .n. forma & ſequenti ſemper reſultat vna eſſentia maior q̃ ſit eſſentia cuiuſlibet illarū ſeorſum, ex pluribus partibus eiuſdem rōnis conſurgens, vt dictum eſt in .2. mō quomodo igitur formæ ſm eſſentiam ſuſcipiant magis & minus, ex his patet.

*Si forma intēditur per additionem partis vtraque remanente.*

De.2. vero dico non eſſe dubium formam ſuſcipere magis & minus per additionē partis eſſentialis eiuſdem rationis atque ſimilaris, ſupra parte eiuſdem rationis ac ſimilaris vtraque remanēte, quoniā aliter eſſentia reſultans ex illis partibus nō eſſet maior eſſentia cuiuſlibet partis vt deductum eſt, oportet igitur concedere ex parte præcedente in A pūcto & parte ſequente in eodem A puncto confici eſſentiam formæ, qua forma dicatur intenſior quęlibet parte conſtituentium. Dubium autem eſt ſi forma quæ intēditur, ſiue quæ redditur maior ſecundum eius eſſentiam, ſit continuo alia atque alia. Et iuxta peripateticorum poſitionem etiam patet talem formam non poſſe eſſe continuo aliam atq; aliā hoc eſt in quolibet inſtanti perfectiorē, & ꝑfectiorem, tum primo quia ſm ꝑipateticos intēſio nō eſt motus cōtinuus, tum etiam quia ſi ī quolibet inſtanti eſſet perfectior, & ꝑfectior: cum non poſſit eſſe perfectior niſi ad minus ꝑ vnum ſiue minimū ſiue gradum, tūc in fine temporis motū menſurantis forma eſſet infinita, patet igitur formam non poſſe eſſe aliā atq; aliā continuo, hoc eſt in quolibet inſtāti. reſtat igit̃ videre quonam mō forma poſsit eſſe alia, & quo motu. Dico igitur ꝙ alia forma dici pōt ſyncategorematicæ, & categorematicę, vt loquar verbis logicorum, dicitur aliquod aliud ſyncategorematicæ, quando ſecundum ſe & quodlibet ſui eſt aliud, vt ſi corrumpatur totum ſecundum ſe & quodlibet ſui. & ex corruptione illius generetur aliud totum ſecundū ſe & quodlibet ſui. Aliud categorematicæ vero dicitur, quando ſm ſe eſt aliud totum; non tamen ſecundum quolibet ſui, & hoc modo mundus eſt alius hodie q̃ heri fuit, qm̄ eſt aliud totū ſecundum ſe, non tamen ſm quodlibet ſui, tunc dico ꝙ forma intēſior eſt alia q̃ remiſsior categorematicæ qm̄ eſt aliud totum ſm ſe, ab eo, quod præceſsit, non autē alia ſyncategorematicæ, quia non ſm ſe & quodlibet ſui eſt alia, quoniam totum præcedens in A punctum remanet cum eo, ꝙ ſequitur in idem A punctum, igitur non eſt alia ſyncategorematicę. Dico.2. ꝙ forma quæ intēditur nec categorematicæ, nec ſincategorematicæ eſt continuo motu alia atque alia, ſed categorematicę eſt alia motu diſcreto, qm̄ eo inſtanti quo ītenditur, eſt alia categorematicæ ab ea quæ præceſsit, at inter inſtans ītenſionis, & gn̄ationem præcedentis ſemper mediat tēpus ſecundum peripateticos. Et de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis. Ad primam patet ſolutio, lumen enim non eſt motu continuo aliud atque aliud, ſed motu diſcreto aliud eſt categorematicæ. Ad ſecundam dicō ꝙ terminus à quo, & terminus ad quem generationis abſolutæ ac poſitiuæ ſunt ſimpliciter incompoſsibiles, & ideo ſimpliciter adueniente termino ad quem, terminus è quo omnino corrumpitur, at generationis cōparatiuæ termini ſunt ſm quid incōpoſsibiles, & ſit ſm quid corrumpitur terminus equo, non autem ſimpliciter, modo terminus à quo erat priuatio tantæ formæ, & illa corrumpitur adueniente tanta forma. Ad tertiam dici poteſt ꝙ album & minus album ſunt contraria ecundum quid, & ſic non pn̄t eſſe ſimul ſm quid, at bene pn̄t ſtare ſimul ſimpliciter, quia vt ſic non ſunt contraria, vel dic ꝙ album & minus albū ſunt contraria per accn̄s, quatenus ad minus album comitat̃ nigrū, quod eſt ꝑ ſe albo cōtrariū, vt patet. Ad quartā patet ſolō, illa

enim ratio valeret, quando intenſio eſſet motus continuus. Ad quintam nego conſequentiã, & dico ꝙ motu diſcreto, qđ acquirit, eſt aliud à priori categorematicę, non autem ſyncategorematicę, & ſic aliquid noui habetur per intenſionem ſecundam, quod non habebatur per primam. Ad ſextam patet ſolutio, quoniam forma quæ acquiritur in ſecunda intenſione eſt alia categorematicæ, & ſic non eſt ad illud quod habebat. Ad ſeptimam patet ſolutio, eſt enim eadem numero, quia nõ alia ſyncategorematicæ, cum quo tamen ſtat eſſe aliam numero categorematicæ & iſtud ſufficit per contradictione ſaluanda. Ad octauam dico plura accidentia ſolo numero differentia poſſe eſſe in eodem ſubiecto poteſt intelligi dupliciter, aut actu, aut poteſtate. actu quidem non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, poteſtate bene, modo forma intenſa eſt plures partes graduales poteſtate, non actu, quia ex priori & poſteriori fit vna numero forma, quæ continet plura numero poteſtate, non actu. Ad nonam negatur aſſumptum, & dico ꝙ de tali compoſitione loquendo quanto forma eſt compoſitior, tanto eſt perfectior, & quamuis ſimplicitas ſit perfectior ſimpliciter, non tamen omne ſimplex perfectius eſt quolibet compoſito, immo aliquando econtra aliquod compoſitum perfectius eſt hoc vel illo ſimplici, vt homo perfectior eſt ſua materia, & quodlibet compoſitum vtraque ſui parte. Ad decimam dico ꝙ generatio poſitiua & intenſio ſunt mutationes diſparate, at generatio comparatiua, & intenſio idem eſt, vt ſæpe diximus. Ad vndecimam dico ꝙ inter indiuidua eiuſdem rationis non eſt ordo eſſentialis accipiendo eſſentiam primo modo, quoniam omnia ſunt eiuſdem eſſentiæ ſecundum primam rationem, tamen inter aliqua indiuidua eiuſdem rationis poteſt eſſe ordo eſſentialis ſecundum eſſentiam ſecundo modo, quia vnum poteſt eſſe imperfectius altero, & hoc ſufficit. Ad duodecimam dico ꝙ ſi per naturam intelligis eſſentiam reſultantem ex partibus alterius rationis, illud additum non eſt eſſentiale naturæ, ſed differentia eſt eſſentiale quid naturæ, vt ſic, ſi vero per naturam intelligis eſſentiam ſecundo modo, dico ꝙ illud additum eſt eſſentiale naturæ, quia ex priori & poſteriori reſultat eſſentia maior. Ad decimamtertiam nego conſequentiam, quia non quælibet additio alicuius ſimilis in ſpecie faciens, cũ eo cui additur vnum ĩdiuiduum illius ſpeciei, ſufficit ad intenſionem, ſed oportet vltra hoc ꝙ additum & illud cui additur ſint in eodem puncto ſubiecti primo, ita vt ex illis nihil maius fiat extẽſiuæ, & ſic ceſſat de quantitate ratio, in ſubſtantialibus autem formis talis additio fieri non poteſt, quia ſubſtantialis forma eidem puncto materiæ dat eſſe ſimpliciter, & ita tollit omnem potentiam ad formam eiuſdem rationis, niſi de formis elementarijs de quibus dicemus, ſit verum. Ad decimamquartam dico ꝙ vbi album condenſetur, & nullus gradus albedinis acquireretur, ipſa nunquã dicitur maior ſecundum veritatem, ſed ſolum ſecundum apparentiam, eo ꝙ propter maiorẽ partium appropinquationẽ fortius mouet ſenſum, at ſi res talis ſit albior ſecundum veritatem, tunc neceſſario ibi erit aliquis nouus gradus ex condenſatione generatus. Ad decimamquintam dico illam viſionem intendi per additionem ſimilis, ſicut aliæ formæ, non enim eſt eſſentialiter ſimplex, ſed veræ ex partibus eiuſdem rationis compoſita, vt albedo. Ad decimamſextam dico ꝙ ex aliquibus poteſt fieri vnum per ſe, quando alterum eſt in potentia ad alterum, vel quando ambo ſunt in potentia ad tertium. Ex duabus enim aquis vna aqua fit, & tamẽ nulla pars eſt potentia reſpectu alterius, ſed ambæ reſpectu tertij, & ſic in propoſito, præcedẽs enim non eſt potentia reſpectu ſequentis, nec ſequens actu reſpectu præcedentis, ſed ambo ſunt potẽtia reſpectu totius. Ad decimamſeptimam patet ſolutio. Ad decimamoctauã dico ꝙ calor remiſſus poteſt accipi dupliciter. vno modo pro eo, qui ſtat cum frigiditate, & iſte non ſtat cum intẽſiſsimo calore. alio modo pro eo, qui eſt pars ſummi caloris, & ſic cum intenſiſsimo ſtat remiſsiſsimus. Ad decimamnonam ſuperius eſt ſolutum, vbi dictum eſt in ordine accidentali non eſſe hoc prius hoc poſterius ſecundum rationem. vt omnes rationes cogunt, tamen hic ordo quia reducitur ad cœlicum motũ, ideo hoc eſt prius, hoc poſterius, tu vero quære ſuperius. Ad vigeſimam dici poteſt ꝙ albedo eſt pluſquam in duplo perfectior nigredine, & pluſquam in triplo, & ſic in infinitum, & negatur ꝙ albedo eſt perfectionis infinitæ, ſed ſi deberet valere, deberet addi ꝙ albedo & nigredo ſint inter ſe comparabiles, & eiuſdem ſpeciei, ſed quia ſunt diuerſarum ſpecierum, ideo albedo eſt infinities perfectio, nigredine, ſed ſemper per eandem numero eſſentialem ſiue ſpecificam perfectiorem, atque finitam, vñ de albedo eſt nigridine infinities perfectior eadem ſemper ſpecifica perfectione, & propterea non poteſt albedo eſſe infinita. Ad vigeſimamprimam patet ſolutio, dictum eſt enim formam augeri ſecundum eſſentiam, non per hoc ꝙ præcedens per addictum augeatur, ſed per hoc ꝙ ex præcedenti & ſequenti reſultat maior forma ſecundum eſſentiam, vt dictum eſt. Ad vigeſimam ſecundam dicant quid velint alij, ego dico ꝙ agens calidum vt vnum poſtquam in a. puncto produxit calorem vt vnum, ceſſat agere in eodem puncto, quoniam ceſſat appetitus agendi, quoniam agens non agit niſi vt aſsimilet ſibi paſſum: & quia poſt talem actionem paſſum redditur ſimile agenti, ideo ceſſat agere vlterius in eodem puncto. Et vlterius dico bene, tale punctum eſſe magis diſpoſitum ſimpliciter, non tamen reſpectu agentis vt vnum, immo reſpectu illius ceſſat diſpoſitio ad vlterius agendum vel patiendum. Rationes poſitionum iam per hæc facile ſolui poſſunt, illa quidem de vbi, ſæpe eſt ſoluta, dictum eſt enim eſſe aliud vbi categorematicæ, non autem aliud ſyncategorematice, & de auctione ſimiliter dicatur. Hæc de vndecima diſputatione.

*Eodem Tex.*

## DISPVTATIO DVODECIMA
### De medio difformis latitudinis.

*Num latitudo vniformiter difformis correſpondeat ſuo gradui medio.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non arguitur, latitudo vniformiter difformis non habet extrema, igitur nec medium. añs patet quia ſaltem non habet remiſiſsimum, quoniam omni tali dato, eſſet adhuc dabile minus. Secundo latitudo vniformiter difformis eſt vnus triangulus, ſed triangulus nõ eſt æqualis ſue mediæ pti, igiť latitudo talis ſuo gradui medio nõ eſt æqualis. Tertio data põne, tũc duo inæqualiter calida intẽſiuæ poſſent ĩ duo





paſſa æqualis reſiſtentiæ æquales effectus producere, quod eſt contra omnes. & deducitur cõſequentia, quia ſit A vnum vniformiter calidum. v.g. vt quatuor per totum, & B vniformiter difformæ calidum terminatum in extremo intenſiori ad gradum vt quatuor, in remiſſiori vero ad non gradum, & volo ꝙ extremo ĩtenſiori ipſius B applicetur aliquod frigidum in quo poteſt A agere ſecundum illud extremum, & vnum aliud applicetur ipſi A ita vt primum ſit C & ſecundum E, patet ꝙ ex quo ambo illa paſſa ſunt æqualis reſiſtentiæ, nunquam A ceſſabit agere in E donec calefaciet illud vt quatuor: nec B in C, ſimiliter donec calefaciet ipſum etiam vt quatuor, igitur ab vtroque illorum A & B prouenit æqualis effectus ſuper æquales reſiſtentias, & tamen A eſt calidum vt quatuor, & B quia reſpondet ſuo gradui medio, erit vt duo, & ſic habetur propoſitũ. Quarto data poſitione, tunc A & B erunt mobilia, quæ præciſæ mouebuntur per iſtam horam. & A mouebitur in duplo velocius ipſo B, & tamen æqualia ſpatia peragrabunt, cõcluſio omnibus patet eſſe impoſsibilis, & deducitur, & capio vnam latitudinem motus vniformiter difformem à non gradu vſque ad octo, & volo ꝙ A mouetur continuo illa latitudine circulariter, ita ꝙ medius punctus ipſius A quieſcat, & volo ꝙ B continuo per eandem horam medio gradu iſtius latitudinis moueatur etiam circulariter, illis poſitis patet ꝙ A in duplo velocius continuo mouebitur quam B quia omne mobile dicitur ita velociter moueri, ſicut aliquis punctus eius velociſsimæ motus, at punctus velociſſimæ motus mouetur gradu vt octo, & B continuo gradu vt quatuor, & tantum ſpatij peragret B quantum A, patet quia omnis latitudo vniformiter difformis correſpondet ſuo gradui medio per poſitionem. In contrarium ſunt mathematici omnes, & hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DISPVTATIO ſupponit vnum, & aliud quærit, ſupponit enim cuiuſlibet latitudinis vniformiter difformis eſſe dabilem gradum medium, & quærit, ſi tota latitudo ſit correſpondens illi. De primo nolo diſputare, quoniam pertinet ad calculatores, atque ad arithmeticos, volo tamen quædam ſine diſputatione colligere & per regulas.

*Prima regula de calculatione vniformiũ.*

Quoniam igitur latitudo alia eſt ſimpliciter vniformis, alia ſimpliciter difformis, quæ dicitur difformiter difformis, & alia ſecundum quid, quę dicitur vniformiter difformis, & vniformiter difformis, alia incipit à non gradu, alia à certo gradu, ideo de ſimpliciter vniformi patet gradum medium eſſe æqualem cuilibet extremo. v.g. ſit vna latitudo talis A q̃ ſit tota vt octo, huius gradus medius eſt octo, patet quia tota eſt vniformiter vt octo, & ſi per aliam regulam gradum medium quæris, congrega numeros denominantes ambo extrema, & erũt ſexdecim, huius numerus medius erũt octo, quare hæc latitudo erit vt octo dicenda.

*Secunda regula de vniformiter difformi.*

Secunda regula in latitudine vniformiter difformi quæ incipit à nõ gradu, & terminatur ad gradum certi numeri, v. g. ad octo: gradus medius denominatur à numero ſubduplo ad numerum intenſius extremum denominãtem, & quia extremi numerus eſt octo, gradus medius erit quatuor, probãt geometrę hanc regulam per quartam propoſitionem lib. 6. Euclidis quæ dicit ꝙ cuiuſlibet trianguli linea duo latera ſecans per æqualia, eſt ſubdupla ad tertium latus non ſectum, verbi cauſa E D linea quæ ſecat A C: & B C latera per æqualia eſt ſubdupla ad latus A B non ſectum: quare ſi latus A B erit vt octo, linea E D erit vt quatuor, poteſt etiam hæc regula declarari phyſica ratione, quia cũ dicta latitudine poteſt in eodem ſubiecto modo econtrario coextendi vna alia latitudo formæ contrariæ. v.g. cum latitudine caliditatis vniformiter difformi, quæ incipit à non gradu & terminatur ad gradum vt octo, poteſt modo contrario vna latitudo frigiditatis ſimilis coextendi, vt cum non gradu caliditatis ſit gradus vt octo frigiditatis, & cum ſummo caliditatis non gradus frigiditatis, & ſic coextendendo cæteros correſpondenter, vbi patet totum ſubiectum, vbi ambæ illæ extenduntur, dici calidum vt quatuor, & frigidum vt quatuor, cum nõ poſſunt illa contraria ſub intenſiori gradu compati, vt ſuppono.

*Tertia regula de vniformiter difformi incipiente à certo gradu.*

Tertia regula eſt de vniformiter difformi incipiente à certo gradu. v.g. de C huius inueſtigatur gradus medius, vt numerus qui denominat extremum remiſſum, & numerus qui denominat intenſum aggregẽtur, & ſubduplus ad illum eſt gradus medius, vt quoniam numerus congregatus eſt. x. & huius ſubduplus eſt quinque, hic eſt gradus medius, huius cauſa eſt, qa ſi ab octo demas tria, & illa addideris extremo remiſsiori, latitudo tota erit vt quinque & quælibet pars, vt patet intuenti.

*Quarta regula de difformiter difformi.*

Quarta regula de difformiter difformi eſt, vt difformiter difformis reducatur ad vniformiter difformem, & poſtea per regulam tertiam reducatur ad vniformem. v.g. ſit latitudo D difformiter difformis, cuius prima medietas ſit vt quatuor, & ſecunda vt ſex, tota erit difformiter difformis. Reducitur autem ad vniformiter difformem ſic aggregando numerum denominantem primam eius partem, & numerum denominãtem ſecundam, & productum erunt. x. huius medium eſt quinque, & hic eſt totius illius gradus medius, vel vt placet calculatori, accipe ſubduplum primę partis, & ſubduplum ſecundæ, verbi gratia duo & tria, & hæc congrega, & totum productum erit gradus medius, videlicet, quinque, huius cauſam reddit calculator, quia omnis gradus per quam tam partem ſubiecti extenditur, per tantam ſui partem denominat. verbi cauſa ſit vnum ſubiectum cuius altera medietas ſit vt quatuor, & altera nulla qualitate affecta per imaginationem: dico quòd totum ſubiectum denominatur vt duo. Quare ad propoſitum, quia extremum alterum eſt vt quatuor, eius denominatio erit per duo, & quia extremum alterum eſt vt ſex eius denominatio eſt vt tria; igitur aggregando ambos numeros, totum erit vt quinque. Eodem modo ſi ſit vna latitudo E ſecta in quatuor partes, & prima ſit vt duo, ſecunda vt tria, tertia vt quinque, & quarta vt ſex. Primo igitur inuenitur gradus medius primæ partis, & per regulam erit vnum. ſecundæ vero vnum & dimidum tertiæ duo. & dimidum. vltimæ tria hæc agregentur: & productum erint octo, & ſic in cæteris id genus fieri poteſt. Supponatur igitur cuiuſlibet latitudinis eſſe reperibilem gradum medium: vtrum vero ſit reperibilis omnibus his, per regulas tales, ſupputantibus atque arithmeticis omitto, hoc enim propoſitum noſtrum non deſtruit. Secundo debes ſcire latitudinem correſpondere ſuo gradui medio eſt illam eſſe ęqualem ſuo gradui medio, verbi cauſa ſi vnum lignum ſit calidũ latitudine caliditatis incipiente à nõ gradu, & terminata ad octo, hęc latitudo caliditatis correſpõdet gradui medio, quoniam lignum denoĩatur calidũ vt quatuor, ſed ſi ſit calidũ latitudine caliditatis vniformiter difformi ĩcipiẽte à gradu

vt duo,& terminata ad gradum vt octo:totum lignum erit calidum vt quinque ; quia hic eſt gradus medius: quærit igitur diſputatio vnum , & alterum ſupponit: concedit enim cuilibet latitudini eſſe gradum medium reperibilem , & quærit vtrum ſubiectum denominet numero illius, an numero intenſioris extremi. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

1. poſitio. De diſputatione nonnulli ſimpliciter dixerunt latitudinem vniformiter difformem correſpondere ſuo gradui medio, hoc eſt denominare eius ſubiectum numero medij eius gradus, probant hoc: quoniam quantam qualitatem poteſt producere tale ſubiectum, tanta denominatur, ſed præciſe qualitatem medij gradus poteſt producere in paſſo vniformiter diſpoſito, igitur tale ſubiectum tanta qualitate denominatur. Secundo accipiatur vnum corpus vniformiter difformiter calidum: cuius latitudo gratia exempli repreſentet per triangulum A B C & in extremo eius intenſiori applicetur vnum corrumpens, & in extremo remiſsiori aliud agens generans tantum in extremo remiſsiori quantum in extremo intenſiori corrumpitur, tunc patet in fine temporis actionis totam latitudinem A B C eſſe vniformem, & præciſe eſſe tantæ intenſionis, quantæ erat antea.
Confutatio. Sed contra hanc poſitionem ſolet obiici de latitudine motus: nam ponatur ꝙ A moueatur ſup B. ſpatium vniformiter per totam iſtam horam intendendo motum ſuum à non gradu vſque ad octo, ſic tamen ꝙ in prima quarta huius horæ ipſum acquirit latitudinem à non gradu vſque ad quatuor, in aliis autem tribus quartis latitudinem à quatuor vſque ad octo, tũc patet ꝙ latitudo acquirenda ab A correſpondet gradui ſuo intenſiori q̃ ſit medium quia plus pertranſibit A de ſpatio, q̃ ſi moueretur per totam horã gradu vt quatuor patet, quia per primam quartam huius horæ pertranſibit tantum præciſe de ſpatio, quãtum ſi moueretur vniformiter gradu vt duo, quia medium quatuor duo ſunt per alias tres, tantum quantum ſi moueretur vniformiter gradu vt ſex: quia medium inter quatuor & octo ſunt ſex, modo patet ꝙ ſi aliquod mobile moueretur per vnam quartam huius horæ vniformiter gradu vt duo, & ꝑ alias tres vniformiter gradu vt ſex: plus pertranſiret quàm ſi vniformiter moueretur per totam horam gradu vt quatuor.
2. poſitio. Hoc argumento tenent latitudinem poſſe conſiderari quantum ad eius eſſe ſucceſsiuum, vel quantum ad eius eſſe permanſiuum, & tunc dicunt non omnem latitudinem vniformiter difformẽ quantum ad eius eſſe ſucceſsiuum correſpondere ſuo gradui medio, qm̃ poteſt latitudo vniformiter difformis ꝑmanſiue acquiri latitudine acquiſitionis ſiue motus difformiter difformi: quæ non rñdet gradui medio latitudinis quo ad eius eſſe ꝑmanſiuum, ita ꝙ non oportet vt gradus medius latitudinis quo ad eius eſſe ꝑmanſiuum ſit æqualis gradui medio eiuſdẽ quo ad eius eſſe ſucceſsiuum, vt rõ probat, Secundo dicunt latitudinẽ formæ vniformiter, vniformiter acquiſitam tã quo ad eius eſſe ſucceſsiuum q̃ permanſiuum eidem gradui medio correſpondere, & ſic primam poſitionem corrigũt.
Obiectiones. Sed hæc correctio primo videtur ambigua quia vel auctor loquitur in motu locali, aut in cæteris motibus. ſi in motu locali, nulla latitudo acquiritur per motum localem, ſolum enim acquiritur vbi quod nullius eſt latitudinis: ſin autem in cæteris motibus tunc cum nullus talis ſit motus continuus nulla alia eſt motus latitudo præter latitudinem formæ. Secundo argui ſolet homo eſt æque perfectus ſicut eius nobiliſsima pars, igitur latitudo erit æque perfecta, ſicut eius intenſiſsimus gradus. Tertio mobile mouetur ęque velociter ſicut punctus velociſsime motus, igitur latitudo eſt denominãda ab intenſiſsimo gradu. Propter hæc tenent quodlibet 3. poſitio. difformæ eſſe æqua intenſum ſicut eius eſt intenſiſsimus gradus. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

His viſis ſic has poſitiones conciliarem, quoniam 1. dilucid. aliquod dici tale poteſt eſſe per actualem denominationem, & poteſt eſſe per virtualem vel æquiualentem denominationem. homo per actualem denominationem eſt ita perfectus, ſicut eius anima rationalis, per æquiualentem autem ita perfectus ſicut gradus medius inter animam rationalem & corpus, quoniam anima & corpus æquipollent medio perfectionis inter animã & corpus. ſic in propoſito, latitudo vniformiter difformis actu eſt æque intenſa: ſicut intenſiſsimus eius gradus æquiualenter vero ſicut medium inter intenſiſsimum & nõ gradum vel remiſiſsimum, vt rationes probarũt. Et aliter etiam ſoliti ſumus dicere latitudinem vnifor- 2. dilucid. miter difformem poſſe conſiderari quo ad eius genus, hoc eſt vt latitudo eſt: & quo ad eius ſpeciem ſi conſideretur quo ad eius genus hoc eſt, quatenus latitudo eſt ſic eſt æque intenſa ſicut ſui medium & ab eius medio eſt nuncupanda. ſi conſideretur ſub ratione ſpeciei, vt ſic ab intenſiſsimo eſt denominanda: tu vero potes excogitare alios modos: ideo omitto. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His viſis ad rationes. Ad primam dico, ꝙ latitudo incipiens à non gradu habet extrema, quia non gradus eſt alterum extremum: & hoc ſufficit. Ad ſecundam patet ſolutio, dictum enim eſt totum triangulum ęquipollere ſuo medio, vt patet .6. Euclidis propoſitione quarta. Ad tertiam iterum patet ſolutio, quia B non põt producere in C niſi caliditatem vt duo: A vero in B. caliditatem vt quatuor: qm̃ B non ageret in C per extremum intenſum, ſed virtute medij, cui totum æquiualet. Ad quartam patet ſolutio: nam motus illæ circularis correſpondet etiam ſuo gradui medio & non erit tantus quanto motu mouetur punctus velociſsimo, vt .6. phyſi. patuit. Hæc de diſputatione duodecima vbi volo me excuſare, nam quæſtiones diſputaui, quæ nihil attinent ad metaphyſicum, ħ enim feci propter vnam exterorum quæſtionem: quæ tetigit omnia hæc, vt igitur in his quæ tetigerunt veritas dilucidetur, volui quæſtiones haſce diſputare, præterea per has quæſtiones multa confuſe dicta in naturalibus illuſtrauimus, quare parcatur mihi. Et ſi Deus vitam producet; conficiam dilucidarium diſputationum calculatoriarum, in quo omnibus calculatoribus obiiciemus eorum inportunitates refellentes: ſcimus enim illas nec eſſe peripateticas, nec neceſſarias ad ſcientiam, ſed ad oſtentationes hominum, propterea per principia contraria omnibus principiis eorum, illis obuiabimus dilucidando ſemper mentem peripateticorum in omnibus. Hactenus de diſpu. duodecima, deq; toto. 8. lib.

FINIS LIBRI OCTAVI.





# LIBRI NONI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI.

In Sex diſputationes diuiſi.

1 *Num aliquid poſſit à ſeipſo moueri.*
2 *Num rationalis potentia ſit oppoſitorum, irrationalis autem vnius tantum oppoſiti.*
3 *Num ratione ſit actus potentia prior.*
4 *Num actus ſit tempore prior potentia.*
5 *Num actus præcedat potentiam ſubſtantia.*
6 *Num actio ſi ſit in paſſo, veluti in ſubiecto.*

## PRÆFATIO.

HACTENVS de ſubſtantia deque ente diuiſo in decem prædicamenta diſputationes ædimus, at nunc Ariſto. de ente pertractat: quod per actum potentiamúe diuiditur: vbi diſputatio. has fecimus easq; tibi mitto, vt recenſeas recognoſcasq;, erunt enim tunc ab omni maledicentia atque liuore ſecuræ. Vale.

*Quapropter inquantum ſimul natum eſt nihil patitur ipſum à ſeipſo. Vnum enim & non aliud eſt, &c. Tex. cõmen. 2.*

## DISPVTATIO PRIMA
Si aliquid à ſeipſo poſsit moueri.

*Num aliquid poſſit à ſeipſo moueri.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD nihil poſsit à ſe moueri, arguitur primo per verba textus, vbi dicit ꝙ nihil aptum eſt pati à ſeipſo. Secundo, quia potentia actiua eſt principium tranſmutandi alud, igitur nihil poteſt idem eſſe in potentia actiua, & paſsiua, & ita nihil moueri à ſeipſo.
Cõm. 43. Tertio quia vt ſecundo de aĩa deducitur: tunc tale ſemper ageret in ſeipſum, quia actio illa non dependeret ex aliquo extrorſum, cum idem ſit agens & patiens.
Cõm. 73. Quarto dicitur primo de generatione ꝙ idem & oĩno ſimile nõ poteſt agere in ſe, quia tunc vt Auer. ibi ait: idem & ſꝫm idem ageret in ſe, & ſi ſic, tunc nihil eſſet impaſsibile, vt deducit. præterea eodem de gñatione lib. & in textu habetur, oẽ quod mouetur à ſe, oportet diuidi in partes duas tm̃.
Cõm. 35. 39. & 30. Præterea Auer. 3. de aĩa lib. contra Auẽpa. habet tanq̃ abſurdum idem mouere ſe, vt patet. In contrarium eſt Ariſt. 8. phyſi. auſcul. vbi ait aliquid moueri à ſe: veluti ſunt animalia, vt in textu & cõm. 30. colligitur. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

MOTVS gñatim in diſputatione accipitur, nam ſi in quanto fuerit, auctio, vel imminutio appellatur: ſi in quale: alteratio eſt: ſi in vbi, vel locum, latio vel motus localis dicitur: ſi in formam generatio, aut corruptio, quæ ſi eſt in formam, quæ eſt ſubſtantia, dicitur gñatio ſimpliciter: vel corruptio ſimpliciter, eo quia ſubſtantia eſt ens ſimpliciter. ſin autem ſit in formam, quæ eſt ens ſꝫm quid, vt accidens gñatio vel corruptio erit ſꝫm quid. Præterea ſunt qui faciunt dr̃iam inter aliquid moueri à ſeipſo, & per ſe, dicunt. n. id moueri à ſeipſo: quod moueť à principio intrinſeco, & à nullo extrinſeco concurrente in eodem genere principij veluti animalia, id autem moueri dicunt per ſe, quod mouetur à principio intrinſeco, ſiue concurrat aliud, ſiue non veluti grauia & leuia: quæ mouentur à forma, & dum incipiũt moueri, concurrit aut generans aut remouens prohibens aut tale aliquid, ſed an hæc differentia ſit faciẽda quæratur in lib. de Subſtantia orbis primo. Hæc pauca de Comment. 2. titulo dicta ſufficiant.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

De diſputatione Plato vbiq; voluit non oẽ poſſe à ſemetipſo moueri, ſed ſimplex duntaxat, cõpoſitum vero ab altero moueri opinatur, propterea ait ſimplex in hoc à cõpoſitis entibus differre: ꝙ cõpoſita moueñ per alterum quoddam, at ſimplex per ſeipſum mouetur, & hac rõne Deum & animam aſſerit eſſe numeros ſeſe mouentes. Motus eſt autem Plato nõ ab re: videbat. n. cõpoſita entia moueri participatione ab altero: oẽ autem quod ab altero mouetur participatione illius motus, reducitur ad aliquod tale, quod ꝑ eſſentiam mouetur: igitur illud ſimplex à quo cõpoſitum mouetur, oportet vt ꝑ eſſentiam moueať. Amplius cõprobauit põnem Iablicus, arbitratur. n. actionem oẽm ab vniuoco proficiſci. Quare cum ipſum compoſitum moueatur à ſimplici, oportet vt ſimplex moueatur, aliter id quod mouetur, & ipſum mouens non vniuoce in motu conuenirent. Sed contra Platonem obijcit Ariſto. ꝙ ſi idem ſimplex Obiectio cõtra Plato. ſeipſum moueret, tunc idem eſſet mouens & motum, quod eſt impoſsibile, eo quia omne quod mouetur, ab alio mouetur. Ioannes vero in lib. de Subſtantia Qua Ioan. orbis arguit contra Platonem, quia ſi idẽ ſimplex poſſet ſeipſum mouere, tunc idẽ eſſet in actu & in potentia, quod aſſerit eſſe impoſsibile, eo quia actus & potentia ſunt dr̃iæ valde oppoſitę vt dr̃ primo de Anima. Sed ali- Lib. cõm 6. Cauillus aliquorum. qui hanc rõnem cauillant hoc pacto, quia non eſt abſurdum idẽ eſſe in actu & in potẽtia ſꝫm diuerſas rões: in actu quidem virtuali ſeu poteſtatiuo, in potentia vero formali; hoc. n. modo actus & potentia non ſunt val de oppoſiti imo pñt in idem concidere, idem graue in actu eſt formæ quo poteſt motum deorſum efficere in potentia vero materiæ, qua poteſt illum recipere, his & Auer. 8. phy. auſculta. vr̃ cõſentire; dum dicit poſſe idẽ Cõm. 40. eſſe in actu & in potentia æquiuoce. præterea ipſemet Ioannes tenet graue rõne diuerſa poſſe eſſe in actu vtpote rõne formæ, & in potentia rõne materiæ, & hac ratione vult. 8. phyſi. auſculta. grauia & leuia moueri à ſemetipſis. Sed cauillus iſte non eſt peripateticus de ſim- Confutatio cauilli. plici ente. Ariſto. n. 8. phyſi. auſculta. habet pro impoſſ idem mouere ſe, contingeret. n. inquit vt docens diſcat quorum alterum habere ſcientiam; alterum non habere neceſſe eſt: & ita habet pro impoſsibili idem ſimplex mouere ſe vt deducit Auerro. ſi enim idem ſimplex Cõm. 38. moueret ſeipſum, ex ea parte, qua moueret haberet motum, ex ea vero parte qua mouetur, careret motu, & ita haberet motum, & non haberet quod Ariſtote. putat eſſe abſurdum. Quod ſi dicas ꝙ ex ea parte qua An idẽ in actu virtuali & in potentia formali. mouet, habet in actu virtuali ſiue effectiuo, ex ea parte autem qua mouetur: non habet in actu formali, tunc

nihil haberet Ariſto. aduerſus Platonem, contra quem obiicit, vt omnes ſentiũt Expoſitores: diceret enim Plato primum mouens à ſeipſo moueri quia poſſet eſſe in actu effectiuo motus, & in potentia formali illius, quia nihil prohibet idem habere motum virtute, & non habere actu illum, & ſic ceſſat omnis via inueniendi primum mouens immobile, quare oportet dicere nullum ſimplex poſſe eſſe mouens ſeipſum ſecus eſt de compoſito: quia ratione formæ poteſt eſſe actu, ratione vero materiæ in potentia, at ſimplex cum ſit actus tantum, vel potentia tantum, erit vel mouens tantum, vel mobile tantum, bene autem credo. Ioannem vocem propriam ignoraſſe, credit enim eſſe impoſsibile, vt idem ſit in actu, & in potentia, quia actus & potentiæ ſunt differentiæ valde oppoſitæ, quod friuolum eſt: quia ſunt differẽtię oppoſitę relatiue vt in hoc nono habetur modo nihil prohibet idem eſſe relatiuum ad ſe, vt quinto huius habitum eſt, propterea vt dicemus idem eſſe in actu, & in potẽtia, in re ſimplici eſt impoſsibile, in re cõpoſita non propter rõnem tactam, hęc contra Plato.

*Contra Ioan.*

*Cõm. 1 1.*

*Põ aliorum.*

Alij vero dicunt principaliter tria primum poſsibile eſt aliquid agere in ſemetipſum, quod eſt dicere ꝙ idem poteſt eſſe agens & patiens. Hoc probant quadam ratione, quam achillem appellant, & vt vis rationis pateat ſupponẽdum apud eos primo ꝙ calefactiuum reſpicit pro primo & per ſe, & adæquato obiecto ipſum calefactibile vniuerſale, hæc patet quia cuiuſlibet potentiæ reſpondent obiectum primum, vt viſui viſile auditui auditile, & ita calefactiuo calefactibile. Secundo ſupponendum potentiam reſpicere per ſe primum obiectum primo, ac contenta ſub illo per ſe non primo, vt viſus viſile per ſe primo, flammam vero vel carbonem per ſe nõ primo: hæc etiam patet per diffinitionem vniuerſalis primo poſteriorum. Ex his ſequitur ꝙ calefactiuum reſpicit per ſe primo ipſum calefactibile vt calefactibile, & omne calefactibile per ſe non primo, igitur reſpicit ſe per ſe non primo, ſed quia reſpicit calefactibile per ſe: poteſt agere in calefactibile, igitur quia reſpicit ſe per ſe, poteſt agere in ſe per ſe, non autem per ſe primo, & ita idem poteſt agere in ſemetipſum ſaltem per ſe non primo. Sunt de his qui ratione hanc confirmant per illud quod dicitur de actione immanente, eſt enim actio immanens, quæ in agente manet, igitur idem eſt agens patiens illam. ſpeciatim argui ſolet, quia per verba Auer. 4. cœ. & tertio cœli vbi habetur ꝙ idem graue vel leue mouet ſe. Præterea natura eſt principium motus eius in quo eſt, & per principium Auerro. 2 phy. auſculta. vult actiuum & formale, ſemper enim principium abſolute prolatũ intelligitur de efficiente. 1. phyſico. auſculta. & 12. metaphy. Amplius intellectus materialis intelligit ſe. igitur idem eſt agens & recipiens intellectionem, & ita idem agens & patiens, antecedens apparet tertio de anima. Secundo dicunt, ꝙ nihil poteſt ſe mouere cauſando formam ſubſtantiariam in ſemetipſo, hoc eſt nihil poteſt ſe generare. Probant hoc pro tanto quia nullum imperfectius eſt actiuum principium perfectioris, modo nulla forma ſubſtantialis poteſt aduenire quin illa ſit perfectior quauis entitate præcedente ipſam, in ſubſtantialibus enim formis ſemper vlterior eſt perfectior. Tertio dicunt nihil poſſe in ſemetipſum agere actione vniuoca, probant, quia tunc duo indiuidua abſoluta atque eiuſdem ſpeciei poſſent eſſe in eodem ſubiecto ſimul, & deducitur quia principium agendi & terminus auctionis eſſent eiuſdem ſpeciei, cum ponatur actio vniuoca, & differẽt numero, & ita habetur abſurdum.

*Ratio Scoti in lib. ſententiarũ 2. d. 2. q. 10.*

*Cõm. 2 2. Cõm. 2 8. Cõm. 3.*

*Cõm. 1 Cõm. 4.*

*Cõm. 8. & 15.*

*Excerpta contra*

Ex his faciunt excerpta, primum eſt, ꝙ idem poteſt augere ſe, alterare ſe & mouere ſe localiter: eo quia quantitas qualitas, & vbi quæ ſunt termini actionum ſunt ſpecie à forma ſubiecti diſtinctæ, igiť actione æquiuoca poſſunt cauſari ab illius forma. Secundum ſpeciatim eſt ꝙ ſubiectum in ſemet cauſat eius propriam paſsionem, & hoc quia æquiuoce ſeſe habent. Amplius quia potentia mere paſsiua eſt contradictionis, quare cum ſubiectum non ſit in potentia cõtradictionis ad ſuam propriam paſsionem, non erit in potentia mere paſsiua, & ſic eſt in potentia actiua. Tertio ſpeciatim dicunt grauia & leuia mouere ſe ad vbi effectiue, animalia etiam vt propter cauſam dictam. Quarto ſpeciatim dicũt aquam calefactam ſeſe infrigidare, & ſemen ſeſe effectiue alterare. Vltimo dicunt potentiam appetitiuam, & cognoſcitiuam mouere ſe ad actum, ſaltem partialiter, quod dicunt propter obiectum, quod apud eos partialiter concurrit. Hæc de poſitionibus.

## Caput dilucidationis quartum.

*1. ſuppoſitio*

Pro dilucidatione. Primo debes ſcire, ꝙ aliquid poſſe à ſemetipſo moueri poteſt intelligi de ſimplici, & poteſt intelligi de compoſito: voco autem ſimplex, quod omni compoſitione caret, vtpote vel ſimplex forma, vel ſimplex materia. compoſitum vero, quod ex materia & forma componitur. vlterius compoſitum aliud eſt ſimilare, vt quodlibet elementum purum, atque mixtum, cuius quælibet pars eadem rõne eodemue nomine appellatur, aliud diſsimilare, vt animal vel mixtum cuius partes diſsimili ratione & nomine appellantur, in animali enim alia ratione & nomine dicitur cor alia iecur alia cerebrum.

*2. ſuppoſitio*

Secundo debes ſcire ꝙ moueri à ſemetipſo bifariam intelligi poteſt, vno modo ꝙ ad motum eius nihil aliud concurrat nec pro initio, nec pro cõtinuatione motus, qua ratione animalia moueri à ſemetipſis dicuntur, alio modo ꝙ licet pro initio concurrat aliquid pro continuatione: ſufficit principium intrinſecum qua ratione graue moueri à ſe creditur.

*1. concluſio*

Tunc loquar per ordinem & dicamus primo, ꝙ loquendo de generatione & corruptione nullum ſimplex per ſe, nec per accidens poteſt mouere ſe motu generationis, motu vero corruptionis poteſt ſe mouere, ſaltem per accidens. Prima pars patet ſaltem, ſecundo de anima, & ideo poteſt eſſe, quia quod generat, eſt, quod generatur, non eſt. quare ſi idem ſe per ſe vel per accidens generare poſſet: tunc idem eſſet, & non eſſet, quod eſt impoſsibile tam per ſe, quàm per accidens. Secunda etiam patet, quia corrumpens eſt, & quod corrumpitur eſt, & hoc modo ſaltem per accidens idem ſimplex poteſt ſe corrumpere, vt de calore naturali dicitur, qui corrumpendo humidum per accidens ſeipſum necat.

*2. concluſio*

Secundo principaliter dicerem ꝙ ſi de compoſitis loquimur & ſimilaribus, nihil idem poteſt ſe per ſe generare, nec ſe per ſe corrumpere, bene tamen ſaltem per accidens corrumpere vt tactum eſt, & hoc non alia probatione volo eſſe probatum.

*3. concluſio*

Tertio dico ꝙ ſi de compoſitis diſsimilaribus loquimur idem per ſe poteſt & ſe generare & ſe corrumpere, ſed ſecundum diuerſas partes, patet de animali ſaltem, ĩ quo vna pars eius agit in alteram illam corrumpendo, vel generando, eo quia differunt forma & qualitate, hæc de generatione, deque corruptione.

*De alteratione 1. concluſio*

Et de alteratione dicamus primo ꝙ nullum ſimplex poteſt ſeſe alterare nec corruptiue, nec pfectiue: & hoc per ſe. corruptiue quidem non quia finis alterationis corruptiue eſt generatio vt. 6. phyſic. dr̃. igitur ſi nihil põt ſe per ſe generare nihil poteſt ſe per ſe alterare corruptiue, quod enim non poteſt in finem nec poteſt in media, perfectiue vero minime, quia ſi quid poſſet ſe perfectiue alterare, eſſet intellectus, qui ponitur ſe intelligere, at hoc fieri nõ poteſt, quia vt dicitur tertio de anima, intellectus non intelligit ſe per ſe, ſed intelligendo alia.

*Cõm. 8. 2. cõcluſio.*

Secundo dico ꝙ ſi loquimur de compoſito ſimilari corruptiue nihil alterat ſe, pfectiue bene poteſt. Prima pars patet: quia ſi poſſet corruptiue alterare ſe per ſe, poſſet generare ſe per ſe, vt deductum fuit. Secunda pars patet de aqua calefecta apud nonnullos, ipſa enim cum ponitur indiſpoſitione naturali reducit ſe, & ita alterat ſe perfectiue, verum de aqua calefacta eſt quæſtio, vt dicemus poſtea propterea ſit hoc ĩductum tanquam exemplum.

*3. concluſio*

Tertio dico ꝙ ſi loquimur de compoſito diſsimilari, idem poteſt per ſe & corruptiue & perfectiue alterare ſe, hoc patuit, quia ſecundum diuerſas partes diſsimilares poteſt idem eſſe alterans & alterabile. Hæc de alteratione.

*De auctione.*

Et de auctione dilucidemus, nam ſi loquimur in ſimplici nihil per ſe auget ſe, tum quia ſimplex non eſt quantum, tum propter rationem tactam, ſi in compoſito ſimilari etiam nihil per ſe auget ſe, patet per idem, quia ipſa auctio vel eſt generatio, vel non ſine generatione. Amplius vel alteratio vel non ſine alteratione, ſed nullum ſimilare poteſt ſe per ſe generare vel alterare: igitur nec augere, ſi autem loquimur in compoſitis diſsimilaribus, ſic ſaltem partialiter idem poteſt per ſe augere ſecundum diuerſas partes, cor enim vna cum cibo auget omnia mẽbra ſaltem partialiter. Hæc de auctione.

*De motu locali.*

Et de motu locali dicamus primo, ꝙ nullum ſimplex poteſt ſe per ſe mouere, probatur ex ſuppoſitionibus, quia ſimplex vel eſt totaliter actus, vel totaliter potentia, igitur non poteſt eſſe in actu & in potentia, & ita non poteſt eſſe mouens & mobile. Secundo dico ꝙ licet compoſitum ſimilare poteſt ſe mouere per ſe non tamen à ſe. Prima pars patet, quia ex quo eſt compoſitum: habet aliquid, quo poteſt eſſe in actu: & aliquid quo poteſt eſſe in potentia: & ita poteſt eſſe mouens & motum. Secunda probatur per differentiam, quam tangit Ariſtote. inter viua & compoſita non viuas. 8. phyſico. vult enim viua per ſe & à ſe moueri: quia habẽt principium per quod, & à quo diſtinctum à mobili, vel vt dicit Auerro. quia componuntur ex motore in actu, & mobili in actu: vtpote ex anima quæ eſt motor in actu: & corpore, quod eſt mobile in actu: at compoſita non viua vt elementa & id genus, non componuntur ex motore in actu, & mobili in actu, materia enim ex qua conſtat, non eſt mobile in actu, quia non reſiſtit formæ mouenti, aliter in vacuo poſſunt ſimplicia corpora moueri, & propterea ad motum elementorum concurrit ſaltem medium, quod non ad motum animalium. Tertio dico ꝙ compoſitum diſsimilare poteſt ſe mouere & per ſe, & à ſe: hoc nullo alio patet, niſi exemplo ſumpto ab animalibus: quæ & per ſe & à ſe mouentur.

*Excerpta contra aliquos.*

Ex his deducũtur contra aliquos. Primum ꝙ ſubiectum non eſt effectiuum principium ſuæ proprie paſsionis, vt ignis non eſt principium effectiuum caloris nec aqua humoris probatur primo, quia tunc idem alteraret ſe per ſe. Secũdo quia dicitur. 8. phyſicorum ꝙ agens quantum dat de forma tantum dat de accidentibus per ſe quæ conſequuntur illam formam mediante illa forma, igitur ſi ſubiectum daret ſibi accidentia per ſe: daret ſibi formam mediante qua dat ſibi accidentia. Secundum ꝙ grauia & leuia non mouentur à ſe ad vbi effectiue, deducitur quia ſem p concurrit aut generans, aut remouens prohibens, aut medium verum de re hac quęre noſtras commen. in. 8. lib. phyſi. Tertium ꝙ animatum non mouet ſe per ſe & à ſe ad motum auctionis, patet quia cõcurrit cibus vt dictum eſt. Quartum ꝙ aqua calefacta non reducit ſe quod probatur, quia aqua calida eſt remiſſa in ſua frigiditate, igitur in ſui ſubſtantia, vt patet. 3. cœli: habet enim Auerro. contra Aui. quàm per quantum elementum remittitur in qualitate ſibi propria, per tantum remittitur in ſubſtantia, quare ſi aqua poteſt ſe infrigidare, poterit ſe in ſubſtantia generare quod eſt contra ſuperius dicta, de reductione vero aquæ quære in lib. de generatione, & in lib. phyſi. in lib. de Subſtantia orbis. Vltimo patet ꝙ nec potentia appetitiua, nec cognoſcitiua mouet ſe ad actum appetendi vel cognoſcendi, patet quia nullum ſimplex põt ſe per ſe alterare perfectiue. Hæc de dilucidatione, multa poſſunt addi: ſed ſunt extra rẽ noſtram, q̃re tñ in lib. de Subſtantia orbis, & in lib. de gñatione.

*Cõm 4.*

*Cõm. 6 7.*

## Caput solutionum quintum.

Rationes factæ in prima parte diſputationis ſunt pro dilucidatione noſtra. omnes enim concludũt nihil agere in ſe ſecundum eandem rationem, & nihil moueri à ſe, ita vt ſub eadem ratione idem ſit mouens & motum, pro ſecunda parte diſputationis dico ꝙ ratio eſt de compoſitis, & viuentibus vt in dilucidatione viſum eſt. Ad rationes vero aliorum ad achillem dico ꝙ aliquid eſt verum ſecundum rationem generis, quod eſt falſum ſecundum rationem ſpeciei: vt. 7. phyſi. dicit Auer. vnde. 5. meta. viſus talpæ repugnat in ſpecie, & ſecundum rationem ſpeciei, non autem ſecundum rationem generis, vt patet per Auerro. ibidem ſic: in propoſito omne actiuum poteſt agere in ſe ſecundum rationem generis, hoc eſt in quantum actiuum, ſecundum vero rationem ſpeciei vtpote vt alteratiuum, vt generatiuum vt actiuum non poteſt agere in ſe, & alterans quatenus agens poteſt agere in ſe quatenus patiens, non autem quatenus alterans, & ſic per rationem generis illa eſt vera, per rationem autem ſpeciei falſa, ad illud de actione immanente dicemus, nunc vero dico ꝙ actio immanens non dicitur: quæ eſt in agẽte quatenus agẽs: ſed quæ eſt in agente ſiue per eandem, ſiue per diuerſam rationem, quæ enim tranſit in materiam exteriorem, tranſiens actio dicitur quæ non tranſit in materiam extra materiam agentis: immanens appellatur, ex hoc nihil ad propoſitum eorum haberi poteſt. Ad verba Auerro. patuit ſolutio per dilucidationem: loquitur. n. in compoſitis, & in motu locali, ſimiliter ad illud de diffinitione naturæ, non. n. eſt natura niſi ſit pars naturati, mõ naturatum eſt compoſitũ ex materia, & forma, & ſic idem ꝙ prius. De intellectione vero dictum eſt: intellectus. n. non intelligit ſe niſi intelligẽdo alia, vt dictum eſt in. 3. de Anima, & ſic rationes nullæ ſunt. Sed quoniam non eſt iuſtum credere diſcipulum diſſentire à perito præceptore, videtur mihi Ariſtote. non diſſentire à Platone, propterea debes ſcire ꝙ apud Platonem id appellatur mouens ſeipſum, quod nullo alio deducitur ad mouendum ſuũ mobile, ſed per eſſentiam illud mouet. hoc pacto Deus mouẽs ſeipſum dicitur apud Platonem, quia mouendo primũ mobile ſiue vniuerſum à nullo deduciť ad ſic mouẽdũ, & propterea eſt

*Cõm. 2. Cõm. 1 7.*

*Inter plato & Ari. cõſilium.*

ea eſt per eſſentiam mouens: anima etiam ſeipſam mouet, quia in viuificando & perficiendo corpus, per eſſentiam viuificat & perficit corpus: & ſic deus & anima numeri dicuntur ſeipſos mouentes; quatenus eorum mobilia mouent ſeipſis per eſſentiam, & non per hoc, quia deducuntur ad mouendum ab aliis, veluti mouent agẽtia naturalia, hoc idem non negat Ariſto. dum dicit, ꝙ agens primum ſemper mouet, quia non deducitur de potentia ad actum, ſimiliter & anima eſt actus primus, quia per eſſentiam eſt actus; & ita non aliter Ariſt. ſentit quàm Plato præceptor licet ignari illos diſſentire velint, quod diſplicet Simpli. Ammonio & cæteris bonis peripateticis. Hæc de diſputatione prima.

*Palam, quia & potentiarum aliæ erũt irrationabiles aliæ cum ratione, quapropter &c.* Tex. cõm. 3.

## DISPVTATIO SECVNDA

De obiecto rationalis, & irrationalis potentiæ.

*Num rationalis potentia ſit oppoſitorum, irrationalis autem vnius appoſiti.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Qvod rationalis potentia non ſit oppoſitorum, arguitur. Primo, quia ſi ſic, tunc aliquod agens per talem potentiam poſſet oppoſita agere, quod eſt contra verba Ariſto. & deducitur conſequentia, quia habens potentiam poteſt illud, cuius eſt illa potentia, & ita habens potentiam ad oppoſita ſimul illa poterit. Scd̃o dr̃ in litera, ꝙ potentia oppoſitorum non exit in actum niſi determinetur, ſed cũ ſic determinatur non eſt oppoſitorũ, igiẽ vt prius. Tertio ſi potentia rõnalis eſſet oppoſitorũ, per conuerſionem per contrapoſitionem. quæ eſſet non oppoſitorum, eſſet non rationalis, & ſic cum apud pħos potentia Dei non ſit oppoſitorum, eſſet non rationali, contra communem conſenſum. Quarto potentia primæ materiæ eſt oppoſitorum & non eſt potentia rationalis, ſed irrationalis. Quod vero irrationalis potentia ſit oppoſitorum, declaratur. Primo de potentia primæ materiæ. Secundo de potentia ſolis, quæ eſt diſſoluendi & congelandi glaciẽ. Tertio de frigore: quod infrigidat, & per antipariſtaſim calefacit; & ita calefacit & infrigidat, & tamen eſt vna potentia. Quarto potentia motiua eſt motus & quietis. Quinto ignis eſt indifferens ad comburendum hoc vel combuſtibile: immo & ad non comburendum. Vltimo effectus raro fieri poteſt à potentia irrationali; igitur & effectus æqualis, quia effectus raro eſt aptus minus produci. In oppoſitum eſt. Ariſtote. hic & Auer. & Alexander & Themiſtius. Hæc de dubitationibus. Cõm. 1 0.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Pro titulo diſputationis debes ſcire. Primo, ꝙ potentia in titulo diſputationis intelligitur pro actiua, & non pro paſsiua, non enim eſt dubium potentiam primæ materiæ eſſe oppoſitorum, atque contradictionis, vt in hoc. 9. dicitur. Secundo debes ſcire ꝙ potentiarũ actiuarum, aliæ ſunt rationales, quæ græce in textu logicæ dicuntur, aliæ irrationales, quæ à logicæ nuncupantur. dictæ vero ſunt rationales, quia non deducuntur ad actum, niſi ratione, ac diſcurſu electiuo, illæ irrationales, quia deducuntur ad actum, non diſcurſu, ac ratione, ſed ſola propinquitate paſsi, & omnibus requiſitis ad actionem ſtantibus. Ex his ſequitur primo ꝙ potentia effectrix dei, & ĩtellectuum ſeparatorum, non dicitur rationalis. patet, quia non deducitur ad actum per rationem & diſcurſum, ſiue delibaratione atque electione, eo quia intellectus diuinus non diſcurrit nec prædeliberat ſecundum pħos. Dicitur autem irrationalis per negationem quia deducitur ad actum ſine diſcurſu. Excerpt. 1. Secundo ſequitur contra nonnullos, quòd hæc diuiſio potentiarum per rationalem & irrationalem non valet tantum quantum per voluntatem & naturam; Nam licet omnis natura ſit irrationalis potentia; tamen non omnis irrationalis potentia eſt natura, intellectus enim diuinus irrationalis eſt, qui non eſt natura, vt nunc loquimur de natura. Excerpt. 2. Cõtra aliquos. Tertio ſequitur ꝙ prima potentiarũ diuiſio nõ eſt per rõnalẽ & irrationalem, quia potentia diuina nec eſt rõnalis, nec irrõnalis. irrationalis. n. potentia idem eſt, ꝙ naturalis, at naturalis irrationalis idem quod deducibile ad actum ſine diſcurſu. Excerpt. 3. Tertio debes ſcire oppoſita in diſputatione accipi pro contradictoriis, hoc eſt pro affirmatione & negatione, non autem pro contrariis. declaratur, quia eo modo oppoſita accipi debent, quo modo ipſum contingens conſtituunt, ſed contingens eſt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe, igitur hac ratione debent ſumi in diſputatione. Animaduerſione dignũ contradictoria ſummi, non quidem per negationem modi, veluti ſunt poſsibile, & non poſsibile, ſed per negationem dicti, vt poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Stoici qui omnia neceſſario euenire contendunt, opinantur potentiam rationalem non eſſe oppoſitorum, ſed alterius tantum partis oppoſitionis, quia rationalis potentia non differt à naturali per hoc ꝙ naturalis ſit alterius cõtradictionis partis, rationalis autẽ vtriuſque, ſed pro tanto quia rationalis libere eligit, naturalis autem non libere. libere vero eligere non eſt cõtingenter eligere apud Stoicos, immo nec apud peripateticos, quia deus libere agit non tamen contingenter, ſed libere agere eſt ſecundum rationem principaliter agere, nihil expectando perfectionis à re quam agit, & hac ratione libere deus agit, quia agendo bonum in rebus, nihil boni aut perfectionis expectat à rebus ipſis, quibus bonum confert & benefacit. potentiæ autem naturales, ſiue agentia naturalia agunt non ſecundum rationem, nec nihil expectando ab actione, cum cuncta agant, vt perficiantur ac vt acquirant aliqud perfectionis pro eſſe & eorũ cõſeruatione. Pñ Stoicorum. Ex his apparet de mente ſtoicorum primo ꝙ rationalis potentia differt ab irrationali quatenus rationalis libere, irrationalis non libere agit. Secundo apparet ꝙ agentia per intellectum ſunt potẽtiæ rationales: agentia per naturam ſunt agentia & potentiæ irrationales. Poſitionem hanc ſequuntur naturales nonnulli vtpote qui negant caſum & fortunam dicentes omnia neceſſario euenire, & de neceſsitate naturę. Amplius imitantur & hanc aſtronomi, qui omnia facto & cœlo neceſſario ſubdunt. hanc & epicurei autumant. Ioannes etiam Ganda. in hoc. 9. quæſtione. 5. fauet huic poſitioni, immo aſſerit hanc mentem fuiſſe peripate. Ari, maxime & Auerro. Et licet de hac re in lib. de interpretatione diligenter diſputaui, & lib. deſtructio deſtructionum, & lib. cœli etiam ĩportunitas Ioannis Ganda, cogit me addere quædam, quæ in dictis locis non tetigi. amplius cogit me facere rationes contra eum, ne tantus error poſsit aliquibus prauis videri:



nolo tamen adducere rationes, quibus mouetur, quia illas poſui in cõmentationibus noſtris lib. cœli, vt in expoſitione textus, ibi enim potes copioſe atque abunde legere rationes, quas ipſe fecit in quæſtionibus libri cœli, & in hoc. 9. hac ratione ne faſtidio afficiam lectores, bona fronte ſuperſedeo: aſſurgamus igitur contra ipſum rõnibus ſuis confutando eius friuolas ſolutiones. Cõm. 120. & 121. Primo, ꝙ ſi oẽ poſsibile neceſſario erit, tũc oĩa de neceſsitate euenirent, quod eſt contra Ariſto. in lib. de interpretatione & contra Auer. 2. phy. auſculta. & contra Them. & Simplicium ibidẽ. Rationes contra Ioannes. Cõm. 48. Scd̃o hac poſitione conceſſa tolleretur conſiliũ de rebus agendis, & ita fruſtra fuiſſet ſenatus Romanus. Tertio liberum tollereẽ arbitrium: deducitur. quia libertas arbitrij eſt circa res q̃ ſunt in hoĩs poteſtate, & ad vtrũq;, vt docet Ariſto. in 2. Ethi. Quarto tollerentur oẽs leges & humanæ, & diuinæ humanæ quidem quia nullũ eſſet vitium vituperabile, quia ea quæ ſunt à natura nõ ſunt laudanda, nec vituperanda, vt. 3. dr̃ Ethi. diuinæ vero quia vana & nulla eſſet punitio vitiorũ, cum vitia neceſſario futura ſint & à natura inſita. Solutiones Io. Enititur Ioannes in pñti. 9. & in lib. cœli euadere cum diſtinctione. ait. n. neceſſariũ bifariũ eſſe. alterũ continuum, vtpote ꝙ in oĩ eſt tpe, & in quolibet momẽto tpis: ceu deũ eſſe & cœlũ moueri. alterũ diſcõtinuũ, quod eſt etiã bifariũ. alterum & quo ad nos, & quo naturam determinatũ, vt ſolẽ vel lunam deficere, non. n. ſol aut luna continuo deficit, ſed certo ſtatuto, & limitato tempore, & quo ad nos, & quo ad naturã, veluti aſtrologi docent per ſupputationes motuum, & ita dicitur neceſſarium quo ad naturam quia neceſſario eueniet, dicitur quo ad nos determinatum, quia ſcitur euenire. diſcontinuũ aũt, quia non in oĩ tempore, nec in oĩ momento temporis euenit, alterũ vero quo ad naturã determinatum, ſed quo ad nos indeterminatũ, ac incertũ, veluti Domiciũ pħm fore. Iacobũ aũt ſacerdotem, hæc. n. ambo ex cœli in eorum genituris conſtitutione his promittuntur, & ita ſunt naturæ ſtabilita, nobis aũt incerta, ac indeterminata. Excerpta ẽ mẽte Ioannes. Ex his de mente Ioannis ſequiẽ primo, ꝙ oĩs natura eſt neceſſaria. patet, quia aut neceſſaria continua, aut neceſſaria diſcontinua. Scd̃o ſequitur ꝙ natura poſsibilis eſt neceſſaria ẽm naturæ determinationem, verum quo ad noſtræ certitudinis determinationem poſsibilis, & ideo poſsibile eſt non qd̃ indifferens eſt ad eſſe, & ad non eſſe, ſed quod nõ eſt nobis determinatũ eſſe vel non eſſe. Hæc de mente Ioannis. Tunc reſpondet Ioannes ad rões. Ad primã cõcedit oĩa neceſſario euenire, nec hoc reputant peripatetici ĩpoſsibile, ſed volunt non oĩa neceſſario euenire neceſsitate continua, vel diſcontinua determinata quo ad nos. Ad ſcd̃am dicit ꝙ conſilium non tollitur quia res futuræ qñ in natura ſunt conſtitute, & ſunt per conſiliũ agibiles, etiam conſiliũ fieri pro illarũ executione eſt conſtitutũ, & ſic non eſt fruſtra. Ad tertiã dicit ꝙ libertas arbitrij non conſiſtit in eligendo duo oppoſita, ſed in eligendo quicquid eligit gratia ſui, & ẽm rõnẽ & hoc pacto eſt libertas arbitrij, vt patet in Deo, qui libere mouet, & tñ non contingenter mouet. Ad quartã dicit ꝙ leges ſunt bonæ, quia factæ propter laudem, vel vituperium, & punitiones etiam iuſtæ, quia propter mala cõmiſſa, ſed vtraq; ſunt ſtabilita, vt legens, & ea quæ leges agunt. Confutatio. Sed quantum vir iſtæ deliret nemo ignorat verum contra ſolutionem. Ad primam arguitur primo quia Ariſt. & oẽs expoſitores. 2. phyſicæ auſcultationis ex propria intentione refellunt eos qui negant caſum, & fortunam, adducentes ad hoc impoſsibile, ꝙ tunc oĩa euenirent de neceſsitate naturæ modo ẽm Ioãnem hoc non modo nõ eſt impoſsibile, immo neceſſarium quia apud ipſum oĩs natura eſt neceſſaria, & nulla eſt in ſe contingens & contra Auer. eius quem tantum extollit eſſe videtur hoc: vt patet, qui adducit contra Aui. tanq̃ impoſsibile, eſſe aliquod neceſſarium reſpectu vnius, & contingens reſpectu alterius, modo apud Ioannem omne contingens eſt neceſſarium in natura, & contingens quo ad nos. Cõm. 48. Secundo tolleretur diuiſio contingentis, per natum, & æquale, quia omne eſſet natũ ſiue naturæ conſtitutum. non enim dicitur æquale, quia æqualiter nobis certum & incertum. nec illud natum, quia magis certum. lego. n. qui bene legi tex. Ariſto. in libris Priorum: & Alex. & Philoponi nõ memini me ſic legiſſe diffinitiones illorum; vnde Alex. ait natum eſſe quod eſt magis aptum euenire æquale vero, quod æqualiter eſt aptum euenire, & non euenire. Tertio ſi omnia de neceſsitate naturæ euenirent apud Ioannem, vel neceſsitate naturæ particularis, vel neceſsitate naturæ vniuerſalis, non neceſsitate naturæ particularis, quia tunc nullus eſſet caſus, quoniam caſus eſt non de intentione naturæ particularis, vt monſtruum, & id genus; at ſi omnia de neceſsitate naturæ particularis euenirent, nihil foret, quod non eſſet de intentione naturæ particularis, & ita nullus eſſet caſus. ſin autem omnia ſaltem eueniũt de neceſsitate naturę vniuerſalis, tũc (cum natura vniuerſalis ſit cœlicum fatum) quod promitteretur à cœlo, eſſet ineuitabile, quod eſt contra Ptolomæum & in procemio apoteleſmaton, & in libro centum enuntiatorum in lib. centum enuntia. quidem quia. d. animam ſapientem poſſe multa euitare, eorum quæ cœlum promittit in procemio. apoteleſmaton autem dicit cœlicas promiſsiones neceſſario fore, quamdiu non ſunt prouiſæ. ſi enim vt dicit Anonymus Ptolomæi interpres: & Porphyrius ex cœli ſtatu natali alicui ꝓmittereẽ anno ſuæ ætatis viceſimo, menſe illius anni. 9. die illius menſis 12. hora illius diei ab ortu ſeptima caſus ex equo. quis enim tam fatuus diceret talem caſum eſſe in euitabilem, eſſet enim ineuitabilis vbi ignoraretur, vbi autem eſſet prouiſus de loco & tempore & alijs cur non eſſet euitabilis? Si enim mihi promittereẽ, & eſſet mihi iſtec promiſsio prouiſa de tempore loco, & alijs, illo anno, illo menſe, illo die, illa hora equũ nullũ equitatẽ, & ꝓpterea dicit Ptolomæus aſtronomiæ inuentũ fuiſſe apud gẽtes & hoĩes per cognitionẽ atq; ꝓuiſionẽ futurorũ, poſſent illa euitare, quare nihil vel ſaltẽ nõ oĩa ſunt neceſſaria neceſsitate naturæ vniuerſalis. hæc cõtra primã. Cõtra ſolutionẽ ad ſcd̃am arguo & ſuppono apud oẽs gẽtes conſilium eſſe ꝓ euitando malũ, & ꝓſequẽdo bonũ, hoc. n. eſt oĩum conſultantiũ intentũ & finis, tunc arguo, aut ꝓ conſiliũ põt euitari malũ futurũ, aut non. ſi nullo mõ euitari põt malũ futurum, igitur fruſtra fiunt conſilia, & ſic idẽ, quod prius, ſin aũt euitari põt malũ, & acquiri bonũ: igitur non oĩa neceſſario eueniunt vt credit Ioã. qñ malũ venturum per conſilium euitari põt, & bonũ non futurũ per conſilium acquiri, hæc contra ſcd̃am. Cõtra ſolutionẽ ad tertiã arguo ſi liberũ arbitriũ humanum non eſſet de contingentibus, ſed de neceſſarijs, tũc actus humani non eſſent in poteſtate noſtra, hoc eſt cõtra exemplum vt Ariſt. dicit, nemo. n. dubitat ait Ariſt. in lib. de interpretatione eſſe in poteſtate noſtra incidere tunicam, vel non incidere. Hæc ad tertiam. Cõtra quartam patet confutatio, per ea quæ addit, ipſe enim neſcit

neſcit quid dicit: vnde quæro ab eo de intento legum aut intentum legum eſt euitare male: & multiplicare bonum: aut non. non eſt dicendum ꝙ non quia contra intentum eſſet iuriſconſultorum, atq; legiſlatorum. ſi ſic igitur non oĩa neceſſario eueniunt: cum per leges poſſint mala euitari, & bona multiplicari, hæc pauca volui contra Ioannẽ adducere, qm̃ in lib. de interpretatione & in lib. cœli. & in libro deſtructionum diligenter diſputaui. Alij iuniores dixerunt inter rõnales potentias & naturales ſiue irrationales talem eſſe differentiam ꝙ naturalis potentia dum non applicatur paſſo ſufficienter diſpoſito, eſt oppoſitorum, dum autem applicatur paſſo ſufficienter diſpoſito, eſt determinata ad alterum oppoſitorum, rõnalis autem potentia ſiue applicetur paſſo, ſiue non ſemper eſt oppoſitorum. Hanc opinionem confutaui. 2. phy. exponendo cõm. 48. tñ arguo & accipio aliquod agens naturale per potẽtiam naturalem, ſiue irrationalem, vtpote A ignem nondum B combuſtili applicatum. ſi per opinantes A ignis eſt in potentia contradictionis ad comburendum & non comburendum B cõbuſtibile, vel ab intrinſeco, vel ab extrĩſeco. ſi ab intrinſeco, igitur haberet aliquid quo per naturam illius non eſt ipſius B cõbuſtiuũ: ſin autem ab extrinſeco, igitur ab intrinſeco eſſet determinatum ad alterum oppoſitorum, & ita non eſt in potẽtia ad vtrũq;. Secundo potentia oppoſitorũ eſt contradictionis, vt dr̃ in iſto. 9. contradictio vero habet partes quarũ vna hẽt vim vniuerſalẽ nulli in eſſendi. & altera vim particularem alicui in eſſendi, vt in lib. de interpretatione dr̃: ſed ignis non applicatus non habet partes contradictionis hoc mõ, quia eſſet ſenſus ꝙ eſſet in potentia ad cõburẽdum oẽ B & in oĩ loco & in oĩ tpe, & ad aliquod B nõ cõburendum, aliter non eſt contradictionis potentia, mõ hoc non eſt ita, ignis. n. ſemper & in oĩ tpe, & in oĩ loco eſt combuſtiuus ipſius B, hec pauca contra ſecundã poſitionẽ ſed ſi vis diligẽtiorẽ cõfutationẽ perquire ſcd̃m lib. phy. Alij vero, & ſi confuſe loquantur, tñ eius põ põt reduci ad ordinẽ, dicunt igiť primo ꝙ diuiſio Ariſto. in tex. dum ait potentiarum aliã eſſe rõnalẽ, aliã irrõnalẽ eſt in naturã & voluntatẽ, quia per rõnalẽ potentiã voluit Ariſt. voluntatẽ, per irrõnalẽ voluit naturã, hoc confirmant ex verbis Ariſt. 2. phyſi. ponentis caſum iuxta naturã: fortunam iuxta voluntatẽ. Scd̃o dicunt ꝙ drĩa inter potentiã rõnalẽ, & irrõnalem eſt ex modo eliciendi actum circa obm̃, quia potẽtia rõnalis approximata ſuo obiecto, & oĩbus impedimẽtis circumammotis cõtingẽter elicit actum circa illud obiectum, irrõnalis vero dum obiecto approximata eſt & impedimenta ſunt ammota: neceſſario elicit. Tertio dicunt ꝙ cã diuerſitatis talium modorum eliciendi eſt diuerſitas naturarum illarum, voluntas. n. contingenter ſic elicit, quia eſt voluntas, natura vero ſic neceſſario elicit, quia eſt natura. Quarto dicunt ꝙ quia voluntas eſt indeterminata non per inſufficientiã ſed per ſuperabundantia actualitatis, ideo põt ſe ad actũ reducere, quia vero natura eſt indeterminata per inſufficientiam actualitatis, & requiſitorum quia aliqñ tempus deficit aliquando approximatio paſsi, aliquando requiſitorum aliquod hac rõne non deducitur ad actum niſi aliquo cõcurrente, Quinto dicunt ꝙ licet Ariſt. in textu videatur per potentiam rationalem intelligere intellectum, tñ intelligit intellectum & voluntatem, quia intellectus ſolus eſt magis natura q̃ contingens, maxime in illo priori in quo præcedit actum volũtatis, & ita volũt Ariſt. accepiſſe rationalem potentiam complete pro Intellectu vt ſtat ſub actu volũtario. Hæc ex verbis eorum colligi poſſunt & hac forma reduci ad ordinem. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, primo quia tunc diuiſio illa non eſſet ſufficiens, quia ſub nullo membro potentia actiua Dei contineretur, illa enim non poteſt contineri ſub rationali, quia non cõtingenter elicit apud peripateticos nec ſub natura, quia ſicut Deus eſt ſupra naturam, ſic potentia eius non eſt naturalis. Secundo vt dicetur in dilucidatione voluntas non eſt potentia ſed actus intellectus ratiocinantis: vnde vuleſis græcæ, latine voluntas non eſt potentia volitiua, illa enim intellectus eſt: ſed actus intellectus diſcurrentis de agẽdis: cum enim intellectus diſcurrit de agendis, electio illa, quæ ex cõſultiuo ſyllogiſmo relinquitur, ab Ariſt. vuleſis interdum: nonnunquam prohæreſis nonnunquam orexis dicitur, latine voluntas, electio vel appetitus, non igitur per potentiã rationalem voluntatem ĩtelligere poteſt, ſed intellectũ. Secundo errant, quia ſi differentia potentiarum eſt ex modo eliciendi actus circa propria obiecta, & differentia modorum eliciendi eſt propter differentias naturarum, igitur differentia prima eſt propter naturas, quod ipſi non dicunt. Tertio non peripatetice loquuntur dũ dicunt voluntatem eſſe potentiam in differentem, reducere tamen ſe propter ſuperabundantiam actualitatis, nam Auer. 8. phyſi. ait à voluntate indifferenti nullã ꝑuenire actionem: & infra idem dicit: igitur voluntas nõ potentia indifferens eſt, ſed electio intellectus indifferentis. Vltimo errant volẽtes Ariſt. per rationalem potentiam intellexiſſe completam vtpote intellectum cũ voluntate, quia Ariſt. in præſenti textu dum docuit differentiam potentiarum rationalium & irrationalium ſubſcripſit modum, quo rõnalis potẽtiam reducitur ad actum dicens illã reduci ad actũ appetitu, vel electione ſiue voluntate, igitur per potentias rõnales intelligit intellectum abſque electione. Hæc de poſitionibus.

Poſitio Burle. 2. phyſi.

Confutatio.

Poſitio aliorũ.

Confutatio.

Cõm. 15. Cõm. 10.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione. Primo debes ſcire Ariſt. per potentiam rationalem intellexiſſe intellectum, & nõ quẽuis, ſed rõnalem, hoc eſt diſcurſiuum, qualis eſt humanus. intellectus enim diuinus non eſt rationalis: eſſet. n. cœlum animal rationale, niſi quis pro rationale intelligit id quod eſt ratio per eſſentiam. Amplius diſcurreret Deus vel cœlum. Per irrationalem vero potentiam intellexit potentiam non diſcurſiuam ſub qua cadit intellectus diuinus, & natura: natura enim non diſcurrit in eliciendo actum, nec diuinus intellectus in mouendo, & hoc capiendo in pro non. Secundo debes ſcire (vt tactum eſt) voluntatem non eſſe potentiam aliam ab intellectu, immo non eſſe potentiam, ſed quaſi concluſio conſultiui ſyllogiſmi, dupliciter. n. intellectus ſeſe habet ad obiectum operabile, quia aut limitatur ad eliciendũ actum appetitu, hoc eſt concupiſcentia, & ſic oblique & turpiter eligit. hunc. n. modum eliciendi habent voluptuoſi & improbi viri, aut limitatur pro hereſi hoc eſt voluntate & electione derelicta ex conſultorio ſyllogiſmo, & ſic recte & ſtudioſe eligit, Quare quẽadmodũ appetitus ſiue cõcupiſcentia actus eſt intellectus deprauati à ſenſibus, ſic voluntas actus eſt intellectus conſultiui, dũ per conſiliũ elicit actũ circa obiectum, Ex his apparet dilucidatio, hoc eſt quo nã modo rõnalis potẽtia differt ab irrationali; differt. n. primo ex parte obiecti. ſcd̃o ex parte potẽtiæ agentis. tertio ex parte modi agẽdi. Ex parte obiecti quidem, quia obiectum rõnalis potentiæ

Dilucidatio.



eſt bonum verum, vel apparens. verum quidem dum eſt eligibile per rationem rectam, apparens autẽ dum eligibile eſt per concupiſcentiam, potentiæ vero irrationalis eſt bonum verum, quia ſi potentia irrationalis ſit diuinus intellectus ille non agit nec poteſt agere niſi verum bonum, ſin autem ſit potentia agentis naturalis, illa in agendo dirigitur ab intelligentia non errante, & ſic non poteſt obiectum potentię irrationalis eſſe niſi bonũ verũ, ex parte potentiæ agentis, quia potẽtia rõnalis ſua natura eſt conſultiua, & ſic oppoſitorum electiua, irrationalis vero ſua natura eſt limitata ad alterum oppoſitorum, & in hoc recte exteri dicunt nullam aliam eſſe cauſam, niſi quia hæc eſt talis, illa autem talis. Ex parte modi eliciendi deniq;, quia rationalis potentia etiam ſuo obiecto approximata contingenter elicit, quia conſultiuus ſyllogiſmus eſt de vtroq; oppoſito, irrationalis vero neceſſario elicit, cum non per conſultiuum eligat ſyllogiſmum, ſed per eius naturã, licet Deus ipſe contingenter eligat. Ex his apparet quo nã modo reducatur ad actum rationalis potẽtia, & quo nam mõ irrõnalis, rõnalis. n. vt dr̃ in textu reducitur ad actũ aut appetitu ſiue cõcupiſcentia: vt qñ illicite reducitur, aut electione ſiue volũtate, vt qñ reducitur ſyllo cõſultiuo recto, veluti circa actus licitos, irrõnalis aũt vel ſemper eſt in actu, vt diuina & cœlica potẽtia, aut reducitur per aduentũ alicuius reqſitorũ vt tpis, vel loci vel approximationis & cæterorũ id genus. Hæc pauca de dilucida.

Excerp. tamẽ.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis, Ad primam dicerẽ negando cõſequẽtiã, ſufficit. n. ꝙ poſsit agere oppoſita, aut ſimili aut pro diuerſis tẽporibus, irrõnalis aũt potẽtia aut ſemper agit alterũ oppoſitorũ, vt diuina, aut alterũ tm̃ eſt agere apta, vt naturalis. Ad ſcd̃am dico ꝙ licet dum ſit determinata ſit alterius, ſufficit ꝙ per ſui naturã ſit vtriuſq;. Ad tertiã cõcedo ꝙ potẽtia Dei eſt non rõnalis, non. n. elicit actum per conſiliũ. Ad quartã patet ſolutio, diſpu. n. loquitur in actiuis potentiis, & nõ in paſsiuis. Ad rõnem de potentia ſolis patuit ſolutio. illa, n. eſt cõtrariorum propter diuerſas materias, non aũt cõtradictoriorum circa eandẽ materiã. Ad rõnẽ de frigore. patet illud eſſe circa contraria, & per accidens. Ad rõnem de igne dico vt prius, ꝙ nunq̃ ignis eſt indifferens ad cõburendum, & non cõburendũ, quia licet ſit ĩdifferens ad non cõburendũ hoc; non tñ ſequitur ipſum eſſe indifferentẽ ad non cõburendũ ſimpliciter, Ad rõnẽ de contingẽti raro dico ꝙ bene effectus raro ab agente produci põt, æqualis aũt nunq̃, & cauſa eſt quia æqualis effectus eſt agenti incõpoſsibilis, cũ ſit potentiæ paſsiuæ tm̃, rarus vero effectus ſubeſt potentiæ actiuæ; quia effectus plerunq; eueniẽs ſubeſt potẽtiæ actiuæ, ꝓuenit. n. effectus rarus ab agẽte, quia effectus plerunq; eueniens eſt prouenibilis, per eius rarũ ĩpedimẽtũ effectus rarus euenit, tu tñ quære librũ ſm̃ phyſi. Hęc de ſcd̃a diſputatione.

*Palàm quia prior eſt actus potentia, dico autem potentia non ſolum determinata &c. Tex. cõm. 13.*

## DISPVTATIO TERTIA

### De ordine actus ad potentiam.

*Num ratione ſit actus potentia prior.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

Cõm. 11.

QVod non ſit actus rõne potentia prior, Arguiť 1. quia correlatiua ſunt ſimul rõne ſm̃ Porphy. & Ariſt. at actus & potentia ſunt correlatiua, dicit. n. Auer. ꝙ actus & potẽtia ſunt relatiua cõtraria, & vtrunq; relatiuorũ accipitur in diffinitione alterius, & non accidit inde malum. Secundo ſempiternum comparatur ad corruptibile veluti actus ad potentiam: vt dr̃. 3. de anima. Sed corruptibile eſt rõne & cognitione æterno, prius igitur potentia rõne actu prior erit. Tertio confuſa ſunt cognitione priora, vt dr̃. 1. auſcul. phy. Sed potentia eſt quid confuſum; actus vero quid diſtinctum, cum ſeparet, & diſtinguat potentiam, igitur potentia eſt ratione actu prior. In contrarium ſunt Ariſtote, & Auerro, & omnes expoſitores. Hæc de dubitationibus.

Cõm. 36.

Cõm. 13.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID actus ſit quidúe potẽtia. Amplius quot modis actus quotúe modis potẽtia dicantur, quinto huius diligenter dictum eſt, id tñ vt Ariſt. inquit non ignorãdum eſt, potentiam eſſe accipiendam generatim pro principio tam motus quàm quietis, tam actiuo quàm paſsiuo, tam motus corruptiui vt generatio, & alteratio, & auctio ſunt quàm motus perfectiui, vt latio, & ĩtelligere, & id genus. Actus vero ſumitur pro operatione talis principij, cuiuſmodi ædificatiui actus ædificare eſt viſiui videre, viſibilis videri, & id genus, prius autem ratione ſeu diffinitione id dicitur, quod cadit ĩ alterius diffinitione & alterum non in eius diffinitione, vt dictum eſt, 7. huius de ſubſtantia reſpectu accidentis. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione Ioannes Gandauenſis quæſtione 8. huius. 9. libri opinatur tam actum q̃ potentiam duas habere diffinitiones, perfectam videlicet & im ꝑfectã: & tunc velle vr̃ duo, primum ꝙ potentia non cadit in perfecta actus diffinitione, licet cadere poſſet in diffinitione actus imperfecta. Prima pars patet in tex. per inductionem. Secunda patet, quia actus & potentia ſunt relatiua, modo oportet vt vnum relatiuorum ſemper cadat in alterius diffinitione perfecta vel imperfecta, Secundum eſt ꝙ actus cadit in diffinitione potentiæ perfecta, & hoc patet in textu; tunc ad rem dicit Ioannes propoſitionem Ariſt. eſſe ſic intelligendam ꝙ actus eſt prior potentia perfecta diffinitione quatenus ipſe cadit imperfecta potentiæ diffinitione, econtra autem potentia non cadit in actus perfecta diffinitione. Hæc Ioãnes velle videtur. Sed hæc expoſitio ſtare non poteſt, qm̃ perfecta diffinitio eſt, quę explicat totam rei eſſentiam, vt Auer. dicit in, 7. huius. Sed eſſentia atq; eſſe vnius relatiui eſt ad aliud ſe habere, vt dicit Ariſt. in prædicamẽtis, & actus & potentia, vt concedit Ioannes ſunt relatiua, igitur oportet vt imperfecta actus diffinitione cadat potentia & econtra. Britanus in h. 9. ait Ariſto. accepiſſe actum pro ipſo exiſtere, potentiam pro eo quod nõ eſt, & non repugnat exiſtere, hoc eſt actum & potentiam obiectiuam, & non ſubiectiuam, & tunc dicit ꝙ actus exiſtendi ſiue obiectiuus eſt diffinitione prior potentia exiſtendi ſiue obiectiua, & huius rõnẽ aſsignat, qa actus hoc pacto ſeſe habet vt habitus, potentia vero vt ſic, ſeſe habet vt priuatio, mõ habitus eſt priuatione ſm̃ diffinitionẽ prior, vt in ꝑdicamentis patet. Sed licet hæc expõſit in ſe vera, tñ nõ cõſonat textui, Ariſt. n. ſeipſum exponit dicens ſe loqui nõ de potentia diffinita, quæ eſt principiũ motus duntaxat, ſed de potentia quę eſt tã motus q̃ quietis prĩcipiũ, & hoc apte dicit Auer. in hoc. 9. ita dicens, & non intelligo hic per potentiam, potentiam quam diffiniuimus in principio iſtius tractatus, in quo diximus

Poſitio Ioan.

Confutatio.

Cõm. 42. & 43.

Põ Britani.

Confutatio.

Cõm. 13.

diximus ꝙ potentia actiua eſt principium tranſmutationis in aliud ſecundum ꝙ eſt aliud & paſsiua principium tranſmutationis ab alio ſecũdum quod eſt aliud. Sed intelligo hic per potentiam omne ꝙ eſt principiũ motus omnis habentis motum, & principium quietis omnis habentis quietem, & eſt intelligendum hic per motum trãſmutationem, & per quietem priuationem tranſmutationis. Hæc Auerro. Igitur hic per potentiam intelligit generatim principium motus & quietis, & nõ *Põ aliorum & maxime Sco. 30. diſt. primi lib.* ipſum non exiſtere, vt Britanus autumat. Alij vero dicunt (vt mihi videtur) duo primum eſt ꝙ actus non refertur ad potentiam per ſe, ſed quia potentia refertur ad actum, vnde actus eſt per ſe quid abſolutum, verum quia potentia refertur ad ipſum, actus dicitur relatiue ad potentiam relatione potentiæ ad actũ, h̃ pacto ſcientia refertur ad ſcibile, & ſcibile ad ſcientiam, ſcientia.n. per ſe ad ſcibile dicitur, at ſcibile refertur ad ſcientiam relatione ſcientiæ ad ſcibile, vnde ſcibile potius terminat relationem ſcientiæ, quàm ad ſcientiam referatur, & hoc pacto actus potius relationem potentiæ terminat quàm ad potentiam referatur. Secundo dicunt ꝙ ea quæ ſic non mutuo referuntur, non oportet eſſe ſimul ratione, erit.n. alterum altero ratione prius, quia extremum abſolutum prius rõne extremo relatiuo vt ſcibile prius ratione ſcientia. Ex his ad diſputationem dicunt ꝙ actus eſt ratione prior potentia, quia non refertur ad potentiam, ſed magis econtra. potius.n. relationem potentiæ terminat, aut ſi refertur non per ſe ſed per accidens refertur relatione potentiæ ad actum, & propter ea actus cadit in ratione potentiæ, & non potentia in *Confutatio. Cõm. 11.* ratione actus. Sed hæc poſitio eſt directe contra Auer. ait.n. ꝙ actus & potentia ſunt relatiua contraria, & vtrũque relatiuorũ accipitur in diffinitione alterius, & non accidit inde malũ. Hæc Auerroes. Ecce quomodo vult illa mutuo referri, mutuoq; alterum in alterius diffinitione collocari. Præterea ꝙ relatio non poſsit referri, aut terminari ad abſolutum, bonis rationibus eſt perſuaſum. 5. huius, propterea nunc nolo amplius ſermonem ampliare. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Suppoſitio.* PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ actus & potentia poſſunt vno modo ſumi formaliter ꝓ relationibus, quibus aliquid dicitur eſſe formaliter in potentia, & aliquid formaliter in actu, & poſſunt accipi materialiter pro his quę denominantur eſſe aut in potentia, aut in actu. Verbi cauſa, potentia moueri deorſum pro graui, actus vero pro deſcenſu. potẽtia moueri ſurſum pro leui, actus autem pro aſcenſu: & in cæteris id genus ſi*Dilucidatio.* militer. Tunc dicerem ſaluo meliori iudicio, ꝙ ſi actus & potentia ſumãtur formaliter, ſic ſunt ſimul ratione, quia vt ſic ſunt relatiua, vt recte Auerro. ſentit in dicto 11. commento. at ſi ſumantur materialiter, ſic actus eſt prior ratione ipſa potentia. vnde Ariſto. per moueri ad medium diffinit graue, & per moueri à medio diffinit leue, & per moueri circa medium diffinit neutrum. Secundo dico ꝙ licet actus ſit potentia ſecundum rationem prior, tamẽ nec omnis actus omni potentia eſt ratione prior, nec aliquis actus omni potentia, ſed omnis actus omni potentia ſibi correſpondente eſt prior, vt moueri ad medium eſt ratione prius ipſo graui, quatenus in illius rõne cadit & non econtra, moueri à medio prius ratione ipſo leui, & in cęteris ſimiliter. quare omnis actus omni potentia ſibi correſpõdente prior eſt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis patet ſolutio. Ad primũ dico enim ꝙ argumentum verum concludit de actu & potentia ſumptis formaliter at de ipſis materialiter ſumptis aliter eſt. Ad ſcd'm patet ſolo, nos.n. loquimur de actu & potentia ſibi correſpondentibus, modo ſiue hęc ſint æterna, ſiue corruptibilia, actus ſemper cadit in diffinitione potentiæ, & non econtra. Ad tertiam ſi aliquid ratio concludit: illud eſt de confuſa notitia, at nos loquimur de diffinitiua ratione. Hæc de tertia diſputatione.

*Omni itaq; tali prior eſt actus ratione & ſubſtantia, tẽpore vero eſt quidẽ vt ſic, eſt aũt vt non, &c.* Tex. cõm. 13.

## DISPVTATIO QVARTA

De ordine actus ad potentiam pænes tempus.

*Num actus tempore prior potentia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod actus non ſit potentia tempore prior. Arguitur, quia primus actus eſt cœlum vel DEVS. Prima vero potentia eſt prima materia. Sed apud Ariſt. hęc ambo ſunt æterna, igitur neutrum neutro tempore prius eſt. Secundo nullus actus eſt omni potentia tempore prior, igitur actus non eſt tempore prior potentia, antecedens patet, quia ſunt nonnullæ potentiæ paſsiue æterne quibus nullus actus tempore prior eſt, igitur propoſitio falſa. Tertio materia tempore præcedit formam ſed materia eſt potentia, vel ſaltẽ in potentia, & forma actus, igitur potentia tẽpore actũ præcedit. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire ꝙ hæc propoſitio actus eſt potentia prior, eſt multiplex, & non vniuoca: quia poteſt intelligi de prioritate rationis & ſic verificata eſt ſumendo potentiam & actum materialiter, potentiam quidem pro principio generatim, actum pro operatione proficiſcente ab illa potentia ſiue principio potẽtiali, & põt intelligi de prioritate temporis, & ſic verificatur ſumẽdo actum & potentiam materialiter vt ſupra, ſed potẽtiam pro potentia propinqua, vt eſt ſemen, & triticum actum pro agente in actu, à quo ſemen ſeu triticum ꝓficiſcitur. Tertio poteſt intelligi de prioritate naturę, & hoc modo verificatur in ſenſu explicando diſputatione proxima, igitur ſenſus noſter p̃ntis diſputationis eſt ſi actus. i. agens in actu ſit potentia proxima quale eſt ſemen, ouum, vel triticum prius tempore, eſt enim hic ſenſus ambiguus quia ouum tempore præcedit gallinã, & gallina tempore præcedit ouum. Amplius granum tritici tempore meſſes præcedit: & meſſes tempore triticum. Rurſus animal ipſum tempore ſemen præcedit, ſemen tempore animal. Propterea reſtat dilucidare hũc ſenſum in quo Ariſto. vult poſſe eſſe verum actum potentiam tempore præcedere. Ex his apparet ꝙ in prima *Exceptum.* & præſenti diſputatione actus & potentia licet ſumantur materialiter, non tñ præciſe eodem modo materialiter, quia potentia in diſputatione proxime dicta ſumitur pro principio motus vel quietis generatim, actus ꝓ operatione ab illa potẽtia proficiſcente, hic vero actus ſumitur ꝓ agente in actu, potentia pro potẽtia ꝓxima, ex qua ꝓuenit vltimus terminus ad quẽ quale eſt ſemẽ, granũ tritici, & ouũ: cæteraq; id genus. Hæc de titulo.

CAPVT



CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio prima Britani.* BRITANVS vult ꝙ actus & potentia eodem mõ materialiter ſumãtur hic & proxima diſputatione, quia actus pro exiſtere, potentia pro eo ꝙ non exiſtit, ſed nõ repugnat exiſtere? Tunc dicit ꝙ potentia actum præcedit: qui de illa extrahitur, actus autem ſimpliciter potentiam præcedit. Prima pars patet, quia omne genitũ, & corruptibile prius fuit in potentia, & poſtea in actu, igitur poſſe exiſtere tpe præcedit exiſtere ſibi correſpõdens. Secunda probatur, quia non extrahitur ens in potentia ad actum, niſi per aliquod quod actu exiſtit, quòd tempore præcedat illam deductionem & hũc ſenſum ait eſſe Ariſtote. huius opinionis eſt Albertilla, & *Poſitio Ioan.* omnes ſorticolæ metaphyſici. Ioannes Gandauenſis dicit quòd ſi actus ſimpliciter & potentia ſimpliciter ſumantur, neuter neutrum tempore præcedit, quia actus & potentia ſimpliciter ſumptæ non menſurãtur tempore, abſtrahunt enim à tempore. Secundo dicit ꝙ ſi actus & potentia ſumantur ſecundum ſpeciem, ſic etiam neutrum neutro tempore eſt prius, quia vt ſic ſunt æterna, & in æternis nihil tẽpore eſt prius. Tertio dicit ꝙ ſi actus ſumatur pro actu indiuidui vtpote pro eſſe Socratis, & potẽtia pro potentia qua Socrates poteſt eſſe: ſic potentia tempore actũ præcedit, quia Socrates prius tempore fuit in potentia ad eſſe, quàm fuiſſet in eſſe. Dicit quarto ꝙ ſenſus Ariſt. eſt ꝙ actus ſecundum ſpẽm tpe præcedit potentiam ſecundum indiuiduum, quia licet nec ſemen animal nec animal ſemen tempore præcedat, tamen animal ſm ſpeciem hoc vel illud ſemen præcedit, & hunc dicit eſſe ſenſum quo Ari. vult propoſitionem eſſe veram, & vt Ioãnes dicit actus hoc eſt ens in actu ſecundum ſpeciẽ tempore potentiá proximam præcedit ſm indiuiduum non potẽtiam remotam, quia potentia materiæ eſt vna numero, quæ à *Com 10. & 110.* parte ante eſt ſempiterna, vt dicitur. 1. cœli. Hæ poſitiones non aliter ſunt confutandæ niſi ꝙ prima literæ nõ conſonat, vt patet intelligenti. Secunda autem eſt incompleta, vt in dilucidatione patebit. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES ſcire vt dictũ eſt in titulo, ꝙ Ariſt. verificat propoſitionẽ ſub illo ſenſu ſumendo actũ & potentiam materialiter. Amplius ſumendo actũ pro agẽte in actu, ſiue ꝙ eſt ens in actu, & potẽtiam pro diſpoſitione propinqua, quale eſt ſemen, granum tritici & ouũ vt patet in textu. Secundo debes ſcire, ꝙ logice & iuxta regulas logicorũ loquendo nullum ens in actu eſt prius ente in potentia ſm tp̃s, quia nullũ ens in actu eſt omni ente in potentia prius ſm tp̃s, ẽt nullum ens in potentia eſt ſm tp̃s prius ente in actu, quia nullũ ens in potentia eſt oĩ ente in actu ſm tp̃s prius, vt patet facile volentibus deducere. Ad ſenſum vero peripateticũ ens in actu ſm ſpeciem eſt omni ente in potentia ſm indiuiduũ tpe prius, qa licet ouũ ſit tpe gallina priꝰ, & gallina tpe ouo prior: tñ ſumendo gallinã generatim ſiue ſm ſpeciem eſt tpe omni ouo prior quia quouis ouo dato gallina aliqua eſt prior, & hunc ſenſum voluit Ariſt. intelligere de illa propoſitione, & in hoc bene Ioannes ſentit, loquitur.n. conſone verbis Ariſ. & Auer. Ex his ſequitur veritas ſen*In tex. cõm. 13. Dilucidatio.* ſus Ariſt. intelligit.n. ꝙ ens in actu ſm ſpeciem eſt omni ente in potentia propinqua ſm indiuiduum tempore prius quatenus omni ente in potentia ſecundum indiuiduum ſumpto, ſemꝑ aliqđ ens in actu, à quo illud ꝓficiſcitur eſt tempore prius. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam patet ſolutio, Ariſt. n. loquitur de potentia proxima: q̃ æducit tanquã media diſpoſitio ad vltimum terminum ab agente. Ad ſecundam patuit ſolutio, quia licet de rigore logico quælibet illarum eſt falſa, tamen ad ſenſum peripateticum illa eſt vera modo dicto. Ad tertiam diximus diſputationem loqui de potentia propinqua: & non de prima materia. Hæc de diſputatione quarta.

*Eodem tex.*

## DISPVTATIO QVINTA

De orine actus ad potentiam pænes ſubſtantiam.

*Num actus præcedat potentiam ſubſtantia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod actus non ſit potentia prior ſecundum ſubſtantiam. Arguitur primo quia potentia eſt propinquior primæ ſubſtantię: eſt enim prima materia propinquior primis ſubſtantijs, quia maxime ſubſtat, quam ſit actus, qui fere non ſubſtat. Secundo potentia eſt ſubſtantia, vt patet de materia, & actus eſt accidens, igitur potentia eſt prior actu ſecundum ſubſtãtiam. Tertio antequam mundus eſſet factus, poſsibile erat Socratẽ eſſe, vt patet ſecundum catholicos, & multos philoſophos, tunc quæro vtrum potentia ad eſſe Socratis ante mundi productionem, erat aliquid vel nihil. ſi nihil erat, tunc nec erat melior nec peior. Amplius nec ꝑfectior, nec imperfectior, entis enim ad nihil nulla eſt comparatio. ſi autem illa potentia erat aliquid cũ tunc nihil erat niſi DEVS, erat igitur illa potentia DEVS: & tunc nullus actus illa potentia poterat eſſe prior ſubſtantia ſine perfectione. Quarto actus & potẽtia nunquam ſimul ſunt, quia vt dicit Auer. in primo cœli dum actus eſt ceſſat potentia ad eſſe: & dum potentia eſt, nõ eſt actus quia ſuccedunt ſibi mutuo circa idẽ ſubiectũ: igitur nunquam ſimul ſunt: & ſi nunquam ſimul ſunt: neutrum neutro poteſt ſubſtantia eſſe prius, quia comparabilia oportet vt ſint. Vltimo motus eſt actus cœli vel intelligentiæ mouentis, & tamen motus non eſt ſecundum ſubſtantiam perfectior cœlo, igitur diſputatio falſa. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID actus ſit qdue potentia, ſatis dictũ eſt, & dicimus ꝙ actus accipit̃ interdũ pro exiſtere, ſiue ꝓ eſſe actualis exiſtentiæ: interdũ ꝓ agente in actu, interdũ ꝓ forma, potentia vero econtra ꝓ eo qđ nondũ eſt, & poteſt eſſe, quod dicitur eſſe in potentia obiectiua, nõnunquã ꝓ principio paſsiuo, vt pro cõbuſtibili, aliqñ ꝓ materia, q̃ eſt ſua potentia: ſuba in diſputatione non ꝓ vno decẽ p̃dicamentorũ accipitur, ſed pro perfectione, vnde eſſe prius ſubſtantia eſt eſſe prius perfectione, nonnulli ꝓ prius ſubſtantia intelligũt prius natura vel prius cãlitate, & totũ eſt vtile, qa in idẽ venit. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione nonnulli dixerunt Ariſt. actũ accepiſſe pro operatione alicuius potentiæ actiuæ vel paſsiuæ. potentiam autem pro principio actiuo vel paſsiuo, *Prima poſitio* huius rõ ex verbis Ariſt. colligi poteſt, qui actum appellat ipſum videre gratia cuius eſt ipſa viſiua potentia, & domificare actum domificatoris. Sed hęc poſitio facile *Confutatio* refellitur,

refellitur, primo quia hac poſitione ſtante, rationes Ariſto. eſſent nullæ. Prima quidem rõ eſt, quia priora generatione ſunt imperfectiora, at potentia generatione eſt prior ipſo actu, igitur imperfectior. Secunda ratio eſt, quia finis eſt perfectior his quæ ſunt ad finem at operatio potentiæ finis eſt potentiæ, igitur perfectior ipſa potentia, & deducitur ꝙ non valeant iſtæ rationes, quia ſi valerent, deducerem intellectionem eſſe perfectiorem intellectu, tum per primã rationem, quia eſſet generatione poſterior, tum per ſecundam, quia eſſet finis. Secundo deducerem motum eſſe perfectiorem motore & mobili, & per primam & ſecũdam rationem, per primam quidem quia motus eſt generatione poſterior, ꝑ ſecundam vero quia ſeſe habet vt finis motiui & mobilis: poſſem vlterius de multis alijs deducere, quæ omitto. Secundo principaliter contra cõcluſionem arguitur, quia operatio eſt accidens, velut accidens, at potentia eſt ſubſtantia, aut vt ſubſtantia, igitur potius potentia eſt perfectione prior ipſo actu. Tertio principaliter arguitur contra inſufficientiam poſitionis, quia nõ deduxit rõnes vt debuit, habet enim prima ratio inſtãtias quia ſubſtãtia accidente generatione eſt prior, quæq; eſt ẽt perfectione prior: vt dicitur. 7. meta. Amplius cætera animalis membra ſunt gñatione ipſo corde poſteriora, quæq; ſunt ꝑfectione, ẽt poſteriora, & ſic hæc po-

2. Poſitio. ſitio eſt omnino dubia. Alij velle videntur Ariſt. ꝑ actũ intellexiſſe formã, & per potentiam materiã, & pro hac poſitione videntur facere rationes. Prima quidẽ, quia forma eſt generatione vltima. Secunda vero quia eſt

Confutatio. finis materiæ. Sed hæc poſitio non conſonat verbis Ariſt. q exẽplificando de actu, ait videre ipſum eſſe actũ & ipſum ædificare, quæ exẽpla non formis, ſed operationibus formarum conueniunt. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES ſcire ꝙ ſi actus ſumitur pro forma, & potẽtia pro materia, actus eſt perfectior potẽtia dupliciter, & quatenus eſt cauſa potentiæ, & vltima generatione, & quatenus eſt finis potentiæ. ſi vero actus accipitur ꝓ operatione, & potẽtia pro principio illius operationis, ſic actus eſt perfectior potentia ſm quid hoc eſt ſub rõne, qua finis. Verum pro mente Ariſt. propoſitio ſic intelligitur ꝙ actus eſt pfectior potentia. i. ꝙ idẽ vt in actu eſt perfectius ſeipſo vt in potentia. Verbi cã, domificator vt potens domificare eſt imperfectior domificatore vt domificat nunc, & ad hunc ſenſum valent rõnes. Prima quidẽ qa agẽs vt in actu eſt poſterius generatione ſeipſo, vt in potentia, prius enim generatione eſt potẽs agere quam agens. Secunda eſt quia agens vt in actu eſt finis ſui ipſius vt in potẽtia. Ex his ſequitur ꝙ illa propoſitio priora generatione ſunt imperfectiora, non eſt vera niſi in eodẽ genere, vt in propoſito, agẽs. n. quod poteſt agere, & agens ꝙ nunc agit ſunt eiuſdẽ generis, & in talibus priora generatione ſunt im pfectiora, in his vero quæ genere differunt non habet locum, vt ꝑ inſtãtias deduximus. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam dico ꝙ ſiue materia ſit propinquior, ſiue remotior primis ſubſtantijs, nihil ad rem, quia Ariſto. ſumit actum pro agente in actu: & potentiam pro agente in potentia, ſiue pro patiente in potentia. Vel dici poteſt ꝙ nec materia nec forma eſt primis ſubſtantijs propinquior in ratione ſubiiciendi. i. in ratione eſſendi ſubiectum prædicationis, ſed materia eſt propinquior in ratione ſubiecti inherentiæ. Ad ſecundam patet ſolutio, quia Ariſto. per actum intelligit agens, vel patiens vt in actu. Ad tertiam dici põt ꝙ aſſumptum eſt apud catholicos, apud autẽ peripateticos deus ſem ꝑ fuit in actu, & nunquã in potẽtia. Ad quartã dico ꝙ licet nunquã ſimul ſint ſm ſimultatẽ tpis ſunt ſimul ſm rationẽ concipiendi, & hoc ſufficit in propoſito. Hæc pauca de quinta diſputatione ſufficiant.

*Quorumcunque igitur aliquid alterum eſt præter vſum, horum actus in facto eſt, &c.* Tex. cõm. 16.

## DISPVTATIO SEXTA
### De ſubiecto actionis.

*Num actio ſit in paſſo veluti in ſubiecto.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod actio ſit in agente. Arguit primo, quia paſsio eſt in paſſo, igitur actio eſt in agente. tenet argumentum, quia forma videtur eſſe in eo quod denominat, modo actio non paſſum, ſed agens ipſum denominat. Secundo Ariſto. & Auer. 8. phyſicæ auſcul. fecerunt tale enthymema, ſi motus non eſſet æternus, ſed incœpiſſet, tunc primus motor fuiſſet tranſmutatus, quod quidem enthymema nullum eſſet, niſi virtute illius propoſitionis, omne quod agit de nouo tranſmutatur, & certum eſt ꝙ agens non mutatur mutatione, quæ eſt paſsio, igitur mutatione quæ eſt actio, quæ eſt in agente, & propterea tenet ratio. Tertio pono quòd vnus ignis duo calefaciat ligna: quæro aut eſt vna actio, aut duæ, non duæ. quia vnius agentis non ſunt ſimul duæ actiones, igitur erit vna actio, modo vnum accidens non poteſt eſſe in duobus ſubiectis, igitur hæc vna actio non poteſt eſſe in duobus lignis, quæ ab igne calefiunt, erunt igitur in igne agẽte. Quarto actio & paſsio non ſunt in patiente, igitur actio erit in agente, & paſsio in patiente. Antecedens deducitur, quia aut eſſent duo motus in patiente exiſtentes. aut vnus, non ſunt duo motus in paſſo exiſtẽtes, quia tunc actus vniuſcuiuſq; non erit in vnoquoque, actio enim agentis actus eſt, veluti paſsio actus patientis, ſin autem vnus eſſet motus, qua ratione ille eſſet in paſſo, eadem ratione eſſet in agente. Amplius tunc diuerſorum ſecũdum ſpeciem eſſet vnus motus, videlicet, agentis & patientis. Præterea doctio & doctrina eſſent vnus motus, quod eſt impoſsibile, quia tunc diſcens aliquid illud doceret in contrarium eſt Ariſt. in tex. & Auer. qui volunt ædificationem eſſe in re ædificata. Hæc de dubitationibus.

Comm. 15.

Cõm. 18.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

ACTIO & paſsio multifariam accipi ſolent. Actio enim nonnunquam pro vita ſumitur, vnde in lib. de animalibus Ariſto. per actiones animalium differentes illorum vitas concluſit, quòd niſi actio pro vita intelligeretur, non eſſet verum. nonnunquam actiones ſumuntur pro rebus geſtis, vt apud rhetores & hiſtoricos geſta virorum illuſtrium actiones dicuntur: interdum apud iuriſperitos actio accipitur pro iure, & auctoritate, vt ſiquis amiſiſſet cauſam in poſſeſſorio, dicũt iuriſperiti adhuc remanere actionem ſuper peritoriũ, ſumitur enim actio pro auctoritate agendi, ſumitur autem & in ꝓpoſito prædicamẽtaliter pro vt eſt vnũ decẽ prædicamẽtorum: vel vnum ſex principiorũ, & hoc mõ accipit̃ in diſputatione, paſsio quoq; multifariã accipi



ſolet, apud medicos quidem pro dolore, vnde & Galenus fecit capita de paſſionibus matricis: hoc eſt doloribus matricis, apud logicos vero pro conceptu, vt in lib. de interpretatione. d. Ariſt. ea quæ ſunt in voce ſunt earum, quæ ſunt in anima paſsionum notæ. Amplius & apud naturales paſsio accipitur pro inclinatione, & effectu corporeo, vt ſumit Ariſ. in primo de anima metum, iram, & id genus eſſe animæ paſsiones, quæ inſunt ſibi ratione corporis, & cum multis etiam alijs modis ſumatur, hic debet ſummi prædicamentaliter pro vno decem prædicamentorum, vel vno ſex principiorum: paſſum vero ſeu patiens illud eſt quod recipit influxum ab agente, vt calorẽ, humorẽ, & id genus, ſubiectũ vno modo ſumitur vt diſtinguitur contra prædicatũ: ita vt ſubiectum ſit id de quo aliud dicitur, prædicatũ vero id cui competit dici, de aliquando prout diſtinguitur contra accidens quod eſt id cui aliquod accidens inheret, & ſic primæ ſubſtantiæ dicuntur maxime, tum quia omnia alia aut de illis dicuntur, vt ſubſtãtiæ ſecundæ, aut in illis ſunt, vt accidentia, aliquando etiam ſubiectum accipitur, vt diſtinguitur contra formam ſeu priuationẽ, quo modo materiam Ariſ. in lib. phy. ſubiectum eſt accidẽtis, ſed ſubiectum, ꝙ forma perficit, & cuius appellat, non quidem cui inheret forma, quia inherere proprium potentiam terminat. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio Ioan. IOANNES Gandauen. in hic. 9. queſtione. 10. vt mihi videtur, tres diſtinctiones ĩdicat. Prima eſt, ꝙ actionum alia eſt ĩmanẽs, & eſt illa preter quã nihil remanet vt exclamatio, & intellectio, & id genus. alia eſt tranſiẽs extra quã aliquid relinquitur in materia, vt ædificatio, calefactio, & id genus. Secunda diſtinctio eſt ꝙ actionẽ manere in agente bifariã intelligi põt. Vno modo ꝙ maneat in eodẽ formaliter, hoc eſt vt vna ſit virtus effectrix, & paſsiua illius actionis. Alio modo vt maneat in eodẽ agente materialiter, hoc eſt ꝙ virtus effectrix & paſsiua ſint diuerſæ formaliter & ſecundũ rẽ, ſint tñ in eodẽ ſubiecto. Tertia diſtinctio eſt, ꝙ effectrix virtus eſt bifariam. alia quidem, quæ cum ſuo effectu, cuius eſt principium ſit eiuſdem ſpeciei, vt caliditas, quæ eſt eiuſdẽ ſpeciei, cũ calore, cuius eſt ipſa effectrix. alia vero eſt cuius effectus nec ſpecie, nec genere eſt idem cũ ipſa. virtus enim motiua differt ſpecie à motu, & genere etiã, quia virtus illa eſt qualitas, motus autẽ in genere quanti. His diſtinctis Ioannes dicit primo ꝙ nulla actio, hoc eſt nec immanens, nec tranſiens eſt in agẽte formaliter ita ꝙ ſit in agente ſecundũ eãdẽ formalẽ potentiã, hoc patet, quia poteſtas actiua eſt principium tranſmutandi alterũ inquantum alterũ, & dixit inquãtum alterum, quia non ſecundum eandem rationẽ formalem potentiæ. Secundo. d. ꝙ bene eſt aliqua actio quæ immanet ſecũdo modo, hoc eſt ꝙ virtus effectrix & paſſiua non ſint ſubiecto diſtinctæ, declaratur ꝑ hoc quia animal mouet ſe. Amplius viſio: & intellectio ſunt tales. Tertio dicendum apud Ioan. ꝙ virtus eiuſdem ſpeciei cum effectu acto non eſt in eodem ſubiecto cũ effectu, quia caliditas, & calefactio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, virtus autẽ differens ſpecie & genere bene poteſt eſſe in eodẽ ſubiecto cum ſua actione, vt pa-

Confutatio. tet de motu, & virtute motiua. Hæc Ioannes. Sed hæc determinatio eſt inſufficiens. Primo quia adhuc eſt qõ ſi actio pro reſpectu ſit in agente, vel in patiente, non. n. ex determinatione Ioannis aliquid habetur. Secũdo nõ eſt neceſſarium ponere illas virtutes ſecũdum rẽ diſtingui, per quarum vnam agit, & per alterã patitur agẽs, ſufficit enim diſtinctio rationis. Alij vero diſtinguũt de actione ꝙ actio vno mõ accipit̃ pro reſpectu, tranſmutantis ad tranſmutatũ. Secundo mõ pro re acta, q̃ eſt forma ꝑ actionẽ reſpectiuam producta, & vlterius actio acta bifariã eſt, ĩmanens videlicet. & tranſiens, vt dictum fuit, actio acta ĩmanens eſt qualitas actio acta tranſiens eſt in diuerſis prædicamentis. Secundo diſtinguunt de reſpectu, ꝙ alius eſt intrinſecus aduenĩes, vt relationes de genere ad aliquid, & dicitur intrinſecus aduenĩes, q poſito termino neceſſario ſequitur ſuũ fundamentũ. Alius eſt extrinſecus aduenĩens, qui non neceſſario ſequitur ambo extrema poſita in actu, & ſub hoc mẽbro cadere dicunt ſex vltima pdicamenta. His diſtinctis dicunt primo, ꝙ actio accepta pro reſpectu, eſt in agente: & intelligunt concluſionẽ ꝙ actio pro reſpectu eſt in agente vt in ſubiecto, & in potentia actiua vt in fundamento, ſimiliter paſsio pro reſpectu eſt in paſſo, vt in ſubiecto, & in potentia patiaria vt in fundamento. Et quòd hoc pacto actio ſit in agente, deducitur. Primo quia in eodem eſt reſpectus, in quo eſt eius fundamẽtũ, & cuius eſt potentia eius eſt actio, vt in libro de ſomno dicitur, ſed potentia actiua quæ eſt fundamẽtũ actionis ẽ in agente, igitur actio. Secundo ſi actio eſt formaliter in paſſo, patiens denominabitur formaliter agens, quia omnis forma denominat ſubiectũ ĩ quo eſt. Tertio reſpectus oppoſiti nõ poſſunt eſſe eodem in ſubiecto, ſed actio & paſsio ſunt reſpectus oppoſiti, vt patet, igitur non poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, & ita actio erit in agente, & paſsio in patiente. Secundo dicunt ꝙ actio ſumpta pro re acta: ſi ſit ĩmanens, ipſa eſt in agẽte, patet de intellectione & de volitione, & cæteris id genus, & addunt ꝙ actio acta ĩmanens eſt in agẽte ſecundum aliam atque aliam rationẽ, nam agens vt in actu virtuali eſt agens, vt in potentia formali eſt patiens. Tertio dicunt ꝙ actio acta tranſiens eſt in paſſo, patet per diffinitionẽ eius. Hæc illi. Sed hæc poſitio eſt mihi dubia. Primo in eo ꝙ dicũt actionẽ reſpectũ nõ eẽ in pdicamẽto relationis: hoc. n. falſum eſt, vt probatum eſt. 5. lib. huius diſpu. vlti. capite. 3. ibi. n. deduximus nullũ poſſe eſſe reſpectũ, quin ſit intrinſecus aduenĩẽs apud Ariſt. & cæteros peripateticos. Secundo qđ dñt actionẽ reſpectũ eẽ formaliter in agente, quia ſi actio reſpectus eſt formaliter in agẽte, tunc agẽs eſſet patiẽs, quia oẽ recipiens, aliquã formã eſt patiens, ſed ipſi hñt tanq̃ impoſsibile patiẽs eſſe agẽs, igitur impoſsibile eſt agẽs eſſe patiens, igitur actio reſpectus non eſt in agẽte. Secundo ſi actio eſt in agente, vel ſimul & ſemel actio eſt agente, & paſsio in patiente, vel paſsio prius in patiẽte quã actio in agẽte, vel actio prius in agẽte quã paſsio in patiẽte, non actio eſt ſimul in agẽte, & paſsio in patiẽte, quia tunc agens nõ eſſet prius paſſo, & cã nõ prior cãto: & motor non prior mobili, quod eſt falſum, nec paſsio prius in paſſo quã actio in agẽte, quia nullus effectus eſt prior cã, nec conditio effectus põt eſſe prior conditione repta in cã, mõ paſsio eſt cõditio paſsi effectus, & actio cõditio agẽtis ſiue cauſæ, igit̃ paſsio non põt eſſe prius in paſſo, quã actio ĩ agẽte. Nec dici põt actionẽ eẽ prius in agẽte quã paſsio in patiẽte, quia tũc reſpectus nõ eſſent ſimul natura, igit̃ nullo mõ actio põt eſſe niſi in paſſo. Pro hac parte ſunt auctoritates Auer. vt. 3. phy. auſc. & alibi pluries, vbi ſem ꝑ actionẽ vult eſſe ĩ paſſo. Auer. vero velle videtur actionẽ & paſsionem eſſe motũ, vnde velle vr̃ in dictis cõmentis motũ & eſſe motũ, & eſſe

Poſitio aliorũ vt Sco. in. 4. li. & in li. 1. diſ. 6. & in 3. diſ. eiuſdem. q. 1. ad. 3.

Confutatio.

Comm. 9. 18. 20. & 21

Poſitio Auer.

actionem, & eſſe paſsionem, motus enim dicitur ꝑ ordinem ad terminum ad quem, vt ab agēte illatus actio dicitur, vt in paſſo recipitur, paſsio dicitur iuxta quam poſitionem non oportet concedere actionem reſpectū & actionem actam diſtingui ſecūdum rem, idem enim ſunt motus, motus enim vt intelligitur in ordine ad terminū ſignificať ꝑ hūc terminū motus, vt intelligitur in ordine ad agēs ſignificatur per hunc terminum actio, vt intelligitur in ordine ad patiens, ſignificatur per hunc terminum paſsio, igitur actio paſsio & motus idē ſunt omnino, differunt vero ſecundum diuerſam rationem concipiendi. *Confutatio.* Sed hæc poſitio non placet, quoniam inter prædicamenta eſt ſaltē diſtinctio realis realitate prædicamentaria, & ſi non realis realitate ſubiecti, vt in.5. diſputauimus, ſed ſecundum opinionem hanc non eſt niſi diſtinctio rationis, & nullo modo rei, igitur non eſt peripatetica. Hæc de poſitionibus.

Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione. Primo debes ſcire, ꝙ actio & paſsio & motus cum ſint aut diuerſa prędicamenta, aut in diuerſis prædicamentis, oportet dicere ꝙ ſint diuerſæ res, & ſi non diuerſitate rei exiſtentiæ atque ſubiecti, ſaltem diuerſitate rei eſſentiæ, aut prædicamenti. Secūdo debes ſcire, quod concedi debet actionem eſſe bifariam pro reſpectu, & pro forma acta: pro forma acta eſt motus, qui eſt fluxus, pro reſpectu autem eſt prædicamētū per ſe. Amplius oportet ſubdiſtinguere de actione acta ꝙ alia eſt tranſiens, alia immanens, ſimiliter & de paſsione oportet dicere. Tunc dicerem ꝙ ſi actio ſumatur pro forma acta. ſiquidem pro tranſeunte, ſic recte illi volunt illam eſſe in paſſo: & hoc non alijs rationibus probare oportet niſi rationibus illorum: ſinautē pro immanente: etiam poſſunt recte ſentire ꝙ illa ſit in agente, vt deducunt: at ſi actio ſumitur pro reſpectu, ſic actio eſt immobili: quod recipit motum vt in ſubiecto inherentiæ, in agente vero vt in ſubiecto prędicationis; in fluxu autem qui eſt motus vt in fundamento. Prima pars patet: quia probatum eſt illam non poſſe eſſe in agente vt in ſubiecto inherentiæ; igitur eſt in patiente. Secunda pars etiam deducitur; quia ſubiectum prędicationis eſt, de quo aliud dicitur; modo de agente dicitur actio, ignis enim agens dicitur; nec oportet idem eſſe ſubiectum prædicationis; & inherentiæ; quia ſubſtantiæ ſecundæ de primis dicuntur vt de ſubiectis, non autem in illis ſunt vt patet ꝑ Boetium, & Simplicium, & Ariſt. in prædicamentis. Tertia etiā declaratur, quia nullus reſpectus poteſt immediate ſubſtātię inherere; modo non videtur actionem inherere poſſe; niſi mediante motu pro fluxu ſumpto: igitur ſi actio & paſsio ſumantur pro reſpectibus: ſic erunt in paſſo: vt in ſubiecto: in fluxu: vt in fundamento: in agente: vt in ſubiecto prædicationis. *Excepta. Primum.* Ex his patet. Primo ꝙ actio & paſsio pro reſpectibus ſumptæ nō diſtinguuntur à fluxu realiter realitate exiſtentiæ; quid actioni & paſsioni ſic ſumptis nulla correſpondet realitas exiſtentiæ præter realitatem motus ſiue mobilis, bene tamen diſtinguuntur realiter realitate eſſentiæ: quia actio & paſsio & motus ſunt in diuerſis prædicamentis; quæ differunt realiter ſaltem realitate eſſentiæ. *Secundum.* Secūdo patet ꝙ ſumēdo actionem & paſsionem pro reſpectibus etiam inter ſe differunt realiter realitate eſſentiæ, quia ſunt in diuerſis prædicamentis, vel ipſa ſunt diuerſa p̄dicamenta, non tamē differūt realiter realitate exiſtentiæ, quia nulla rñdet illis realitas exiſtentiæ præter illam motus. *Tertium.* Tertio patet ꝙ ſumendo actionem & paſsionem pro re acta, ſic nec inter ſe nec à motu differunt aliquo modo realitatis, quia vt ſic nihil ſunt, niſi motus ipſæ. *Dubitatio. 1.* Addubitant nonnulli ſic quorumcunq; principiorū effectus ſunt incompoſsibiles, ipſa etiam principia ſunt incompoſsibilia, at agere & pati ſunt incompoſsibilia, quæ ſunt effectus actionis & paſsionis, nō enim paſſo competit agere & pati, nec pōt competere agenti. *Secunda.* Secundo nulla cauſa eſt vt in ſubiecto in ſuo effectu, eo quia ſubiectū præcedit accidens natura tempore & diffinitione, ſed paſſum eſt effectus actionis, igitur actio non poteſt eſſe in paſſo. *Tertia.* Tertio quæcunque referuntur mutuo relationibus realibus, referuntur proprijs relationibus formaliter exiſtentibus in ipſis formaliter, ſed agens & patiens referuntur mutuo realibus relationibus, igiť actio eſt in agente, & paſsio in patiente. *Solutio.* Sed hæc ſunt veritatis cauillamenta, igitur. Ad primum dico ꝙ agere & pati ſunt effectus incompoſsibiles alicui tanquā ſubiecto prædicationis, non autem tanquam ſubiecto inherentiæ, ambo enim inherent mobili, non autem ambo de ipſo mobili prædicantur. Ad ſecundum negatur ꝙ paſſum ſit effectus actionis, bene. n. concedo aliquid per actionem in paſſo ipſo effici, non tamen concederem paſſum ipſum totaliter per actionem effici. Ad tertiū negatur minor, non enim agens & patiens mutuo realibus relationibus referuntur, paſſum enim bene per ſe ad agens refertur, at agens non niſi relatione quæ eſt in paſſo dicitur agens. Hanc noſtram dilucidationē ad verbum tetigit lucidus doctor Themiſtius. 3. phyſicorum libro capite. 4. & capite. 7. cuius verba quære tu ſi curioſus es. Thomas etiā inter expoſitores præcipuus, Egidius & Albertus idem vbique autumant. Auicenna, Alfarabius: & alij multi idem credunt. Hæc de dilucidatione dicta ſufficiant.

Capvt solvtionvm qvintvm.

His apertis. Ad primam negatur conſequentia. Ad probationem dico ꝙ ſubiectum prædicationis, & inherentiæ quandoq; eſt idem, vt in accidentibus abſolutis, interdum non, vt in accidentibus reſpectiuis, dicitur enim columna dextra dextreitate exiſtente in animali, & non dextreitate exiſtente in columna, & ſic in propoſito ignis dicitur agens actione exiſtente immobili. Ad ſecundam dico enthymema illud non tenere per hoc, quia actio eſt in agente, ſed per hoc ꝙ mutať intentionaliter de nolente ad volens, vt deducit Auerroes. Ad tertiam dico ꝙ eſt vna actio reſpectus, & duę actiones actæ, quia duo motus, & duo calores, vnus tamen reſpectus propter denominationem ab vna eademque cauſa, & ſic differunt in realitate ſubiectiua, non autem in realitate reſpectiua ſiue formali. Ad quartam dico ꝙ ſunt vnus motus, qui potius eſt in mobili paſſoúe quam in mouente agenteúe propter rationes tactas, & concedo vnum eſſe actum agentis & patientis, ſicut vnus eſt actus motiui & mobilis, q eſt motus, non tamen eadem ratione, vt dictum eſt. Ad vltimam concedo doctionem & doctrinam eſſe vnum motum: non tamen diſcens docet: quia licet ſit vnus motus ꝫm ſubiectum, eſt rōne differens, vt dicit Themiſtius, quære etiam ea quæ ſcripſi in.3.phy. quia ibi dedi aliam poſitionem, ſed hæc eſt magis probabilis. Hæc de ſexta diſputatione, & de toto nono lib.

Finit liber nonvs.

Libri



# LIBRI DECIMI METAPHYSICORVM DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In Nouem diſputationes diuiſi.


1 *Num Deus ſit menſura omnium in genere ſubſtantiæ.*
2 *Num vnum & multa contrariæ opponantur.*
3 *Num multitudo ſit ratione vnitate prior.*
4 *Num à priuatione in habitum regreſsio fieri poſsit.*
5 *Num ea, quæ inter extrema contraria ſunt media, vera compoſitione ex extremis componantur.*
6 *Num formalis repugnantia, quæ eſt inter ſubſtantiarias formas, ſit repugnantia contrarietatis.*
7 *Num maſculus & fæmina ſpecie differant.*
8 *Num idem terminus ſpecie poßit per ſe acquiri per motus ſpecies differentes.*
9 *Num corruptibile & incorruptibile genere differant.*


PRÆFATIO.

HActenvs p̄ſtans Comes de totius ſciæ materia, vt de ente Ariſt. perfecit in oībus prioribus libris, vbi tot diſputationes legiſti, at nūc de vno, atque cæteris, quæ vnum conſequuntur pertractat. Nacti vero ſumus has diſputationes, eas igitur diligenter examines velim, quia edere non dubitabo. Vale.

*Quare ſiquidem in paſsionibus & in qualitatibus & in quantitatibus &c. numerus eſt quorundam & ipſum vnum aliquid vnum, ſed non hoc ipſius ſubſtantia & in ſubſtantiis neceſſe eſt ſimiliter ſe habere &c.* *Tex. cōm. 7.*

## DISPVTATIO PRIMA

De Deo, quatenus omnium menſura.

*Num Deus ſit menſura omnium in genere ſubſtantiæ.*

Capvt dvbitationvm primvm.

QVod Deus non ſit ſubſtantiarū menſura. Arguitur primo, quia menſura notior eſſe debet, at Deus noſtro intellectui ſeſe habet, vt lumen ſolis oculis noctuæ. Secundo menſura aliquoties replicata reddit menſuratum, at Deus nunquam. Tertio quòd nec eſt maius, nec minus aliquibus, non poteſt eſſe illorum menſura, at Deus nec maior eſt, nec minor ſubſtantijs, quia eſt infinitus, quod nulli eſt comparabile. Quarto menſura debet eſſe minimum at Deus eſt ſubſtantiarum maxima. Oppoſitum velle videtur Ariſtoteles. Hæc de dubitationibus.

Capvt titvli secvndvm.

Qvid Deus ſit, quidúe genus ſubſtantiæ, perſæpe hic in lib. patuit, at menſura eſt, vt Ariſto. ait in litera, quæ in toto genere eſt minimum, notius, & tale, quod aliquoties ſumptum reddat totum: vtrum autem aliis modis dicatur menſura in dilucidatione dicetur. Hæc de titulo.

Capvt opinionvm tertivm.

*Cōm. 7. Pō 1. Auer.* Averroes huius lib. 10. voluit Deum eſſe menſuram ſubſtantiarum, & vtitur hac ratione, quia cætera menſurantur, atque moderari ſolemus fine, vt. 2. de anima lib. traditur: ſed in. 12. lib. probatur Deum eſſe formā & finem: igitur Deus eſt menſura ſubſtantiarum, & omnium rerum. *Secunda.* Secundo alij ſolent arguere vt Auer. in lib. de beatitudine, id pœnes cuius acceſſum vel receſſum attenditur latitudo rerum, eſt illarum menſura: at pœnes acceſſum ad Deum & receſſum res ponuntur in latitudine perfectionis, igitur vt prius. Alij dixerunt menſuram ſubſtantiarum & omnium rerum eſſe non gradum perfectionis, quia latitudo difformis attenditur pœnes receſſum à non gradu, ſed quia latitudo rerum eſt difformis, & non gradus eſt infinite paruum ens, tale eſt prima materia, infra quam nihil eſt, & media inter ens, & non ens, igitur materiam menſuram eſſe aſſerūt. *Obiectiones Expoſi.* Obijcit autem Expoſitor contra Auer. Primo quia vt Ariſ. indicat metrum debet eſſe coniunctum, & non ſeparatum, at Deus eſt ſeparatum quoddam à materia & magnitudine. Secundo quia tunc Deus eſſet in prædicamento ſubſtātię, quia menſura, & mēſuratum ſunt eiuſdem generis. Contra ſecundam poſitionem obiicit Alber. Primo quia non omnis ſubſtantia habet materiā. Secundo quia materia eſt incerta. Tertio materia eſt cauſa numeri, igitur non eſt menſura quia menſura vult eſſe vnum quid. *Poſitio 3.* Propter hæc aliqui volunt in genere ſubſtantiæ eſſe aliquid, quod ſit omnium ſubſtātiarum menſura, verum nō patet quid ſit illud, propterea ſit nūc gratia veritatis A. A enim eſt prima menſura, tum quia ſibi competit vnitas, tum quia eſt cum mēſuratis eiuſdem generis. *Obiectio.* Sed hæc poſitio eſt adhuc dubia. primo quia ſi A eſt ſubſtantia & nobis ignota, non poteſt habere rationem menſuræ, ſemper. n. menſura eſt menſuratis notior. Secundo ſubtiliter arguit Egidius quia totū genus ſubſtantiæ eſt menſurabile, quia totū genus ſubſtantiæ eſt ſimpliciter ens, cætera ſunt entis, cū igiť totū genus ſubſtantiæ ſit menſurabile, igitur per nihil ſui generis debet menſurari. Tertio non pōt aufugere iſta poſitio, quin A ſit aut perfectiſsima ſubſtantiarum ſpecies, aut imperfectiſsima. ſi perfectiſsima, illa nō erit niſi ſpecies angelica, vel humana, & ſic eſt certa, quod ipſi negant, ſinautem imperfectiſsima, ſic eſt elemētum, iſtud enim apud omnes philoſophos eſt in tota ſpecie ſubſtātiæ materię propinquiſsimum, & ſic idem ꝙ prius. *Poſitio Ioan.* Alij (vt videtur Ioanni) diſtinguunt de menſura, volunt. n. menſuram aliquorum eſſe bifariā intrinſecā: & extrinſecā, dicunt propter hoc Deū eſſe ſubſtantiarū extriſecam menſurā, at intrinſeca illarū mēſura non Deus eſt, ſed forma cuiuſq; ſubſtantiæ. *Obiectio.* Sed obiicit Egidius hanc diſtinctionē nullā eſſe in genere ſubſtantiarum, quia vt. d. aliter eſt in ſubſtātijs, aliter in cæteris p̄dicamentis, in ſubſtantiis. n. non pōt aſsignari mēſura niſi extrinſeca, eo quia idē eſt eſſe ſubſtantiæ & entis inquantum ens menſurā: quia ſola ſubſtantia eſt ens & cætera ſunt entis, & propterea idē eſt eſſe menſuram entis vt ens, & ſubſtantiæ ſed ens tranſcendit genus ſubſtantiæ: igiť oīs menſura in ſubſtantiis eſt extrinſeca. *Poſitio Egi.* Propter hæc tenet Egi. Deū eſſe ſimpliciter menſurā ſubſtantiarū, eo qa ſubſtantijs nulla pōt accōmodari mēſura niſi extrinſeca qa eadē eſt entis & ſubſtātiæ mēſura, at Deus apud oēs eſt en-

*Cõfutatio.* tis menſura, igitur & ſubſtantiarum. Et licet Egidius acute loquatur, ſua tamen poſitio non placet, quia ſi ratio ſubſtantiæ & entis ſit vna, vel intelligit per ſubſtantiam genus ſubſtantiæ prædicamentarium, vel quid cõmune omnibus quibuſuis ſubſtantiis, ſiue in predicamento conſtitutis ſiue extra prædicamentum poſitis, ſi intelligit per ſubſtantiam genus prædicamentarium, tunc omne ens eſſet in prædicamento, erunt enim tot ſpecies entis, quot ſubſtantiæ, ſiquidem eſt eadem ſubſtantiæ & entis ratio, quod non credo Egidium concedere. ſi per ſubſtantiam intelligit quid commune, tunc reſtat quæſtio quid eſt ſubſtantiarum contractarum ad genus ſubſtantiæ metrum, illud enim non poteſt poni Deus, quia apud Egidium deus eſt menſura ſubſtantiæ quatenus eſt menſura entis, non eſt autem eadem ratio ſubſtantiæ prædicamentariæ & entis, igitur non põt poni Deus. Non deſunt qui dicant ſubſtantiam menſurari pœnes eius operationem, docuit enim Ariſt. in. 1. cœli rerum perfectiones & virtutes menſurari per maximum in quod poſſunt, quod quidem eſt aut earum operationes, aut non ſine operationibus, captiunculatores vero in idem fere concidunt menſurari diffiniriúe per minimum in quod non poſſunt. Sed ſi ſubſtantiæ mẽſurarentur operationibus, tunc operationes eſſent mẽſuræ ſubſtantiarum, & ita menſura non eſſet eiuſdem generis cum menſurato, operationes enim ſubſtantiarum non ſunt ſubſtantiæ, vt omnes ſciunt. Hæc de poſitionibus.

*Poſitio quorundam peripate.*

*Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire. Primo ꝙ ratio mẽſuræ & menſurati non competunt niſi quantis proprie & per ſe, eo quia de ratione menſuræ eſt vt ſit in ſuo genere primum minimum, & per replicationem comparabile menſuratis. Primum quidem ſaltem quo ad notitiam noſtram, minimum non quidem ſimpliciter, ſed quo ad ſenſum, per replicationem comparabile menſuratis, quia aliquoties ſumptũ debet reddere menſuratum: tale eſt granum frumenti in ponderibus, eſt primũ quia nulli dubium, nulli occultum, ĩ omni enim regione granum frumenti patet, non autem in omni regione granum ciceris, vel fabæ, vel ordei, quia ſine leguminibus viuere poſſumus, non ſine frumento. Amplius apud omnes agentes patet ſacrificia, at ſine pane nullũ celebratur ſacrificium, & ita granum frumenti omnibus eſt primum & notiſsimum. Eſt etiam granũ frumenti quo ad ſenſum minimum, quia licet granum milij eſſet minus, non tamen ſufficit variare notabiliter pondus. Eſt præterea per replicationem comparabile omnibus menſurantis, nam grana. 20. faciunt ſcropulũ & 60. dragmam: & ſic procedere poſſumus vſq; ad infinitum, igitur de ratione proprie menſuræ eſt vt ſit prima minima, & per replicationem comparabilis menſurandis rebus: hæc non niſi quantis competere poſſunt, tranſumptiue vero cæteris prædicamentis, quatenus participant aliqua ratione ipſa quantitate. Secundo debes ſcire ꝙ pœnes aliud attenditur menſura ſubſtantiarum abſolute hoc eſt quatenus ſubſtantię, & ens pœnes aliud attenditur menſura ſubſtantiarum vt in prædicamento ponuntur. Abſoluta enim ſubſtantiæ ratio cõtinet omnia quæ ſunt ſimpliciter entia, vt Deus, & intelligentiæ, & cætera id genus, prædicamentum autem ſubſtantiæ cõtinet genera ſpecies & indiuidua, vlterius etiam pœnes aliud attenditur menſura ſubſtantiarum, vt omnes ſub vno ponuntur genere communi, igitur alia ratio menſuræ competit ſubſtantiis, vt ſubſtantiæ, alia ſubſtantiis, vt prędicamentarię, alia ſubſtantiis omnibus, vt ſub vno continentur primo genere. Tertio debes ſcire ꝙ ratio menſuræ poteſt competere ſubſtãtiis omnibus vt ponuntur ſub vno primo & communi genere bifariam à priori & quo ad naturam, & à poſteriori & quo ad nos. His prædefinitis, de hac ardua diſputatione videtur eſſe mihi dicendum ꝙ ſi conſiderentur ſubſtantiæ vt prædicamentariæ, tunc menſura illarũ eſt ſubſtantia prima. deduco, quia Ariſ. in lib. prædicamentorum docet primas ſubſtantias eſſe maxime & ꝓprie & principaliter ſubſtantias, eo quia illis maxime competit ratio prędicamenti ſubſtantiæ: quæ eſt ſubſtare, & docet comparare genera & ſpecies ad illam per hoc ꝙ ſpeciebus magis, generibus minus competit rõ ſubſtantię, & propterea concludit maxime ſubſtãtias eſſe primas, poſt illas eſſe ſpecies, vltimas genera. Si vero conſiderentur ſubſtantiæ, vt in vno communi ponũtur genere, quatenus omnes ſunt ſpecies vnius generis communis, quod eſt corpus ſubſtantiarum, vt peripatetici volunt: & Auer. maxime in his paraphraxibus, quas ſcripſit in lib. Porphyrij, menſura omnium illarum eſt ſpecies humana, declaratur quia eo modo quo tranſumptiue his ſubſtantiis ratio menſuræ competit, ſpeciei humanæ videntur competere omnes conditiones. prima quidem, quia eſt notiſsima, omnibus enim homo patet, non omnibus quoduis animal. Secundo minima eſt ſaltem quo ad partẽ intellectiuam, dicitur enim in lib. de anima intellectum eſſe vltimum, & minimum. Amplius intantum eſt minimum, quod nec corpus, nec partem aliquam corporis occupat. Tertio reddit omnes ſpecies non quidem replicatione, quanti ſed continentia virtutum, habet enim virtutes elementorũ, mixtorum imperfectorum, mixtorum perfectorum, animantium, & omnium: igitur ſpeciei humanæ cõpetit ratio menſurę omnium ſubſtantiarum quatenus ſub vno cõmuni genere continentur hoc eſt decretũ Galeni Auicennæ, & oĩum medicorum, ſin aũt ſubſtantiæ cõſiderẽtur abſolute vel vt entia ſunt, ſi quidem menſuræ ratio ſumitur pœnes gradus naturales, & quo ad naturas rerum, bene dixit Egidius, & bene dixerunt logici. Egidius quidẽ aſſerens Deum eſſe menſuram, eſt enim bene dictum, ſi res ponuntur in latitudine pœnes acceſſum ad ſummum; bene logici dicentes materiã, ſi reſponuntur in latitudine pœnes receſſum à non gradu: ſi autem mẽſuræ ratio ſumitᷓ quo ad nos. ſic recte vltima poſitio ait, ſubſtantias menſurari per operationes, quia ꝑ illas arguimus ꝑfectiones eſſentiales, per quas collocamus illas in gradibus naturalibus latitudinis totius entis. Hæc de diluci.

*Dilucidatio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis. Ad primam dico ꝙ Deus eſt notior naturę, vel ſaltẽ eſt nobis notiſsimus quo ad eius primã operationẽ, quæ eſt motus diurnus, eſt. n. hæc operatio notiſsima, & quantũ ad hãc ſufficit eſſe notiſsimũ. Ad ſecundã dico ꝙ Deus non eſt menſura per replicationẽ eſſentiæ, ſed per cõparationẽ receſſus, & hoc ſufficit. Ad tertiã quicquid ſit apud philoſophos, tñ dici põt ꝙ menſura per replicationem receſſus non debet maior eſſe nec minor, ſed ſufficit ſub aliqua rõne eſſet ꝑfectiorẽ. Ad vltimã reſpondeo ꝙ Deus eſt minimũ ſimplicitate eſſentiæ, & hoc ſatis eſt. Hęc de diſputatione prima.

*Opponuntur autem vnum & multa ſecundum plures modos quorum vno vnum &c.* *Tex. cõm. 9.*

DISPV-



## DISPVTATIO SECVNDA

De oppoſitione vnius & multorum.

*Num vnum & multa opponantur contrarie.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod non opponantur. Primo arguitur, quia vnum oppoſitorum non prædicatur de altero, ſed vnum de multitudine prædicaᷓ. Eſt. n. iſtud armentum vna bouum multitudo, illud ſtabulũ vna equorum multitudo: & de cæteris id genus, igitur non opponuntur. Secundo vnum vni opponitur, at multum opponitur pauco, igitur non vni. Tertio quod eſt pars alicuius, non opponitur illi. Sed vnum eſt pars multitudinis, igitur non opponuntur. Quod vero nec contrarie opponantur. Arguitur quarto per regulam ſecundi Topico. ſi ſunt quatuor termini oppoſiti adæquate, ſi vnus illorum conuertitur cũ altero, & alterum cum altero conuerti neceſſe eſt, modo ens & non ens opponuntur, & vnum & multa etiam opponuntur, igitur ſi vnum cum ente conuertitur, multitudo cum non ente conuertetur. Sed inter ens & non ens eſt oppõ contradictoria, igitur inter vnum & multa. In oppoſitum videtur Ariſto. in textu. Hæc de dubitationibus.

CAPV TITVLI SECVNDVM.

VNVM & multa bifariam accipi ſolent: interdum. n. prædicamentaliter, quatenus vnum eſt pricipium multitudinis ex diuiſione continui productæ: & quatenus ipſa multitudo ex diuiſione continui efficitur, nõnunq̃ traſcendenter, quatenus eſt principiũ multitudinis entium, vt entia. Egidius addit multitudinem poſſe tertio accipi, vt diſtinguitur contra paucum, iuxta prædicamentum quanti cũ dicitur multũ & paucum eſſe quanti propria, de his tñ quære in lib. 4. diſput. 3. per totum. Dicitur aũt alterum alteri opponi quadrifariã vt Ariſt. d. in prædicamentis, aut vt ad aliquid, aut vt contraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt affirmatio & negatio. vt relatiua quidem veluti duplum dimidio, vt contraria vero veluti bonum malo, vt ſm priuationẽ & habitum ceu cęcitas viſui, vt affirm. & nega. ceu ſedet & nõ ſedet. Ex his patet titulus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio. 1.* QVIDAM dicunt vnum & multa poſſe bifariã cõſiderari vno modo quo ad eorum rõnem perfectam & actualem, v. g. vnum quod ad eius rõnem formalem, & multitudo etiam quo ad rõnem formalem: alio modo quo ad rõnem imperfęctam, & vt in potentia, tunc dicunt ꝙ ſi vnum & multa ſumantur quo ad rõnem imperfectam & vt in potentia, vt ſic nullo mõ opponunᷓ, ĩmo vnũ eſt pars multitudinis vt ſic, & vna multitudo pars alterius, ſin autem ſumantur quo ad rõnes formales perfectas, ſic opponuntur contrarie, & hoc probant per verba Ariſt. qui concludit illa opponi vt contraria, hæc determinatio videtur expoſitoris, & videtur Ioan. & plurium aliorum. Sed logici obiiciunt præcipue Albertilla eorum dux, quia ſi vnum & multa opponantur contrarie, aut ſumẽdo illa materialr̃ pro naturis de quibus vnum & multa prædicãtur, aut formaliter, non materialiter, quia vt ſic non opponunᷓ aliquo modo, vnus enim homo & multi hoĩes pro rebus ſumpti non opponuntur. ſi formaliter ꝙ vnum formaliter dicat indiuiſibile, & multitudo dicat diuiſibile, vt Ariſto. d. in tex. & tunc priuatiue, & non contrarie opponentur. Secundo data hac põne, tũc vnum diceret aliquid formaliter poſitiuum ſuperadditum enti, quod eſt contra Auer. in hoc decimo: quarto huius: eſt etiam ſubtiliter reprobatum quarto huius diſpu. ſuperius allegata. Non deſunt qui dicunt vnum & ens quatenus diuerſis conſiderantur rõnibus, quadrifariam opponi: nam ſi vnum conſideratur vt cũ ente conuertitur, quicquid eſt vnũ habet rõnem entis, at multitudo eſt non ens, quatenus cadit à rõne vnius & hoc modo contradictorie opponuntur, ſi autem conſideretur vnum vt menſura multitudinis, vt ſic vnum & multa relatiue opponuntur, ſi autem vnum conſideretur quo ad eius formalẽ rõnem quæ eſt indiuiſio, ſic opponitur multitudini priuatiue, at ſi conſideretur quo ad materialẽ rõnem, quæ eſt ens, opponitur contrarie. Obiicit Ioan. primo mẽbro, quia quantũcunq; multitudo nõ ſit ens, tñ nõ eſt nihil: eſt. n. ſaltem entia, at extrema cõtradictionis talia eſſe debẽt, vt alterum de entibus, alterum de non entibus prædicetur, poſſent defendi iſti ꝙ dum dicũt hæc opponi cõtradictoriæ nolunt dicere proprie & vere ceu ſedet & non ſedet, ſed dicunt opponi contradictorie quatenus multitudo aliquo pacto rõnẽ entis aufugit. Sed quicquid ſit de rõne Ioan. dico ꝙ multitudo nõ aufugit mõ aliquo rõnem entis, ĩmo multitudo eſt ens, & eſt vna, vt hæc lapidũ multitudo eſt ens, & eſt vna, põt. n. dici vna multitudo & duæ multitudines, & ſic eſt vna, & eſt ens. Quod ſi dicas tunc vnum & multa non opponentur, dictum eſt. 4. huius loco allegato, ꝙ opponuntur quo ad rõnes formales, tñ ea quæ ſic opponuntur. pñt ita ſeſe habere ꝙ alterum de altero prædicatur. Præterea errat hæc põ, vt ſentiunt recte logici in eo quod dicunt hæc quo ad rõnes materiales opponi contrarie, dictum eſt enim illa h̃ pacto nullo mõ opponi. Hæc de põnibus.

*Obiectiones logicorum.*

*Cõ. 8.* *Cõ. 3.* *a. põ.*

*Obiec. Ioan.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

FACILE eſt dilucidare diſpu. veritatem, ſi recte accipiantur fundamẽta peripateticorum. 4. huius, vbi debes ſcire ꝙ non eſt dubium ꝙ ſumendo vnum ꝓ defectu, & multitudinem pro exceſſu. Amplius etiam ꝙ ſumendo vnum pro menſura & multitudinem pro menſurato, illa opponi relatiue. licet non vno relatiuorum modo, quo ad præſens non curo explicare, ſatis. n. ex lib. 5. haberi põt, ſed diſpu. punctum eſt quonam modo vnum & multa opponantur ſumendo vnũ vt. d. indiuiſibile, & multa vt. d. diuiſibile ſiue ſumanᷓ tranſcendenter, ſiue ſumantur prędicamentaliter. Et dico vlterius ꝙ ſi vnum conſideretur vt pars multitudinis, & vt habet rõnem incompletam, vt ſic nulla oppoſitionis ſpẽ opponũtur vt dictum eſt. Præterea dico ꝙ ſi vnum & multa ſumantur pro fundamentalibus rõnibus, vnum pro ente & multitudo pro entibus, minime etiam opponũtur, ſed ſumendo vnum formaliter vt. d. in diuiſionem, multa vt. d. diuiſionem, ſic pure priuatiue opponuntur. Vnde dilucidatio põt ſic componi & ordinari, vnũ & multa trifariam ſumi poſſunt. Vno mõ quatenus vnum d. defectum, & multitudo. d. exceſſum, & ſic opponuntur relatiue vno relatiuorũ mõ. Alio modo vt vnum dicit menſuram, & multitudo menſuratum, & hoc modo opponuntur relatiue ẽt mõ menſuræ ad menſuratum.

*Ordo dilucid.*

Tertio poſſunt capi vnũ & multa vt diuidunt ens, ſiue prędicamentaliter, ſiue tranſcendentur, & ſic aut vnum vt pars & multitudo vt totum, & iſto modo nulla oppoſitionis ſpecie opponũtur, aut ambo vt dicunt rõnes proprias actuales, & iterum bifariam aut pro rationib⁹ fundamentalibus atq; materialibus, videlicet vnũ pro ente, multa pro entibus, & ſic etiam nulla oppoſitionis

ſpecie opponuntur vt recte logici,aut rõnibus formalibus,videlicet vnum pro indiuiſibili,multa pro diuiſibili, & ſic opponuntur pure priuatiue contradictorie quidem non , quia contradictionis alterum oppoſitorum eſt ens, alterum non ens, at extrema huius oppoſitionis ambo entia ſunt,contrarie aũt minimę,quia vnũ formaliter nihil poſitiui.d.vltra ens ſm opinionem peripateti.igitur non poteſt opponi contrarie relatiue nequaquam,quia vnum & multa nõ ſunt formę reſpectiue, ſed abſolute, igitur ſi qua inter ea oppoſitionis ſpẽs eſſe poteſt, illa eſt priuatiua ,vt Ariſto.d.qualis eſt inter

Dubiũ. diuiſibile & indiuiſibile. Sed occurres,quia Ariſto.concludit vnum & multa opponi contrarie,inquit.n.cũ igitur oppoſitiones quadrifariam ſint & horum alterum ſecundum priuationem dicatur contraria erunt vtiq;

Solutio. hæc Ariſto. Sed ſi ſtandum eſſet verbis nudis Ariſto.in prin.d.vnũ multis opponi vt indiuiſibile diuiſibili, quę oppoſitionis ſpẽs eſt priuatiua , ꝓpterea verba eius de-

Cõm.6. bent medulitus intelligi,vt Auerro.ſupplet,ꝙ videlicet Ariſt.abutitur noĩe contrarietatis,ſumit.n.contraria ꝓ priuatiue oppoſitis ; & non abſone: qm̃ contraria ſemper ad priuatiue oppoſita reducũtur, quatenus ſemper alterum contrariorum eſt imperfectius ſeſe habens , vt priuatio, alterum perfectius ſeſe habens vt habitus , & ſic ſapiens Auer. vult contraria ſumpſiſſe Ariſt. pro priuatiue oppoſitis.Expoſitor autem indicat aliam cauſam quare Ariſto.ea ſic confundit aſſerens ꝙ vnum non.d. puram priuationem ſicut actũ, dicit.n.principaliter ens ſuperaddens indiuiſionẽ,& hac rõne aſſerit illa contrariorum mõ opponi,non tñ pure contrarie,nec pure priuatiue vt cęcum & videns,ſed priuatiue modo contrariorum. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam dico vnum & multa opponi ſm rõnes formales , & ſic abſtractiue neutrum de neutro dicitur, non enim vnitas eſt multitudo , nec econtra, bene tamen concretiue multitudo eſt vna . Ad ſecundam ſatis patuit,vnum enim multis opponi poteſt diuerſis rationibus. Ad tertiam iterum patuit . Ad quartam illa regula non habet locum in tranſcendentibus . Præterea eget multis conditionibus . Hæc de ſecunda diſputatione.

*Quare ratione prior multitudo indiuiſibili propter ſenſum. &c. Tex.cõm.9.*

## DISPVTATIO TERTIA

### De ordine multitudinis ad vnitatem penes rationem.

*Num multitudo ſit ratione vnitate prior.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod vnitas ſit multitudine rõne prior , arguiť. Primo quia multitudo diffinitur per vnitatem, dicitur.n.multitudo eſt vnitatum congregatio, igitur vnitas eſt rõne prior multitudine. Secundo prius in ordine concipiendi eſt vnum,quã multa.intellectus enim. Primo apprehendit ens, ſecundo non ens , tertio intelligit diuiſionem entis à non ente , quarto intelligit vnum quod priuat talem diuiſionem : vltimo intelligit multitudinem,quæ ex talis vnitatis,replicatione reſultat , igitur vnitas eſt ordine concipiendi multitudine prior : & ita ratione, & quo ad nos prior. Tertio tunc indefinitionibus erit circulus , deducitur quia vnum diffinit multitudinem , dicitur enim multitudo aggregatio vnitatum & multitudo diffinit vnum , quia vnum eſt diuiſione carens,vt dicitur in textu, igitur circulus . In contrarium eſt Ariſt.in tex.quum dicit quare multitudo prior eſt ob ſenſum ipſo ĩdiuiſibili ratione. Hæc de dubitatio.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

RATIO quam ſignat nomen diffinitio eſt, vt dicitur.4.huius , & propterea eſſe prius rõne nihil aliud eſt quam eſſe prius diffinitione, at illud diffinitione prius altero eſt : quod in illius diffinitione cadit & non econtra,ceu ſubſtantia prior accidente eſt diffinitione, quia in illius cadit diffinitione , & non econtra : vnum vero & multa non aliter in præſenti diſpu.intelliguntur, quã proxima intelligebantur, ſumuntur enim tranſcendenter,vt primo ipſum ens diuidunt. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

PLATO non modo ante multitudinem poſuit ipm̃ Põ Plat. vnum , imo ante ens:imaginatur.n.ꝙ quemadmodum ab ipſo puncto fluit linea:& ab ipſa linea ſuperficies , & oĩno ab indiuiſibili diuiſibile,ſic ab ipſo vno fluit ens & multitudo: propterea quædam ponit ſub vno, vt materiam , quæ non ponit ſub ente. Sed hæc poſitio eſt in multis locis à nobis reducta in bonum,nunc de ea ſatis. Ioannes de diſpu.breuibus ſeſe expedit , volens ordine Põ Ioan. naturæ vnum eſſe prius ipſa multitudine,tum quia ſimplex , tum quia cauſa illius : igitur ordine naturæ vnum prius eſt multitudine . Secundo.d.ꝙ quo ad nos noſtramq; cognitionem multitudo eſt prior vnitate,probat quia multitudo eſt ſenſibilior vnitate,vnde Auer.ait Com.6. hoc eſſe pro tanto quia diuiſibile eſt maius indiuiſibili, Confutatio. & maius manifeſtius eſt minori. Sed hęc ſolutio Ioan. eſt vera,non tamen eſt ad propoſitum tituli, nos enim quærimus an multitudo ſit diffinitione prior vnitate, ecce quod noſtra diſputatio eſt de ordine cognoſcendi in via diffinitiua : & ad hoc non reſpondet Ioan.in ſua prima ſolutione . Aliqui partim ſumentes ab expoſi- Põ Expoſi. tore,partim addentes dicunt . primo ꝙ nec vnum ratione ſeu diffinitione eſt prius multitudine,nec multitudo vno , ſed alterum altero prius eſt diffinitione reciproce alia atque alia ratione . Quod declarant, quia multitudo poteſt conſiderari quo ad illud quod ipſa multitudo eſt,ſi eſt vt multitudo , & vt diuiſio ſimiliter vnum põt conſiderari, vt vnũ,& vt indiuiſibile ſi multitudo cõſideretur vt multitudo,eſt rõne poſterior ipſo vno,quia diffinitur vno: eſt.n.vt ſic,aggregatio vnitatum,ſin autẽ cõſideretur vt diuiſio eſt rõne prior vno, quia ipſum vnũ diffinitur per negationem diuiſionis,vt punctus per negationem partium,eſt.n.vnum diuiſione carens, vt punctus id cuius pars non eſt,hoc eſt primum eorum , quod ab expoſitore ſumpſerunt . Secundum eorum eſt , ꝙ in ordine concipiendi, vnum prius eſt,quia dum concipimus ordinate, prius concipimus ens.ens enim & res prima impreſſione imprimuntur in anima, vt.d. Auicen. Secundo concipimus non ens, eſt enim in cognitione alterius oppoſiti quaſi contenta cognitio alterius . Tertio concipimus diuiſionem entis à non ente , quia cum extrema concepimus, differentiam concepiſſe oportet. Quarto cõcipimus vnũ, quod eſt ens indiuiſum in ſe,& diuiſum à quolibet alio.

Quinto concipimus multitudinem,quæ replicatione vnius conficitur.Hæc exteri . Sed circa hæc addubitatur primo , quia Ariſtote.abſolute dixit multitudinem Obiectio. priorem eſſe , & non partim ſic . partim non, & ſic iſta expoſitio



expoſitio eſt corrumpere textum. Secundo videtur ꝙ ſm dictum eorum contradicat primo,quia ſi vnum in ordine cõcipiendi eſt prius,igitur & in ordine diffiniendi, aliter diffinitio non ex his eſſet, quæ ſunt cõceptione priora . Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione igitur debes ſcire.vnum & multitudinem poſſe comparari in via diffinitiua, vel quo ad rõnes eorum generum.verbi cauſa,vnum quo ad ronẽ indiuiſibilis,& multitudo quo ad rõnem diuiſibilis comparari poſſunt , vel quo ad rõnes ſpecierum , hoc eſt ſi vnum vt vnum & multitudo vt multitudo comparentur , tunc dico ꝙ ſi vnum & multitudo comparentur quo ad rõnes generum , ita vt vnum quatenus indiuiſibile,& multitudo quatenus diuiſibile comparentur,ſic multitudo diffinitione prior eſt vno probat Ariſto.in tex.Primo quia priuatio ſuo contrario declarať,at vnũ vt indiuiſibile eſt priuatio : multitudo vt diuiſibilis eſt habitus , igitur vnum vt ſic , diffinitur multitudine . Secundo arguit quia diffinitiones dãtur quo ad nos, & cognitionem noſtram ſenſitiuã,ad multitudo vt diuiſibile ſenſibilior eſt vno vt ĩdiuiſibile.Secũdo dico ꝙ ſi vnũ comparetur multitudini ſub rõne ſpeciei , hoc eſt vnum quatenus vnum,ſic ipſum vnũ prius eſt ipſa multitudine diffinitione , cuius ſignum eſt, quod dum diffinitur ipſa multitudo vt multitudo , deſcribitur vnitate : dicitur enim multitudo eſt vnitatum aggregatio . Ex his apparet dilucidatio.Ariſto.enim dum multitudinem diffinitione priorẽ fecit ipſo vno ſumpſit multitudinem,quo ad rõnem generis,arithmetici dum faciunt vnitatem priorem , ſumunt vnitatem,& multitudinem ſub rationibus ſpeciei. Hæc noſtra dilucidatio forte intelligitur ab expoſitore,vt patet ei,qui vult curioſe eum legere . Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis patet ſolutio obiectionum . Ad primã enim patet ſolutio. Multitudo enim diffinitur per vnitatem: quatenus rõnibus ſpecificis & poſitiuis conſiderantur; quatenus vero rõnibus genericis,vt ſic vnũ ipſum multitudine diffinitur . Ad ſecundam patet ſolutio , vnum enim ipſum eſt prius ordine concipiendi, dum concipitur ſpecifica ratione , aliter non . Ad tertiam negatur argumentum : circulus enim eſſet quando eiſdem rationibus alterum altero prius & poſterius eſſet. Hæc de tertia diſputatione.

*Si itaq; generationes ipſi materiæ ex contrarijs fiunt,aut ex ſpecie & ex ſpeciei habitu,aut priuatione,&c. Tex.c.6.*

## DISPVTATIO QVARTA

### De priuationis ad habitum regreſſu .

*Num à priuatione ad habitum regreſſio fieri poſſit.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod è priuatione ipſa in habitum regreſsio fieri non poſsit , arguitur primo per verba Ariſt. in prædicamentis : vbi ait è priuatione in habitum non poſſe fieri regreſsionem.Secundo priuatio nõ poteſt habere rationem termini è quo,quia ſemper ſequitur habitum, igitur ab illa nulla fieri poteſt mutatio. Tertio ſi è priuatione fieri poſsit regreſsio:tunc idem corruptum poſſet redire: contra Ariſto.in lib.de generatione. In contrarium ſunt Ariſto.& Auer.& Expoſitores . Hæc de dubitationibus. Cõm.16.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRIVATIO quam græci ſtereſim vocant: multifariam dicitur apud ipſos : dicitur.n.& de priuatione ante rem , qualis eſt illa, quæ formam præcedit:& de priuatione poſt rem,qualis eſt cęcitas poſt viſum,latini vero illam,quæ eſt ante rem , non priuationem, ſed carentiam appellant,ſolum aũt quæ poſt rem eſt, priuationem nuncupant, ſed imitemur gręcos,& arabas,vnde Auer. Cõm.9. in hoc lib.1o.priuationem etiam extendi vſq; ad imperfectas formas . Nigredo.n.dicitur priuatio albedinis, & terra priuatio ignis . Quot vero modis priuatio dicatur.5.huius proprio de priuatione capite legať . Patebit aũt diſtinctio alia ĩ dilucidatione.Habitus vero interdũ pro medio quodam inter rem quæ habet:& rẽ quæ habetur accipitur,& hoc pacto eſt apud quoſdam reſpectus extrinſecus adueniens , cuius extrema ſunt res ipſa habens,& res ipſa , quę habetur,qua ratione & calciatum eſſe,& veſtitum eſſe habitum dicimus, nonnunquã pro diſpoſitione , qua boni vel mali dicimur,& hac ratione virtutes & vitia habitus dicuntur: dicti quidem habitus , quia ex actibus frequentatis generantur, vt dicitur.3.Ethi.& quibus facile cadimus in actiones , vt dicitur.3.de Aĩa, inquit.n. Auer.hæc.n.eſt diffinitio habi- Cõm.18. tus.ſ.vt habens habitum,intelligat per ipſum,illud quod eſt ſibi proprium ex ſe , & quando voluerit abſq; eo ꝙ indigeat in hoc aliquo extrinſeco, verum in propoſito per habitum formam intelligimus,quæque habitus materię dici poteſt,quatenus per illã facile cadit in actionẽ. Regreſsio autem reditus eſt,vnde hoc pacto è priuatione in habitum vel ab habitu in priuationẽ regreſsio fieri poteſt , qm̃ in ſubto prius fuit habitus deinde illo abiecto , iterum in idem redit ſubiectum , ſimili rõne & de priuatione intelligi poteſt . Hæc de titulo

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

SVNT qui ex verbis Platonis reditum crediderunt: De opiniõe Plato. deq; anno maximo. non tm̃ è priuatione ipſa in habitum , ſed ę corrupto in idem numero viuens:vnde Plato in Timæo,quem Calcidius commentatur inquit,eſt tñ intellectu facile , qđ perfectus temporis numerus perfectum annum compleat,tunc demum cum omnium octo circulationum curſus peracti fuerint , velut ad originem atq; exordiũ circumactionis alterius reuertentur,quam ſemper idẽ atq; vniformis motus dimetitur. hæc Plat.Ex his aſtronomi ſumpſerunt annum maximum quem non vna ratione tradiderunt, nõnulli.n.ipſum fecerunt decem millia annorũ ſpatium , eo quia Plat.d.nullum annum vnde venerat redire niſi poſt.10.millia annorum.Macrobius.d.illum eſſe.15.millia annorum,nonnulli quos inter hebreos ſectatur Ioſephus aſſerunt illum eſſe.40.millia annorum.Ptolomęus , & qui temporibus ſuis obſeruarunt motum ſtellarum fixarum annum hunc volunt eſſe.36.millia annorum,obſeruarunt.n.ſtellas fixas centum annis peragrare gradum vnum zodiaci, ſed gradus ſunt.360.quare ſi centum ducantur in.360.complebitur reuolutio in 36.millia annorum.Id vero quod hodie tenetur de anno iſto ab omnibus fere , vt Campano,Thebitio,Alfonſo, & cæteris iunioribus eſt annum maximum eſſe.49.millium annorum : obſeruarũt.n. poſt Ptolomæum ſtellas fixas in 135. annis diebus:40. peragrare vnum zodiaci gradum, quæ ratio docet,ꝙ ſi 360.ducantur in annos.136.& dies.40.reuolotio cõplebitur in 49. millibus annorum.In iſto ipſo tempore caput Arietis.8. ſepties capiti Arietis. 9. coniungi aſſerunt,& qm̃ viderunt coniunctionem fieri ſingulis ſeptem

ptem millibus annorum, & ſeptem ducta in ſeptem faciunt. 49. millia annorum, hac rõne reuolutio illa completur dicto tempore, verum de his regulis, deque quãtitate anni maximi, & de defenſione Ptolemæi in lib. de ſexdiangulis omnium ſtellarum dicemus. Nunc vero dicamus ꝙ tenẽtes annum maximum crediderunt res poni in duplici differentia, nã aliæ ſunt, quarum formę rediguntin materias. aliæ quæ poſt corruptionem remanent: vt homines, tunc dicunt ꝙ quælibet res cuius forma remanet ſingulis. 49. millia annorum redit eadẽ numero ſimpliciter, probant quia redit cœlica eius conſtellatio, ſub qua exoriebatur in hoc tempore, vnde omnium ſtellarum cõſtitutio quæ fuit in natali meo, ſingulis. 49. annorum millia reddit, vt idem ſit præciſe horoſcopus. idem cœli cardo meridianus, idem imum, idem occaſus: cæteriq; ſignorum ſit: planetæ præciſe in hiſmet locis quibus antea fuerunt, conſtituentur igitur ſi eadem præciſe conſtellatio eodem modo diſponet materiam, & idem animus qui remanſit redit, & idem ſingulis. 49. millia annorum vnuſquiſq; redibit. Secundo dicunt ꝙ quælibet res cuius forma nõ remanet poſt eius corruptionem ſingulis. 49. millibus annorum, non ſimpliciter eadem, ſed ſimillima redibit, adeo ꝙ per ſenſum eadem ſimpliciter diiudicabitur. Declarant quia quantumcunq; redeat conſtellatio eadem, non tamen idem numero motus, nec idem numero lumen, neç forma rei eadem numero, & huic non eadem, ſed ſimillima exorietur. Pro hac põne dicunt facere ea quæ Ariſt. ait in lib. meteoro. & in lib. cœli, & in lib. meta. vbi inquit: eaſdem opiniones infinities generari, infinities corrumpi, & cætera id genus, ħ enim non. d. niſi aĩaduertens ad tales conſtellationum reditus. Sed qualis ſit hæc põ, & quomodo nec eſt catholica, nec phyſica. 5. phyſi. auſcult. diſputaui, ibi enim declaraui diligenter hãc poſitionem. Præterea diſputaui de reſurrectione acutiſſime inſuper etiam ħ poſitio non eſt ad propoſitum, nos. n. non quęrimus ſi idem corruptum numero poſsit redire, ſed ſi à priuatione in habitum fieri poſsit regreſſio. Expoſitor ſubtiliter de priuatione diſtinguit volens priuationem aliam eſſe, quæ immediatum ordinem habet ad ſubiectum, aliam quæ mediante habitu ordinem dicit ad ſubiectum. Tunc dicit, Primo ꝙ loquendo de priuatione immediatum ordinem dicente ad ſubiectũ, fieri poteſt regreſsio à priuatione in habitum, & ab habitu in priuationem, vt aer põt à lumine in tenebram, & è tenebra in lumen mutari. Secundo. d. ꝙ loquendo de priuatione dicente ordinem ad ſubiectum mediante habitu ſic è priuatione in habitum non poteſt fieri regreſsio, niſi forte pluribus mediis: non enim oculus poteſt è cæcitate in viſum regredi, nec materia è morte in vitã, forte. n. pluribus mediis id fieri poteſt: vt. d. Auer. 8. huius in fine. Hæc expoſitor. Sed obiicit quidam, quia nec ſubiectum dicere poteſt immediatũ ordinem ad priuationem, nec priuatio ad ſubiectum, vnde ſua rõ poteſt ſic formari vt videatur alicuius valoris. Priuationem dicere ordinem ad ſubiectum mediãte habitu, non poteſt eſſe niſi bifariam, aut quia ſubiectum. d. ordinem eſſendi ad priuationem mediante habitu, aut. d. ordinem recipiendi mediante habitu, & ſi ordinem recipiendi quadrifariam eſſe poteſt, aut quia ſubiectum nõ recipit priuationẽ niſi præcipiat habitum, aut quia non eſt aptum recipere priuationem niſi prius ſit aptũ recipere habitum: aut quia non recipit priuationem, niſi ſit prius aptum recipere habitum: aut quia non eſt aptũ recipere priuationem niſi recipiat habitum, non enim pluribus modis eſſe poteſt, vt mihi videtur. Non poteſt ſubiectum ad priuationem dicere ordinem eſſendi mediante habitu, quia nihil. d. ordinem ad ignobilius mediante re nobiliori: igitur ſubiectum non. d. ordinem ad priuationem mediante habitu, qui eſt priuatione nobilior. Quod aũt nec rationem recipiendi, deduco quia non per hoc ꝙ non recipit priuationem niſi prius recipiat habitum, quia poteſt aliquis eſſe cæcus, qui nunq̃ prærecipit viſum, vt de cæco nato. Amplius de ſurdo nato idem patet, eſſe. n. poteſt ſurdus: qui nunquam audiuit. Nec per hoc ꝙ non ſit aptum recipere priuationem: quin ſit aptum recipere habitum, quia omnis priuatio eſſet talis: non. n. aliquod ſubiectum mundi põt aliquam priuationem eſſe aptum recipere, quin habitũ illius recipere ſit aptum. Nec per hoc quia non recipit priuationem, quin ſit aptum recipere habitum, quia ſic omnis priuatio eſſet talis, vt dictum eſt, nullum enim ſubiectum recipit priuationem, quin ſit illius habitum prius aptum recipere. Nec dici poteſt hoc eſſe propterea quia non eſt aptum recipere priuationem, quin recipiat habitum, quia dictum eſt oculum eſſe aptum cæcitatem recipere: dato ꝙ prius non receperit viſum, immo de facto ita accidit ſæpe: igitur ſubiectum nullo modo dicere poteſt ordinem recipiendi ad priuationẽ mediante habitu. Sed hic vir nihil habet contra expoſitorem, & ſibi contradicit: nam hic determinat cũ expoſitore: cui contradixerat in prædicamentis: ideo pro vtroq; dicerem ꝙ priuatio non. d. ordinem ad ſubiectũ mediante habitu, quia ſubiectum. d. ordinem ad ipſam mediante habitu, nec ſm eſſe, nec ſm recipere, non. n. auditum eſt à ſeculo ꝙ ſi homo ordinetur in beatitudinem mediãte virtute, ꝙ beatitudo ordinetur in hoĩem mediante virtute, & propterea dico priuationem dicere ordinem immediatum ad ſubiectũ, qñ poteſt recipi in ſubiecto nullo habitu ſuppoſito vt tenebra põt recipi in aere vel in aqua nullo lumine prius recepto. Mors vero dicit ordinem mediatum, quia non poteſt recipi in ſubiecto: niſi præfuerit vita: & ſic membra non ſunt ad propoſitum: quia male ſumpſit ſenſum expoſitoris. Et licet hæc expõ pulchra ſit, non tamen procedit ad ſenſum Ariſto. loquitur enim de priuatione generatim ſecundum rationem metaphyſicam, & non deſcendit ad priuationem immediatam, vel mediatam. Hæc de poſitionibus.

*Qualis hæc põ.* — *Põ expo. & aliorum.* — *Cõm. 14. Obio Sco. in prædicamentis.* — *Defenſio.* — *Qualis põ expoſitoris.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DEBES ſcire ꝙ aliqua propoſitio eſt vera per ſe, quę eſt falſa per accidens, vel (vt vtar verbis Auerro. 7. phyſi. & 6. phyſico. & alibi) aliquid competit per ſe alicui ſub rõne generis, ꝙ remouetur & repugnat illi ſub rõne ſpeciei, vt moueri in infinitum velociter competit cœlo inquantum mobile, & per rõnem generis mobilis, quod non competit cœlo abſolutæ, item etiam talpæ non repugnat, videre per rõnem animalis, hoc eſt inquantum animal, quod tamẽ repugnat talpæ abſolute. Tunc dico ꝙ ſi conſideretur priuatio quatenus eſt vnũ oppoſitum fieri aptum in eodem ſubiecto, in quo eſt aptus fieri habitus: vt ſic ab omni priuatione in habitũ fieri poteſt regreſsio, inquantum priuatio eſt oppoſitũ habitui circa idem ſubiectum, & hoc pacto ad tenebra in lucem, & à cęcitate in viſum fieri poteſt regreſsio per rationem generis, videlicet vt eſt oppoſitum fieri aptũ circa idem ſubiectum, ſin autem priuatio conſideretur per rationem ſpeciei, videlicet, quatenus eſt hæc vel illa priuationis ſpecies, vt ſic non ab omni priuatione in ſuum habitũ nec ſpecie, nec numero fieri põt regreſſio, non enim à cecitate in viſum eundẽ ſiue numero ſiue ſpecie fieri poteſt regreſsio quatenus cecitas, nec à morte in vitam eandem numero vel ſpecie fieri poteſt reditus. Vnde expoſitione expoſitoris: & hac noſtra cõſideratione poteſt confici dilucidatio ſic. ſi conſideretur priuatio ſub ratione generis hoc eſt vt habitui opponitur (eſt enim oppoſitio genus priuationis.) vt ſic ab omni priuatione in habitum fieri poteſt regreſsio, quia ab omni priuatione vt eſt oppoſitum habitu in habitũ fieri poteſt regreſsio, quia oppoſita ſunt quæcunq; circa idem ſubiectum numero apta nata ſunt mutuo fieri. ſi vero conſideretur priuatio ſub ratione ſpecifica vel conſideratur ſub ratione qua. d. ordinem immediatum ad ſubiectum, & vt ſic ab omni priuatione in habitum iterum fieri poteſt regreſsio, vt dixit expoſitor, vel ſub ratione, qua. d. ordinem ad ſubiectum mediante habitu, & ſic à nulla tali poteſt regredi ad habitum. Hæc de dilucida.

*Commenti Commen. 15.* — *Dilucidatio.*



*Compoſitæ Dilucidatio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS deductis. Ad primam dico quòd Ariſt. loqtur de priuatione ſecundum rationem ſpeciei. Ad ſecũdam negatur aſſumptum, immo priuatio ſub ratione qua habitui opponitur, habet rationem termini à quo: & termini ad quem. Ad tertiam negatur conſequentia, quia licet è priuatione in habitum poſsit fieri regreſsio, non tamen in eundem numero habitum, vt dictum eſt in dilucidatione. Hæc de quarta diſputatione.

*Quoniam autem contrariorum contingit medium eſſe aliquid, & quorundam neceſſe eſt ex contrariis, &c. T. cõ. 22.*

## DISPVTATIO QVINTA

### De medij inter contraria compoſitione.

*Num media, quæ inter extrema contraria ſunt, ex extremis ipſis vera compoſitione componantur.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod media ex extremis ipſis non componantur, arguitur. Primo quia duæ ſpecies non concurrunt ad compoſitionem tertiæ ſpeciei ſecũdum Porphy. in hoc enim ſpecies à differentia differt, ſed extrema contraria ſunt duæ ſpecies, ceu album & nigrum, igitur non conſtituunt tertiam ſpeciem videlicet pallidum, & rubrum. Secundo ex duobus entibus in actu non fit vnum, ſed extrema ſunt duę formæ in actu, igitur ex illis non fit vnum medium. Tertio ex his non fit aliquid vnum, quæ non poſſunt ſimul in eodem ſe compati, ſed duo extrema contraria non ſimul compatiuntur in eodem, vt ſuppono, igitur ex illis non poteſt fieri per ſe vnum medium. Quarto forma vt. d. Gilbertus eſt compoſitioni contingens ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens, ſed medium eſt forma, igitur non poteſt componi ex extremis. In contrarium eſt Ariſ. & Auer. in hoc decimo. Preterea etiam in lib. de ſenſu & ſenſili idem. d. Ariſ. de coloribus mediis, & de ſaporibus mediis, ſemper enim aſſerit media talium ex extremis confici, adhuc media participant extremis ſecundum magis & minus, igitur ſunt ex illis compoſita. Hæc de dubitationibus.

*Cõm. 23.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

MEDIVM multifariam accipi ſolet apud peripateticos, in propoſito tamen medium accipitur reſpectu contrariorum, & hoc pacto medium ſi accipiatur, medium erit vt Auer. ait huius. 10. id in quod quoties mobile de contrario in contrarium mouetur, per ſe primo mutatur. verbi cauſa, ſi aliquod moueretur de albo in nigro, neceſſe eſt per ſe primo mutari in colores medios, vt tandem deueniat in nigrum, ſic igitur medium eſt illud, in quod per ſe primo tranſmutatio ipſa cadit. Ex his ſequitur medium hoc pacto intellectum non eſſe medium ſubiecti, quale medium ponimus inter cecum & videns lignum, ſed eſſe medium formę: vt iuniores dicunt, ceu tepidum calidi atq; frigidi, rubrum albi & nigri, & cætera id genus. Sequitur ſecundo tale medium formę eſſe non poſſe niſi in accidentibus, & potiſsime in qualitatibus tertiæ ſpeciei, declaratur, quia medium tale non eſt niſi inter contraria, cum quibus eſt eiuſdem generis, modo contrarietas non eſt niſi in his accidentibus, atque his qualitatibus, quæ ſunt tertiæ ſpeciei, dixi potiſsime in qualitatibus, quia apud Auer. tale medium poteſt reperiri in ſubſtantijs elementarijs, in his enim reperiri poteſt medium formæ, & tamẽ extrema non ſunt contraria, niſi ſecundum qualitates apud ipſum, verum de his remitto me in lib. de generatione, & in codicillo de miſtura. Solum enim de mediis accidentibus loquimur, in quibus proprie eſt ratio medij, & contrarij. Per hęc patet quid ſint contraria, ſunt enim contraria (vt Auer. ait eodem commento) quæcũque in eodem genere ſunt, cum mediis, vt album, & nigrum cum rubro, & pallido; calidum & frigidum cum tepido, & cætera id genus cum cæteris id genus. Quid vero ſit ipſa compoſitio, quotúe modis dicatur, aliqui dicunt compoſitionum alteram eſſe totalem eſſentialemúe, qualis eſt hominis ex anima & corpore, alteram partialem, qua videlicet aliquid quo ad aliquam ſui partem componitur, vt hominis compoſitio ex carnibus oſsibusúe, hęc enim compoſitio homini competit, non merito hominis, ſed merito alterius partis hominis, hoc eſt merito corporis. Vlterius ſecundo compoſitio totalis atque eſſentialis apud ipſos, altera eſt ex partibus realiter diſtinctis, eſſentialiterque differentibus, qualis eſt ex materia formaúe, altera eſt ex partibus formaliter diſtinctis, qualis eſt compoſitio ſpeciei ex genere differentiaúe. Tertio de compoſitione partiali iterum ſubdiuidunt, quoniam alia eſt ſimilaris partibuſque ſimilaribus, qualis eſt cõpoſitio totius carnis ex partibus carneis, alia diſsimilaris, quæ ex partibus conficitur diſsimilaribus, & eſt duplex, quia aut partes differunt ratione & ſitu, vt compoſitio ipſius domus ex parietibus & tectis. eſt enim paries ratione differens à tecto, & non modo ratione, ſed etiam ſitu: hæc etiam compoſitione manus hominis ex neruis carne & oſſe componitur. Aut partes rationem quidem differunt, ſitu vero non qualis eſt compoſitio mixti ex elementis apud Auer. & Auicen. non enim elementa componentia ſitu differũt in miſtura ipſa, ſed ratione duntaxat, at omnia ſunt in qualibet parte mixti. Sed quoniam ſimplex compoſito, & ſimplicitas compoſitioni opponitur, & quot modis vnum oppoſitorum, alterum dici ſolet, hac ratione de ſimplicitate diſtingui ſolet ab eis, quoniam quoddã eſt ſimplex per carentiam compoſitionis totalis atque eſſentialis, vt anima ipſa per ſe ſumpta; anima enim ſic abſolute ſumpta ſimplex eſt per carẽtiam compoſitionis totalis

*Cõm. 22.* — *Excerptum. de mediis primum.* — *Secundum.* — *De compoſitione quoſdam.* — *De ſimplicitate.*

nis totalis atque eſſentialis,vt anima ipſa per ſe ſumpta: anima enim ſic abſolute ſumpta ſimplex eſt per carentiam cõpoſitionis totalis apud ipſos,quicquid ſit apud græcos:quoddam eſt ſimplex per carentiam compoſitionis partialis:vt eſt aliqua accidentis ſpecies:vt color, vel id genus,bene enim componitur ex differentia & genere,non autem ex partibus quantitatiuis, Vlterius ſimplex per carentiam compoſitionis eſſentialis atque totalis:aliud eſt per carentiam compoſitionis ex partibus realiter eſſentialiterúe diſtinctis:quali ſimplicitate ſpecies accidentis dicitur ſimplex. Aliud eſt per carentiam partium formaliter diſtinctarũ,quali ſimplicitate differentia vltima:& cõceptus entis dicitur ſimplex. Præterea etiam ſimplex per carentiam compoſitionis partialis,aliud eſt per carentiam compoſitionis ſimilaris, quali ſimplicitate punctum & vnitas ſimplex dicitur. Aliud per carentiam compoſitionis diſsimilaris: quali ſimplicitate,ignis dicitur ſimplex, & omne totum ſimilare. Quibus inferunt aliquod idem poſſe eſſe ſimplex & compoſitum diuerſa ratione. verbi cauſa ignis ſimplex eſt per carentiam partium diſsimilarium compoſitus tamen propter partes,quas habet ſimilares, & de cæteris id genus dici poteſt.Hæc illi de compoſitione,ſimplicitateúe. Ego vero non contradicendo, ſed moderando dicerem compoſitionum alterã eſſe, quæ competit alicui ratione totius alteram quæ competit alicui partium homini ratione totius hominis competit compoſitio ex anima corporeúe:homini autem ratione corporis.quod eſt altera hominis pars,competit alia compoſitio, quæ competit homini ratione totius a peripateticis dicit qualitatiua:hoc eſt ex partibus rõne & genere diuerſis,quæ autem competit homini ratione corporis,quãtitatiua appellatur ab ipſis, vt patet primo phyſicæ auſcul.vnde Auer.ibi ait compoſitionẽ eſſe alteram qualitatiuam, alterã quantitatiuam. Quæ autem eſt qualitatiua,etiam à peripateticis diſtinguitur vt patet primo phyſicæ quoniam alia eſt ex partibus ſecundum rationem:vt illa generis & differentiæ,alia ex partibus ſecundum rem: vt illa ex materia & forma. Quæ etiam quantitatiua compoſitio nuncupatur,bifariam etiam à peripateticis ſubdiſtinguitur, quoniã alia eſt quæ græcæ homogenea dicitur hoc eſt ſingularis ſimilaribuſq; partibus vt carnes ex carneis partibus, alia eſt dicta etherogenea hoc eſt diſsimilaris diſsimilaribuſq; partibus, qualis illa domus ex tectis, & parietibus.& diſsimilaris vlterius ſubdiſtingui poſſet, vt exteri dicunt ſed ſufficit de ſimplicitate quoque eodem pacto diſtingui poteſt,ſed ſufficit, quare de titulo volui hæc notaſſe.

*Diffinitiones peripatetice.* *Com.5.*

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Auer. Ioannis & Iacobi.*

De diſputatione eſt poſitio Auer.q̃ i omni medio, qualitatiuo ſunt actu extrema. Imaginatur enim in tepido eſſe caliditatem & frigiditatem actu ſub gradibus tamen remiſsis:& vt in tepido ſunt extrema actu ſub gradibus remiſſis,ita in coloribus medijs ſunt colores extremi ſub remiſsis gradibus ipſos componentes, vnde ſecundum hanc poſitionem medium non eſt niſi ipſa extrema ſub quadam proportione remiſsionis conſtituta, & quia proportio remiſsionis non vna ratione etiam,ideo fuſcum differt à rubro, eſt enim fuſcum album & nigrum remiſſa ſub quadam proportione remiſſionis,rubrum vero illamet remiſſa ſub quadã alia remiſsionis proportione,& de cæteris id genus eodem modo ſentiunt,hæc poſitio habetur,5.auſcul. phyſicæ, & in iſto.x.li.& alibi ſectantur hanc poſitionem Ioannes Gandauenſis, & Iacobus ille forliuias, & multi alij. Et pro hac poſitione videntur rationes Ariſ. in textu, vt Ioannes colligit,quarum prima ſumitur ex eo quia extrema ſunt ſimplicia,eſt enim regula q̃ in omni genere ſimplicia ſunt cauſæ componentes alia eiuſdẽ generis,quæ non ſunt ſimplicia, modo extremæ qualitates ſunt ſimplices,igitur componunt medias, quæ in eodẽ genere non ſunt ſimplices. Secũda ſumitur ex eo,quia in medium fit tranſmutatio ab altero extremo ſed cum omnis tranſmutatio ſit de contrario in contrarium, igitur ſi ab albo fit mutatio in aliquem colorem medium, hæc non fit niſi quatenus in medio illo colore, eſt alterum extremum,& hæc ratio eſt Auer.5.phyſicæ auſcu. Tertia ratio ſumitur per hoc quia medium ſeſe habet ab extrema ſecundum magis & minus,quoniam quod ad alterum extremum eſt magis,ad alterũ minus, illud eſt compoſitum ex illis,vt omnibus patet. Sed medium ſecundum formam ad alterum extremum magis eſt, ad alterum minus,vt Auer.deducit contra Galenum: igitur medium ex extremis componitur. Quarta ratio accipitur ex eo quia extrema ſunt prima principia, nam prima principia ſunt ex quibus omnia poſteriora componuntur,ſed extrema ſunt prima principia: & media ſunt poſteriora, igitur vt prius, hoc pacto & his quatuor rationibus Ariſt.concludit media eſſe in eodem genere cum extremis, & inter contraria conſtitui atq; compoſita eſſe ex contrarijs, hæc Ariſ. Vlterius vltra rationes Ariſ.arguunt forticole pro hac poſitione,quia ſi in tepido nihil eſſet caloris, nihilq; frigiditatis, tunc aliquod poſſet à tepido mutari ſubito,in calidum.deducitur applicetur A frigidum B tepido, & quæritur, aut tepidum reſiſtit frigido alterant vel non: non eſt dicendum q̃ reſiſtat,quia omnis reſiſtentia eſt ratione contrarij at in tepido non eſt calidum frigido contrarium, igitur nulla eſt reſiſtentia, tunc vltra ſi in tepido nulla eſt reſiſtentia, ad A frigidum: igitur A frigidum ſubito corrumpit B tepidum, & ſic patet argumentum. Secũdo tepidum conuenit cum calido ſecundum ſpeciem, & conuenit cum frigido etiam ſecundum ſpeciem, ſed impoſsibile eſt per eandem realitatem aliquid alicui cõuenire,& differre:vel duobus extremis conuenire, igitur tepidum habet duas realitates, per quarum vnam conuenit cum frigido,& per alteram cum calido, & differt à frigido,pro hac parte eſt Auer.5.phyſicæ auſcul. idem.4.cœli,& primo phyſicæ auſcul. & in hoc.10. & alibi infinities. Sed aduerſus hanc poſitionem omnes fere aſſurgunt. Primo per verba Auer.4.metaph. vbi ait ſic duo contraria habentia medium ſunt in ipſo medio in potentia,ſicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore,ſed non in actu:in hoc,10.inquit, non debet aliquis dicere q̃ colores componantur ex duobus.ſ.albo & nigro,& vbi potiſsimum rem hanc diſputauit, tandem concludit ſic in compoſito inuenitur ex altero cõtrariorum magis ex altero minus: non ſimpliciter ſed aliquo modo.i.in potentia. Contra hanc poſitionem expreſſe expoſitor cuius authoritas non parua eſt. Amplius & Egi. noſter,omnes etiam alij. Præterea arguit rationibus. Primo ſic ex naturis ſpecie differentibus nũquam poteſt fieri tertia ſpecies illis permanentibus in ſuis ſpecificis naturis.Sed medium differt ſpecie ab extremis,igitur non poteſt conſtitui ex extremis, maior deducitur,quia id quod cũ altero concurrit ad compoſitionem alicuius non põt eſſe natura totalis: ſed tantũ partialis,

*Com. 52. Cõ.23.& 31. Com.52. Com.23. Com.6.11.52.& 54. Obiectiones Com.6.& 26. Com.56. Com.7.& 23. Com.27. Com.7. Com.23.*



partialis, quia omne componens habet naturam partis,at extremum habet naturam totius:& non partis,minor patet ab omnibus,eſt enim rubrum ſpecie differẽs ab albo,nigroq;. Præterea extremæ qualitates vt calidum & frigidum diſponunt ad formas elemẽtarias. medię qualitates vt tepidum,diſponunt ad formam mixtorum, igitur medium non poteſt eſſe eiuſdem ſpeciei cum extremis, aliter ad quicquid medium diſponeret, ad illud idem extremum diſponeret,quod patet eſſe falſum. Secundo contraria non poſſunt eſſe in eodẽ actu at extrema ipſa qualitatiua ſunt contraria tam ſecundũ eſſe intenſum,quàm ſecundum eſſe remiſſum, ſecundũ eſſe intenſum quidem,quia omnes hoc concedunt, ſecundum eſſe remiſſum vero quia intenſum & remiſſum non variant ſpeciem,quare ſi calidum ſecũdum eſſe intenſum contrariatur frigido,cum calidum remiſſum & calidum intenſum eiuſdem ſint ſpeciei, etiam calidum remiſſum frigido contrariabitur, igitur extrema nullo pacto actu poſſunt eſſe in eodem medio. Tertio ſi medium componeretur actu ex extremis, nullum elementum medium eſſet ſimplex ſecundum complexionem, deduco,quia aer eſt leuis & grauis,quia medium igitur eius qualitas motiua componeretur ex extremis, & ita non eſſet ſimplex. Quarto arguũt alij quia hac poſitione data,tunc omnis alteratio eſſet inter formas ſpecie diſtinctas, deducitur, quia ſi fit alteratio ab albo in nigrum,alteratio eſſet inter formas ſpecie diſtinctas, ſi à minus albo in album,etiam eſſet inter formas ſpecie diſtinctas,quia à minus albo eſſet motus per illud quod eſt in eo de nigro & ſic idem q̃ prius, ſimiliter ſi à minus albo in nigrum fieret mutatio,igitur omnis alteratio eſſet inter formas ſpecie diſtinctas. Quinto tũc omnis alteratio quæ eſſet ab albo:eſſet eiuſdẽ ſpeciei, deducitur quia omnis motus ab albo eſſet ad nigrum & ita ſemper eſſet ad vnam formam, quia ſemper ad nigrum,& ita rubificatio,& defuſcatio eſſent eiuſdẽ ſpeciei,quia omnes eſſent in nigrum. Sexto ſequeretur q̃ duo motus:quorum alter eſſet ad fuſcum: & alter ad rubrum,eſſent eiuſdem ſpeciei,deduco quia volo quòd ambo ſint ab albo, certum eſt q̃ non eſt motus ad fuſcum ab albo,niſi ratione nigri,quod eſt in fuſco, etiã non eſt motus ab albo in rubrum niſi ratione nigri q̃ eſt in rubro,igitur illi duo motus ad illa duo ſunt ratione vnius termini ad quem, & ſic ambo erunt eiuſdem ſpeciei. Septimo data poſitione,tunc omne quod alteraretur,prius eſſet in extremum quàm in formam mediam,deducunt quia ſi aliquod alteraret ab albo prius fieret ſub nigro,quàm ſub rubro:vel fuſco, quia prius ſub albo remiſsiori,in quo eſſet nigrum. Octauo arguunt petentes an in forma media ſit aliqua forma alia à formis extremis,vel præciſe extremæ formæ ſi præciſe formæ extremæ; tunc per nihil medium differt ſpecie ab extremis,& ita medium & extrema non differrẽt ſpecie,& cõuenirent genere,ſi autem detur q̃ vltra extrema ſit ibi medium quoddam,ex illis reſultans, cum tale medium ſit ſenſilis qualitas:& habens contrarium, tunc in illam poſſet eſſe per ſe motus,abſq; eo, quod intelligatur eſſe in contrarium extremum, cuius contrarium ſentit ipſe Auer. Nono arguunt q̃ data poſitione tunc in eodem ſimul poſſet eſſe caleſactio & frigeſactio,deducunt quia ſi in medio poſſunt eſſe extrema calidum,videlicet & frigidum, tunc motus contrarij qui ſunt in illa eſſe poterunt in eodem, hoc autem eſt impoſsibile,quia caleſieri eſt recedere à frigido, frigifieri eſt accedere à frigidum: quare ſi in eodem poſſent eſſe caleſactio,& frigeſactio,tunc idem ſimul poſſet accedere & recedere à frigido. Decimo vero arguunt ſi duo contraria poſſunt eſſe in eodem,tũc de eodem poſſent verificari contradictoria, deducunt, quia ſi ſic eſſet q̃ idem eſſet ſimul album & nigrum:tunc illud eſſet ſimul album,& non album, quod eſt impoſsibile. Præterea contra hanc poſitionem arguimus rationibus noſtris, quas ſcripſimus.5.phyſicæ auſc.in expoſitione:ſed quia ibi diligenter illas poſuimus,& ſoluimus, nunc ſub ſilẽtio tranſimus,ne videamur verboſi. Alij vero propter hæc dicunt.Primo media non componi ex extremis cõpoſitione totali,deducunt quia omne tale componitur ex materia & forma, at nullum extremum eſt materia alterius extremi. Secundo dicunt media componi cõpoſitione eſſentiali ex partibus formaliter diſtinctis,deducunt quia media ſunt in genere. igitur componuntur ex genere & differentia, tanquam ex partibus formaliter diſtinctis. Tertio dicunt media non componi compoſitione partiali deducunt quia omne tale compoſitum ex parte & parte, & quod ſic componitur: eſt quantum,ac media ſunt formæ ſimplices. Quarto dicunt media non componi ex extremis, nec totali. nec eſſentiali,nec partiali compoſitione,totali quidem non, quia nullum extremum eſt ad alterum materia,eſſentiali vero minime,quia nullum extremum ſeſe habet vt genus,vel vt differentia reſpectu alterius,partiali autẽ nequaquam,quia extrema non poſſunt eſſe partes integrales medij,quia nec ſimilares, nec diſsimilares, hæc illi. Sed hæc poſitio eſt manca. Primo quia non exponit quonammodo media eſſe poſsint ab extremis aliquo modo compoſita,vt exclamant verba Ariſto. pluribus in locis: potiſsimum hic. Secundo quia dato medium non componi ex extremis compoſitione totali: vel partiali vel eſſentiali,poteſt componi ex illis compoſitione virtuali,vt etiam ipſi dicunt alibi. Propter hæc nonnulli alij diligentius credentes dicere,aiunt q̃ medium nõ componitur ex extremis compoſitione actuali, quia extrema non ſunt in medio,nec vt tota, nec vt partes. Secundo dicunt medium componi ex extremis compoſitione virtuali.deducunt quia medium continet extrema virtualiter,& ſic componi dicitur ex illis compoſitione virtuali. Sed hæc poſitio ſtare non poteſt: quia ſi medium contineret extrema virtualiter, tunc omni extremo quodlibet medium eſſet perfectius, & ſic fuſcum albo eſſet perfectius contra Ariſ.in hoc.10.& cõtra Auer.vbi ait album eſſe metrum omnium qualitatũ ſui generis,argumentum patet per omnes cucullatos, qui dicunt continens virtualiter eſſe perfectius contento virtualiter. Secundo hac poſitione data,tunc omne medium omne extremum poſſet producere, deducimus authoritate cucullatorum: qui tenent virtualiter cõtinere nihil aliud eſſe quam poſſe producere aliquid alterius ſpeciei,Modo conſequens eſt impoſsibile, quia nullum mediũ in ſecundis qualitatibus poteſt producere extremum,nec enim fuſcum album poteſt producere,nec rubrum nigrum,quicquid ſit in primis qualitatibus,vbi tepidum poteſt producere caliditatem in tactu frigido,frigiditatem autem in tactu calido. Tertio ſuppono omne quod agit,agere quatenus eſt in actu vel virtuali,vel formali,patet.3.phy.vbi dicitur ſemper.extimatur ſpecies mouens, tunc ſumo A tepidum, quod agat in tactum calidum, certum eſt quod erit in actu per ſuppoſitionem,vel igitur in actu formali erit calidum,

*Rationes Aur. Cõm.52. 2.poſitio. Confutatio Poſitio tertia Confutatio Cõm.7.*

dum, vel in actu virtuali. ſi in actu formali, igitur tepidum eſt formaliter calidum quod volo. & pari ratione probari poteſt de frigido. ſinautem ſit virtute calidum, igitur tepidum eſt perfectius calidum, quam ſit ipſum formaliter calidũ, deduco quia virtualiter tale eſt perfectius tale eo quod eſt formaliter tale, vnde ſol, qui eſt virtualiter calidus eſt perfectius calidus ligno actu calido, quare tepidum erit perfectius calidum ligno, quod eſt actu calidum, vel tactu Socratis, qui eſt actu calidus quod eſt inauditum. Vltimo omnis forma cuius operatio eſt eiuſdem ſpeciei cum operatione alterius formæ aut eſt illa forma in ſpecie, aut habet illam formam actu in ſpecie. Sed operatio tepidi eſt calefacere & frigefacere, & frigefacere eſt operatio frigidi & calefacere eſt operatio calidi: igitur tepidum aut eſt eiuſdem ſpeciei cum calido & frigido: quod negant. aut habet calidum & frigidum actu tanquam ſui partes. ꝙ coguntur dicere.

*Opinio Bur. 8. phyſi.*

Propter hæc nonnulli tenent medium componi ex extremis non compoſitione actuali, ſed ſimilitudinaria, quatenus medium ad A eſt ſimile calido ad B eſt ſimile frigido, eo quia ad A calefacit, & ad B frigefacit: & iuxta hoc dicit, ꝙ medium quatenus conuenit cũ vno extremo, videtur contrariari alteri, & ita ſecũdum ſimilitudinem videtur componi ex vtriſq;, & videtur contrariari vtriſq;, & per hæc ſaluãt dicta Auer. hincinde.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio friuola eſt. Primo quod vere calefacit, aut virtualiter vere eſt calidum, aut actu vere eſt calidum, operatio enim arguit formam, vt dictum eſt, ſed tepidum vere calefacit frigidũ & frigefacit calidũ, igitur tepidum eſt aut vere virtualiter calidum & frigidum, aut formaliter vere calidum & frigidum. ſi virtualiter tale & tale. tunc redit poſitio proxima, quam proximo confutauimus. ſinautem formaliter tale & tale, tunc oportet vt contineat calidum & frigidum tanquã ſui partes, & actu, & ita contra poſitionem eorum. Secundo ſi tepidum eſt calido ſimile, & non vere continens calorem, tunc tactus dijudicans ipſum calidum erraret: quod non concederem: deducitur quia iudicaret ipſum eſſe calidum: quod tamen eſt ſimile calido, & ita nullam per tactum poſſemus habere de medijs tactilibus certitudinem. Et de poſitionibus dictum ſit intantum.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ diſputatio hęc nõ poteſt dilucidari, niſi vna alia prior dilucidetur, ex cuius veritate veritas huius diſputationis dependet, prior autem diſputatio, ex cuius veritate veritas iſtius dependet, eſt ſi contrariæ qualitates poſſint eſſe in eodem: Thomas enim & Egidius, atque multi peripatetici dixerunt qualitates contrarias nec intenſas, nec remiſſas poſſe eſſe in eodem ſubiecto, immo nec ſecundum partes, nec ſecundum totas, & tunc iuxta hanc poſitionem conſequenter coguntur concedere mediam formam non poſſe ex extremis actu atque formaliter componi, immo illam eſſe ſimplicem, quemadmodum eſt quælibet forma extrema, deducitur, quia ſi formæ extremæ eſſent in eodem ſubiecto ſecundum totas ac intenſæ, tunc media forma ex illis actu conficeretur intenſis ac ſecundum totis. ſinautem non ſecundum totas intenſe eſſent in eodem, ſed ſecundum partes & remiſſe, tunc media forma ex illis conficietur remiſſis atque ſecundum partes, igitur eo modo de compoſitione formæ mediæ eſt dicendum quo modo de cõtrarijs ſi eſſe poſſint in eodem eſt dicendum. Quare cum expoſitores nullo pacto velint extremas formas & contrarias poſſe eſſe in eodem velle coguntur medias formas nullo pacto ex illis actu & formaliter poſſe componi. At Auer. cum concedat contraria poſſe eſſe in eodem, vt in. 2. de generatione, vbi vult in complexione eſſe extrema, ſed non æqualia ad pondus, ſed altero prædominante. Amplius, in hoc. 10. & in. 3. cœli & in. 4. meteororum, cogit̃ dicere media reſultare, ex compoſitione extremorum, ea nanq; ratione qua extrema concedit eſſe in eodem, concedere cogitur media reſultare ex illis, concedit autem extrema non poſſe eſſe in eodem ſecundum tota, & æque intenſa, vt Galenus credidit, quia ſic non reſultaret complexio. ex æqualibus enim non poteſt reſultare complexio, ſed bene concedit contraria poſſe eſſe in eodem remiſſa & ſecundum partes, ſemper altero prædominante, & propterea cogitur dicere complexionẽ mediam, mediamque formam ex extremis reſultare.

*Com. 47.*

*Cõm. 43. Cõm. 67. Cõm. 10.*

*Iaco. forli gu ietanus.*

Sed quoniam modo medium reſultet ex extremis ipſis non eſt clarum de mente Auer. nonnulli enim ad mentem Auer. dixerunt medium nihil aliud eſſe niſi extrema remiſſa ſub certa proportione conſtituta, ſed quia proportiones ſunt quodammodo infinitæ, inde emergunt infinitæ mediæ formæ, erit igitur rubrum album & nigrum ſub A. proportione reducta fuſcum, album & nigrum ſub B proportione, & in cæteris id genus.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio non eſt Auerroica, quia Auer. vbiq; mediã complexionem atque medium ipſum comparat miſto: & vbique de complexione, deq; medio ipſo loquitur, veluti de miſto, ſed miſtũ non eſt ipſæ formę elemẽtariæ ſub certa proportione tantum, ſed vltra addit formam miſtionis, igitur nec media complexio: nec medium erit extrema tantum ſub certa proportione, & ita oportet aliud addere.

*Propria poſitio.*

Propterea aliter videtur hic eſſe dicendum, vbi debes ſcire apud Auer. medium bifariã dici, aliud quidem medium eſt tranſitus, aliud medium eſt reſultationis. Medium tranſitus ſiue motus eſt, ſub quo mobile ipſum non quieſcit ſed per quod tranſit, & tale medium eſt tota latitudo qualitatis quæ ſucceſsiue acquiritur vel à non gradu, vel ab illo gradu à quo incipit motus ad gradum vſque ad quem terminatur, hoc enim medium dicitur à nonnullis medium motus ſiue tranſitus, quia non poteſt motus perfici niſi per tale tranſeat medium, dicitur etiam à nonnullis medium eſſentiale, quia fieri non poteſt motus: quin per ipſum trãſeat mobile. Medium vero reſultationis eſt forma media, quæ ex extremis reſultat remiſsis, vel ſecundum partem coalitis, vt complexio medium eſt reſultationis ex primis contrarijs reſultans, pallidum medium eſt reſultationis ex albo & nigro emergens, hoc medium dicitur reſultationis, quia non poteſt eſſe niſi ambo extrema concurrant in eodem ſaltem remiſſa, vel ſecundũ partes, dicitur à nonnullis medium accidentale, reſpectu motus, quia non oportet mobile dum mouetur à calido in frigidum, vel ab albo in nigrum tranſire per omnes complexiones medias, vel per omnes colores medios, & propterea dicitur accidentale medium reſpectu tranſitus, tale medium etiam eſſe poteſt terminus ad quem motus, complexio enim poteſt eſſe terminus motus alterationis: & palledo etiã terminus alterationis: & hac ratione poteſt eſſe extremum, tunc dicerem ꝙ loquendo de medio tranſitus: de mente Auer. tale medium non reſultat ex extremis, nec eſt extrema conſtituta ſecundum tota nec ſecundum partes, immo eſt ęque ſimplex vt quodlibet extremum, nam caliditas remiſſa



miſſa medium eſt tranſitus: albedo remiſſa medium eſt tranſitus, modo caliditas remiſſa eſt ita ſimplex vt caliditas intenſa, albedo remiſſa ſimiliter, vt albedo intenſa, ſinautem loquimur de medio reſultationis: tunc dicerem tale medium reſultare ex contrarijs imaginando ꝙ velut materia formæ miſte præhabet formas elemẽtarias vt diſpoſitiones præuias ineſſe remiſſo, & vltra has habet formam vltimam, per quam miſtũ reponitur in ſpecie, ſic ſubiectum, complexionis, vel cuiuſuis formæ mediæ habet formas contrarias actu, non ſecundum totas ac in ſuis vltimis perfectionibus conſtitutas, ſed remiſſas & ſecundum partes tanquam diſpoſitiones ſubiecti ad complexionem atq; mediam formam, quæ tamẽ complexio ſiue forma media eſſentialiter differt ab extremis, quemadmodum illa miſti differt ab elemẽtis, & quia ille diſpoſitiones poſſunt multifariam variari, ideo complexiones, & mediæ formę poſſunt eſſe multæ.

*Excerptum.*

Ex his ſequitur ꝙ complexio non eſt primæ qualitates ſecundum partes coalitæ de mente Auer. ſed eſt forma addita primis qualitatibus ſic ſecundum partes coalitis, vnde vt forma miſtionis non eſt elementariæ formæ ſecundum partes coalitæ, ſed addita illis, ſic cõplexio additur primis qualitatibus ſic coalitis, eodẽ modo de cæteris medijs eſt cenſendum.

*Dilucidatio.*

Tũc venio ad dilucidationem, & dico ꝙ ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſecundum partes, medium reſultationis, ex cõtrarijs reſultat ſecundum partes coalitis actualiter & formaliter, ſi autem contraria non poſſunt eſſe in eodem, ſic medium reſultationis non reſultat ex contrarijs ſecundum partes coalitis actualiter vel formaliter, vtrum vero contraria poſſunt eſſe in eodem. 5. phyſicę auſcul. diſputatum eſt: & pro parte, 8. huius, nunc vero ſatis ſit dilucidaſſe iuxta ambas poſitiones: cũ ambæ ſint probabiles. Hæc de dilucidatione dicta ſufficiant.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

ANTEQVAM ad rationes factas ca. primo reſpõdeamus oportet ſoluere primo rationes vtriuſq; ſectæ. Ad primam igitur contra expoſitores & pro Auer. reſpondetur, vbi debes ſcire, ꝙ continentia ſiue compoſitio triplex eſt, alia quidem actualis ceu illa domus ex lateribus, & tectis virtualis veluti illa lucis ſolis ex calido, humido: ſicco, & frigido, componitur enim lux ex his virtualiter, quia cõtinet illas virtualiter, poteſt enim ſol ſua luce calefacere, ſi lux ſua vim mutuetur à Ioue, põt ſua luce frigefacere; ſi lux ſua vim mutuetur à Saturno, poteſt ſua luce humectare, ſi lux ſua vim mutuet̃ à Venere. poteſt ſua luce exiccare areſcereq; ſi vim ſuam lux eius mutuetur à Marte, igitur lux cõponitur virtualiter ex primis qualitatibus, eſt & compoſitio potentialis, veluti complexio ex primis componitur qualitatibus, rubrum ex albo & nigro. Eſt autem differentia inter virtualem compoſitionem, & potentialem, quoniam omne virtualiter compoſitum eſt perfectius his, ex quibus virtualiter componitur: & hoc quia per ſe quodlibet illorum poteſt producere, potentialiter vero compoſitum non oportet vt ſit perfectius his, ex quibus potentialiter componitur, non enim quod potentialiter ex aliquibus cõponitur, poteſt per ſe producere quodlibet componentium, ſed per accidens, aut vt inſtrumẽtum alicuius agentis potentis illorum quodlibet producere: vt complexio quæ eſt inſtrumentum animæ potentis per complexionem calefacere, aut frigefacere, & id genus. At ratione materiæ, in qua agit, veluti tepidũ, non enim per ſe calefacit nec per ſe frigefacit, ſed quatenus agit in tactum frigidum calefacit, quatenus agit in tactum calidum frigefacit. Aut quia coniungitur alicui vel aliquibus potentibus agere quodlibet illorum componentium, & hoc pacto rubrum componitur potentialiter, ex albo & nigro, quia coniungitur vel conſequitur primas ipſas qualitates, quæ poſſunt extrema illa producere, ſic igitur patet quòd cõpoſitum vel continens virtualiter aliqua eſt perfectius quolibet illorum, hac ratione videlicet quia quodlibet illorum per ſe producere poteſt, & hoc modo lux componitur ex primis qualitatibus, compoſitum vel continens potentialiter aliqua non oportet eſſe perfectius quolibet contento vel componentium & hoc quia compoſitũ potẽtialiter componitur ex illis; vel quia poteſt quodlibet illorum producere vt inſtrumentum alicuius principalis agentis. vel poteſt quodlibet illorum producere ratione materiæ potentis quodlibet illorũ recipere. vel quia nullum illorum producere poteſt, ſed reſultat aut conſequitur ad quædam quę poſſunt quodlibet illorum producere.

*Excerptum.*

Ex his ſequitur quòd aliquod potentialiter dici poteſt componi ex aliquibus trifariam aut quia eſt inſtrumentum alicuius principalis potentis quodlibet illorum per ſe producere, vt complexio dicitur compoſita potentialiter ex primis qualitatibus aut quia poteſt quodlibet illorum ratione materiæ apte producere, vt tepidum componitur ex calido & frigido. Aut quia conſequitur quædam quæ poſſunt quodlibet illorum producere, vt rubrum ex albo & nigro componitur, quia conſequitur ad primas qualitates quæ poſſunt & album & nigrum producere. Tunc ad primam concedo extrema eſſe ſimplicia & media componi ex extremis non tamen compoſitione actuali, ſed vel virtuali, vel potentiali, & hoc probat ratio. Ad ſecundam concedo illud ad quod deducit ratio, in medio enim eſt quodlibet extremum vel virtualiter vel potentialiter, & hac ratione ab extremo fit in medium mutatio. Ad tertiam conceditur totum, in medio enim eſt quodlibet extremum ſecũdum magis & minus virtualiter, vel potentialiter: non autem actualiter. Ad quartam eodẽ modo dicitur, concedo enim media compoſitio ex extremis virtualiter, vel potentialiter: & hoc quia prima ſunt contraria. Ad quintam dico quòd tepidum reſiſtit calido: & frigido alteranti, & conceditur quòd ſit cuilibet illorum contrarium, ſaltem contrarietate medij ad extremum, quæ ſufficit pro reſiſtentia. Ad ſextam dico quòd tepidum forte non conuenit in ſpecie niſi cum calido, quia eſt calidum remiſſe, vel dato quòd cõueniret cum vtroque, dico quòd formaliter cum nullo conuenit, immo differt ſpecie à quolibet illorum, poteſt tamen cum quolibet illorum conuenire potentialiter vel virtualiter, & tunc non oportet habere duas realitates, quia vna realitas poteſt eſſe fundamentum conueniendi cum vtriſque potentiale, hæc ad rationes contra expoſitores. Ad rationes vero contra Auer. Ad authoritates patet ſolutio; vult enim Auer. contraria contineri in medio in potentia, quia medium nõ eſt formaliter contraria: vt credunt iuniores ſed ex cõtrariis ſecundum partem coalitis reſultans, in quo reſultante medio ſunt ipſa contraria potentialiter. Ad authoritates Thomæ: Egidij, & cæterorum dicendum illos eſſe alterius partis. Ad primam rationem dico ꝙ ex naturis ſpecie differentibus non poteſt fieri tertium formaliter, ſed bene diſpoſitiue, ex elementarijs enim formis fieri poteſt miſtum diſpoſitiue; nõ autem formaliter,

liter, & quando dicitur omne illud ex quo aliquid fit habere naturam partis: concedo quando ex illo fieret aliquid formaliter, quando vero fit diſpoſitiue ex illo aliquid, ſufficit quòd coalatur cum alio ſecundum partem. Ad ſecundam patet ſolutio, non enim qualitates dicuntur contrariæ, niſi quando ſub eodem genere maxime diſtant, maxime diſtare eſt ſecundum omnes gradus diſtare, & ſic licet intenſum & remiſſum nō variant ſpeciem qualitatis variant rationem contrarij. Ad tertiam reſpondet Auer. 3. cœli illa elementa non eſſe media reſultationis, nec media tranſitus, ſed media in reſpectu, & talia non oportet componi ex extremis, tunc ad quartam concedo omnem alterationem eſſe inter formas ſpecie diſtinctas, vel ratione formarum ſpecie, diſtinctarum, non poteſt alteratio ab albo in minus album, niſi quatenus minus album ſubit rationem nigri, vel ſecum habet coalitum nigrũ: nec hoc vnquam fuit abſurdum. Ad quintam negatur argumentum, quia ab albo poteſt eſſe alteratio in fuſcum, in rubrum, in pallidum & id genus, quorum nullum eſt nigrum licet reſultet ex albo, & nigro coalitis, & hoc ignorant arguentem, hæc enim reſultationis, ſunt per ſe media reſultationis, per accidens vero media tranſitus, & ideo poſſunt eſſe termini ad quos ipſius motus. Ad ſextam patet ſolutio, motus enim qui eſt ad fuſcum, per ſe eſt ad fuſcum, per accidens ad nigrum, qui eſt ad rubrũ per ſe eſt ad rubrum, per accidens ad nigrum, nō enim eſt ex albo in rubrum rationem nigri, quod eſt in rubro ſed ad rubrum per ſe, quia rubrum quod eſt medium reſultationis; poteſt eſſe terminus ad quem, bene tamen concedo motum qui eſt ad minus album eſſe ad illud quatenus eſt nigrum. Ad ſeptimam concedo illud quòd alteratur ab albo in nigrum, prius eſſe in nigrum, quam in rubrum, vel in aliquod tale medium reſultationis, quoniam medium reſultationis non eſt medium tranſitus, nego tamen illud eſſe prius in nigrũ: quam in minus album, nam minus album eſt medium tranſitus in nigrum. Ad octauam concedo vltra extrema eſſe aliquod medium reſultationis, quod reſultat ex illis coalitis, & concedo in illud poſſe eſſe per ſe motus ratione ſui, non ratione nigri, vel alibi, & quando Auer. dixit non eſſe motum in medium niſi ratione extremi quòd eſt in medio: ſumpſit medium tranſitus, nō enim eſt motus in minus album ex albo, niſi quatenus minus album eſt nigrum reſpectu albi. Ad nonam nego argumentum, licet enim medium reſultationis reſultare non poſsit niſi extrema coalantur, non tamen ſequitur idem poſſe calefieri & frigefieri: ſed bene mediũ habere potentiam calefaciendi & frigefaciendi, & cauſa eſt, quia illa extrema coalita non ſunt illic niſi vt diſpoſitiones, non autem vt formæ, & propterea non habent vim agendi, ſed diſponendi. Ad decimam dico quòd contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem mediũ reſultationis æqualiter, vt putauit Galenus, ſed altero ſemper prædominante & ab illo prædominante fit denominatio, & ſic non erit idem album, & nigrum, & per conſequens nec idem album, & non album. Ad vndecimam aliorum dico ꝙ non oportet alterum eſſe vt materia alterum vt forma, quia medium non eſt formaliter extrema, ſed ex illis coalitis reſultans, & ita ſufficit vt illa prædiſponant materiam. His ſolutis, nunc ad rationes factas in primo cap̄. Ad primam patet ſolutio, non enim ipſa contraria concurrunt ad cōpoſitionem tertij, bene tamen poſſunt diſponere ad tertiã ſpeciem. Ad ſecundam concedo ex extremis nō fieri vnum medium formaliter, bene tamen extrema coalita hoc eſt ſecundum partes refracta poſſunt diſponere ad vnum medium. Ad tertiam patet ſolutio, non enim poſſunt extrema ſecũdum tota ſe compati, bene autem ſecundum partes. Ad quartam dico ꝙ forma media eſt ſicut q̄libet extrema: licet ſupponat extremas coalitas vt diſpoſitiones. Ad rationes ad oppoſitum patet etiam ſolutio. Ariſtoteles enim voluit medium componi ex extremis potentialiter, & non actualiter vt tactum eſt. Ad rationem dico ꝙ media participant extremis ſecundum magis & minus non quidem actu & formaliter. Hæc de diſputatione. 5. dicta ſatis.

*Quare & in eadem coelementatione omnia contraria categorice quæcunque ſpecie differentia & non genere, &c. Tex. cōm. 24.*

## DISPVTATIO SEXTA
### De formarum ſubſtantialium oppoſitione.

*Num formalis repugnantia, quæ eſt inter ſubſtantiarius formas, ſit repugnantia contrarietatis.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod repugnantia quæ eſt inter formas ſubſtantiarias non ſit repugnantia contrarietatis. Arguitur primo, quia contraria ſunt inter q̄ fieri poteſt motus. Sed in ſubſtantia non poteſt eſſe motus, vt. 5. phyſicæ auſculta. dicitur: igitur formæ ſubſtantiariæ non poſſunt eſſe contrariæ. Secundo. 5. phyſicæ auſc. & in p̄dicamētis expreſſe dicitur ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, & hac rōne ad ſubſtantiam ait non eſſe motum. Tertio contraria, ſunt quæ nata ſunt fieri circa idem ſuſceptiuum. Sed duæ formæ ſubſtantiariæ nō poſſunt eſſe circa idem ſub̄m, quia vna corrupta ſub̄m perdit nomen & diffinitionem, igitur formæ ſubſtantiariæ non poſſunt eſſe contrariæ. Quarto ſi formæ ſubſtantiariæ eſſent contrariæ, tunc differentiæ, quæ ab illis ſumerentur formis, eſſent contrariæ, hoc aũt eſt falſum, quia differentiæ ſubſtantiæ opponuntur priuatiuę veluti rationale: & irrationale. In contrarium videntur Ariſt. & Auer. in hoc. 10. vbi velle videtur quæcunque ſpecie differunt, eſſe contraria. (Cōm. 24.) Sed duæ formæ ſubſtantiariæ differunt ſpecie, igitur ſunt contrariæ. Præterea ratione arguitur, quia omne quod corrumpitur, è ſuo corrumpitur contrario, at ſubſtantiæ corrumpuntur, igitur è ſuis contrarijs corrumpũtur, & ita habēt contrarium. Secunda forma ſubſtantiaria, & materia ipſa pellitur, & non a ſe: igitur è ſuo contrario. Hæc de dubitationibus dicta ſufficiant.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO titulo debes ſcire. Primo hæc tria in diſputatione pro eodem ſumi, repugnantiam videlicet, incompaſsibilitatem & oppoſitionem, eſt autem oppoſitio genus ad contradictionem contrarietatem, priuationem, & relationem, quia vt dictum eſt quadrifariam cō tingit opponi, aut contradictorie, aut contrarie aut relatiue: aut priuatiue: igitur quadrifariam aliqua repugnare dici poſſunt, & quadrifariam incompoſsibilia eſſe, aut contradictorie, aut contrarie, aut relatiue, aut priuatiue: verum non omnis repugnantia nec omnis incompoſsibilitas eſt oppoſitio, eſt enim duplex repugnãtia.



duplex etiam incompoſsibilitas quædam formalis, quædam materialis, inter formam Socratis: & formam Niphi repugnantia eſt, & incompoſsibilitas, non quidẽ formalis, ſed materialis. Formalis .n. repugnantia atq; incompoſsibilitas eſt per differentias formales: & eſſentiales, atq; ſpecificas. Materialis autem per materiales differentias, atq; indiuiduales, & ita formalis repugnantia, atq; formali incōpoſsibilitas eſt ſpecifica, materialis vero eſt numeralis vel indiuidualis: ſic igitur dico ꝙ non omnis repugnantia nec omnis incompoſsibilitas eſt oppoſitio, non enim incompoſsibilitas, atque repugnantia duarum formarum eiuſdem ſpeciei, numero differentium eſt oppoſitio, & ita ſola repugnantia formalis hoc eſt ſpecifica dicitur oppoſitio, dicitur autem ſpecifica repugnantia ſiue incompoſsibilitas formalis, quia eſt inter formas, & ratione formarum: at licet illa quæ eſt formarum eiuſdem ſpeciei numero differentium, ſit formarum, non tamen ratione formarum ſed ratione materiæ: vel accidentium. (Exceptum.) Ex his ſequitur ꝙ repugnantia formalis, incompoſsibilitas formalis: & diſtinctio ſpecifica idem eſt, quia diſtinctio ſpecifica eſt inter formas, & ratione formarum, propter hæc patet titulus diſputationis, quæritur enim ſi repugnantia ſiue incompoſsibilitas, ſiue diſtinctio formalis, quæ eſt inter formas ſubſtantiarias ſit repugnantia ſiue oppoſitio contrarietatis: & dicitur formalis, quia nulli dubiũ eſt materialem repugnantiam non eſſe oppoſitionem contrarietatis, duæ enim formæ ſubſtantiariæ eiuſdem ſpeciei repugnant nō contrarię, ſed diſperate, hoc eſt quærere cum forma ignis & forma aquæ formaliter repugnant quia ſpecifice diſtinguuntur: vtrum contrariæ opponantur. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

(Poſitio Alex.) ALEXANDER Aphrodiſius vir in peripatetica familia præcipuus voluit in lib. de ſenſu, & in his commentationibus, quas ſcribit in phyſicis, nō omnem formalem repugnantiam, quæ eſt inter formas ſubſtantiarias eſſe oppoſitionem contrariam, ſed ſolum eam, quæ eſt inter formas elementarias: quæ autem eſt inter formas miſtorum, negat eſſe oppoſitionem contrariam. Mouetur autem ex eo, quia credidit formas elementorum eſſe qualitates, ignis enim formam vult eſſe caliditatem: aquæ vero frigiditatem aeris humiditatem: terræ deniq; ſiccitatem, formas autem miſtorum non qualitates has dicit eſſe, ſed ſubſtantias, quarum tales qualitates ſunt accidentia. (Obiectiones Cōm. 10.) Obijcit autem Auer. 5. auſcul. phyſicæ. Primo, quia tũc ad ſubſtantiam poſſet eſſe motus, eo quia in illa eſt contrarietas, & ita motus. Secundo quia ſi ſub̄æ elementariæ ſunt contrarię propter qualitates: tũc non per ſe eſſent contrariæ, ſed rōne qualitatum. Tertio non videtur qualitas ſub̄a elementorum, quia quod eſt accidens vnius, non eſt ſubſtantia alterius: ſed qualitates hæ ſunt accidentia miſtorum, igitur non ſub̄æ elementorum, verum de opinione Alexādri & de eius defenſione, perquiratur in commentationibus noſtris. 5. (Poſitio Auer. Cōm. 10.) phyſicæ auſcul. Auerroes autem in eodem loco, & in lib. de Sub̄a orbis, vult repugnantiam formalem ſubſtantiarum eſſe concomitatiue ſiue conſecutiue oppoſitionem contrarietatis, imaginatur enim formæ ſubſtantiariæ per ſe nihil eſſe contrarium, & ita repugnantiam formalem illarum non eſſe oppoſitionem contrariam; ratione vero qualitatum formas illas comitantium bene concedit eſſe oppoſitionem contrariam. Hæc eſt (Obiectiones.) poſitio Auerrois. Sed hæc poſitio non videtur carere dubitatione. Primo quia conſiderando formã ignis per ſe, & illam aquæ per ſe circunſcriptis omnibus, qualitatibus, ille ſunt incompoſsibiles formaliter, atque formaliter repugnantes. Sed omnis formalis repugnantia eſt oppoſitio, igitur tales formæ opponuntur, ſed nihil eſt in genere, quin ſit in aliqua ſpecie, igitur vel opponuntur contradictoriæ, vel contrariæ, vel relatiue, vel priuatiue. non contradictoriæ, quia ambæ ſunt ens nec priuatiue, propter idem. ambæ enim ſunt entia poſitiua, nec relatiue, quia ſubſtantia ad ſubſtantiam per ſe non refertur, igitur cōtrariæ. Secundo in primo phyſicæ auſcul. lib. dicitur ꝙ in genere ſubſtantiæ eſt vna prima contrarietas, ad quam omnes reducuntur, igitur ſubſtantiæ ratione ſubſtantiæ eſt aliquid contrarium. Tertio Ariſt. in textu præſenti ait ꝙ differentia ſecundum ſpeciem eſt differentia contrarietatis, vt inductiue probat, igitur ſubſtantiæ ratione ſubſtantiæ eſt aliquid contrarium. Quarto contrariarũ mutationum ſunt cōtrarij termini vt. 5. dicitur phy. Sed generatio & corruptio ſunt mutationes contrariæ, igiť termini ſunt contrarij, & ita ſubſtantiæ eſt aliquid contrariũ. Quinto effectuum contrariorum ſunt cauſæ contrariæ, ſed calor & frigus ſunt effectus contrarij, igitur cauſæ illorum, quæ ſunt formæ ſubſtantiariæ ſunt contrariæ.

(Poſitio tertia.) Propter hæc alij primo diſtinguunt de contrarietate, ꝙ contrarietas bifariam dicitur, quædam perfecta ſecundum omnes conditiones, quædam imperfecta ſecundum aliquas conditiones tantum, ad perfectã contrarietatem volunt ſex requiri. Primo quòd illa quæ cō traria dicuntur ſpecie differant, genere conueniant: vt in textu dicitur. Secundo quòd ambo extrema ſint poſitiua, & non alterum poſitiuum, alterum priuatiuũ vel ambo priuatiua, propterea inter cecum & ſurdum non eſt contrarietas, nec inter cecum & videns. Tertio ꝙ maxime diſtent, quia contrarietas eſt differentia perfecta. Quarto quòd vni vnum ſit contrarium, quia maxima diſtantia non poteſt eſſe inter aliqua, niſi quatenus quodlibet extremum eſt vnum. Quinto ꝙ mutuo ſint apta fieri circa idem, & non ſimul. Sexto quòd ſint talia, à quorum vno ſi fiat mutatio non tranſeatur ad aliud niſi per omnia media. in quibus igitur hæc ſex inueniuntur, aſſerunt perfecte & proprie econtraria eſſe & repugnantiam talium eſſe perfectam contrarietatem, alia vero eſt cōtrarietas imperfecta fuſe dicta, quęque eſt inter ea, quæ non ſecundum hęc ſex opponunť, ſed ſecundum quædam horum tantum: tunc dicunt. Primo ꝙ repugnãtia formalis duarum formarum ſubſtantialium non eſt contrarietas ſecundum omnes cōditiones proprie, & perfecte, quia ſibi deſunt nonnullę dictarum conditionum. Primo quia non maxime diſtant: quæ enim non gradualiter diſtant, non maxime diſtant, immo nec ſecundum magis, nec ſecundum minus diſtant, cum nullo pacto gradualiter diſtent. Secundo, quia vniforme, plures eſſe p̄nt contrariæ, vt formæ ignis omnes aliæ elementariæ repugnant. Tertio quia dum ab vna fit in aliam mutatio, immediate fieri poteſt non per omnia media. contingit. n. quodlibet elementorũ immediate mutari in quodlibet, igitur deſunt tertia, quarta: & ſexta conditio. & ita talis repugnãtia non eſt contrarietas perfecta ſecundum omnes rationes. Secundo dicunt ꝙ talis repugnantia formalis duarum formarum ſubſtantialium eſt contrarietas imperfecta, & fuſe dicta ſecundum quaſdam tantum conditiones. Primo quia differunt ſpecie, Secundo quia

ambæ ſunt poſitiue. Tertio quia mutuo ſeſe pellunt ab ipſa materia:& non poſſunt ſimul in illa eſſe, igitur eſt contrarietas ſecundum tres conditiones, primam, ſecũdam,& quintam. Hęc illi de diſputatione. Sed hæc poſitio deficit in diſtinctione. Primo quia conceſſa prima conditione, ſuperfluit ſecunda, quoniam prima conditio eſt ꝙ differunt ſpecie, & conueniant genere. Sed q̃ differunt ſpecie, & conueniunt genere, ſemper ambo ſunt poſitiua, non enim poſſunt differre & conuenire niſi ambo ſint,& ita niſi ambo ſint poſitiua, igiẽ ſuperfluit addere ꝙ ambo ſint poſitiua conceſſa prima conditione. Secundo conceſſa prima & ſecunda ſuperfluit tertia, quia quæcunque poſitiua ſpecie differunt maxime ſub genere differunt. Præterea q̃ro qd ꝑ maxime diſtare velint, aut ſ̃m omnes gradus, & ſic ſolũ albũ vt octo & nigrum vt octo maxime diſtarent: & ſic contraria ſecundum partes poſſunt eſſe in eodem,& ita medium poſſet eſſe ex extremis: quod negant, vel intelligunt ea maxime diſtare, quæ ſub eodem genere nõ numero ſed ſpecie differunt:& tunc hæc conditio intelligitur in prima & ſecunda: igitur prima ſuperfluit. vel hæc tertia. Tertio conceſſa prima & tertia ſuperfluit quinta: quia quæ maxime differunt: & ſpecie, non poſſunt fieri ſimul circa idem ſubiectum: ſed ſucceſsiue: igitur ſuperfluit quinta conditio. Sexta eſt falſa & contra Auer. 2. de anima: vbi ait. Non enim eſt neceſſe vt trãſlatio in extremis ſit ſuper omnia media: igitur dato ꝙ inter ſubſtantias eſſent plura media, non oportet vt per omnia illa tranſeatur, quemadmodum licet inter albũ, & nigrũ plura inter ſint media, non tamen oportet id quod de albo tranſit in nigrum, per omnia media tranſeat: vt proxima etiam diſputatione declaraui. Hæc de poſitionibus.

*Confutatio.*

*Cõm. 104.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Suppoſitio.*

PRO dilucidatione igitur debes ſcire quòd aliqua poſſunt intelligi eſſe contraria ſecundum rationem metaphyſicam,& ſecundum rationem phyſicam. intelligũtur quædam opponi ſecundum rationem phyſicam, q̃cunque circa idem ſubm motus intelliguntur opponi: & hoc pacto in lib. 5. phyſi. conſiderauit oppoſitionem Ariſt. contrariam, voluit enim illa contrarie opponi q̃cunq; per verum motum circa idem ſubm ens in actu ſunt apta fieri ſucceſsiue,& non ſimul, ea autem intelliguntur opponi contrariæ ſecũdum rationem metaphyſicam, quæcunq; maxime, hoc eſt ſpecie ſub eodem genere diſtãt, phyſicus enim qui rationem motus, in omni conſideratione includit contraria dicit, quæcunque opponuntur circa idem ſubm mobile per motum. Metaphyſicus autem qui abſtrahit à motu & ab mobili, ea contraria eſſe dicit, quæcunq; ſub eodẽ genere ſpẽ differunt. Nam ſi differunt ſpecie,& genere conueniunt maxime diſtabũt:& erũt poſitiua, & circa idem ſubm abſolute vt abſtrahit à motu conſideratũ, erunt repugnantia, atque incompoſsibilia. Ex his facile patet dilucidatio, quum enim quæritur ſi formalis repugnantia formarum ſubſtantialium ſit contrarietas, dico ꝙ ſi conſideretur contrarietas ſecundum rationem phyſicam: ſic non eſt contrarietas: quia non ſunt vt ſic per motũ circa idem ſubm mobile receptibiles, ſunt enim receptibiles circa ſubm ens in potentia, quod non eſt mobile. Amplius nec per motum: ſed per mutationem: igitur conſiderando contrarietatem ſecundum rationem phyſicam, repugnantia talium non eſt contrarietas, ſin autem conſideretur contrarietas ſecundum rationem metaphyſicam & abſtracte, vt ſic talis formarum ſpecifica repugnantia eſt contrarietas, quoniam ratio metaphyſica eſt vt maxime ſub genere differũt, & circa idẽ ſubm abſolute conſideratum repugnant modo formæ tales ſpecie differentes ſub genere maxime diſtant, & circa idem ſubm abſolute repugnant, igitur ſecundum metaphyſicam rationem contrariantur, & hæc aperte intentio Ariſt. qui ſpẽ differentia vocat contraria, ſunt enim contraria ſecundum rõnẽ metaphyſicam: ſ̃m q̃ de contrarijs loquitur. Præterea cum ea, quæ ſpecie maxime differunt, metaphyſicæ opponantur, & quadrifariam aliqua metaphyſicæ opponi dicantur, quemadmodum quadrifariam phyſicæ opponuntur: ea quæ opponi, intelliguntur, oportet illa metaphyſicæ intelligi opponi, aut contradictoriæ, aut contrariæ, aut relatiue, aut priuatiue, formæ tales nõ poſſunt metaphyſicæ intelligi opponi contradictoriæ: nec priuatiue, nec relatiue, vt deductum eſt, igitur contrariæ. Ex his apparet quam docta fuit poſitio Auer. voluit enim ſubſtãtiales formas non poſſe intelligi eſſe contrarias per ſe, hoc eſt ſecundum rationem phyſicam, vt recte probat: bene tñ poſſunt intelligi eſſe contrarie ſ̃m rõnem phyſicam cõcomitatiue, quatenus illas concomitãtur accidentia cõtraria. Præterea non negaſſet etiam illas poſſe eſſe per ſe contrarias ſecũdum rõnẽ metaphyſicam, quatenus ſub eodem genere maxime differunt & circa idem ſubiectũ ſimpliciter repugnant. Hæc de dilucidatione.

*Dilucidatio.*

*Expoſitio poſitionis Auer.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS declaratis. Ad rationes oẽs, quæ tactę ſunt contra poſitionẽ Auerrois. patet ſolutio, omnes enim concludunt ſubſtantiæ eſſe aliquid contrarium conſiderando contrarietatem ſ̃m metaphyſicam rationem, quod non negabat Auerroes. Per idem ad rationes factas capi. primo omnes. n. concludunt ſubſtantiæ nihil eſſe cõtrarium conſiderando contrarietatem ſ̃m rõnem phyſicam, ſed ſ̃m rõnem metaphyſicã nihil prohibet ſubæ eſſe aliquid contrarium. Præterea falſum eſt alterã differẽtiam habere rationem priuationis,& eſſe priuationem, quia priuatio non conſtituit ſpeciem, ſolet autem differentia ignota appellari nomine priuatiuo propter latentiam. Hæc de ſexta diſputatione.

*Dubitabit autem aliquis quare fœmina viro nõ ſpecie differt, &c. Tex. cõm. 25.*

## DISPVTATIO SEPTIMA

### De diſtinctione maſculi & fœminæ.

*Num maſculus & fœmina differant ſpecie.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod maſculus & fœmina differunt ſpẽ. Arguitur primo maſculinitas & fœmineitas ſunt differentiæ contrarię vt diciẽ in tex. igitur maſculus & fœmina differunt ſpecie, differentia. n. contrarietatis eſt ſpecifica: vt dictum eſt. Secundo cauſæ maſculizantes & cauſę fœminizantes tam cœlicæ quam elemẽtarie differunt ſpecie vt patebit in titulo diſputationis, igitur maſculus & fœmina differunt ſpẽ. tenet argumentum, quia effectus ſortiuntur eſſe & differentiam à proprijs cauſis. Tertio maſculus & fœmina differunt plus quam numero, igitur ſpecie, tenet argumentum: quia nulla differentia eſt plus q̃ numero, quin ſit ſpecifica. antecedens declaratur, quia maſculus & fœmina differũt plus



plus quam Socrates & Niphus, vt conſtat, & Socrates & Niphus differunt numero, igitur maſculus & fœmina differunt plus quã numero. Quarto maſculinitas & fœmininitas diuidunt immediate genus, vt animal, omne. n. animal aut maſculinũ, aut fœmininũ:& nõ immediate ſpẽm, non. n. oẽ maſculinum eſt hõ, nec oẽ fœmininũ hõ, in plus enim eſt maſculinum & fœmininum quam homo, igitur maſculus & fœmina differunt ſpecie deducitur, quia differẽtiæ diuiſiue generis cõſtituũt ſpeciem. Quinto quæ differunt complexione moribus & vita differunt ſpẽ, ſed maſculus & fœmina differũt cõplexione, moribus & vita, igitur ſpẽ maior eſt Ariſt. in li. de aĩalibus, non enim alia via nanciſcimur differentiam ſpecificam animalium niſi ex complexionum differentia, morum atq; vita minor declaratur, quia differunt complexione, eo quia vt medici aſſerũt complexio maſculina calidior eſt complexione fœminina; ĩmo frigidiſsimus vir eſt calidior calidiſsima muliere, moribus autem, quia dicitur in lib. phyſiognomicorum fœmina eſt magis mali operatiua quam vir. Amplius & vita differunt, viuit enim fœmina vita propria, quæ nec conuenit viro, nec iuxtum eſt illam viro conuenire; vt dicunt philoſophi. Sexto quæ differunt fine differunt ſpecie; patet, quia differentia finitum procedit à differentia formarum, ſed maſculus & fœmina differunt fine, vt enim dicitur in politicis ſummum bonũ mulieris eſt pulchritudo animi corporis, hominis autem viri ſummum bonum eſt prudentia, nõ enim viro cõuenit pulchritudo, dicit enim Vegetius viris quidem pulueres ſudores & labores, mulieribus pulchritudo & munditiæ. Amplius mulieri non prudentia competit. Vnde Martialis. Sit mihi verna ſatur, ſit non doctiſsima coniunx. Sit nox cum ſomno, ſit ſine litę dies. At viris competit prudentia. In cõtrarium arguitur rationę Ariſt. hic,& in lib. de animalibus, quia quæ differunt ſola materia non differunt ſpecie, ſed mas & fœmina ſola materia differunt; vt dicetur, igitur non differunt ſpecie. Hæc de dubitationibus.

*Mar.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CIRCA titulum. Primo videndum eſt quid maſculus, quidúe fœmina ſit, atq; quibus differentijs differũt. Secundo ſi ſint differentiæ generis, an ſpeciei,& ſi adæquatæ diuidant genus. Tertio de embrionica generatione, deq́; tota fœtus deportatione tam maſculi quam fœminæ in ſpecie humana. Quarto de cauſis maſculinizantibus,& fœmininizantibus. De primo dicamus vt Ariſ.& Plato authores ſunt. Mas in vnaquaq; ſpecie is eſt qui vim habet agẽdi in alio, ſed fœmina eſt quę vim habet recipiendi. Vnde hac rõne de elementarijs qualitatibus duæ q̃dẽ fœmineſcũt, vt humiditas & ſiccitas, humiditas quidẽ quia facile recipit, ſiccitas aũt q̃a receptũ bene detinet, duæ vero maſculeſcunt vt caliditas & frigiditas, quia ambæ vim hñt agendi, ĩmo ipſe poteſtates ſunt actiuæ. Hac etiam ratione vt Ptolo. in primo apoteleſmaton inquit ſtellarum nonnulla maſculeſcũt, vt Saturnus, Iuppiter: Mars,& Sol: nõnulla fœmininęſcunt, vt Venus & luna. Vna ſola ambigui eſt ſexus: vel magis hermophroditum Mercurius; maſculeſcunt Saturnus: Iuppiter Mars,& ſol, quia actiuis vigent qualitatibus. Saturnus quidem quia frigidus. Iuppiter Mars, & ſol quia calidi oẽs ſunt, at frigiditas & caliditas actiuę ſunt vires, fœmineſcunt Venus & luna, quia vires habẽt humectandi, at humiditas patiaria vis eſt: at quia Mercurius nunc exiccat, nunc frigefacit: hermophroditus eſt, vtriuſq; potentiæ particeps, ſic igitur patet in omni ſpecie maſculum eſſe id ꝙ vim detinet agendi: ꝙ vero vim recipiendi habet id fœmininum eſſe. Differunt autem multifariam mas & fœmina, figura, moribus, & cõplexiõe; vt Ariſ. author eſt in lib. de animalibus,& in lib. phyſiognomicorum. Cõplexione quidem, quia in omni ſpecie fœmina eſt humidior mare, ſignum autẽ quia & minus & neruoſa, carne etiam humidior, eſtq; & mollior, vnde & à mollitię mulier dicta eſt. Mas aũt calidior, tũ quia natura fortior, fortitudo. n. calorẽ comitaẽ neruoſior atq; durior. Moribus vero (vt Ariſ. inquit) quia fœmina eſt tractabilior, manualibus diſciplinis capacior, mitior atq; minus iracunda. Hæc humiditatis dominium comitantur vt docet Ariſ. vir quia calidior, ipſe immitior: iracũdior: atq; manualibus diſciplinis incongruus, minus quoq; tactabilis. Præterea fœmina eſt illiberalior, mali magis actiua. Mas liberalior, & boni plus capidus, cauſa huius ex. 2. de generatione animaliũ lib. colligitur, quoniã fœmina homo eſt occaſionatus mancus atq; mutilatus,& hoc ratione eius anima eſt orbatior: ſuis in operibus impedita, atq; viribus imbecillior, cum. n. animę ſectentur corpora & muliebrę corpus monſtroſum ſit reſpectu corporis viri iure aĩa per tale monſtruoſum corpus non poterit debitas exercere vires: quemadmodum mas per ſuum exercebit corpus, & propterea fœmina eſt iniuſtior,& timidior. Mas fortior,& æquior. Differunt etiam figuris vt in humana ſpecie ſatis ſpectatur. Nam fœmina eſt cõparatione viri atq; maris capitetula, vultiuſcula, colliuſcula, petiuſcula,& generatim mare paruior, atque minor, eo quia humiditas & frigiditate comprimitur,& grauefit. Propterea inferiora habet maiora. Mas autem quia calidior, et calidi eſt augere, ideo mas eſt fœmina maior. Sed occurres his quæ diximus non iniuria. Primo quia Ariſto. in 4. de hiſtoria,& primo de generatione animalium vult non eſſe ita in omnibus ſylueſtribus, quia nõ in auibus rapacibus, neque in entomijs, neque in quibuſdam piſcibus, neque in quadrupedis ouiperis, in his enim fœmine ſunt maiores & potentiores, & animoſiores ipſis maribus, Soluit vero apponenſis in quodam de phyſiognomicis codicillo, hæc euenire in talibus per accidẽs, per ſe aũt eſt, vt Ariſto. aſſerit. Sed ſolutio hæc philoſophiam naturalem non ſapit. Nam quod eſt per accidens non conſequitur totam ſpeciem: quia enim bicipitas per accidens eſt, totam humanam ſpeciem non ſequitur. Quod autem fœmina in rapacibus auibus ſit maior & potentior mare totam ſpeciem talium conſequitur, igitur non eſt per accidens. Propterea animaduerſione dignum eſt animalium quædam eſſe, quæ à tota ſpecie calidiſsima ſunt, vt ſpecies rapacium auium qua ratione fit vt mares hac in ſpecie ſint calidiores, atque areſcentiores duplici cauſa. Primo quia à tota ſpecie ſunt cæteris animalibus calidiores. Secundo quia mares, eſt enim mas fœmina calidior hinc fœmine talium ſunt maiores & potentiores, mares minores & imbecilliores. Nam maſculi illa duplici caliditate & areſcentia affecti paruiores,& imbecilliores redduntur, quia ſicci eſt comprimere & coartare calidum, & per conſequens reddit ipſum reſolubilius,& ita imbecillius, quare maſculi erunt minores,& imbecilliores, fœmine vero talium econtra, ſunt enim temperatiores. quia licet à ſpecie ſint calidiſsime, à ſexu fœmineo ſunt humiditatis participes, & hac ratione humiditas ſexus redit calidum maius, & ipſum facit minus reſolubile, & per

*Quid mas quid fœmina.*

*Quæ qualitates maſculæ. quæ fœmine.*

*Quæ ſtellæ maſculæ quæ fœmine.*

*Differentiæ maris & fœmine.*

*Differentia cõplexionum.*

*Differẽtia morum.*

*Differentiæ figurarum.*

*Dubitatio.*

*Solu. apponenſis.*

*Confutatio.*

*Qualiter quædam animalia fœmina ſunt maiora maſcu.*

conſequens magis reſiſtens laboribus & pugnis,& hac ratione fœmine taliũ maiores & potentiores, ouipera autem quadrupeda: vt teſtudines & nonnulli ſerpentes maiora ſint cum fœmine ſunt maſculus ob finem, quia ipſa ſimul oua habent,& ſuperueniuntur à maribus, vt igitur oua & marem ſufferre poſſint, debuerunt eſſe fœmine maiores & potentiores. Hanc enim cauſam retulit Ariſt. nec meliorem dudum reperi. Hæc de differentijs atque de primo.

*Si mas & fœmina ſint generis differentiæ, vel ſpeciei.*

De ſecundo vero ſi maſculinitas & fœmininitas ſint differentiæ generis, nõ parua eſt queſtio, videtur enim quòd primo diuidant genus & remotum, quia maſculinum & fœmininum diuidant potentiam generatiuam, eſt enim maſculinum quod vim habet generandi actiuam, fœmininum vero quod vim habet generandi paſsiuam. Sed vis generandi eſt primo data gradus & vegetatiuo, qui conſequitur viuens, igitur primo diuidunt viuens, & hoc tenent Empedocles,& Democritus, qui plantas fœminas aſſerũt eſſe,& maſculas, eo quia maſculum & fœmineum ſunt viuentis primæ differentiæ.

*Cuius differentiæ ſint mas, et fœmina.*

Sed pace horum dixerim videtur primo quòd maſculinum, & fœmininum non ſint differentiæ vegetatiui, quia ſi ſic, tunc plantarum nonnullæ eſſent maſcule, nonnulle fœmine, quod non conceditur à philoſophis, nec ſunt primæ animalis differentiæ, quia non omne animal eſt aut maſculum, aut fœmina, aut hermaphroditicum, animalia enim ex putri materia orta, neque maſcula ſunt: neque fœmina, neq; hermaphroditica, vt Ariſtote. dicit in lib. de animalibus.

*De generatione animalium cap. 2.*

Neque ſunt primæ hominis differentię, in plus enim eſt maſculum, quam homo, vel nec omnis homo maſculus vel fœmina, nec omne maſculum vel fœmina homo eſt, quare oportet dicere has nullius eſſe primas differentias.

*Maſculum & fœminum quæ differentiæ ſint & cuius primæ.*

Vbi animaduerſione dignum, quaſdam eſſe differentias, formales, quæ conſequuntur formas & ratione formæ faciunt differre, quaſdam eſſe materiales ſiue accidentales: quę conſequuntur materias,& ratione materiæ differre faciunt, modo Ariſt. vult tales differentias non eſſe formales: atque eſſentiales, ſed materiales,& accidentales, ſunt enim hæ differentiæ materiales & accidentariæ, eo quia vt dicemus conſequuntur diſpoſitiones materiales, ſunt enim accidentia quædam quæ indiuiduum conſequuntur compoſitum, tunc dico quòd differentiæ materiales atque accidentariæ nullius ſunt per ſe primæ differentiæ, quia ex quo conſequuntur diſpoſitiones materiales: nullius ſunt primæ, ex quo autem ſunt accidentia, nullius per ſe, & quidditatiue, at differentiæ formales, omnes ſunt & alicuius primæ:& alicuius per ſe, primæ quidem, quia nihil conſequuntur, per ſe vero, quia non ſunt accidentia. Ex his patet veritas ſecundi: ꝗ videlicet, maſculinum & fœmininum nullius ſunt primæ differentiæ,& ita neque generis, neque ſpecie, ſed ſunt accidentia comitantia indiuidua viuentium, ſiue animalium ratione materiæ, atque diſpoſitionum materialium. Ad rationem vero dico quòd id quod aſſumit non parua eſt quæſtio, nonnulli enim plantis tribuerunt ſexus, vt Abrutalis, Dioge. Democritus,& alij.

*De ſexu plantarum.*
*Prima poſitio de ſexu plantarum.*

Et hanc partem Theophraſtus peripateticus ſequitur in lib. ſuo de ſtirpibus,& pro hac opinione facit ratio tacta. quia plantis ineſt vis generatiua & omnis vis generatiua aut maſcula aut fœmina eſt, vt dictum eſt. Præterea ſi ſtellis competit ſexus,& qualitatibus elementarijs cur non plantis viuentibus.

*Obiectio.*

Pro parte oppoſita arguitur, quia maſculus in vnaquaq; ſpecie eſt, qui (dum generat) in alio generat, fœmina autem, quæ (dum generat) ab alio generat,& ſunt ſeparati, at talia in plantis non videmus, non enim ſeparata concubunt.

*Poſitio Abrutalis.*

Quidam cui nomen eſt Abrutalis: voluit omnẽ plantam eſſe ſimul maſculam & fœminam, cauſam abtulit, quia complete ſemen generat ſine maſculi concubitu.

*Obiectiones.*

Sed hoc videtur falſum. Primo quia non poſſunt aliqua inueniri coniuncta quæ primo non fuerunt ſeparata, ſed in plantis hi ſexus nunquam fuerunt ſeparati, igitur nec coniuncti. Secundo quia omnis planta eſſet hermaphroditica & ita eſſe poſſet ſimul & ſemel agens & patiens. Tertio tunc planta eſſet homine perfectior deducitur, quia planta non egeret in generando extrinſeca re, at animal ſiue fœmineum, ſiue maſculum ſemper egeret. Quinto Ariſto. in. 2. de generatione animalium cap. primo, inquit, quòd in quibuſcunq; fieri poteſt mas a fœmina ſeparaẽ quia diuine cauſæ ſunt cauſæ melioris eſſe in contingentibus, ſed melius eſt ſeparari melius à deteriori, melius autem eſt mas quã fœmina, igitur in plantis deberent eſſe ſeparati.

*Opinio Anax. & Leomenis.*

At Anax. Clazomenius negat omnino ſexus in plantis, & propterea aſſerit patrem plantarum eſſe ſolem, matrẽ eſſe terram, quod Ariſto. primo de generatione animalium capi. 2. aſſerit, terra quidem eſt mater, quia plantas nutrit, & educit atq; lactare videtur, ſol vero pater: quia primum principium generandi fructus, & hanc partem defendit Leomen.

*Obiectio.*

Sed contra obijciunt græci & Theophraſtus maxime, quia ſemen aſsimilatur ouo, igitur vt in ouo eſt vis maſcula & fœmina, ita in ſemine, ſed non poteſt ouum eſſe prolificum, niſi ſit ex mare & fœmina, igitur nec ſemen eſſe poteſt prolificum, niſi procedat à mare, fœminaq;, vel ab aliquo vim vtriuſque habente.

*Poſitio Ariſt. & Theo.*

Videtur igitur mihi eſſe dicendum, ꝗ plantis competit ſexus ęquiuoce quaſi ad ſexum animalium, competit quidem ſexus primo ratione qualitatum,& ſic plãte calidiores maſculeſcunt, frigidiores, fœmineſcunt. Qua ratione diceremus primum: quia calidior eſt populo, maſculeſcere, populum fœmineſcere. Secundo ratione proprietatum, vt quando in eadem ſpecie arboris vna eſſet ſterilis: altera fœcunda, quòd videmus in cypreſſis, nam alter eſt ſterilis, alter vero fœcundus, ſterilis quia ſemen non emittit, maſculeſcit, fœcundus verò quia ſemen edit tanquam ouum fœmineſcit. Tertio ratione partium ſeminis, quia in ſemine ſunt nonnulle partes tenuiores & ſpiritualiores, quæ maſculeſcũt, nõnullę craſsiores, ac copulentiores quæ fœmineſcunt, & propterea in planta vnde editur eſt virtus maſcula, & fœmina. His denique tribus rationibus plantis ſexus competere poteſt, at ſi maſculus ſumatur vniuoce & propria ratione, vt is dicatur maſculus, qui in alterum ſemen emittit, ea fœmina, quæ intra ſemen emittit atque recipit, vt Ariſt. diffinit primo de hiſtoria ſic ſolum in animalibus reperitur mas & fœmina, & non in plantis. Ex his facile patet conſilium tantorum virorum, qui enim negant ſexum in plantis, ſexum ſumunt vniuoca ratione, qui illum plantis tribuunt, ſexum ſumunt æquiuoce. Hæc de. 2.

*De vtero hic agitur.*
*De embrionica generatione.*

Et de. 3. tranſigamus, quòd eſt de embrionica generatione deque fœtus deportatione nec loquemur generatim in omni animalis ſpecie, ſed in homine, ſic enim facile poterimus de alijs intelligere. Medici itaque & aſtrologi pariter conſentiunt embrionicam fœtus generationem non excedere ſpatium duorum menſium, immo maximum tempus dicunt eſſe. 45. dierum minimum autem. 35. quoniam embrionica generatio maiori tempore quam ſit ſpatium.



tium. 45. dierum perfici nõ poteſt, nec in minori quam ſit ſpatium. 35.

*Poſitio Aſtrologorum embrionica in generatione.*

Aſtrologi vero in tali embrionica generatione ſeptem perceperunt differẽtias pro ratione aut numero ſeptem planetarum, qui prædominantur illi vnuſquiſque proprie differentiæ. Prima differentia eſt duorum ſeminum conſtantia: qua, videlicet, ſemen maris & fœmine conſtant in vnum. Secunda eſt ſpiritus qui in tali coagulato reſidet, vigoratio, cum enim duo ſemina coagulata fuerint: ſpiritus viuificus. qui membra componit & diſtinguit vires aſſumit maximas, & hæc eſt ſecunda differentia. Tertia eſt formatio trium veſsicularum pro tribus efficiendis membris. cum enim ſpiritus vires aſſumpſit tres edit veſsicas vt tria efficiat mẽbra principalia cor, cerebrum,& iecur. Quarta eſt taliũ veſsicarum ad auctio, augentur. n. veſsicę eiuſmodi intantum vt membra illa ita efficiantur, vt vitam inde ſuſcipere poſsint. Quinta eſt mẽbrorum æditorum lineatio & nonnullorum extrinſecorum noua æditio. Membra enim quæ ædita erant rude, diſtinguuntur & lineãtur atq; pulchra fiũt. Sexta eſt oculorum auriũm & inſtrumentorum ſenſuum formatio. Septima eſt humoris creatio, oportet enim humorem effici aliquantum, vt membra formata vitam & animam recipiant.

*Prima differentia eſt diebus duobus.*

Prima differentia duobus circiter diebus perficitur dedicaturq; Saturno. Nam Saturnus ſua frigiditate atque ſiccitate in ſeminibus influxis ſemina coagulat, illaq; cõſtare facit.

*Secunda. 2.*

Secunda ẽt q̃ duobus circiter diebus agebaẽ, datur ioui qui benefica ſua caliditate ſpiritum in ſeminibus contentum vigorat, ad auget atq; coaleſcit.

*Tertia. 2.*

Tertia quoque quæ diebus etiam circiter duobus eſurgebat, aſcribitur marti, qui calore ſuo efferueſcente ad æditionem veſsicorum promouebat.

*Quarta. 3.*

Quarta q̃ tribus circiter diebus conficitur, ſoli imponitur, qui ſuo viuifico in calore, veſsicas pro vitæ capacitate increſcere facit.

*Quinta. 9.*

Quinta quæ. 9. agitur diebus veneri annuitur, quæ ſua virtute amicabili membra liniat,& pulchra facit.

*Sexta. 12.*

Sexta quæ. 12. accumulatur diebus aſtipulatur Mercurio, qui ſcientiæ, & loquelę atq; cognitionis dominus exiſtit: hic. n. ſua vix oculos & ſenſoria adminiſtrat.

*7. 5. vel. 25.*

Septima quæ quinq; vel pluribus diebus æditur, lunæ committitur, quæ humorem efficit pro animatione aptũ, & ſic embrionica generatio diebus completur. 35. circiter, vel maiori ſpatio vſq; ad. 45. ſi vltimam differẽtiam luna ageret in diebus. 15. qua perfecta anima accedit in corpus iuſſu Dei vt dicit Ariſt. animaduerſione dignum ꝗ non eſt credendum planetas agere has ſeptem differentias per ſe abſq; cauſis ſecundis, ſed eſt intelligendũ virtutem ſeminalem in ſeminibus contentã facere hæc ſeptem opera virtute ſeptem planetarum. Ver. g. coagulationem efficit virtute Saturni, atq; vt illius inſtrumentum vigorem ſpiritualem virtute Iouis, & vt illius inſtrumentum, & in cæteris id genus eodem modo.

*Confutatio.*

Sed hæc aſtrologorum poſitio nec ratione, nec obſeruatione fulcitur, ex quibus. n. obſeruationibus talem finxerint poſitionem ego neſcio: ratione etiam carẽt, quia peripatetici ſoli duntaxat embrionicam generationem tribuunt, Sol enim & homo generant hominem: vnde Ariſt. primo de generatione animaliũ authoritate Anaxagore facit ſolem omnium patrẽ, ꝗ nõ feciſſet niſi ſol tantum embrionicam perficeret generationem. Ptolo. non minus philoſophus quam aſtronomus in ſuo centum enumeratorum lib. numerato. 86. inquit, Sol eſt fons vitalis potentiæ. luna naturalis & ſenſus eſt vt Porphy. exponit in eruditionibus ſuis ꝗ virtute lune potẽtia ſeminalis naturaliter embrionẽ format pro animatione recipienda, ſolis autẽ virtute vitam & animationem præbet formato ipſi embrioni, eſt enim luna fons naturalis potentiæ, qua embrion formatur à ſeminaria vi, quaque enutritur & vegetaẽ, eo quia humore embrion formationi reditur aptus & humore enutrimur, cuius luna ipſa abundat, Sol autem vitalis, qua embrion viuificatur:& animatur, eo quia calore viuimus, quo Sol exuperat, recte igitur Ptolo. vim naturalem præbet lune, qua embrion formetur,& enutriatur, vitalem Soli qua viuificetur & animetur.

*Quæ ſtellæ præſint embrionicem generatio.*

Quare cum embrionice & generationis duæ ſint præcipue differentiæ, videlicet, embrionis formatio, & illius viuificatio ſiue animatio: Sol & luna in embrionica generatione tantum præerunt, luna formationi, Sol animationi, debes ſcire chaldæos trãſlatores huic Ptolo. enumerato multa addidiſſe, quæ græcæ ſcripta non ſunt, nec à græcis interpretibus tacta, vt ꝗ Saturnus eſſet fons potentiæ retentiuæ. Iuppiter auctiue. Mars iraſcibilis. Venus concupiſcibilis. Mercurio diſſertiuæ, quæ vt dixi nec græcæ ſcribuntur, nec græci interpretes tangunt. Ptolo. n. Solem duntaxat & lunam accepit, vt dictum eſt.

*Luna præeſt generationi embrionicæ, & de embrionicæ generatione ſecundum veritatem.*

Quibus pateq; temulenta ſit hæc aſtrologorum fictio, propterea cum medicis videtur nobis eſſe dicẽdum ſummum atq; maximum tempus dicte embrionicæ formationis eſſe dierum. 45. minimum. 35. mediocre eſſe inter hæc, cã autem ex luna redi põt, quia. 30. circiter diebus luna redit ad coitũ quinq; ſunt, quibus ipſa vires habet proprias non à Solis fulgore impeditas, & hac ratione minimum tempus fuit dierum circiter. 35. quia tanto dierum numero luna à primo coitu ad ſuas redit vires, aut fortaſſe quia tanto dierum numero luna à viribus, quas ante primum congreſſum habebat redit in vires, quas poſt congreſſum ſecundum habebit, & plus & minus pro ratione ſuæ velocitatis & tarditatis: & pro ratione aſpectus,& miſture, quos cum cæteris planetis tenebat hora qua vir ſemen emiſsit.

*Obſeruatio medica.*

Fauet huic, obſeruatio medica, nam obſeruato die conceptionis nunquam embrionem completum minus quam in. 35. dies viderunt, bene tamen incompletum nonnunquam viderunt infra. 35. diem in. 45. die ſemper completum obſeruarunt. Quare minimum tempus embrionice generationis erit ſpatium. 35. dierum quia minori illo nunquam embrionem completum obſeruarunt, maximum vero eſt ſpatium. 45. dierum, quia in illo nunquam viderunt ipſum niſi completum, inter hæc vero tempora & completũ, & incompletum obſeruarunt.

*Differentiæ embrionicæ generationis.*

In tali autem embrionica generatione in. 35. diebus ad minus conſtituta videntur quatuor notabiles differentiæ. Prima eſt, qua vis ſeminaria veſsicas format tres pro tribus præcipuis membris edendis, quæque ſpatio circiter, ſex dierũ menſuraẽ. Secunda eſt quam embrionica maſſa rubicat atque ſangueſcit, vt nutrimentũ redatur melius ac melius,& hæc nouẽ diebus agitur, qui ſi diebus primæ differentiæ adduntur, numerus excreſcens erit. 15. Tertia differentia eſt in qua ſeminaria vis cætera membra ædit, vt neruos oſſa,& cætera id genus,& hæc. 12. diebus perficiẽ. Quarta eſt in qua omnia membra figuris & lineationibus diſtinguũtur vt animationis redantur apta & hæc. 18. diebus completur, quibus oĩbus congregatis numerus excreſcens erit dierum. 35. hoc. n. ſpatiũ embrionice generationis minimum eſt,& tanto aĩa accedit in corpus & non in minus.

*Quare quatuor differentiæ.*

Fuerunt aũt dr̃iæ iſte quatuor: quia cũ luna exit à Solis congreſſu quatuor habet notabiles cõfigurationes,

figurationes, quadrangulum ſiniſtrum, oppoſitionem ſiue diametrum, quadrangulum dextrum, demum congreſſum, nec mirãdum eſt ſi dies quibus luna quatuor has habet differentias, nõ correſpondẽt diebus: qbus dñię embrionicæ generationis hñtur, quia ſtelle agunt in nos pro capacitate nr̃a, cum. n. materia embrionica non ſit acta aliter differentias illas ſubire quam illis ſtatutis tẽporibus, hac ratione luna pro illius natura quatuor differentias efficit in embrionica generatione canũ forte alijs tpibus dñias illas cõpleuit, quia non aliter materia embrionica illorum potuit illas recipere, & ſic in cæteris id genus. Quare differentias quatuor luna in omni generatione embrionica efficit, quia quatuor cũ ſole differentias habet: non aũt in omnibus pro ſimilibus temporibus, quia materiæ non ſunt in ſimilibus tẽporibus illarum capaces. Has quatuor differentias docuit obſeruatio quam medici de abortiuis habuerunt, nonnunquam. n. ab ortum obſeruarunt à conceptione in. 6. die, & nihil niſi veſiculas inuenerunt in illo, interdum. 15. à conceptione abortum viderunt, & nihil plus in embrione cognouerunt niſi ruborem & ſanguinem, & in cæteris eadem rõne & via fecerũt quæ obſeruatio docuit differentias illas quatuor in tota embrionica generatione videri, & non plures viſu notabiles. Sunt ẽt & peritiſsimi medici, qui miſcendo obſeruationes cum aſtronomis rationibus, dicunt minimum tempus generationis embrionice eſſe dies. 30. maximum autem dies 45. inter hæc media eſſe. 35. & cætera. Nam ſub dño Saturni virtus ſeminaria primis ſex diebus edit ipſa principalia membra atq; vmbilicum: & confuſe quidem nihil nutrimenti è matrice ipſa petendo, cum nondũ ſit nutrimenti indigentia. Sub dño Iouis virtus ipſa componit, & alas pectoris cõficit tribus fere diebus, quos cũ prioribus aggregando ſunt nouem. Sub dño martis virtus eadem cõcoquet, rubicat imprimendo calorem, & ſanguinem facit ſex circiter diebus, quos cũ ſuperioribus congregando, ſunt. 15. Sub dño ſolis ſanguis efficit caro circiter. 12. diebus, quos aggregando cum prioribus ſunt. 27. Sub dominio Veneris virtus tranſmittit humorem ad nucam, & nuca æditur tribus fere diebus, q̃ cum prioribus faciunt. 30. ſub dño Mercurij quinque diebus virtus effici ſenſus, ſenſoriaq; illorum, qui cũ prioribus ſunt. 35. Demum. 15. alijs diebus ſub lunæ denominatu virtus diſtinguit, ædit, perficit, & totum corpus animatione redit capax, atque aptum, & ita maximum tempus eſt. 45. diebus verum quia virtus nonnunquam hæc opera accelerat, retardet interdum: fit vt minimũ tp̃s dicte generationis ſit. 30. dierũ interdũ. 35. interdũ aliter. Minus aũt. 30. diebus nunq̃ obſeruatũ eſt embrionem fuiſſe perfectum, nec nõ fuiſſe pfectũ. 45. diebus, quare maximum eſt. 45. & minimum. 30. Hæc iuniores. Sed vt dictum eſt, tota embrionica generatio eſt à luna, & quia luna. 30. diebus totũ peragrat Zodiacum, eſſe poteſt vt minimum tempus ſit pro lunæ peragratione. Maximũ autem eſſe poteſt pro lunæ miſtione cum cæteris ſtellis, proq; eius velocitate, atq; tarditate, redit enim luna ad illud ipſum ſignum, ꝙ tenebat die cõceptionis in. 3. diebus, verum ſi illo die tarda erat & cum tardis, & tepedantibus ſtellis miſta, tarda eſt cã generationis embrionicæ ita vt. 45. diebus poſsit tardari generatio embrionica hanc ob cauſam. Hæc de embrionica generatione. Et de ipſa embrionis de portatione: hoc eſt de tempore, quo fœtus in vtero geſtatur, agamus. Aſtronomi itaque dogma Hermetis imitati geſtandi fœtus triplex tempus conſtituũt, minus, medium, maius. Nam alij breuiori, alij productiori nonnulli medio quodam inter hæc tempore naſcũtur: hoc tempus geſtandi triplex, moram triplicem imperiti appellant, verius manſio dicenda eſt, manet enim fœtus in vtero, non autem moratur, conſtituunt vero has tres manſiones pro loco lunæ, quem tenet hora genituræ, vbi nãque genituræ tẽpore luna tenuerit partialiter gradum occidentem, manſit fœtus in vtero per manſionẽ minorem, quæ eſt dierum. 258. ſi tenuerit eodem genituræ tempore partiliter gradum orientem, manſit in vtero per manſionem mediam, quæ diebus cõſtat. 273. ſin autem luna tenuerit vltimum gradũ ſextæ domus, hoc eſt gradum q̃ eſt ante gradum occidentem eodem genituræ tempore per manſionem ſtetit fœtus in vtero maiorem, quæ diebus conficitur. 288. Mouentur viri iſti hac cauſa, ꝙ pars ſuperior hemiſpherij calidior eſt, atq; magis actioni & virtuti apta, regio inferior eſt imbecillis, atq; actioni inepta. Quare cum luna genituræ tempore tenuerit ſuperiorem cœli regionem fœtus celerius æditur, cũ inferiorem tardius, quo fit vt cum ipſa ſit in occaſu ſuper terram fœtus editur minori tempore, eo quia occaſus finis eſt temporis, cũ in ortu medio tempore editur, quia principium eſt temporis, cum in vltimo gradu ſextæ domus maiori tempore (quia ſub terra) editur. Nec credendum eſt his manſionibus partiliter fœtum ſteteſſe in vtero: non enim luna ſemper aliquem horum locorum tenet. obſeruauimus enim genituras: in quibus luna nullum horum tenuit, & hac ratione fit, vt ſint plures aliæ manſiones inter has mediæ, per. 30. dies variabiles quatenus inter minorem & maiorem manſionem differentia eſt. 30. dierum: vnde cum luna tenet geniture tempore regionem cœli ſuperiorem, & ſit inter ortum & occaſum, mãſio nec fuit maior, nec minor, nec media, ſed maior minore, & minor media, pro quantitate partium cœli, qua elongatur ab occaſu, cum vero tenet cœli eam regionem, quę eſt ſub terra, manſio fuit maior media, & minor maiore ꝓ quantitate elongationis ab ortu. Sed pace tantorum dixerim, hæc obſeruatio nec eſt aſtronomica, nec medica, nec naturalis. Quod quidem non ſit aſtronomica, declaratur primo, quia tempore conceptionis non ſemper vnus, idemq; planeta principatum ſibi aſſumit. Saturnus enim ſi principatum in conceptione aſſumpſerit, cum ſtella eius tarda ſit, atque difficilis partum ipſum perſępe moratur. Mars ꝙ præcipitantior ſit, propter calorem, citius præſtat omnia. Iuppiter & Venus propter inſitam moderationem cunctis moderatur. Mercurius ſuapte natura feſtinus & agilis, facile in aliorum ſeſe naturam vertit. Secundo vt aſtronomi fatentur, ſint duæ fœmellæ, quarum altera è genitura partus habuerit difficultatem, altera vero facilitatem, & ambæ vna partili hora concipiant, cõſtat tunc manſiones fœtus eſſe inequales, vbi tamen luna conſtituebatur ęqualiter in conceptione vtriuſque. Quod vero non ſit medica declaratur: quia dato quòd ambæ illæ fœmellæ eadem hora concipiant, tunc per medici auxilium non poſſet altera facilius, altera difficilius parere, quod eſt friuolum, & contra omnium medicorum decretum, q̃ docent auxilia, quibus partus facile edantur. Quod demum hæc poſitio non ſit naturalis. deducitur, quia ſint illæ duæ fœmellæ eadem hora concipientes in complexione & habitu corporeo diſſimiles, vt altera ſanguinea robuſta. Altera flegmatica imbecillis. Amplius altera ex

*Obſeruatio medica.*

*Hæc poſitio eſt iuniorum medicorum Gilbel. & Micha.*

*Quid de hac poſitione.*

*Poſitio aſtronomorum de tempore quo fœtus geſtatur in vtero quæ eſt Perſitis & Hermetis.*

*Confutatio.*



ra ex ſemine concipiat potenti, ex imbecilli altera patet tunc manſiones non equales eſſe, vbi tamen luna conſtituebatur equaliter in conceptione. Quare poſitio hæc friuola eſt, nullam habens rationem. Alij aſtronomi quorum eſt Alkabitius aliam fingunt poſitionem de manſione. Nam volunt planetas in tota ipſius fœtus geſtatione vim habere, non tamen omnibus immenſibus, ſed vnumquemq; in ſuo. Saturnus quidẽ primo ipſo in mẽſe fœtui præeſt, ꝙ virtus ſeminaria ſemina coagulat, compingit: indurat, atq; figit, quæ non ageret niſi iura Saturni ſortiretur. Secundo menſe Iupiter fœtui præeſt, ꝙ fœtum ipſum viuificat, ſpiritus vitabiles procreat, & membra vigorat, quæ virtus ipſa non ageret, niſi iura Iouis nata eſſet. Tertio menſe fœtui pẽeſt mars ꝙ virtus ipſa iura Martis accipiens priora membra tria confuſe edita colare martio diuidit, caput è cæteris mẽbris ſeparat, brachia, & crura ſecernit. Quarto menſe fœtui præeſt ſol, ꝙ virtus ipſa luce & calores ſolis viuifico è corde alijs membris ſenſus, & motus & vitam mittit, mouetur enim fœtus quarto ipſo in menſe, & ſentit. Quinto menſe fœtui præeſt Venus: ꝙ virtus coaptat viridia, muliebria, pedes, digitos, nares, os, & omnia veneria. Sexto mẽſe fœtui præeſt Mercurius, ꝙ virtus ipſa Mercurij vires ſuſcipiens vocis & loquelæ inſtrumenta componit, ſupercilia & oculos efficit, capillos & vngues agit. Septimo menſe fœtui præeſt luna, quatenus humore lunę virtus ipſa vacuitates fœtus omnes replet & ſic fœtus completur, atq; perficitur. Qua ratione fit vt ſeptimenſtris partus vitalis ſit, quia luna benefica eſt, & humore ſuo vitæ conducit. Octauo menſe fœtui pẽeſt Saturnus, quia per reuolutionem. 8. loco ſuccedit, & hac ratione octimenſtris partus non eſt vitalis, quia vt aiunt planetarum nonnulli ſunt vitæ amici ẽm ambas qualitates, nonnulli ẽm alteram tantum, nõnulli ſecundum ambas vitæ contrariantur. Secundum ambas quidem vitæ amici ſunt ſol Iupiter, & Venus. Secundum alteram tantum Luna Mercurius & Mars. Contrarius ſecundum ambas eſt Saturnus, & quia. 8. menſe ad Saturnum dominium reuertitur, qui ſecundũ ambas qualitates vitæ contrariantur, octimenſtris partus vitalis eſſe non poteſt. Nono vero menſe, quia dominium redit ad Iouem, qui eſt vitæ amicus ſecundum ambas qualitates, fœtus æditus vitalis eſt, niſi alia aduerſentur. Non eſt alienum partum poſſe eſſe vitalem. 10. menſe, quòd tunc mars redit in dominium, qui ſaltem per alterã qualitatem vitæ non eſt contrarius. Nec eſt alienum. 11. mẽſe poſſe partum eſſe vitalem, quia ſol redit in dominium qui etiam per ambas eius qualitates vitæ eſt proficuus. Duodecimus menſis eſt etiam vitalis, quia redit Venus ſecundum ambas amica vitæ. Decimuſtertius etiam eſt vitalis, quia Mercurius redit ſecundum alteram amicus vitæ. Decimuſquartus etiam eſt vitalis, quia dominiũ redit ad lunam quę vitæ eſt benefica ſuo humore. Decimuſquintus vero vitalis eſt nunquam, quia tunc dominium redit in Saturnum, qui per ambas eſt vitę contrarius, vt dictum eſt de. 8. mẽſe. Sed hæc poſitio eſt benefica, nullam tamen fundamentum habens. Primo quare principium totius geſtationis è Saturno acceperunt & non à luna, non enim à Saturno initium geſtationis eſt ſumendum, quia ſua frigiditate & ſiccitate coagulat, nam ſicut ſine ſiccitate non eſt coagulatio, ſic ſine humore minime eſt, & ſic non magis Saturnus præerit, primo ipſo in menſe, quam luna, nec à Saturno, quia primus eſt, prior enim quo ad nos eſt luna, & ſenſibilior, ſenſibiliores vires afferens nobis, quare è luna magis erit geſtandi initium. Secũdo cum Saturnus primo mẽſe per ambas qualitates vitę præparet coagulando ſemina, & coinſpiſſando cur. 8. menſe per ambas aduerſat, non enim idẽ agens poteſt alicui conducere, & aduerſari per eaſdem vires, quare cum. 1. menſe vitæ præparet coagulando, & coinſpiſſando ſemina per ambas, per illaſmet ambas non poteſt. 8. menſe vitæ aduerſari. Tertio ſcribit Auic. in Hiſpania inueniri fœminas, quæ. 8. menſe victuros pariunt & Ariſt. ſcribit illas ẽt inueniri in Ægypto, vbi patet tunc Saturnum vitæ non aduerſari, qui tamen dominium. 8. menſe ſortitur non minus in illis, quam in cæteris. Et hac de cauſa nonnulli opinantur fœtum. 7. menſe conari vt egrediatur, tum quia perfectus eſt, tum quia menſis ille criticus eſt, ceu dies ſeptimus in acutis morbis, & cum eo mẽſe ad egreſſum conetur, fœtus ipſe obleditur ob eum conatum. Quare ſi octo egreditur, vtpote nondum reſtitutus ſuæ incolumitati, viuax eſſe non poteſt. Sed poſterius rẽ hanc diligentius explicabimus. Quarto aſtronomi quorum princeps eſt Ptolomæus voluerunt Saturnum, & Martem ſtellas eſſe maleficas, & anæreticas, hoc eſt interfectiuas, quia aſpectu, & corpore pernecant, cum aphęta hoc eſt emiſſor vitæ ad ipſorum corpora, vel aſpectum inambulat, & hoc eſt decretum omnium aſtronomorum, qui in re vitæ ſcribunt. Quare ſi octimenſtris partus non viuit, quia menſis ille dicatus eſt Saturno, minime viuet qui. 10. exoritur menſe, quia is menſis tributus eſt Marti, qui pernecat corpore & aſpectu. vt Saturnus, & ſic poſitio nulla, nec valet dicere Martem non pernecare fœtum decimenſtrem, quia vitę aduerſatur per alteram tantum qualitatem, quia ſi non aduerſatur fœtui, minime aduerſabitur ipſi nato. Quare ſi nato aduerſatur (vt dicit Ptolomæus, & cæteri aſtronomi) etiam fœtui aduerſabitur, & ſic. 10. menſe nemo victurus eſſet fœtus. Quinto aſtronomus nihil dicit, quod non obſeruatione didicerit, modo non video qua nam obſeruatione rem hanc potuiſſent depræhendere, comperi. n. ego nõ ſemel in primo menſe Saturnum male affectum fuiſſe, & fœtum nullam paſſum eſſe leſionem, in reuolutione menſurna obſeruarũt Iouem damnatum, qui tamen. 2. menſe nihil mali fœtui obiecit. Quare poſitio hæc friuola eſt, & voluntaria. Medici vero dicunt tempus geſtandi fœtum non eſſe ſtabilitum, ſed correſpondere tẽpori generationis embrionicæ ſecundum proportionalem rationem, ſunt. n. tria tempora in ipſa geſtatione. Primum eſt tempus embrionicæ generationis. Secundum eſt tempus motus fœtus. Tertium eſt tempus ortus, correſpondent autem ſibi hæc tp̃a ſecundum proportionẽ hoc pacto, ꝙ tempus generationis embrionicę eſt primũ, triplũ ad hoc eſt tp̃s motus. Triplũ ad hoc ſecũdũ, vel duplũ ſexquitertiũ eſt tp̃s ortus. Verbi cã, ſi tp̃s generationis embrionicæ ſit menſis, tempus motus erũt tres menſes, tribus enim menſibus mouetur fœtus, duplum ſexquitertium ad tempus motus eſt tempus ortus, ſeptem enim ad tria proportio eſt dupla ſexquitertia & hoc. 7. exoritur fœtus interdum, triplum etiam ad tempus motus exoritur fœtus, vt. 9. menſe, nouem enim ad tria proportio eſt tripla. Ex his concedunt. 8. menſem, & 10. & 11. eſſe vitali, vtpote quãdo tempus generationis embrionicæ ſit. 35. vel 45. dies, vt patet ſupputando proportiones. Hæc ex Auic. colliguntur. 9. de animalibus lib. Sed tametſi hæc poſitio vera ſit, tamen nuda eſt & nullam rationem abtulit de tali proportione, q. n. tẽpus motus

*2. Aſtronomorum poſitio vt Alkabitij.*

*Confutatio.*

*Quare octimẽſtres non viuit.*

*Poſitio medicorum.*

*Exceptum.*

*Poſitio iſta vere fallitur.*

pus motus debeat eſſe triplum ad tempus generationis embrionicæ,& ꝙ tempus ortus duplum ſexquitertium ad tempus motus,nullam video rationem ex rei natura. *Poſitio propria.* Quare ex his videtur mihi rationem geſtandi eſſe nanciſcendam ex ſola,generatio enim embrionica lunæ data eſt ob illius celeritatem, geſtatio ſoli tribuēda eſt,eſt enim ſol fons caloris & vitæ, vnde ſol, & homo hominem generant,eſt hominum pater eſt etiam cā criſium tardarum.Quo fit vt partus ſit vitalis atq; naturalis.7.menſe.9.menſe.10.menſe & 11.menſe,rationē aūt aſſignamus ex his,quæ Ptolomæus dixit in re vitæ,quia 7.menſe ſol decurrit per. 7. ſignum ab eo quod tenuit in conceptione.conſtat autem. 7. diametrum eſſe primo ſigno,& cum partus ſit quaſi criſis geſtationis, fit vt.7.menſe vitalis ſit partus,eo quia ſol venit in diametrum ſigni,quod tenebat in cōceptione. Amplius.7.ſignum ſeptimam conſtituit domum imperfectione cōceptionis.Septima autem domus vitalis eſt, & aphætica,quia ſuper terram habetur, ſuperior enim regio lumine,& calore ſolis & ſtellarum vitalis eſt, inferna minime,vt Ptolo.tradit,vitalis eſt menſis nonus. quoniam ſol cum venit in ſignum,quod nonam cōſtituebat domum imperfectione conceptionis, in triangulū venit, & ſuper terram,quia in dextrum eius,ſignū enim. 9. eſt ſigno ſolis triangulum, eſt etiam ſuper terram & dextrum, & ita menſis nonus vitalis eſt. Decimus menſis rurſus vitalis eſt,quod ſol venit in ſignum quadrangulum à ſigno quod tenebat ſol eſtq; in figura profectionis ſuper terram & dextrum. Vndecimus etiam menſis vitalis eſt:quod ſol venit in ſignum ſexāgulum à ſigno, quod tenuit in conceptione ſol, eſt etiam ſuper terram & dextrum,in figura profectionis. Octauus,& duodecimus licet ſint ſuper terram & dextra. vitales non ſunt quoniam ſigna quæ tenebant. 12. & octauam domum in figura profectionis conceptus,nullam cum horoſcōpante ſigno rōnem habent.Quintus menſis,&quartus, & tertius vitales non ſunt,licet ſigna tertiæ & quartæ & quintæ domus rationem habent cum ſigno ꝙ ſol tenebat in conceptionis tempore,quoniam in figura profectionis ſigna hæc domicilia conſtituunt ſubterranea,q̃ vitæ non conueniunt, vt dicit Ptolomæus. Secundus menſis & ſextus vitales non ſunt,quia ſigna per quę ſol peragrat his menſibus nullam cum ſigno,quod ſol tenebat in conceptione configurationem habet,ſunt præterea ſubterranea,& ſiniſtra.Medici igitur ſi obſeruationi tantum innitantur,puri voluntarij ſunt, quare miſcendo medicorum obſeruationes, cū rationibus aſtronomicis perficitur ratio. *Quare octimēſtris partus nō viuit.* Ex his ſequitur. Primo ꝙ octimenſtris partus non poteſt eſſe vitalis primo ratione naturali,quam Hippocrates tradit in lib.de octimenſtri partu,ꝙ videlicet. 8. menſe difficilis ſit vtero geſtatio, tunc enim grauius ſeſe habent pręgnantes, & in matrice neſcio quæ patiuntur grauia & incommoda, quare eo mēſe ſi pariant duplici labore oppreſſe partus,videlicet,& ęgritudinis,infirmæ fiunt vnde neceſſario ipſe fœtus imbecillior factus,raro diu viuit,aſtipulatur huic rei ꝙ ſiquæ inueniuntur vegetiores,validioreſq; fœminæ,ſolent.8.menſe parere victuros,quales in Hiſpania, & in Ægipto ſunt fœminæ,vt diximus. Sed licet hæc Hippocratica ratio pulchra ſit, non tñ ſatisfacit acutiori ingenio,exquiret enim acutior. *Qualis hippocratica ratio.* Quam ob cauſam.8. menſe grauia illa incommoda exoriantur, & non. 7. & non.9. *Ratio aſtronomica.* Medico.n.ſat eſt obſeruatio, ſed rationalis diligentius perquirens.dicet eo menſe emergi hęc incommoda vuluæ,ꝙ menſe.8.ſol deuenit ad ſignum lætale, eſt.n.8.ſignum ab eo quod ſol tenuit, cadens in domo mortis,hac ratione emergunt iſtec grauia,ꝙ. 8. ſignū morti accommodatur, & propterea ingraueſcit geſtatio,& redditur menſis ille letalis.Secundo ſequitur. 12. menſe fœtum nullum eſſe victurum, quia ſol deuenit in.12.ſignum ab eo,quod tenuit in profectione,at.12.ſignum licet non ſit letale,eſt tamen maleficum,quia carcerum,ruinæ,& malorum,& hac ratione niſi vigor parientis conſeruet,efficitur vitalis nunquam.13. menſe ſi vitalis ſit partus,eſt quia ſol redit ad ſignum,quod tenebat in conceptione,quod ſi præparabat vitæ,nō eſt fas, vt vitæ rurſus aduerſetur. Decimuſquartus menſis non eſt vitalis,cum ſol redeat in ſecundum profectionis ſignum,quod ſub terra eſt, & nullam cum primo rationē habet,poteſt tamen fœtus viuere ſi hoc menſe ædaē robuſtitate atq; vigore parientis, vt dictum eſt, vltra hunc menſem non repertum eſt,viuere nec fœtum vllū edi,quoniam ſpecies humana vltro nō parit, recte propter hæc Plinius ſentit dum ait cæteris animalibus ſtatutum & pariendi,& partus egerendi tempus ſit. hō vero incerto gignitur ſpatio.hæc de homine. De geſtatione cæterorum animalium facile quis poterit per hæc tranſigere quæ nos ad tempus differimus.nobis.n.de homine dicere ſat ſit hæc de geſtatione & de cauſis quæ maſculizant,quæque fœmininefcāt,agamus. *De cauſis maſculi & fœminæ.* Medici dixerunt cauſas maſculinitatis eſſe plures. Prima eſt ſeminis caliditas,quia à viro calide complexionis calidum deciditur ſemen. Secunda eſt quantitas eius,maio.n.ſeminis quantitas requiritur pro maſculinitate,quam pro fœminitate,nam maſculus plerunque eſt fœmella maior. Tertia eſt mundificatio mulieris à menſtruis.R emanet enim ſic ſemen purius & calidius, & ſic maſculinum. Quarta eſt ꝙ ſemen è deſtro decidatur teſticulo, eo qa teſticulus dexter calidior eſt ſiniſtro, eſt etiam concoctius,& denſius,ſignum affert Ariſt.ex eo quia paſtores dum ex vaccis aut ouibus maſculos cupiunt,ligant ſiniſtrum teſticulum aut Tauri,aut Arietis. Quinta quòd ſemen proiectum cadat in dextrū matricis, eo quia dextrum eſt ſiniſtro calidius.Propterea docent medici mulierem dum coit cum viro iacere ſuper dextrum, & poſt concubitum dormire ſuper dextrum. Sexta eſt caliditas ſpermatis mulieris,cum enim eſt calidum, facit ad maſculinitatem. Septima eſt regio,& ventus,ſeptemtrio enim & ventus ſeptemtrionalis calefaciendo interiora per antiparaſteſem,calefaciunt fœmina, & ſic maſculeſcunt,ſignum autem eſt incolentes ſeptentrionem abundare in maſculis incolentes auſtrum in fœmellis. *Alia poſitio.* Octaua eſt ætas nam virilitas eſt melior ad mares procreandos,quam ſenectus, vel pubeſcentia. Nonnulli (quos Auic.refert)dixerunt tempus generandi maſculos eſſe poſt menſtrua ad diem.5.à quinto vero ad octauum vſq; eſſe fœmellarum,ab octauo ad vſq; vndecimū eſſe maſculorum,hinc ad finem eſſe hermophroditum huius obſeruationis vel traditionis nemo potuit cauſam afferre,ſed quicquid ſit,videtur mihi hos velle vnā tantum eſſe propriam & per ſe cauſam maſculi vtpote caliditatem ſeminis,nam ſi vera eſt illa opinio ꝙ maſculus eſt fœmina calidior & ſiccior, immo frigidiſsimus maſculus, eſt muliere calidior, tunc vna ſola eſt cauſa maſculi,videlicet caliditas ſeminis,ſiue ex parte ſeminis viri,ſiue vtriuſq;,cum enim complexio ſeminum vergit ad calidum & ſiccum,tunc mas procreatur,cum autem vergit ad frigidum,& ad humidum,procreatur fœmina,

causæ



cauſæ vero prædictæ adiuuant ad calefaciendum ſemina, vt quantitas ſeminis viri,mūdificatio, deciſio è dextro latere,receptio in dextrum matricis, caliditas ſeminis fœmellæ,& regio vel ventus.hæ enim omnes calefaciunt ſemina, vt eorum complexio reddatur calidior & ſiccior,quia ſic maſculeſcit, cauſa autem huic cōtraria eſt fœmellæ,& ita cauſæ fœmininefcunt. *Signa conceptus.* Aſſerunt autē medici & inditia conceptus,& indicia ſexus, concepit enim mulier ſi mammarum capita contumeſcunt,& in colore mutentur.Secundo ſi oculi eius concauentur. Tertio ſi vultus acuetur. Quarto ſi pupilla oculorum diaphaneſcat:atq; clara ſuperappareat. Quinto ſi albū oculi plenum & denſum efficiatur. Sexto ſi corpus imbecille reddatur:adſunt alia ſigna plurima, & à caſibus & ab exeūtibus,& à qualitate mutata,& ab eſſentia collecta,quæ medicis omittantur. *Signa maſculi.* Indicia vero maſculi ſexus ſunt. Primo ſi venter rotundus & formoſus efficiatur. Secundo ſi mammarum capita rubicent. Tertio ſi color mulieris ſplendidus & bonus fuerit. Quarto ſi lac denſum & coagulatum ſpectetur, vt quando ſuper ſpeculum proijcitur in ſole & per ſpatium horæ colligatur,vt margarita,plurima alia adderem, ni medicus,& non metaphyſicus viderer. *Inditia maſculi futuri.* Tamen addunt ſigna futuri maſculi quæ colligunt à partu,nam ſi in capite nati fœtus corona capillorum cernitur,alium naſciturum portendit,& ſi duas coronas videris,duos præſagias naſcituros. Præterea in longitudine vmbillici ex parte matricis nodos,vel ſpinā videris:maſculos dic naſcituros, & quot fuerint,tot dicas,ꝙ ſi nullos videris. Amplius nullos pariet. *Inditia fœmellæ.* Fœmellæ indicia ſunt plura, ſed precipua ſunt vt venter ſit latus oblongus, & turpis, vt color ſit fœdus,& maculoſus: vt capita mammillarum ſint nigra,vt lac ſit liquidum & fluidum, tu vero perquire alia plurima,ſed ſcias indicia maſculi eſſe ea omnia, quæ ſuper caliditatem, fœtus arguunt: quæ autem ſuper frigiditatem, eſſe indicia fœmellæ. *Hermophrodita quando.* Ex his apparet Hermophroditum effici, quoties ſemina ſubeunt complexionem vtriuſque ſexus, licet ſemper altera diſpoſitio ſuperexcellat. *De gemellis.* Gemellorum duplex eſt cauſa apud naturales. Prima eſt ſuperfœtatio,quia etſi vulua hoc eſt matrix claudatur poſt concepti coitus, tamen oblectatione noui ſeminis: nonnunquam rurſus aperitur, & ipſum deglutit,ceu ſtomachus qui poſt cibum clauditur, tamen noui cibi oblectatione aperitur rurſus,ſunt etiam nonnullæ luxurioſæ mulieres vt Auicen. & Gal. & Ariſtotel. narrant, quarum vuluæ non clauduntur poſt conceptum ſemen, & iſtæ plurimum ſuperfœtant,verum debiles pariunt fœtus,aut aboriuntur. Secunda cauſa eſt diuiſio ſeminis in multas celulas, vnde obſeruauit Petrus apponenſis in villa ſua mulierem ſeptem embriones fuiſſe æditam, quorum quilibet mouebatur. Albertus vero narrat medicum compatrium ſuum ſibi narraſſe mulierem germanam peperiſſe. 60. fœtus, & in ſingulo partu quinque,quorum nullus venit ad anni ætatem. Auicenna narrauit vidiſſe abortum de.20.figuratis. *Miracula Alber.* Idē Albertus narrauit dictum medicum vidiſſe. 150. ſimul, quos lumbricos putabat eſſe æditos è matrice, at cum tela detegebatur, inſpexit eſſe pueros quantitatis auricularis digiti, & vidit eorum plures moueri dilatatione & conſtrictione. Amplius omnes clauſos oculos iacere, & multa alia ſigna vitæ de monſtruoſis partibus dictum eſt, diligenter in ſecundo libr. auſcultationis phyſicæ. Hæc medici. *De cauſis aſtronomicis.* Verum cauſæ non ſufficiunt, nec hæc ſigna valent vt dicit Ariſto. Nam ſi caliditas ſeminaria ſit maſculi, & frigiditas fœminæ, interdum obſeruatum eſt fœminam eſſe ortam omnibus illis cauſis maſculi exiſtentibus,contra autem interdum fœminæ cauſis exiſtentibus fuiſſe ortum marem, & propterea oportet perquirere altiorem cauſam. *1. poſitio aſtronomorum.* Quidam aſtronomi & periti voluerunt cauſam perquirendam eſſe ex luna. Mouet enim luna menſtrua, & mundificatio menſtruorum eſt cauſa fœminæ, & maſculi, vnde è menſtruo in menſtruum tempus eſt quantum è lunatione in lunationem. Quare vt in lunatione ſunt quatuor partes,quas quadras appellant, ſic in menſtruis ſiue in tempore menſtruationis quatuor ſunt partes. Dicunt igitur primos ſeptem dies cum dimidio maſculeſcere poſt menſtrua,quia prima lunæ quadratio eſt maſculina. Septem ſecundos dies cum dimidio fœmineſcere,quia ſecunda lunæ quadratio fœminina eſt. Septē tertios dies iterum maſculeſcere, propterea quadratio lunæ illi correſpondens maſculeſcit. Vltima fœmininefcit, quia vltima lunæ pars fœmininefcit. *Confutatio.* Sed hæc cauſa friuola eſt, quia obſeruatum eſt contrarium, multæ enim mulieres fœminas ædiderunt, quæ conceperunt primis ſeptem diebus. Præterea in prima lunæ quadratione abundat humiditas, quæ fœmininefcit apud Ptolomæum, & in tertia ſiccitas,quæ eſt qualitas fœmina. quare hæc poſitio nulla eſt. *Poſitio.2. aſtronomorum.* Nonnulli dixerunt marem ædi,quando in partu viget conſtellatio maſculinizans, quando autem viget fœmininizans, fœmina æditur: quæ vero ſit conſtellatio maſculinizans, quæúe fœmininizans, non eſt præſentis indagationis, attinet enim ad aſtrologos. *Confutatio.* Sed hæc poſitio nulla eſt,quia nullum poſterius eſt cauſa priores, ante fœtus in vtero fuit maſculus vel fœmina,quam æderetur, igitur cauſæ non ſunt à partu colligendæ, qui eſt poſt maſculi conceptum. propterea quæ colliguntur ex partu ſunt indicia potius fœtus maſculi vel fœminæ, & valent ſi cum cauſis concordauerint in conceptione. *Poſitio Ptolo.* Ptolomæus autem aſtronomorum monarcha in tertio apoteleſmaton libro ait, cauſam maſculi & fœminæ eſſe colligenda ex conſtellatione,quæ tempore conceptus viget. Nam ſi illa quidem maſculeſcit, conceptus maſculus ædetur. ſin autem fœmininefcit, conceptus fœmina erit, conſiderat tamen & conceptionem & ortum, vnde in loco prædicto inquit, maxime tamen circa ſationis diſpoſitionem colligendæ ſunt cauſæ cœlicæ maſculinæ hoc eſt circa conceptionem, & omnino complete circa eam,quæ conuerſionis eſt, totum enim eſt obſeruandum. ecce quomodo vult vt conſideretur conſtellatio quæ tempore conceptus viget,& quæ tempore partus,vbi nanque ambæ maſculeſcunt, partus maſculus ædetur, vbi autem fœmineſcunt: ædetur fœmina, fieri autem non poteſt vt vna maſculeſcat, & altera fœmineſcat, quoniam ſibi correſpondent, imaginatur enim Ptolomæus aerem continentem alterare ſemen pro qualitate quæ tunc viget cœlica. Nam cum in conceptione viget cœlica vis maſcula, aer ſemen continens, illud facit maſculinum, contra vero ſi viget fœminina vis, illud efficit fœmininum. *Dubitatio contra Ptolo.* Sed contra aſtronomorum principem illud mihi ſemper fuit addubitandum, nam videmus vna nocte, vnoque minuto horæ eadem in regione, immo eadem in aula, & forte in eodem lectulo concepiſſe duas fœminas, quarum vna maſculum. altera fœminam peperit, vbi tamen vna eademque

demque

demque conſtellatio tūc in conceptione vigebat. Propterea mihi viſum eſt duas eſſe cœlicas cauſas conceptionis maſculæ, vel fœminæ: quarum vna colligitur ex conſtellatione maſcula vel fœmina, quæ tunc viget, qñ ſemen ſpargitur, altera colligitur ex qualitate occulta ſeminis parentum, quæ datur parentibus ab eorum genituris, habet enim hic pater in ſuo ſemine vim occultā generandi vel omnes mares, vel omnes fœminas, vel partim hos, partim illos. Quare nec conſtellatio vigens in conceptione ſufficit, nec qualitas occulta in ſemine contracta in genituris parentum, ſed quando ambæ cō cordauerint, tunc maſculus ædetur, quando vero ambę fœmineſcent, fœmina ædetur, nec eſt hoc alienum à mente Ptolomæi. Ptolomæus enim docet aliquem hominem debere maſculos ædere ab eius natali & docet etiam illud à conceptione, igitur vtrūq; vult eſſe obſeruandū. Ex his apparet error aſtronomaſtrorum: qui p̄ſumunt à natiuitate prædicere ſexum, cum nec ſufficiat illud præſagire à conceptione atq; natali ſimul: de cauſis cœlicis gemellorum, deq; mōſtroſis partibus omittimus eſſe conſiderandum ab aſtrologis. Hæc de cauſis, deq; toto titulo diſputationis ſatis.

*Poſitio propria.* — *Error aſtronomaſtrorum.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. poſitio.* SVNT nonnulli qui dixerunt marem & fœminam differre ſpecie accidentali, qua ratione differunt homo Æthiops, & Scytha, Gallus & Grecus, differūt.n. ſpecie non eſſentiali quidem, ſed accidentali. *Confutatio.* Sed hæc poſitio friuola eſt, nam quæcunq; accidentali differentia differunt, numero & non ſpecie differunt, vt Porphyrius dicit. Præterea tunc homo eſſet genus, quod non eſt auditum. *2. poſitio.* Alij dixerunt marem & fœminam differre materiali ſpecie, non autem formali. Quod quidem materiali ſpecie differunt hoc patet, quia differunt complexione. Præterea hæc eſt poſitio Ariſt. in textu. Quod autem non formali ſpecie differunt declaratur, quoniam omnis differentia ſpecifica eſt per differentias formales & eſſentiales, at mas è fœmina non differunt formali atque eſſentiali differentia, igitur non poſſunt ſpecie formali differre. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

ARISTOTELES dilucidat diſputationem volens marem & fœminam non differre ſpecie: ſed ſolū numero, & ratio eius eſt. Primo quia non differunt niſi accidentibus. Secūdo quia in conceptibus illorum nō eſt formalis contrarietas, ſed materialis, igitur vir et mulier ſolum numero differunt, & non ſpecie. Hęc pauca ſufficiant pro dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam reſpondet Ariſt. ꝙ maſculinitas & fœmininitas ſunt differentiæ contrariæ materiales, & non formales, & ſic non differunt ſpecie, ſed numero. Ad ſecundam concedo antecedens de cauſis effectiuis, non autem de cauſis elementarijs hoc eſt intrinſecis, hæ enim numero tantum, & non ſpecie differunt. Ad tertiam nego antecedens, bene enim differūt numero, & plusquam hęc vel illa, quę numero differūt, non autem plus quam numero, indifferentibus enim numero quædam magis, quędam minus numero differūt. Ad quartam patuit ſolutio, illæ differentiæ non genus immediate diuidūt, ſed animal ratione materiæ, vel accidentium materialium. Ad quintam concedo ꝙ differunt complexione, moribus & vita, non tamen ſpecie. Ad Ariſt. dico ꝙ differentia ſpecifica accipitur pœnes formam, & differentia formalis colligitur ex differētia operationum eſſentialium, modo eſſentialis operatio viri non differūt ſpecie ab eſſentiali operatione mulieris, non enim intelligere differt ſpecie in viro, & muliere, Ad ſextam negatur minor, nam beatitudo eſt viri & mulieris finis, & illa non differt ſpē in hoc, & in illa bene tamen concedo ꝙ differunt fine morali, atq; politico, non autem fine vltimo, ad quem ex forma omnes nitimur peruenire. Hæc de. 7. diſputatione.

## DISPVTATIO OCTAVA
### De identitate termini in quouis motu.

*Num idem terminus ſpecie poſſit per ſe acquiri per motus ſpecie differentes.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod terminus idem ſpecie non poſſit per motus ſpecies differentes per ſe acquiri, Arguunt primo, quia motus ſortiuntur ſpeciem, & genus à termino ad quem, vt dicit Auer. 5. phyſicæ auſcultat. igitur non poteſt terminus eſſe idem ſpecie, & motus numero differre. *Cōm. 9.* Secundo motus & terminus motus ſunt eiuſdem ſpeciei, igitur non poteſt terminus eſſe ſpecie vnus, & motus in illum ſpecie differre, quia quæcunq; ſunt eadem vni tertio, per ſe, ſunt eadem inter ſe ea. videlicet, ratione, qua illi tertio ſunt eadē, quare cum motus ſint per ſe idem termino, erunt inter ſe idem ſpecie, & ſic non differunt ſpecie. In contrarium ſolet argui, quia idem terminus poteſt acquiri per motum rectum & circularem, qui differunt ſpecie.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire diſputationē hanc eſſe obiter motam, & non quidem propter verba aut Ariſt. aut Auer. aut alicuius expoſitoris, hæc.n. diſputatio attinet magis ad librum phyſicæ auſculta. & ad librum cœli. Verum quia iuniores metaphyſici illam hic pertractarunt nos vt veritatis amici breuibus illam dilucidabimus. Secundo debes ſcire peripateticos per terminum motus velle omne id quod per motum acquiritur. Verbi cā, in motu locali terminus eſt vbi, ſiue locus, in auctione, vel diminutione, quantitas, in alteratione, qualitas, & dicitur terminus, quia ipſo acquiſitio ceſſat motus. Secundo debes ſcire ꝙ aliquid acquiri p motum poteſt eſſe dupliciter, aut per ſe, aut per accidens, per ſe quidem ex calefactione non acquiritur niſi caliditas, per accidens autem nonnunquam acquiritur frigiditas, vt patet in febribus acutis, & peſtilentibus, in quibus per alterationem febrilē per ſe calor cordis acquiritur, per accidens vero acquiritur frigiditas mortificans, in diſputatione igitur quæritur ſi idem terminus ſpecie poſſit per ſe acquiri per diuerſos motus ſpecie, quoniam nulli dubium eſt illum poſſe acquiri per accidens per diuerſos motus ſpecie. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione nonnulli ſimpliciter dixerunt eūdē terminū ſpē poſſe acq̄ri è diuerſis ſpē motibus. *1. poſitio.* Qđ probant. Primo quia idē terminus motus pōt acq̄ri p motū rectū & circularē, vt qñ fierent ab A in B, alter quidem per arcum, alter autem per chordam. Secundo idē vbi poteſt acquiri per motū ſurſum, & deorſum, vt idē concauum ignis pōt acquiri per motū aeris è medio, & eiuſdem aeris è concauo. Tertio idem pedale pōt acquiri



quiri auctione & diminutione, quæ differunt ſpē. Quarto arguunt idē, quia quouis modo ſumatur motus, ſiue pro forma fluente, ſiue pro fluxu formæ ſemper motus poſſunt inter ſe differre ſpecie, & eſſe eiuſdem rōnis cum termino motus. *Confutatio.* Sed hæc poſitio naturalem philoſophiam non ſapit. Primo quia hac data eidem corpori ſimplici competerent motus per ſe ſpecie differentes contra Ariſt. 1. cœli, & deducitur, quia idem aer ſpecie poteſt moueri è ſurſum in deorſum, vt in concauū ignis & è deorſum, in ſurſum, quia è medio in idem concauū & iſti motus per hos differunt ſpē, igitur eidem aeri ſimplici naturaliter competerent motus ſpecie differentes. Secundo data hac poſitione nulla eſſet regula venandi diſtinctionem ſpecificam motuum, non.n. illā nanciſcimur ex parte corporum, quia potius diſtinctionem ſpecificam corporum. Ariſto. natus eſt ex diſtinctione ſpecifica motuum, non ēt ex parte mediorū, per q̄ ſiunt motus, quia terminus eſt motui intimior quā mediū, vt oēs peripatetici exclamant, igr̄ reſtat ſola via terminorum, & ſic deletur poſitio. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

PRO dilucidatione debes ſcire peripateticos nulla alia via natos eſſe motuum eſſentialem differentiam niſi pœnes terminos, omnes enim illi motus ſpecie differunt ſm eos, qui ſunt per ſe è contrarijs terminis in contrarios terminos, huius cām aſsignauit Auer. 5. phyſic. *Cōm. 9.* quia motus non differt è termino per ſe motus, niſi pœnes perfectum, & imperfectum quæ nec genus nec ſpeciem variant. *Excerptum primum.* Ex his deducitur motum in arcu & motum in chorda, ſi ambo ſunt ad B non differre ſpecie, licet ſint per diuerſa media, quoniam differentia mediorum eſt accidentalis, & non eſſentialis. *Secundum.* Secundo ſequit ꝙ motus aeris à concauo cœli in concauum ignis, & è medio in idem concauum non differunt ſpecie, & ſi ſint per diuerſa media, quoniam terminus eſt vnus ſm ſpeciem. Secundo debes ſcire terminū eſſe duplicem vltimatum & non vltimatum. Vltimatus terminus is eſt, in quo mobile per ſe quieſcit, veluti in motu terræ terminus vltimus eſt medium mundi. terminus autem nō vltimus eſt concauum ignis, & concauum aeris, quia licet in illa moueatur, tamen in illis non quieſcit motus terræ naturaliter. *Excerptum primum.* Ex his ſequit. Primo motus eos differre ſpecie, qui ſunt ex per ſe terminis vltimis: in per ſe terminos vltimos. *Secundum.* Secundo ſequitur nō oēs motus deorſum eſſe eiuſdem ſpeciei deducitur, quia motus aquę in regionem eius eſt deorſum, qua mouetur è cœlo, & motus terræ ab eodem eſt etiam deorſum, & tamen differunt ſpecie, & hoc quia termini vltimati differunt ſpecie. *Dilucidatio.* Tunc patet dilucidatio, ꝙ videlicet non poteſt idē terminus vltimatus per ſe & naturaliter acquiri à motibus ſpē differentibus, nā nulla alia via ſpecifica drīa motū colligit niſi ex drīa terminorum vltimatorum, vt dictum eſt, dictum eſt p ſe & naturaliter quia per accidens & violenter pōt idem terminus acquiri è motibus ſpecie differentibus. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam rōnem cucullatorum dico ꝙ illi duo motus vel non differunt ſpecie, vel nō ſunt per ſe, & naturaliter in illum terminum, vt dictum eſt. Ad ſecundam patuit ſolutio, nam illi duo motus nō differunt ſpecie, ſed numero vt dictum eſt in dilucidatione. Per idem ad tertiam diminutio quæ deſinit in pedale: & auctio q̄ deſinit in pedale non differunt ſpecie, vt dictum eſt. Ad quartam negatur antecedens nec ipſi probant illud, imo quouis modo ſumpti motus ſemper ſpecie differunt pp terminos vltimatos. Hęc ad rōnes cucullatorum. Ad rōnes aūt factas in principio patet ſolutio, ſunt.n. p nobis. Hæc de octaua diſputatione.

*Neceſſe eſt diuerſum eſſe genere corruptibile & incorruptibile, &c. Tex. cōm. 26.*

## DISPVTATIO NONA
### De corruptibili & incorruptibili diſtinctione.

*Num corruptibile & incorruptibile differant genere.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod corruptibile & incorruptibile nō differūt genere, arguit. Primo, quia ſunt in eodē p̄dicamento in genere ſubę ſunt ſubæ corporeæ & incorporeæ, ſm Porph. cœlū, & elementū. Secundo ſuba dicitur vniuoce de æterna & corruptibili, igit eſt genus ad illas antecedens ſupponitur. Tertio cōtraria ſunt eiuſdē generis, corruptibile & incorruptibile ſunt contraria, vt patet igitur eiuſdem generis. Quarto ſi corruptibile & incorruptibile differunt genere. hoc eſt: qa differunt materia, ſed diſtinctio generica non pōt accipi à materia, tū quia in fundamento materiæ nulla eſt diſtinctio, tum quia id è quo ſumitur genus debet eſſe notiſsimum, at materia eſt ignota. In oppoſitum eſt Ariſt. in textu.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

CORRVPTIBILE trifariam dicitur, vt. 1. cœli expoſitum eſt, vno mō tranſcendenter pro omni eo ꝙ contingit nō eſſe, dico contingit. nō eſſe ſiue p corruptionē, quo mō miſtum eſt corruptibile, quia mediante corruptione contingit non eſſe, ſiue abſque corruptione, quo mō relationes & motus dicūtur corrumpi, hęc deſinunt eſſe, & non mediante corruptione: ſic igitur vno modo dr̄ aliquod corruptibile pro oī eo ꝙ pōt non eſſe ſiue mediāte corruptione, ſiue abſq; corruptione. alio mō generatim corruptibile dr̄ pro oī eo ꝙ pōt nō eſſe mediante corruptione, & hac rōne dn̄r elementa & miſta corruptibilia, quia dum corrūpunt deſinunt mediā te corruptione alteratiua. Alio mō dr̄ corruptibile ſpeciatim pro oī eo ꝙ mediante corruptione pōt non eſſe & facile, & hoc pacto miſtū dr̄ corruptibile, quia mediante corruptione pōt non eſſe, & facilius quā elementum, medici ēt dicunt carnem porcinam eſſe corruptibilem, quia facile recipit putrefactionē, hn̄t aūt ſeſe modi iſti ſubordinate, quia primus eſt communiſsimus, quia eſt indifferens ad corruptibile per corruptionē, & ſine corruptione. Secundus addit, quia ſolum eſt indifferens iis, quæ corrumpuntur mediante corruptione. Tertius addit adhuc ſecundo, quia eſt indifferens iis, q̄ corrumpūtur mediante corruptione, & facile. Et propterea primus modus dicitur tranſcendens, qa oībus cōis. Secundus generalis, quia paucis cōis. Tertius ſpālis, quia minimæ cōmunis hæc de corruptibili. Incorruptibile vero dr̄ ēt trifariā aliud quidē, ꝙ pōt nō eſſe abſq; corruptione ſiue alteratione corruptiua, & hoc pacto relatio & motus dn̄r incorruptibiles, nō qa ſint ęterni, ſed qa non corrumpuntur mediāte corruptione, aliud vero quod eſt impoſsibile nō eſſe & hoc quouis modo vt æternum: aliud quod difficile corrumpit, aut aurum & mons, in diſputatione corruptibile ſumitur pro poſſibili

*Quotifariam corruptibile.*

bili non eſſe,quouis modo,incorruptibile vero pro im
poſsibili non eſſe ſimplr̃,hoc eſt pro æterno. Nam ſu-
mendo corruptibile pro eo ꝙ pōt non eſſe mediante
corruptione,& incorruptibile alijs modis poſſunt eſſe
eiuſdem generis. Secundo debes ſcire ꝙ aliqua pñt in-
telligi differre genere,bifariam aut poſitiuæ,vtpote quæ
in aliquo genere conueniunt,& in alio differunt, vt ani
mal & planta: hæc enim differunt genere, quia ſunt in
genere,aut priuatiuæ, vtpote, quando vnum eſt in ge-
nere,& alterum non, & ſic priuatio & forma differunt
genere,qm̃ priuatio nō eſt in genere,forma vero ſic, &
vtroq; mō pōt intelligi in diſputatione. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio. 1.* ALIQVI ſumentes nonnulla verba expoſitoris,&
male illa percipientes de diſputatione,primo acceperũt
*1. Suppoſitio.* tria,Quorum primum eſt ꝙ genus eſt bifariam logicũ,
quod dicitur genus prædicabile,vt Porphy. diffinit ꝙ
de pluribus differentibus ſpẽ prædicat̃,& eſt genus phy
ſicum:quod eſt ſubm̃,& hoc eſt illud ꝙ ſubijcitur pluri
*Secunda.* bus differentibus ſpecie,vt prima materia. Secundũ eſt
ꝙ aliqua poſſunt genere logico eſſe eadem, quæ genere
phyſico differunt,vt hō & angelus, hi.n.phyſico genere
differunt quæ tñ in genere logico conueniunt:nunquã
tñ fieri poteſt,vt aliqua differunt genere logico: q̃ gene
*Tertia.* re conueniant phyſico. Tertium eſt ꝙ incorruptibile
duplex eſt cãtum,vt cœlum,& angelus, & incãtum vt
*Concluſiones. Prima.* Deus. Tunc dicunt tres concluſiones.Prima eſt ꝙ cor
ruptibile:& incorruptibile incãtum differunt genere &
phyſico,& logico,patet:quia Deus: qui eſt incãtum in-
corruptibile:cum ſit illimitatum:tranſcendit omne ge
*Secunda.* nus:& phyſicum, & logicum. Secunda concluſio eſt;
corruptibile & incorruptibile cãtum differunt genere
phyſico:declaratur:quia differunt materia:eo quia cor
ruptibilia habent materiam: incorruptibilia vero aut
non habent materiam:aut ſi habent: illa eſt alterius rō-
*Tertia.* nis: vt ſupponitur.Tertia concluſio eſt: ꝙ corruptibile
& incorruptibile cauſatum non differunt genere logi-
co declarant, q̃a hñt aliquod cōe prædicabile de illis ſm̃
vnam rōnem:vt eſt ſuƀa,q̃ ſm̃ eandẽ rōnẽ dr̃ de corru-
ptibili & incorruptibili cauſata. Secundo arguũt iunio
res ꝙ corruptibilibus corporibus, & incorruptibilibus
intellectus poteſt aliquod inuenire, è quo generis rōnẽ
pōt accipere:vt corpus:quod ſm̃ vnã rōnem prædicat̃
de corruptibili & incorruptibili:igit̃ conueniunt logico
*Authoritas Thomæ.* genere. Huic poſitioni vr̃ expoſitor conſentire: inquit
enim circa textus expoſitionẽ corruptibile & incorru-
ptibile genere differre:nam corruptibiliũ & incorrupti
lium non p̃t eſſe eadẽ materia,genus aũt phyſice loquẽ
do à materia ſumit̃:vnde ſupra dictũ eſt ꝙ ea q̃ non cō-
municant in materia:ſunt genere diuerſa:logicæ autem
loquendo:nihil prohibet ꝙ conueniant in genere inq̃-
tum cōueniunt in vna cōi rōne ſuƀæ:vel qualitatis: vel
*Confutatio.* alicuius huiuſmodi. Hæc expoſitor. Sed huic poſitio-
ni aduerſatur expoſitor forti ratione in calce ſuarum
commentationum pñtis textus:& arguit ſic. q̃ diuidũt
per ſe primo ens:non pñt genere aliquo pacto conueni
re:nã ens nec eſt genus phyſicum: nec genus logicum:
eſt.n.apud Tho.æquiuocũ,apud vero exteros nullo pa
cto genus: igitur differentiæ q̃ per ſe primo ipſum ens
diuidunt:non pñt aliquo pacto genere conuenire: ſed
corruptibile & incorruptibile diuidunt p ſe ens: q̃a cor
ruptibile eſt:quod pōt non eſſe:incorruptibile: ꝙ non
pōt non eſſe:igitur differunt oĩno gñe.hæc eſt ratio ex-
poſitoris:& demonſtratiua profecto contra exteros.

Secunda rō ſumit̃ ex verbis Auer.4.huius vbi inquit ꝙ *2. ratio Auer. Cōm. 5. circa calcem.*
ignis & terra & aqua ſunt eiuſdem generis:& affert cau
ſam:quia omnia hæc ſunt cãæ conuenientes in genere:
quia oẽs ſunt eiuſdem mãæ:& diuerſificantur in forma:
vnde poteſt argui ſupponendo duo. Primo ꝙ materia
pōt cōparari ad formã ſimpliciter, & ad formã limita-
tam. Secundo ſupponendo diuerſum modum prædi-
candi ſumi à materia primo modo conſiderata: quod
inductione conſtat.nam prædicamentum ſuƀæ ſenſilis
ſumit̃ quatenus comparatur ad materiam:tanquam ad
partẽ ſui:& quatenus de illa p̃dicat̃ vt totũ de parte: &
in obliquo:qualitas illi materiæ comparatur vt eſt illius
diſpoſitio,& modus quantitas vt illi dat diuiſionẽ, & in
cæteris ſilr̃,igit̃ à materia primo mō conſiderata ſumun
tur diuerſi mode p̃dicandi, q̃bus diuerſa prædicamenta
efficiuntur,à materia vero ſecundo mō conſiderata ſu-
mitur diſtinctio generica ſubalternorum generũ, nã à
materia vt ſtat ſub forma corporis, ſumit̃ genus quod
eſt corpus,vt ſtat ſub forma plantæ, ſumit̃ genus ꝙ eſt
corpus aĩatum,& in cæteris eodem mō, igit̃ arguamus
omnis diſtō generica aut eſt p diuerſos modos p̃dicãdi,
aut p reſpectus ad diuerſas formas,ſed tã primo q̃ ſecũ-
do mō differentia ſumit̃ à materia, vt patuit p ſuppoſi-
tiones,igit̃ non pñt diuerſa eſſe in materia primo modo
& conuenire genere pñti,nec in materia ſecũdo mō, &
conuenire genere ſubalterno,ſed corruptibile & incor
ruptibile differunt in materia oĩno, quia incorruptibile
vel nō habet materiã, vel habet illã q̃ eſt alterius rōnis.
igit̃ non pñt conuenire nec in gñe prædicamẽti, nec in
genere ſubalterno. Tertia rō ſumitur ab Auer.2. cœli *3. ratio. Cōm. 49.*
contra Auic. Auicenna.n. voluit orbes eſſe eiuſdẽ gñis
& differre ſpecie. cōtra arguit Aue. q̃a ſi orbes ſunt eiuſ-
dẽ generis,tunc eſſent compoſiti ex materia & forma,
& ſi ſic,tunc eſſent generabiles & corruptibiles,& reli-
qua q̃ conſequentiæ nullæ eſſent,niſi quia Auer. ſuppo-
nit differentiã ſpecificã ſumi à forma,genericam autẽ à
materia,eo quia ſpẽs forma eſt & actus, genus aũt eſt
quoddam potentiale,oẽ aũt potentiale ſumit̃ à materia
igit̃ q̃ differunt materia differunt potentialitate,& p cō-
ſequens differũt genere.Præterea Simpli. ſummus p̄ipa *4. ratio Simplicij.*
teticus ponens differentiã inter Platonem & Ariſto. ait
Platonẽ velle generaliſsimũ eſſe ſubſtãtiã cōem corpo-
reis & incorporeis. Ariſt. autẽ non ſubſtãtiã, ſed corpus
dicit eſſe generaliſsimum, & Auer. in lib. Porphyrij in
ſua paraphraxe ait,non oẽ corpus eſſe generaliſsimum,
ſed corpus corruptibile,& ratio eorũ eſt,quia nihil vni
uoce dr̃ de corruptibili & incorruptibili. Quinta ratio *5. ratio Ioan.*
Ioan. non eſt deriſibilis,vt iuniores ſentiunt, nam Ariſ.
refellit poſitionem Platonis,qui voluit hoĩem ſingula-
rẽ & ideam hoĩs ſeparatam eſſe eiuſdem ſpeciei, arguit
enim Ariſt. hō ſenſibilis, & idea hoĩs differunt genere,
igit̃ ſpẽ. antecedens non aliter probat, ꝙ quia corrupti
bile & incorruptibile differunt genere,idea eſt incorru
ptibilis,hō ſenſilis corruptibilis,igitur differunt genere
mō conſentaneum eſt ꝙ ſi Ariſt. loquitur de ſpẽ prædi
cabili,ẽt de genere prædicabili loquatur, niſi in tam pau
cis verbis æquiuocet.Præterea Boetius vir inter peripa *Authoritas Boetij.*
teticos ſummus ait in prædicamentis Ariſt. determina-
re de ſubſtantia cōpoſita media relictis extremis, & tu
lege reliqua, igitur generaliſsimũ eſt ſuƀa cōpoſita ex
materia & forma. Amplius Alexan. & omnes peripate *Authoritas Alexandri.*
tici dicũt duo eſſe principia generis ſuƀæ, videlicet ma
teriam,& formam,& hoc quia quodcunq; eſt in gene-
re ſuƀæ,eſt compoſitum ex materia & forma, & ſic po
ſitio



ſitio exterorum nullo modo eſt peripatetica,ſed Plato-
*2. poſitio.* nica. Alij & nos interdum dixerunt ſecus eſſe in ſubſtã
tijs,ſecus in accidentibus.in ſubſtantijs enim dicũt cor
ruptibile, & incorruptibile variare rationem generis,
eo quia variant materiã,& ita genus p̃dicamẽti: in acci
dentibus vero dicunt non variare rationem generis, nã
accidens æternum & accidens corruptibile poſſunt eſ-
ſe eiuſdem generis vt dimenſio cœli,& dimenſio elemẽ
ti,lux cœli & lux elementi,motus cœli & motus elemẽ
*Confutatio.* ti,& in alijs id genus. Sed contra hanc poſitionẽ mili-
tat ratio expoſitoris ꝙ videlicet corruptibile & incor-
ruptibile per ſe primo diuidunt ipſum ens tam in ſub-
ſtantia,quam in accidentibus,igitur in vtriſq; facit dif-
ferentiam generis.Præterea militat ratio Auer. quoniã
non pōt eſſe genus quin ſem p ſumatur à potentiali,mo
do tam in ſuƀa quã in accidente potentiale ſumit̃ à ma-
*Cōm. 26.* teria,vnde & Auer. ait in lib. de Suƀa orbis nihil dici cō
mune vniuoce in æternis & corruptibilibus, & in hoc
10. inquit ꝙ corruptibile & incorruptibile ſunt differen
tiæ contrariæ,& illud ꝙ congregat illa, eſt nomen æq̃-
uocum,& loquitur generaliter in omnibus quia ſpecia-
liter ſubdit vnde corpus ꝙ dicit̃ de corruptibili, & in-
corruptibili eſt nomen æquiuocum, & ſic nec iſta poſi-
tio eſt peripatetica. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DE diſputatione facilis eſt dilucidatio,nam ſi loq̃-
mur de differentia poſitiua,ſic quæcunq; differunt gñe,
ſunt in aliquo genere, & hoc pacto corruptibile & in-
corruptibile non differunt genere,eo quia ſm̃ peripate
ticos incorruptibile non eſt in aliquo genere vt proba-
tum eſt,quia non habet materiam,vel ſi habet,illa eſt al
terius rationis,ſin autem loquimur de differentia nega-
tiua,ſic tam in ſubſtantia,quã in accidentibus corrupti
bile,& incorruptibile differunt genere,eo quia incorru
ptibile ſiue ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens in nullo eſt
genere,& ad hoc facit rō Tho. quia corruptibile & in-
corruptibile diuidunt primo ens,ꝙ non pōt eſſe genus,
& ita differunt genere,quatenus vnum eſt in genere,&
alterum non,declaratio vero eſſe poteſt, quia genus in
ſubſtantia ſumitur à potentiali,vnde.1.metaphy.genus
*De genere accidentium.* aut eſt materia,aut ſumit à materia.Genus autem in ac-
cidente ſumit̃ à potentiali ẽt,tñ potentiale generis ſub-
ſtantiæ eſt à materia ex qua,potentiale generis acciden
tium eſt à materia in qua ſiue ſubiecti,& ideo non albe-
do,ſed albũ dr̃ genus,quia albedo non eſt quid potẽtia-
le ſed album, & quia ſubm̃ accidẽtium æternorũ differt
genere à ſubiecto accidentium corruptibilium,igit̃ ac-
cidens ab accidente. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam dico ꝙ minor eſt falſa,et
ꝙ Porphyrius loquitur exẽplariter vt dicit ibidẽ Auer.
vel loquitur Platonice,vt dicunt alij. Ad ſecundã nega
tur añs,ĩmo ſubſtantia dr̃ æquiuoce de æterna,& de cor
ruptibili. Ad tertiã dico ꝙ corruptibile & incorruptibi
le ſunt contrariæ differentia circa ens. nō aũt circa ens
p̃dicamẽtale vt Ariſt. in dicat in textu. Ad vltimã nego
aſſumptum quia licet in fundamẽto materiæ nulla ſit di-
ſtinctio rōne habita ad materiã, tñ habitudine ad for-
mam ſimpliciter,vel talẽ formã bene eſt diſtinctio,vt in
diſputatione dictum eſt,ſimiliter licet materia ſit igno-
ta,vt tñ ſumitur per habitudinem ad formã, eſt nota.
Ad rationes exterorum ad primã nego antecedens,im-
mo dico nihil commune vniuocum illa habere, ſed oẽ
prædicatum cōmune corruptibili & incorruptibili eſſe
æquiuocũ p idẽ ad rōnem iuniorum,illud enim ꝙ intel
lectus inuenit,non eſt vniuocum, ſed analogum. Ad
verba expoſitoris dico, ſi deberemus ſtare illis verbis,
tunc expoſitor eſſet ſibi contrarius,eo quia in calce cō-
mentationum dicit contrarium,propterea dicerẽ ſalua
meliori ſñia ꝙ expoſitor p genus logice conſideratum
non intelligit genus prædicamenti,vt exteri crediderũt
ſed oẽ prædicatum ſiue ſm̃ vnam rōnẽ vniuocã, ſiue a-
nalogice,& hoc pacto ens, & ſubſtantiã diceret eſſe ge
nus logice conſideratũ,quia & ens & ſubſtantia prædi
cantur ſm̃ rōnẽ vniuocã,vel analogicam,vnde Auer. ẽt
qñq; p̃dicatũ analogicũ appellauit genus vt patet.2.cœ *Cōm. 49.*
li contra Auicennã,p genus aũt phyſicæ cōſideratũ in-
telligit genus naturæ:hoc eſt genus p̃dicamẽti, cui cor-
rñdet aliqua natura,quia ſaltẽ potentiale materiæ,& ſic
Thomas ſibi non eſt contrarius:& eſt pro nobis, tu ve-
ro Thomiſta conſidera: quia hæc noſtra expō eſt pul-
chra:& facit Thomã ſibi conſonũ:& peripateticũ. Hæc
de nona diſputatione,deque toto decimo libro.

FINIT LIBER DECIMVS.

# LIBRI VNDECIMI

## METAPHYSICORVM

# DISPVTATIONES

## AVGVSTINI NIPHI

### SVESSANI:

In Quatuor diſputationes diuiſi.

1 *Num caſus ſit res humana.*
2 *Num fortuna ſit res diuina.*
3 *Num euentus fortuiti proficiſcantur ab aliqua cauſa per ſe & determinata.*
4 *Num generatio alicuius ſubſtantiæ ſit gradualiter ſucceſsiua.*

## PRÆFATIO.

ET DE materia & de affectionibus
materiæ huius ſcientiæ Ariſ. diligẽ
ter intẽtauit,at nũc de entis vniuſ-
úe ſpecibus quaſi phyſica cōſide-
ratione pertractat, vbi has paucas
diſputationes vtiles putaui: videas
igitur illas:nam à tuo deſertiſsimo
ingenio reuiſas nemo exhorrebit. Vale.

*Quod autem gratia huius in his quæ à natura fiunt & à mente eſt,fortuna autem eſt,&c.* Cap. 8.

## DISPVTATIO PRIMA
De Caſu.

*Num caſus ſit res humana.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD caſus ſit res humana, arguitur.
Primo quia multa homo agit caſu,igitur
caſus eſt res humana. Secundo ꝙ accidit
rei inferiori quã ſit ipſe hō, res eſt huma
na,eo

na,eo quia homo poteſt in his, quæ ſunt in hominis, & his quę ſunt infra hominem ſub illius cura,ſed caſus accidit rebus infra hominem quæ ſub cura continentur hominis:igitur eſt res humana,In contrarium eſt Ariſt. cap.8.huius lib.11.dicit enim caſum eſſe rem naturæ,& non hominis.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

GRAECI Tychen hoc eſt fortunam, & Automaton hoc eſt caſum plerunque pro cauſis per accidens ſumpſerunt,in his videlicet quæ neque ſimpliciter, neque plerunque fieri poſſunt, atque horum in his, quę alicuius gratia ſunt,inter Tychen vero, & Automaton talem differentiam aſſignarunt,ꝙ Automaton ad plura ſe extendat,eſt enim in his:in quibus & fortuna eſt,& adhuc in alijs,vt in hominibus & brutis, & naturalibus rebus. Dicimus enim æquum caſu veniſſe, vt euaſus ſit profectus, non autem euadendi gratia venit, & tripodam etiam cecidiſſe caſu,ſtetit enim vt ſit ſedens, ſed nõ huius gratia cecidit,at fortuna in his eſt,quę electione aguntur,qualiter ſunt humana,& licet caſus & fortuna plerunque pro cauſis accipiantur,quæ ſunt per accidens eorum quæ neq; ſemper,neq; plerunq; eueniunt, tñ nonnunquam accipiuntur pro euentis rarēter,& extra intentionem agentium,& ita caſus & fortuna accipi poſſunt pro cauſis,& pro effectibus,hæc ab Ariſt. 2. phyſicæ auſcul. Et de titulo hactenus.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. poſitio antiquorum.*

SVNT qui de diſputatione volunt caſum nihil eſſe, nihilq; euenire caſu,ſed omnium cauſam eſſe determinatam,& per conſequens volunt caſum nec eſſe rem humanam,nec rem diuinam,nec rem naturalem, quoniã quod nihil eſt,nullius ſubit rationẽ. Quod autem caſus nihil ſit,ſic perſuaſerunt,ſi caſus eſt,caſus eſt, cauſa ſed caſus non eſt cauſa,igitur non eſt. Quod non ſit cauſa, probabant,quia omnis cauſa eſt determinata atq; diffinita,at nullus caſus eſt diffinitus, atque determinatus,

*Confutatio.*

igitur non eſt cauſa,& ita nihil eſt. Sed Ariſt.2.phyſicæ auſculta.refellit poſitionem hanc, per hoc quia multa ſunt,& fiunt à caſu,quod non aliter probat niſi conſenſu omnium,igitur caſus eſt. Præterea multa eueniunt præter intentionem agentis & raro,igitur caſus eſt, antecedens ſupponitur p ea,ꝙ videmus, & conſequentia patet per diffinitionem caſus, & tunc reſpondet ad eorum rationem,& concedit caſum eſſe cauſam, & vlterius concedit omnem cauſam eſſe determinatam,& diffinitam,aut per ſe, aut per reductionẽ, caſus enim & ſi non ſit cauſa per ſe, reducitur ad per ſe, quia omne per accidens reducitur ad per ſe. Hæc Ariſt.de prima poſitione.

*Poſitio Democriticorum.*

Democritici vero caſum dicunt eſſe, ſed non rem humanam,nec rem diuinam, nec rem naturalem, ſed vniuerſalem omnium cauſam,vtpote cœli, & mundanorum omnium,hi enim dicunt omnia eſſe à caſu,et ita nec caſus eſt humanorum tantum cauſa, nec naturalium tantum,nec cœlorum tantum,ſed vniuerſalem cœli, & mundanorum cauſam.

*Motiuum.*

Mouebantur hi quia cœleſtes motus ſunt à caſu, non enim poteſt reddi cauſa, cur diurnus cœli motus ſit ab ortu in occaſum, & motus cæterarum ſtellarum ſit econtra ab occaſu in ortum. Præterea nec reddi poteſt cauſa,cur quinq; planetæ ſunt nunc repedantes, nunc progredientes, nunc ſtatarij, nunc cœleres, nunc feri. Sol autem & Luna nunquam, ſed ſolum tardi, vel cœleres, hi igitur motus (cum nullam determinatam cauſam habeant) eſſe non poſſunt niſi à caſu, ſed motus cœleſtes ſunt cauſæ omnium, igitur omnia ſunt è caſu. Hæc Democritici.

*Confutatio Ariſt.*

Sed refellit hanc poſitionem Ariſtot. Primo quia nos videmus animalia, & plantas ex certis & ſtatutis cauſis proficiſci, non enim ex quouis ſemine, animal exoritur,nec planta,ſed certo ſtatutoq; proficiſcitur ſemine vnumquodque talium,igitur hæc non fiunt caſu, at ſi animalia & plantæ non fiunt caſu, minime diuina illa corpora cœlica. Secundo quia ſermo iſte videtur negare prouidentiam, & Deum, nam tollendo ordinem in cœleſtibus tollitur prouidentia,& ita Deus, in quo eſt omnium præſentium & futurorum prouidentia. Tertio hi contradicunt ſenſibus,nam in cœlo nihil vident fieri caſu,at in his terrenis multa videmus caſu euenire in quibus negant caſum. Ex his Ariſto. confutauit hanc poſitionem. Hæc de poſitionibus ſatis.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1. ſuppoſitio.*

PRO dilucidatione accipiamus. Primo duplex eſſe agens alterum naturale,alterum ex deliberatione, ꝙ vocatur agens liberum,naturale vero duplex, aut per naturam formæ, quæ ratione agit ignis, non enim agit niſi naturaliter per naturam eius formæ, aut per impetum naturalem tantum, qua ratione agunt animalia bruta,nam licet agant per cognitionem,non agunt diſcurrendo,ſed per impetum derelictum ex ſenſu, & contractum ex ſenſilium ſpecie, quum enim mouentur à ſenſibilibus,non deliberant, ſed ex impreſſione & impetu derelicto ab illis mouentur. Agens vero liberum eſt, quod licet à ſenſibilibus moueatur : tamen antequam agat deliberat, & eligit diſcurrẽdo, & hoc pacto homo agit.

*2. ſuppoſitio.*

Secundo accipio ꝙ caſus & fortuna ſunt cauſæ per accidens, non quidem reducibiles ad omne genus cauſæ per ſe, ſed ad agentes cauſas, caſus quidem ad agens naturale,fortuna ad agens liberum, eſt enim caſus agens naturale aliquem effectum,quem non intendebat raro & in paucioribus, verbi cauſa æquus aufugiens tabanos ad antrum ſaluatus eſt ex lupis, intendebat enim fugere tabanos,non autem lupos, & propterea equus agens fuit caſuale ſuæ ſalutis,fortuna vero eſt agens ex deliberatione agens aliquem effectum, quem non intendebat raro & in paucioribus, vt ſuffodiens agrum vt plantaret oleam; inuenit theſaurum : ſuffodiens eſt agens fortuitum inuentionis theſauri,per ſe autem foſſe.

*Dilucidatio.*

Ex his patet dilucidatio, eſt enim res naturalis, caſus, & non humana,nam ſi caſus accipitur pro effectu caſuali eſt res quæ proficiſcitur ab agente naturali præter intentionem agente aliquid quod non intẽdebat,ſi autem ſumitur pro cauſa caſuali, ſic eſt ipſum agens naturale, quod agit præter intentionem: igitur caſus quouis modo ſumptus eſt res communior humanis rebus,competens his quæ accidunt rebus naturalibus,caſus igitur nec eſt res humana:nec animalis, ſed naturalis : non quidem naturalis: quia ſit aut cauſa effectum naturalium per ſe intentorum ; vel effectus intentus à natura:ſed naturalis:quatenus accidit rebus quæ ab agentibus naturalibus proficiſcuntur. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

PER hæc. Ad primam concedo multa hominem agere caſu;non tamen ſequitur caſum eſſe rem humanam:ſed vel communiorem rebus humanis. Ad ſecundam nego maiorem quia accidit homini.& rebus infra hominem:& ſic eſt vniuerſalior rebus hominis. Hæc de prima diſputatione.

*Propter quod circa eadẽ fortuna et mens,&c.cap.eodẽ.*

DISPV-



## DISPVTATIO SECVNDA
De Fortuna.

*Num fortuna ſit res diuina.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod fortuna ſit res diuina:arguitur. Primo,qa eſt humanæ menti occulta:vt oẽs antiqui aſſerunt:ſed nihil eſt humanæ menti occultũ : niſi ſit diuinũ & elongatũ à noſtris ſenſibus:igitur eſt res diuina.Secundo fortuna eſt Dea, vt omnes poetę dixerũt: igitur eſt res diuina : antecedens eſt omnium poetarũ & conſequentia patet. In contrarium eſt Ariſt.in præſenti libro capite eodem dicens.quapropter circa eadẽ eſt mens & fortuna:& ita eſt res humana. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſit fortuna,& quid ſit caſus:quo etiam modo differunt,ex præcedenti diſputatione perſpicuũ eſt, per eſſe vero rem diuinam intelligo ſi ſit cauſa per accidens reducibilis ad aliquod agens diuinum , aut ſi eſt effectus proficiſcens ab aliquo agẽte diuino,põt. n. fortuna accipi apud græcos pro effectu fortuito, & pro cã fortuita, igitur eſt ſenſus ſi illa cauſa quæ eſt fortuita, ſit res diuina. vel ſi effectus fortuitus ſit à cauſa diuina. Hęc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio vetuſt.*

DE diſputatione vt narrant Ariſt.& Them.fuerunt nonnulli qui fortunam dixerunt eſſe diuinum quoddã, atq; humanę menti occultum,ex hac veterum poſitione emerſerunt duæ principales, altera quidem poetarũ altera nonnullorum philoſophorum.

*Põ Poetarum.*

Poetę quidem finxerunt fortunam eſſe quoddam diuinum,quatenus eſt quædam Dea ſeorſum diuerſa ab omnibus intelligentijs primoq; motore cui tres fatales Deę clotho, lacheſis,& atropos deſeruiũt ſecũdum diuerſas rõnes, vt ipſi poetæ decantant.

*Confutatio.*

Hæc poſitio ſic ad verbum intellecta fictio eſt poetica,& ab Ariſto. deſpecta, nulla.n.eſt Dea ſiue intelligentia, ꝙ non moueat orbẽ, vt ſecundo cœli diſputatũ eſt.

*Poſitio aliquorũ philoſophorum.*

Nonnulli vero philoſophi dixerũt fortunam eſſe quodam diuinum,quatenus eſt Deus ipſe,ad quem oẽs effectus fortuiti reducuntur, tanquam in primã cãm ordinantem,quatenus omnia cadunt ſub eius prouidentia.Sed iſtos refellit Ariſt.in lib. de bona fortuna.Nam fortuna ꝙ grecæ eſt Tyche vult eſſe inordinata,at Deus eſt omnium rerum ordo. Præterea eſt fortuna bona & mala, at Deus non eſt niſi bonũ quoddam ſemper rurſus eſt fortuna inuida, cum diſtribuat, ſæpe iniuſtæ,at Deus non eſt inuidus. Adhuc eſt fortuna mutabilis,at Deus immutabilis ſem p. Ex his & alijs concludit Deum non eſſe fortunam nec fortunam eſſe Deam vel Deũ. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Quid ſit fortuna per diuiſionem hic declaratur.*

QVID fortuna ſit Ariſt.in lib.de bona fortuna nãſcitur per diuiſionem.nam fortunam eſſe, nemo debet dubitare,cũ videamus multa & eſſe,& fieri à fortuna.Reſtat igitur videre qd nam ſit fortuna ipſa, id autẽ quod prima facie apparet eſt fortunam eſſe, aut naturã ſiue agens naturale intelligendo p naturã qd commune aiatis & inanimatis agentibus. Aut intellectum ſiue agẽs voluntarium,aut Deum,aut aliqđ horũ,vt artem, vel ſcientiam,vel rõnẽ,ꝙ ſunt aliquid intellectus,aut prouidentiam quæ eſt aliquid Dei.aut fatum, ꝙ eſt aliquid naturę ſaltem vlis,aut aliquid reducibile ad horum aliquid,non.n.fingi põt aliud quid pręter hæc,vt ſtudioſis patet.

*Quod fortuna non ſit natura.*

Quod qdẽ fortuna non ſit natura, probat Ariſt. Primo quia natura eius cuius eſt cã, plerunq; vel ſemp cã exiſtit,at fortuna fortuitorũ euentuũ cã eſt rarenter. Secundo natura eius cuius eſt cã,ordinate & regulariter cã eſt,at fortuna in ordinate & irregulariter cã eſt ſuorũ effectuum.

*Quod non ſit fatum.*

Præterea ꝙ fortuna non ſit fatum,declaratur, nã fatum eſt duplex particulare,& vniuerſale, fatũ particulare aſtronomi dicũt eſſe certã & ſtatutã ſtellarum conſtitutionem, ꝙ ingenitura cuiuſq; colligitur. Verbi cã ſtellarum illa conſtitutio,ꝙ tum erat cum primũ Niphus in lucem ederetur, queq; fecit ipſum philoſophũ muſicum,venatorẽ, & reliqua, fatũ eſt particulare Nipho, videlicet accõmodatũ ex ſuo natali, de tali Hermes ſapientiſsimus inquit,nullũ granũ arenarũ eſt in litore qn propriũ obtineat ſidus ſuſcitans ad illius incrementũ. Vlẽ vero fatũ volunt eſſe nexũ ſtellarũ & oĩum ſecũdarũ cãrum,quatenus agunt lumine & motu,vnde ordo ille vlis,qui in ſtellis eſt,quatenus ſunt cãe ſecundæ agentes lumine & motu fatũ eſt vlẽ, ordo vero ſtellarũ quatenus ſunt ſic vel aliter conſtitutæ, fatũ eſt particulare, vt dixit Ariſt.Quod fortuna igitur non ſit fatũ vlẽ, nec particulare,nunc perſpicuũ. Primo quia fatum oẽ aut eſt ordo,aut non ſine ordine agit, at fortuna & ſine ordine, & ſine regula pœnitus facit quicquid facit. Inſuper etiam fatũ omne aut neceſſario, aut plerunq; efficit quod in ſua continetur ptãte vt aſtronomi ſentiunt, at fortuna raro efficit,quod factura eſt,fortuna igitur nec eſt natura, nec naturæ quicquã.

*Quod fortuna non ſit intellectus.*

Quod vero non ſit intellectus,pſuadet Ariſt.1.quia intellectus,agit cũ ordine & regula, & ſemp vel plerunq;:fortuna vero agit & ſine ordine regulaq;, & raro. Præterea vbi eſt multum de intellectu,ibi ſolet eſſe minus de fortuna, & vbi multũ de fortuna ibi minus de intellectu. igitur fortuna non eſt intellectus.

*Quod fortunæ non ſit aliquid intellectus.*

Quod etiam fortuna non ſit aliquid intellectus,patet etiam,non.n.eſt ars, non ſcĩa,non ratio, non conſilium,non tale aliquid,qm hæc oĩa aut ordines & regulę ſunt,aut nõ ſine ordine, at fortuna ſine ordine & ſine regula agit.

*Quod non ſit Deus nec prouidentia.*

Quod vero fortuna non ſit Deus, nec aliquid Dei vtpote nec cura Dei,nec prouidẽtia, facile declarat Ariſt.Primo quia Deus eſt conueniẽs & iuſtus bonorum diſtributor, bona.n.bonis & malis mala diſtribuit, vt dicit Ariſto. at fortuna bonis mala,& mala bonis perſæpe diſtribuit, inquit.n.Seneca in tragœdijs. O fortuna viris inuida fortibus,cur non æque bonis pmia diuidis,igitur fortuna,nec eſt Deus,nec aliquid Dei. Pręterea fortuna temulẽter & iniuſtę agit,abſit aũt deo vt dicit Ariſt.talia attribuere,fortuna igitur nec eſt Deus, nec aliquid ipſius Dei.

*Quod fortunæ ſit reducibilis ad aliquid horum.*

Eſt igitur fortuna reducibile quid ad aliqđ horũ, cũ.n.fortuna ſit cã p accñs, & vnũqđq; horũ ſit per ſe cã,& omne p accñs reducitur ad per ſe,igitur fortuna reducetur ad aliquod horum.

*Quod non reducatur ad naturam.*

Non reducitur ad naturã,quia ſic fortuna non eſſet tñ in humanis, cuius oppoſitũ arbitrantur q de Tycha hoc eſt fortuna loquũtur.

*Quod ad intellectum.*

*Quid fortuna ſit.*

Non reducitur ad Deũ,nunquã.n.diceremus Deũ fortuito agere,igitur reducitur ad ipſum intellectũ.Quo ſit vt fortuna ſit intellectus,non rectus & ordine agens,ſed cũ aliquid pter intenſionẽ & raro agit,eſt igitur fortuna mẽs agens aliquid pter intenſionem & rarenter.Verbi cã,cũ per mentem dux victoriam intendit contra hoſtem, & euenit ſeruitus,mens ducit fortuito egit.

*Dilucidatio.*

Ex his apparet dilucidatio,patet.n.ꝙ fortuna eſt res humana, quia ſiue ſumatur ex parte cãe,ſiue ex parte effectus,ſemper eſt res humana,ex parte cauſæ quidẽ,eſt mens ſiue intellectus

qui

qui eſt hominis quicquam, ex parte effectus vero, quia (vt Ariſt. dicit in textu) circa idē verſatur mēs & fortuna. Et ita fortuna eſt res humana. Hęc de dilucidatiōe.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS declaratis. Ad primam patet ſolutio in textu & ex dictis, fortuna enim non dicitur nobis occulta, quia ſit res diuina ſed quia ſit, cauſa per accidens, nam ꝙ eſt per accidens eſt fere infinitum, qđ humanæ menti eſt occultum. Ad ſecundam negatur opinio poetarū, multa enim mentiuntur poetæ vt dicit Ariſt. in proœmio huius. Hæc de.2.diſputatione.

*Si igitur fortuna aut caſus cauſa cœli, prius intellectus cauſa & natura,&c.* Cap.eodem.

# DISPVTATIO TERTIA

De euentuum fortuitorum cauſa.

*Num euentus fortuiti proficiſcantur ab aliqua cauſa per ſe, & determinata.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod euentus fortuiti non proficiſcantur è cā aliqua per ſe, arguitur: Primo, quia tunc omnia è neceſsitate naturæ contingerent, quoniam omnia euenirent cauſa per ſe, & hoc confutauit Ariſt. in lib. phyſicæ auſculta. Secundo quia quod eſt per accidens, reſpectu nullius debet eſſe per ſe, at euentus huiuſmodi per accidens ſunt, igitur non poſſunt eſſe per ſe reſpectu alicuius cauſæ. Tertio ſi tales euentus euenirēt ab aliqua per ſe cauſa non dicerentur ſimpliciter fortuiti, cuius oppoſitum tenetur. In contrarium eſt Ariſt. qui vult omne per accidens reduci ad per ſe, & ideo infert ꝙ ſi fortuna & caſus cœli ſunt cauſæ, prior mens cauſa erit, atq; natura. Quod non pro alio dicit, niſi quia vult nihil euenire ſimpliciter per accidens, quod non habeat aliquam per ſe cauſam. Præterea poetæ omne ſentiunt idem, vnde Seneca quicquid patimur mortale genus, quicquid facimus, venit ex alto. igitur nihil eſt ſimpliciter per accidens, & fortuitum. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire quod iſtam diſputationem pertractauimus in lib. deſtructio deſtructionū diſputatione.14. & in lib. de interpretatione, & in lib. auſcul. phyſi. nunc autem ſummatim illam tangemus, & fructū opinionū breuibus reſumemus. Secundo debes ſcire bona apud peripateticos trifariam eſſe animæ vt virtutes, & ſcientia, corporis vt valitudo, robur, & pulchritudo. Atque fortunæ, vt diuiciæ & honores, & id genus, quæq; externa dicuntur. Mala etiam trifariam dicuntur, vt ex his patet: bona corporis bonaq; aīæ non dicuntur eſſe à fortuna, qm̄ animę bona intenduntur ab anima ipſa tāquā perfectio à perfectibili. bona autē corporis ſunt bona naturæ, quæ ab agente intenduntur naturali, vtrum aūt bona animo, & bona quædam corporis poſsint eſſe à fortuna nolo nunc diſputare, nam primū ſpectat ad librum Ethic. ſecundum vero ad librū phyſicæ auſcul. Eſt igitur ſenſus diſputationis, vtrum bona fortunę ſint ſimpliciter & omnino fortuita an habeant aliquā per ſe cauſam. Præterea diſputata veritate de bonis fortunæ, patebit & de bonis & malis naturę, & de bonis & malis animæ. Hæc de titulo.

*Triplex bonū*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio catholicorum.*

CATHOLICI dixerunt omnia fortuita reduci in prouidentiam diuinam. Et propterea nihil ſimpliciter euenire dicitur fortuito, cum omne adueniens cām habeat per ſe, videlicet prouidentiam, fortuita igitur ipſa ſiue bona, ſiue mala, ſiue ꝓſpera, ſiue aduerſa, reſpectu quidem noſtri à fortuna erunt: atque per accidens, & præter intentionem. reſpectu aūt diuinæ prouidentiæ per ſe, atque determinata. Nam quemadmodum nihil eſt, quod non de entitate & bonitate participet, ita nihil eſt, quod non cadat ſub illius prouidentia, eſt enim diuina prouidentia æqualis ſuæ eſſentiæ. Hæc catholici. Sed contra hanc veritatem obijcit Ariſt. in lib. de bona fortuna, Primo quia tūc deum prauum iudicē faciemus, nam bonis nonnunquam mala & ipſis malis bona diſtribueret. Secundo vt dicitur. 1 o. Ethic. tunc Deus erit iudex diſtributionis bonorum & malorum. quod eſt nefas bonitati diuinæ. Tertio arguit Auer. ꝙ tunc Deus vileſceret, vt oculus videns turpia viſibilia. Multas alias obiectiones ſcripſimus in lib. de interpretatione, & in lib. deſtructio deſtructionum, quas nunc omittimus, quia ſummatim diſputamus, verū in dilucidatione patebit quantum valeant omnia hæc. Alij vt Epicurus, Auer. & The. hæc fortuita nulla cā ꝑ ſe euenire dn̄t: ſed pœnitus eſſe fortuita. Amplius dn̄t nihil ꝑ ſe euenire niſi aut bona naturæ, aut aīæ, at bona fortunæ cū rarenter & ꝑter intētionē cōtingāt pœnitus ꝑ accn̄s proficiſci dicunt, pœnituſq; è caſu, & fortuito, nec oportet illa reducere niſi ad cām ꝑ ſe alium finē intendentem, vnde doctiſsimus The. in.2. phyſicæ auſcult. libro voluit vnāmet cām eſſe per ſe, & fortunam. Verbi cauſa. mens, vt ordinata in finem, quem intendit, eſt per ſe, vt vero cū illo fine coniungitur aliquis alius finis non propoſitus, nec intentus, quiq; rarenter euenit, mens ipſa fortuna dicitur, quæ ratio docet fortuita ipſa nulla è cauſa per ſe eſſe præter illam, quæ alium per ſe finem intendit, & ſic tales effectus fortuiti in nullam cauſam reducēdi ſunt, quàm in agentem particularem, quæ per ſe agit aliquē effectum & per accidens alium illi coniunctum. Hęc ex Themi. Eſt autem huius opinionis fundamentum, quia putant ſub Dei cura ac prouidentia particularia minime contineri. Sed hæc poſitio eſt contra leges, & contra communem hominum conſenſum, & contra rationes. contra leges quidem, quia omnes leges hæc fortuita in Deum aliqua ratione reducunt. contra vero cōmunem hominum conſenſum, quia homines pro malis euitandis & bonis recipiēdis vota promiſsiones exhibent Deo. Modo quod eſt commune omnibus non eſt in toto falſum, vt dicit Ariſt. in lib. de ſomno. Præterea dum vetulæ mala nobis exoptant puniuntur, à lege, dum vero bona nobis volunt, agimus gratias: quod nō eſſet niſi hæc bona & mala haberent aliquam cauſam ꝑ ſe præter particularem à vetulis exoptabilem, vel odibilem. Eſt præterea hæc poſitio contra rationes quia obſeruauimus non ſemel ſtellas fortunatas in hominum natalibus, fortuita & inopinata ſibi præſagire, quæ ipſi non intendebant, igitur habent cauſam per ſe. Præterea videmus nonnullos impetus mouere noſtras mentes ad agendum aliquid pœnitus contra rationē quod poſtea adueniens, fortuito eueniſſe dicimus vt dicit Ariſto. in lib. de bona fortuna, igitur iſta habent aliquo pacto cauſam per ſe. Propter hæc Ariſto. in lib. de bona fortuna tandem hæc fortuita ſiue bona, ſiue mala proficiſci autumat ab impetu quodam nobis inſito, fingit enim

*Obiectiones peripateticorum.*

*Poſitio Epicuri Auer. The.*

*Confutatio.*

*Poſitio Ariſt. in lib. de bona fortuna.*



enim vnumquemque ſuo ab ortu, generationeq́ue impetum quendam ferre, quo quidem & ad recte agendum, & ad praue operandum propellitur atque allicitur. Qua ratione euenit, vt hi fortuiti effectus: reſpectu quidem intellectus ſint fortuiti quatenus contingunt præter rationem, reſpectu autem impetus mouentis intellectum ad agendum præter rationem, erunt per ſe. Verbi cauſa, vt formica ab inſtinctu colligit grana, ita homo fortunatus ab impetu mouetur ad proſperitatem futuram. Quare quemadmodum granorum collectio eſt per ſe reſpectu inſtinctus per accidens reſpectu cognitionis formicæ quæ grana nunquam colligit ſic fortuiti euentus ſiue proſperi ſiue aduerſi ſunt per ſe reſpectu impetus mouentis intellectum, per accidens reſpectu intellectus agentis præter rationem & conſilium. Hæc Ariſto. in lib. illo. Et licet hæc Ariſto. poſitio ſufficiat phyſicis, qui rerum naturas obſeruant ſapientibus, qui per altiores cauſas incedunt, non ſufficit. Nam adhuc quæſtionis locus relinquitur, eo quia & impetus ipſe videtur fortuito homini datus inſtinctus nanque naturæ ſpeciem totam conſequitur & hac ratione datur à patre matreúe mediante eorum ſemine, at impetus hic cum vniuerſam hominum ſpeciem non conſequatur adhuc fortuito hominibus contingit & cum omne per accidens reducatur in cauſam per ſe, adhuc illius quærenda eſt per ſe cauſa in quam reducitur: non enim pater materúe ad illius generationem ſufficiunt, cum ſemper filium æderent in conſimili impetu conſtitutum, ceu pater cholericus filium efficit cholericum & eandem choleræ ſpecie affectum, vt de his qui eorum patres verberāt ſcribit Ariſt. in lib. Ethico. Quare videtur adhuc huius impetus aliunde cauſam eſſe perquirendam. Præterea adhuc ex his, quæ Ariſto. dixit, non apparet quid ſit impetus ipſe, nec è quibus exoriatur cauſis, nec qua: nam via nobis congeneretur. Propter hæc aſtronomi. Reſpondent, & declarant. Primo vnde impetus ipſi hominibus prodierint. Secundo qua nam via nobis congenerentur & ſic quaſi poſitioni Ariſtotelicæ ſupplent, tranſcendebat enim negocium phyſicum id declarare, & propterea Ariſtot. illius declarationem prætermiſit. Aſtronomi igitur hos ſiue impetus ſiue propēſiones in cœlicas reducunt cauſas, nam (vt Ptolomæus omnium ſapientium princeps ſcribit in lib. apoteleſmatum) ſi aliquis ex natali partis fortunæ dominatrices ſtellas in culmine habuerit, ſuis, in iuriſdictionibus conſtitutas, beneq́ue è luminibus affectas hic impetum ex tali nanciſcetur conſtellatione, quo iuſta dominantium ſtellarum peripaton hoc eſt in ambulationem ad magnas inopinata quæ facultates mouebitur. Præterea & qui ambo lumina, vel alterum conditionarium in culmine habuerit planetis omnibus circundatum, maioribus quidem matutinis: minoribus autem veſpertinis, & in ſignis maſculinis luminibus ipſis conſtitutis hic ex tali cœli conſtitutione impetum natalem ſortitur, quo ad regia ſceptra promouebitur. Inſuper & qui aliquam ſtellarum fixarum ex regijs in medio cœli habuerit cum altero luminum, vel cum Ioue, hic ex tali cœli ſtatu impetum conſequetur, quo ad regias poteſtates etiam ſi ex vili fuerit genere aſcendet. Qua ratione fit, vt calamitas hæc, vel proſperitas cum ipſi nato contingerit, fortuito adueniat reſpectu ſui intellectus, qui ad talia non præuidit ſeſe aſcendere, reſpectu tamen impetus collecti ex cœli conſtitutione (quam particulare fatum appellauimus) per ſe eſt. & ita impetus eiuſmodi ad parentes comparati fortuito eueniūt, cum non ſecundum parentum intentionem exoriantur, parentes enim non niſi ſibi ſimiles ſecundum ſpeciem agere intendebant. comparati autem ad cœleſtem conſtitutionem, quæ fatum eſt particulare, virtute cuius parentes agunt, non fortuito euentus fortuiti eueniunt. Ex his patet vnde impetus ipſi hominibus prodierint. Quo vero modo nobis congenerentur, declarant imaginando cœleſtem illam conſtitutionem, quæ tunc viget, cum aliquis in lucem æditur (quam fatum particulare nuncupauimus) aerem qui nos continet alterare: vt Ariſt. dicit in lib. 8. phyſicæ auſculta. aer autem ipſe alteratus, quaſi omnem cœlicam vim, quæ tunc manet, cum quis in lucem æditur, mutuans è cœlo, fœtum tum æditum mox alterat: & extra permeatus, & ꝑ foramina intrās generat in eo qualitatem quandam vitæ nati coæuam, eo modo quo calor in ligno calorem generat, quam qualitatem Ariſt. appellauit impetum. Cicero propenſionem, ad futuros euentus concitantem natum ipſum pro varia ſtellarū profectione ad calamitates atq; ꝓſperitates nato inopinatas: hanc qualitatem etiam Ptolomæus numen ſiue afflationem Socr. demonium appellarunt. hæc Ptolomæus: & cæteri aſtronomi, quæ ſupplementa ſunt poſitionis Ariſt. Sed certe poſitio hæc & ſupplementa iſta manca ſunt. Primo quia adhuc fortuito atq; caſu videtur nato datum, vt hac ædatur conſtellatione, vt impetum conſequatur talem: quo alliciatur ad hoc vel illud agendum, non. n. hoc totam ſequitur ſpeciem: & ideo quod mihi hic è cœlo detur impetus: quo ad regias poteſtates impellar, tibi vero ille, quo ad viles conciteris: forte & fortuito videtur eueniſſe, & cum omne per accidens reducatur ad per ſe: adhuc licet quærere cauſam per ſe: qua mihi hic: & tibi ille ſit tributus impetus. Secundo nec tibi ille mihi hic impetus datur: quia parentes hoc vel illo concubuerint tempore, quia & parētes mei ꝙ hoc concubuerint tempore, & tui quòd illo etiā fortuito ſemper eueniſſe videtur, & ita per accidens, & per conſequens oportet perquirere cām per ſe, quæ ſit prima omnium, cauſa: qua habita ceſſet omnis quęſtio. Motores enim cœlorum nō ſemper hos impetus agūt: agunt. n. motus & lumine, & non hos particulares impetus principaliter intendunt. ergo fortuito hos agunt, oportet ergo adhuc cauſam altiorem quærere: vnde per ſe emergunt, & ſic aſtronomica hæc fictio adhuc manca videtur. Hæc de poſitionibus.

*Confutatio poſitionis Ariſt.*

*Poſitio aſtronomorum.*

*Demonium impetus. Propenſio. Numen. Afflatio. Confutatio.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Ad quis reducitur omne hominis bonum.*

HIS omnibus confutatis, & recte omnibus inſpectis patet totum hoc eſſe reducendum in diuinam illam prouidentiam, quæ eſt omnium cura, & ſub qua omnia continentur: quam & cæci philoſophi videre nō potuerunt: nec ſapientiſsimus Ariſt. nec ſummus Ptolomæus cognouit. Quod declaratur. nam fortuita in impetum reducuntur tanquam in cām per ſe, & quia impetus fortuito adhuc contingit: in aerem alteratum à cœlica vi reducitur tanquā in cauſam per ſe, & quia fortuito aer ſic alteratur in meo natali, in fatum particulare reducitū ꝙ tunc viget cum ęditur quis, & cum fortuito fatum illud tunc vigeat fatū hoc particulare in intelligentias ſecundas, quæ ſic mouerunt reducitur, tanquā in fatum vniuerſale & cām per ſe, & quia adhuc fortuito ſic mouerunt, vt fatum tale efficeretur, tandem in diuinam illā prouidētiā recurrendū ſeſt, q̄ ab æterno intelligētias

illas ad ſic mouendum inſtituit, vt tale particulare fatum proficiſceretur. Quare oĩa ſub prouidentia inſtituta & ordinata ſunt ab æterno, & omnia bona nobis & mala, & quæcunq; contingunt ſub prouidentia æterna collocata ſunt. Talem ordinem nec cæci philoſophi: nec ſuperbi aſtronomi, nec vani poetæ pertingere potuerunt: ſed ſoli catholici quam diuino minime fuerũt afflati. Erit ergo ordo ꝙ effectus fortuiti reſpectu mentis agentis: fortuiti ſunt. reſpectu vero impetus per ſe. & cum impetus à parentibus proficiſcantur, & non per ſe; reſpectu eorũ fortuiti ſunt, reſpectu medij fœliciter affecti, per ſe. at cum hæc medij fœlix affectio non ſit ſemper ſed producatur à conſtellatione fortuita, à qua non ſemper eſt: reſpectu motorum erit per ſe fortuita vero reſpectu medij; at cum motores non ſemper beate moueant, nec bene, Motus fœlices ad motores comparari fortuiti ſunt, ad prouidentiam vero per ſe erunt, & hic ſtatur. ſiquidem mens fœliciter à parentibus, parentes fœliciter à medio: medium fœliciter à ſtellis, ſtellæ fœliciter ab earum motoribus, hi deniq; à prouidentia moti ſunt. Sed eſſet vna ardua, & laborioſa quæſtio hic obiter occurrens, ſi cum hac diuina prouidentia omnium eorum, quæ contingunt, ſtet contingentia rerum futurarum, ſed quoniam rem hanc diligenter in lib. deſtructio deſtructionum tractauimus & diligentius in lib. de interpretatione, volo ab iſta queſtione ſuperſedere, ne maleuoli vocent me ventoſum, & ſuperfluum. Hæc de dilucidatione.

*Excuſatio ab ardua quæſtione.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam nego argumentum, quia licet omnia in prouidentiam reducantur, cum illa ſtat futurorum contingentia vt ſuppoſuimus ex alijs libris. Ad ſecundam negatur antecedens, quia omne per accidens reducitur ad aliquod per ſe ſecundum poſitionem Ariſt. & propterea quod eſt per accidens, eo modo quo eſt per accidens, nunquam eſt per ſe ſed poteſt quod eſt per accidens reſpectu vnius eſſe per ſe reſpectu alterius vt dictum eſt. Ad tertiam conceditur cõſequens, & conſequentia, quia nihil eſt ſimpliciter fortuitum in natura, quod non ſit ab aliqua per ſe cauſa vt dictum eſt, nec contrarium eſt tenendum. Hæc de tertia diſputatione.

*Quoniam autem omnis motus permutatio quædam permutationes autem tres dictæ. Harum autem quæ ſecundum generationem, & corruptionem non motum, &c. Cap. 10.*

## DISPVTATIO QVARTA
De generationis quantitate.

*Num generatio alicuius ſubſtantiæ ſit gradualiter ſucceſsiua.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

*Ratio.*

QVod nullius ſubſtantiæ generatio poſsit eſſe gradualiter ſucceſsiua, arguitur. Primo, quia tunc duo contraria poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti. deduco quoniã ſi generatio eſt gradualiter ſucceſsiua, eſt ratione contrarij: vel igitur quia ipſi eſt per ſe aliud contrarium, vel quia eam comitatur aliquod contrarium, cui eſt aliquid contrarium non quia illi ſit aliquid contrarium, igitur quia illam comitatur cõtrarium, ſi illam comitatur contrarium, tunc ſucceſsio erit propter ſucceſsiuam cõtrarij deperditionem & illius contrarij gradualem ſucceſsiuam acquiſitionem. Sed non poteſt eſſe ſucceſsiua contrarij deperditio, & ſui contrarij gradualis ſucceſsiua acquiſitio niſi contraria ſint in eodem puncto materiæ vel ſubiecti, igitur ſi generatio alicuius ſubſtantiæ eſt gradualiter ſucceſsiua, contraria poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti, & ſic deducta eſt conſequentia. At conſequens multipliciter ſolet oſtendi eſſe impoſsibile. Primo quia ſi contraria poſſunt eſſe in eodem puncto ſubiecti: ſint illa caliditas & frigiditas, modo arguo in quibuſcunque ſubiectis diſtinctis ponantur caliditas & frigiditas, ſub quibuſuis gradibus ipſis ſufficienter approximatis, caliditas agit in frigiditatem illam corrumpendo: & econtra, igitur à fortiori agunt & patiuntur ſi in eodem ponantur ſubiecto, quoniam agens magis paſſo erit approximatũ.

*Rationes quibus probatur contraria non poſſe ſimul ſtare.*

Secundo ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, hoc eſſet in aliquantis gradibus ſic, & in aliquantis non. non enim in quantiſcunque gradibus contraria ſtare poſſunt in eodem ſubiecto, quia tunc ambo in ſummo poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, ſi aliquantis ſic: & aliquantis non. Sit caliditas A compoſsibilis frigiditati B. modo arguo. ſi caliditas A compatitᷣ ſecum frigiditatem B. Aut igitur frigiditatem B præciſe & non maiorem nec minorem. Aut maiorem & nõ minorem. Aut minorem & non maiorem. Aut tam maiorem quam minorem. Si datur quòd caliditas A compatitur ſecum frigiditatem B præciſe, & non maiorem, nec minorem, igitur caliditas A non poteſt ſecum compati minorem frigiditatem quem ſit B igitur à fortiori calor maior caliditate A non poteſt minus frigiditatis frigiditate B ſecum compati, & ſic caliditas A non poterit augeri per remiſsionem contrarij. Præterea ſi caliditas A non poteſt ſecum pati minorem frigiditatẽ frigiditate B igitur maior caliditas, caliditate A ipſam B. frigiditatem nõ poterit pati ſecum in eodem ſubiecto, & ita ſi intendetur caliditas A oportet vt intendatur frigiditas B, cum ſecum illam non poſsit compati, & per ſimile, argumentum arguitur cõtra illam partem quòd A non compatitur ſecum intenſiorem frigiditatem, frigiditate B poſito ꝙ A remittatur, vt patet intuenti, ſic igitur patet falſitas primi membri.

*Argumentum Gregorij arim.*

*Primum membrum. Secundum. Tertium. Quartum. Confutatio primi.*

Secundum membrum erat quòd A caliditas compatitur ſecum maiorẽ frigiditatem frigiditate B & non minorem. Contra, A tunc ipſo A intenſo ipſum B non oportet remitti. Immo ſi caliditas A intendetur: oportet frigiditatem B intẽdi: & conſequentia patet: quoniam A nõ minorem, ſed maiorem frigiditatem ſemper ſecum patitur in eodem ſubiecto per membrum.

*Confutatio ſecundi.*

Tertium membrum erat ꝙ A caliditas compatitur ſecum frigiditatem minorem frigiditate B. non autem maiorem. Contra, ſit C illa minor frigiditas, ipſa B frigiditate, quam ſecum A caliditas patitur in eodem ſubiecto. Et capio caliditatem intenſiorem A caliditate, vt D quæ ita ſeſe habeat ad B frigiditatem, vt ſe habet A caliditas ad C frigiditatem, hoc eſt ſi ipſum A excedebat C per vnum, etiam D excedat B per vnum & ſequitur quòd ſicut A ſecum patitur C ſic D. caliditas intenſior ipſo A compatitur ſecum B. & ꝑ conſequens ad intenſionem A. non oportet remitti ipſum B. cuius oppoſitum ſentit poſitio.

*Confutatio tertij.*

Quartum mẽbrum erat, quòd A compatitur ſecum tam maiorem quam minorem frigiditatem frigiditate B. Contra. Primo, quia vtraque pars copulatiue eſt nunc improbata, igitur tota copulatiua eſt falſa. Secundo ſi A caliditas poteſt ſecũ compati maiorem frigiditatẽ B frigiditate:

*Confutatio quarti.*



aut igitur quantancunque maiorem, vel non quantancunq;. nõ quantancunq; maiorẽ, quia tunc poſſet ſtare cum ſumma frigiditate: ſi vero non quantancunq;, ponatur cum ipſa A. caliditate tanta frigiditas, quanta ſecũ in eodem ſubiecto eſſe poteſt & volo ꝙ ipſi A approximetur aliquod frigefaciens, tunc q̃ro cum illud tale frigefaciens inducat maiorem frigiditatem B. frigiditate, aut remittitᷣ A aut non. ſi nõ remittitᷣ ipſum A, igitur iſta frigiditas quæ nunc poſita eſt cum A non fuiſſet tota, q̃ ſecũ potuiſſet ſtare, nec põt dici A remitti per talem approximationem, quia ſi A non compatitᷣ ſecum maiorẽ frigiditatẽ quam ſit illa B, multo minus caliditas remiſſior ipſa A caliditate, quoniã oĩs caliditas remiſsior eſt minoris potentiæ, & ita ſecum poterit minus compati frigiditatem maiorem. Sic igitᷣ ꝑ hoc argm̃ prolixũ apparet contraria eſſe non poſſe in eodẽ ſubiecto ſm̃ eandem partem. Tertio ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, tunc duricies & mollicies eſſe poſſunt in eodẽ ſubiecto, non. n. videtur maior rõ de calido & frigido, quam de duro & molli, quo cõceſſo ſequitur idem eſſe durum & molle, ꝙ eſt impoſsibile. Quarto tunc idem ſubm̃ poteſt eſſe calidum & frigidũ, & ſic cõtraria affirmabunᷣ de eodẽ, & conſequentia patet, quia oĩs forma alicui ſubiecto inhærens illud eſt apta denominare.

*Argumentum Iacobi.*

Quinto ſolet argui prolixo, argumento etiam ſic ſi vnũ contrarium poteſt eſſe in eodem ſubiecto cum ſuo contrario ſit illud caliditas, tunc cum caliditas nõ poſsit ſtare cum omni frigiditate, oportet accipere vel maximũ vel minimum & qm̃ volo abbreuiare argumentum, illud maximum non poteſt eſſe niſi per affirmationem, & minimum ꝑ negat. arguo igitur & probo. Primo ꝙ non poſsit accipi maximus gradus frigiditatis ſecum cõpoſsibilis, qm̃ ſit ille gradus A, tunc vel A eſt gradus ſummus vel remiſſus non ſummus: quia nulla caliditas põt ſtare cum ſummo gradu frigiditatis. ſin autem A ſit gradus remiſſus, tunc A diſtat per aliquã latitudinem à ſummo gradu frigiditatis, accipiatur igitur gradus medius inter A gradum, & ſummum, & ille ſit B. tũc B eſt gradus intenſior A. & A eſt maximus gradus frigiditatis cui eſt compoſsibilis caliditas, igitur ipſi B. non erit compoſsibilis caliditas per expoſitionem ipſius maximi, & tamẽ B eſt frigiditas remiſſa quia non eſt ſumma, igitur alicui frigiditati remiſſe non erit compoſsibilis caliditas, ꝙ videtur contra poſitionem. Secundo arguo ꝙ non poſsit accipi minus gradus cum quo non ſtat caliditas. Quia ſit A talis gradus, cum quo non ſtat caliditas, & arguo cum A. gradu non ſtat caliditas, igitur nec cum intẽſiori A: ſed cum quolibet remiſsiori, quod eſt falſum, quia aliqua eſt frigiditas remiſsior A gradu cũ qua nulla ſtat caliditas, quia cum nulla parte graduali ipſius A ſtat caliditas, quia cum caliditas non ſtet cum A nec cum aliqua parte ipſius A ſtabit, & tamen pars gradualis ipſius A eſt remiſsior A. Præterea datur maxima frigiditas, cũ qua non poteſt ſtare caliditas, igitur non datur minima cum qua non quia, repugnat dari maximam cum qua non: & minimam cum qua non, & probatur aſſumptũ, quia ſumma frigiditas, eſt ſumma frigiditas cum qua non poteſt ſtare caliditas: quia inter omnes frigiditates cum quibus non poteſt ſtare caliditas ipſa illa eſt ſumma, cum nulla ſit reperibilis maior illa, & cætera membra omitto. ſic igitur patet contraria eſſe nõ poſſe in eodem ſubiecto per hoc argumẽtum quintum prolixum. Sexto argui ſolet. ſi cõtraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, albedo & nigredo poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, non enim maior ratio de aliquibus, quam de alijs, ſed contra arguitur: quia tunc ſumma rubedo, & ſumma viredo poſſunt eſſe adæquate in eodem ſubiecto: quod omnes putant impoſsibile, & deducitur, quia quilibet gradus albedinis à quolibet gradu nigredinis formaliter plus diſtat, quam ſummus gradus rubedinis, à ſummo gradu viredinis, vt omnibus patet, at poteſt aliquis gradus albedinis ſtare cum aliquo gradu nigredinis, igitur ſummus rubedinis cum ſummo viredinis ſtare põt. Septimo ſi caliditas & frigiditas ſunt compoſsibiles in eodem ſubiecto adæquate, tunc terminus ad quem motus calefactionis, & terminus ad quẽ frigefactionis ambo erũt in eodem ſubiecto compoſsibiles, quo dato idẽ ſubiectum ſimul poterit calefieri & frigefieri. Octauo quilibet terminus è quo alicuius motus eſt incompoſsibilis termino ad quem eiuſdem: ſed ſub quocunq; gradu quælibet caliditas poteſt eſſe terminus à quo reſpectu cuiuſuis gradus frigiditatis producendæ, igitur ſub quouis gradu caliditas eſt cuilibet gradui frigiditatis incompoſsibilis. Nono ſuppono de mente Auer. ſecũdo cœli, ꝙ in his quę ſunt eiuſdem ſpeciei quicquid eſſentialiter ac formaliter competit vel contrariatur vni illorum competit vel eſt contrarium omnibus: tunc accipio caliditatem vt quatuor, & ſecum in eodẽ ſubiecto adæquate frigiditatem vt quatuor, quæ per poſitiones ſunt compoſsibiles: & intendatur caliditas vt quatuor per duos gradus. ſic videlicet, vt ſit: nunc primo vt ſex & q̃ro tota frigiditas, vt quatuor eſt corrupta. vel ſolum de illa duo gradus, ſi tota pari ratione poteſt argui de inductione primi gradus, & ſic ad vnius gradus caliditatis introductionẽ neceſſe eſt totam ſemper frigiditatem corrumpi. ſi de illa ſunt corrupti duo gradus, igitᷣ duo gradus caliditatis ſunt contrarij duobus illis frigiditatis, ſed per principium philoſophorum q̃cquid cõtrariatur vni indiuiduo eiuſdem ſpeciei, contrariatur omnibus, igitur omnis caliditas omni frigiditati erit cõtraria. *Com. 49.* Decimo tunc in omni intẽſione mobile duobus motibus moueretur: videlicet intenſione caliditatis: & deperditione frigiditatis, & ſic duobus motibus contrarijs. Vndecimo data poſitione, tunc ſi aliqua frigiditas remittatur ad non gradum, caliditas acquireretur intenſiue infinita, & deducitur: quia per quantum alterum contrariorum remittitur, per tantum alterum intendetur, ſed frigiditas remittitur ad duplum triplum, & ſic in infinitum, igitur caliditas augetur ad duplum triplum, & ſic in infinitum. Duodecimo videtur intentio Ariſto. contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto adæquato, in prædicamentis enim ait nihil contraria ſimul ſuſcipere, & per hoc probat magnum & paruum non eſſe contraria, quia tunc idem ſimul eſſet magnum & paruum. Præterea Ariſtotel. 4. huius probat contradictoria ſimul eſſe vera non poſſe: quia impoſsibile eſt eundem habere contrarias opiniones vbi Auer. ait vniuerſaliter eſſe impoſsibile contraria eſſe in eodem. *Com. 27.* Præterea ibidem. Ariſtotel. contra Anaxagoram vult contraria bene poſſe eſſe in eo poteſtate, actu vero minime, vt exponit Auer. *Com. 20.* Ex his omnibus concludo contraria nullo pacto eſſe compoſſibilia in eodem ſubiecto adæquate, igitur formæ ſubſtantiales non poſſunt ratione intenſionis & remiſsionis contrariorum, quæ illas comitantur eſſe gradualiter diuiſibiles, & ita nec poteſt generatio eſſe gradualiter ſucceſsiua. Secundo principaliter argui ſolet quia ſi generatio alicuius ſubſtãtiæ eſſet gradualiter ſucceſ-

ſiua, omnino eſſet motus: vt deducitur. Tertio ſi aliqua generatio eſſet gradualiter ſucceſsiua, aliqua ſubſtantia ſuſciperet magis & minus, hoc autem eſt falſum, tũ quia ſubſtantia cuicunq; dat eſſe: dat eſſe ſimpliciter: igitur non poteſt dare eſſe ſecundum quid, & per conſequens nec gradualiter, tum ſecundo quia non habet cõtrarium. Quarto in hoc inſtanti quod eſt præſens verũ eſt dicere ꝙ eſt ignis A, & immediate ante hoc non erat verum dicere eſſe A, ignem, igitur A ignis nũc primo eſt, & ita ſubito, & ſic generatio ignis erit ſubitaria, & non ſucceſsiua. Quinto ſi generatio alicuius ſubæ eſſet gradualiter ſucceſsiua, tunc ſubſtantia haberet cõtrarium; quia omnis ſucceſsio eſt propter reſiſtentiam, & reſiſtẽtia propter contrarium, vt dicunt philoſophi. Sexto in ſubſtantia non eſt forma diminuta quæ poſtea fiat completa, vt. 5. phyſi. dicit̃: & 6. phyſic. Septimo, ſi generatio alicuius ſubſtantię eſſet gradualiter ſucceſsiua, maxime eſſet generatio elementorum. Et arguitur ꝙ nõ poſsit illorũ generatio eſſe ſucceſsiua gradualiter. Primo quia tunc forma ſubſtantialis elementi intenderet̃, vt remitteretur modo hoc eſt falſum, quia non poteſt intendi pars prior formæ, nec pars ſecunda, nec aggregatum, ꝙ antea non fuit, igit̃ nulla intenditur. Secundo ſi forma elementorum intenditur, aut ſicut intenditur eſt alia atq; alia numero: aut ſemper eadem numero. ſi alia atq; alia numero, tunc indiuiduum ſubſtantiæ non duraret niſi per inſtans, ꝙ eſt contra Ariſt. 8. phyſi. ſin autem ſit eadem numero ſemper, tũc ſecundus gradus materiæ ipſi ſuperueniens non daret illi eſſe ſimpliciter & ſic non eſſet ſubſtantia: ſimiliter per generationem nihil noui acciperetur, quod non præfuit. Tertio ſi ſic, tunc forma elementi haberet gradum, & gradum: & arguitur ꝙ non: quia vel ambo eidem puncto materię darent eſſe ſimpliciter idem omnino, vel quilibet daret ſuum eſſe ſimpliciter, & aliud atq; aliud; non idem eſſe ſimpliciter, quia tũc dum materia vnum gradum perderet, omnes ſimul perderet: ſin autem aliud atq; aliud tunc materia per vnam formam elementi ſemper haberet multiplex eſſe ſimpliciter. Quarto intenſio fit per maiorem elongationem à contrario, at ſubſtantiæ nihil eſt contrarium; igitur nulla ſubſtantia intenditur. Quinto ſi forma eſſet intenſibilis, tunc eius priuatio eſſet intenſibilis, ꝙ eſt difficile. Octauo principaliter arguitur generatio omnis eſt inter contradictoria, igitur omnis generatio eſt in nõ tpe. omne. n. ꝙ ab altero oppoſitorum recedit, immediate poſt hoc recedit. ſimiliter omne ꝙ ad alterum oppoſitorum accedit, immediate ante hoc non accedebat, igitur ſubito acceſsit. hæc omnia patent. 6. phyſi. Nono terminus motus ſemper vult eſſe indiuiſibilis ea ex parte qua eſt terminus motus, ſed generatio formarum elementorum eſt finis alterationũ elementariarum ea ex parte, qua motus eſt gradualiter ſucceſsiuus: igitur eſt indiuiſibilis. minor deducitur, quia formæ elementorum non generantur inductis primis qualitatibus ſub quibuſuis gradibus; igitur oportet inducere ſummos gradus, cũ quibus poſſunt ſtare: & poſtea illas generari, quare finis ſunt alterationis. Preterea Auer. vbique in. 5. phy. & in. 6. maxime, vult generationem eſſe finem motus atq; alterationis, & nõ vult generationem eſſe finẽ quatenus alteratio eſt dimenſiue ſucceſsiua: quia forte cum illa vt ſic eſt æqualis, igitur quatenus eſt gradualiter ſucceſsiua, igit̃ omnis generatio eſt gradualiter indiuiſibilis. Decimo ſi generatio elemẽti eſſet gradualiter diuiſibilis: tunc aliquid poſſet dici magis vel minus ignis ſecundum talem formam. Vndecimo tunc purũ elementũ in ſua ſphæra non eſſet ſimpliciter graue vel leue deduco, quia in ſua ſphæra continuo à ſuo vicino in primis qualitatibus remittitur, & ita ignis in ſua ſphæra poſſet eſſe non ſimpliciter leuis. Duodecimo ſi generatio talium eſſet gradualiter diuiſibilis: eſſet quia ad remiſsionem qualitatum vel intẽſionẽ formæ creſcerent, vel remitterentur, vt Auer. 3. cœli deducit contra Auic. & tunc arguo formæ ſubſtãtiales tales remittuntur ad remiſsionem qualitatũ, vel igit̃ remittũtur ita vniformiter ſicut qualitates, aut remiſsioni qualitati non reſpondet præciſe remiſsio ſubæ. non eſt dicendum ſecũdũ, quia eſt contra Auer. vbi ſupra, & arguo contra primum, quia tunc cum vno gradu caliditatis poſſet ſtare forma ignis, vtpote in miſto aliquo vbi non eſt plus vno gradu caliditatis, videlicet marmore vel cryſtallo, quod eſt impoſsibile, qm̃ maioris reſiſtentiæ eſt ignis in actu, quã ſit ignis refractus in miſto at ignis liber & in actu non poteſt ſtare cum vno gradu caliditatis; igitur nec in miſto. Tertiodecimo ſi ita eſſet nullum elementum poſſet pura alteratione alterari qm̃ forma & eius qualitas ſemp̃ ſunt in ſeparabiles. Decimoquarto data poſitione, tunc ita cito ſicut qualitas alicuius elementi remitteretur fieret generatio miſti deduco, quia cum cito remittitur qualitas, tã cito forma ſibi propria elementi remittetur: & quam cito forma elementi remittitur, tam cito forma elementi contrarij generabitur: igitur tã cito erit miſtio. Decimoquinto & vltimo arguitur per textum preſentis libri capite decimo expreſſe dicentem generationẽ non eſſe ſucceſsiuã, quia tũc eſſet motus, igit̃ nulla generatio eſt gradualiter ſucceſsiua. In contrariũ arguitur nullũ agens cuius ſubſtantia eſt in tpe, agit in non tempore, vt in libr. de cauſis dicitur propoſitione penultima, ſed ſuba generantis eſt in tpe: igitur agit in tpe, & ita generatio tpe, menſurabitur, & ſic erit ſucceſsiua. Secundo ante oẽm generationẽ præceſsit generatũ eſſe & generari. 6. phy. igitur oĩs generatio eſt gradualiter ſucceſsiua. Tertio ſi aliqua generatio eſſet momentaria, tunc generãs eſſet infinitæ potentiæ. deducitur quia poſſe producere effectum aliquem p̃ciſe in hora eſt aliquantæ virtutis, & in medio horę eſt duplæ virtutis, igitur in momẽto erit infinitæ virtutis quare generãs erit infinitæ virtutis. Quarto oĩs virtus agẽtis naturalis eſt finita, igit̃ oĩs eius actio eſt tparia, igitur oĩs generatio eſt gradualiter ſucceſsiua. Quinto omnis ſubſtantia ſaltem elementaria eſt cõdenſabilis & rarefactibilis, & cũ condenſatio eſt abſque alicuius corporis aduentu, tunc ſub aliquanta quantitate erit plus de ſubſtantia quam prius, & non extenſiue, quia non maiorem occupat locum, igitur intenſiue. Vltimo Auer. 3. cœli, tenet expreſſe generationem elementorum eſſe gradualiter ſucceſsiuam. Hæc de dubitationibus.

Cõm. 21. Cõm. 45. Texte. 63. Cõm. 32. Cõm. 67. Cõm. 67.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu. Primo debes ſcire ꝙ duplex eſt mutatio. altera quidem ſucceſsiua. altera vero momentaria ſiue ſubitaria, verum non apud oẽs eodem modo declarantur. Nam peripatetici ſucceſsiuam dicunt mutationem, quæ eſt in aliquo tempore vt in menſura adæquata. Verbi cauſa. curſus quo noſtra peregrina leporẽ aſſequitur, mutatio eſt ſucceſsiua, quia eſt in quodã certo tempore vt in menſura adæquata. quia in hora preciſe. Momentaria vero vel ſubitaria eſt illa, quæ eſt in indiuiſibili temporis, quod Ariſt. vbiq; nunc appellat: alij



inſtans, alij momentum, veluti in menſura æquata, ceu illuminatio momentaria dici ſolet, quia in indiuiſibili tẽporis eſt vt in menſura æquata. Logici autem qui talia indiuidua negarunt: dixerunt mutationem dici ſucceſsiuam, quæ eſt in aliquo tempore toto, hoc eſt vt in menſura æ quata. Momentaria vero q̃ eſt tota ſimul, & non illa cuius vna pars fuit prior & alia poſterior, ſed tota ſimul: dicitur vero tota ſimul, quotiẽs eſt in tempore & in nullo tempore toto, vt illuminatio eſt in tempore, quia non extra tempus, ſed in nullo tempore toto, quia non in ita paruo quin ſit in minore atque minore in infinitum. Sed his prætermiſsis, videtur mihi ſucceſsiua mutatio, quã cũ intellectus conſiderat iudicat eã eſſe in aliquo tempore toto, vt in æquata menſura. Momentaria jlla quam cum intellectus conſiderat confert eam ad non temporis, ſiue ad indiuiduum temporis, ſiue tale indiuiſibile temporis ſit in re ſiue in anima conſiderante ac conferente mutationem ad tempus. Secundo debes ſcire ꝙ trifariam ſucceſsio in generatione intelligi poteſt. aut pœnes partes graduales illius quod acquiritur. aut pœnes partes quantitatiuas ſubiecti, cui illud acquiritur aut pœnes vtraſq;. Exemplũ primi. eſt ſi aliqua caliditas acquireret̃ in vno ſubiecto ſ̃m eandẽ partem. hæc eſt generatio gradualiter ſucceſsiua, qa nunq̃ ceſſat generatio, donec in eadem parte ſubiecti caliditas ſit gradualiter perfecta. Exemplum ſecundi eſt. generatio ignis in ſtuppa, vel exhalatione, ibi enim ſucceſsiue ignis generatur pœnes partes ſubiecti quantitatiuas, quia prius generatur in prima parte ſubiecti, ſecundo in ſecunda: donec in toto ſubiecto eſt genitus. Exẽplũ tertij eſt. ſi caliditas acquireretur in aliquo ligno duplici ſucceſsione pœnes partes graduales intelligendo illã fieri gradualiter perfectiorem in ſingula parte, & ſimul extendi in alia parte donec totum ſubiectum ſit calefactum perfecta caliditate. Diſputatio igitur noſtra non quærit de ſucceſsione generationis pœnes partes ſubiecti, quia nemo dubitat formam ſucceſsiue generari in partes ſubiecti, ſaltem ſecundum minima, vt dictum eſt in. 8. libro de formis accidentalibus, ſed quærit in ſucceſsione pœnes partes formæ. Verum videlicet aliqua ſubſtantiæ generatio ſit ſucceſsiua pœnes partes graduales formæ, quę generatur: an quęlibet eſt pœnes partes formæ indiuidua. Hæc de titulo.

Quæ logici. Veritas. Nota. Intellectus dubitationis.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

Poſitio iuniorum.

IVNIORES quidam de diſputatione. Primo acceperunt ſubſtantiales formas habere partes graduales. ſ̃m quas dicuntur magis & minus. Et hoc probant. Primo quia aliquod accidens eſſentiale formæ ſubſtantiale intenditur ac remittit̃: igit̃ forma cuius eſt illud. antecedens patet de caliditate, q̃ eſt accidens eſſentiale igni probant conſequentiam, qa effectu variato ſ̃m magis & minus cã debet ẽt variari. Auer. autem. 3. cœli probat rem hanc aliter, de quo quære librum de generatione, & codicillum de miſtura. Secundo arguũt, quia in aqua corrumpenda eſt calor, igit̃ ignis, aliter accidẽs eſſet ſine naturali ſubiecto nec põt ibi eſſe ignis intenſus: igit̃ remiſſus, quare ſubſtantialis forma eſt intenſibilis remiſsibiliſũe. Tertio oẽ ꝙ mutatur partim eſt in termino è quo, partim in termino ad quem. 6. phyſi. igit̃ generatio eſt partibilis: & non intelligit Ariſt. de partitione ſubiecti: peteret enim tunc ratio Ariſt. tum quia multæ mutationes fiunt ſubito ſ̃m ſubiectum vt in lib. de ſenſu tum quia ſubiectum ſtatim relinquit terminũ è quo, igitur pœnes partibilitatem formæ, quare forma habet partes graduales. Quarto forma ignis poteſt dici maior & minor, igitur habet partes graduales antecedens patet: quia duo ignes iuncti faciunt vnum maiorem ac intenſiorem. Ex his patet ſuppoſitio ꝙ formæ ſubſtantiales ſunt gradualiter diuiſibiles: tunc ſecundo dant cõcluſionem, videlicet, generatio formarum ſubſtantialiũ eſt gradualiter ſucceſsiua, probat̃ ex ſuppoſitione, qa non aliter res fit: quã ipſa ſit apta nata eſſe. Sed formæ ſubſtantiales ſunt gradualiter diuiſibiles, igitur gñatio illarum eſt gradualiter ſucceſsiua. Hæc illi. Sed hæc poſitio multifariam deficit. Primo quia per illam non habetur quomodo generatio ſit inter contradictoria, & quomodo generatio aliqua poſsit eſſe ſubitaria, aliqua non. Nam legimus peripateticos qui dixerũt generationem eſſe ſubitariam, & generationem eſſe ſucceſsiuam, & ex poſitione non habetur quæ ſit momentaria, quæue ſucceſsiua. Secundo ex hac nõ habet̃ cauſa quare generatio non ſit motus, ĩmo videt̃, primo aſpectu vere motus. nam generatio eſt gradualiter ſucceſsiua, igitur prius ſubiectum recipit vnã partem formæ, & poſtea aliam vſq; in finem, & tunc accipio ſubiectũ, vt prę habet primam partẽ, & certum eſt ꝙ eſt in actu ſimpl'r p̃ illam: igitur quicquid recipit poſt illam recipit vt eſt in actu, & ita generatio reſidui formæ erit vere motus, ex poſitione igit̃ non videt̃ differentia inter motum & generationem. Tertio videtur ꝙ nulla forma ſubſtantialis ſuſcipiat magis ac minus, qm̃ quęlibet dat eſſe ſimpliciter ſubiecto, igitur indiuiſibiliter, & per conſequẽs nulla erit gradualiter diuiſibilis. Tertio vel intelligunt de omni forma ſubſtantiali, vel de formis elementarijs tantum. non credo illos intelligere de omni forma, nemo enim dixit rationalem animam eſſe gradualiter diuiſibilem: & ſi intelligunt de elementariis tantũ, cõtradicũt eorum principi in. 2. lib. ſententiarum diſtinctione. 15. vbi directe tenet oppoſitum contra Auer. Secunda poſitio, quam nos. 5. phyſi. hoc anno diſputauimus, ſupponit formas ſubſtantiales elementorum eſſe intenſibiles ac remiſsibiles tantum: & nullas alias ſubſtantiales formas. Cauſa autem eſt, quia ſolæ hæ poſſunt dare eſſe ſubiecto ſimpliciter, & ſecundum quid dant quidẽ eſſe ſubiecto ſecundum quid: cum recipiuntur in materia vt diſpoſitiones ad formas miſtorum, tunc enim inſunt materiæ, & non perficiunt materiam inſunt quidem, quia diſponunt, & conſtituunt illam in eſſe ſecundum quid ad modũ, quo accidentia cõſtituũt ſubta non perficiunt vero, quia non reponunt ſubiectum in eſſe ſpecifico proprio, ſed diſponunt ſubiectum ad eſſe ſpecificum accipiendum per formam miſti. Dant autẽ eſſe ſimpliciter, quando inſunt materiæ vt perficientes illam, vtq; reponentes eam in ſpecie, quare hæ ſole poſſunt ſuſcipere magis & minus. Secũda cauſa eſt, quia tales formas comitantur quædam accidentia propria & eſſentialia, vt primæ qualitates. quæ ſunt intenſibiles & remiſsibiles, vt Auer. dicit. 3. cœli. Quare non temere ab Auerroe dicuntur mediæ inter ſubſtantias & accidentia, quatenus poſſunt dare eſſe materiæ ſimpliciter vt ſubſtantiæ faciunt, & dare eſſe ſecundum quid diſponendo, vt accidentia etiam. Secundo dicebam formas ſubſtantiales elementorũ eſſe intenſibiles poſſe bifariã intelligi ſ̃m eſſe, & ſ̃m eſſentiam, hoc eſt reſpectu indiuiduorum proprij generis & reſpectu indiuiduorum alterius generis, poſſunt. n. formæ hæ comparari ad indiuidua proprij generis, & ad indiuidua extranea, ſubſtãtiales q̃dẽ formæ non intendunt̃ reſpectu indiuiduorũ

Confutatio. 2. poſitio.

propriæ ſpeciei,non enim hic ignis eſt magis vel minus ignis illo, nec hæc aqua minus aqua illa reſpectu vero indiuiduorum extraneorum,de quibus prædicatur per accidens & in concreto bene ſunt intenſibiles & remiſſibiles, poteſt enim hoc miſtum eſſe magis vel minus igneum. Quare concluſimus has formas non eſſe intenſibiles remiſſibileſue ſecundum eſſentiam,ſed bene ſm̄ eſſe,quod habent in ſubiecto, ꝙ illis participat ſm̄ magis & minus. Secundo ſupponit generationem elementorum eſſe duplicem. Alteram quæ dicit̄ poſitiua, ſiue abſoluta,ſiue ſimpliciter qua videlicet elementum accipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe, hanc nonnulli appellant completam generationem, & falſo quia completum non dicitur niſi perfectum, at ſtat per generationē aliquid denominari album, ꝙ non eſt perfecte album. Alteram cōparatiuā: & eſt illa qua corpus ſimplex vel forma ſimplex,ſiue accidens non incipiens eſſe, incipit eſſe in tanto gradu,hoc eſt perfectius, vel imperfectius quā erat,vtpote aut albius aut calidius,aut magis igneū quam prius erat hanc nonnulli in completā vocāt, ſed quoniā prima non dicitur completa,nec ēt hæc dicenda eſt incompleta, hæc pōt dici intenſio elementi vel miſti propter elementum,ſicut generatio cōparatiua calidi eſt intenſio caliditatis. Tertio ſupponit hæc poſitio nullam mutationē poſſe eſſe continuam præter motū localem,probauimus hoc, 8. huius, & probatur nunc breuiter,quia omnis mutatio præter localē motum eſt vel momentaria ſiue generatio poſitiua, ſiue abſoluta ſiue ſimpliciter, aut generatio cōparatiua ſiue intenſio formæ,ſi eſt generatio ſimpliciter ſiue poſitiua,ſiue abſoluta,cū illa ſit qua res incipit eſſe poſt non eſſe, erit oīs talis momentaria,quia inter eſſe & non eſſe non dat̄ mediū.ſin aūt eſt generatio cōparatiua ſiue intēſiua, ꝓbatum eſſe nullam intenſionem eſſe continuā,qm̄ nihil pōt intendi ꝑ minus quā per vnum gradū, ſiue vnū minimum:igitur ſi erit continua, in quolibet inſtanti forma quę intēdit̄,erit maior per vnum minimū quā erat, igitur cū in quolibet tpe quantuncunq; paruo infinita ſint inſtantia,in fine intentionis oīs talis forma erit infinite intenſa. Quare nulla generatio eſt mutatio continua. Ex his patent cōcluſiones. Prima generatio cuiuſlibet formæ miſti eſt gradualiter indiuiſibilis : & pœnes partes formæ momentaria patet, quia nulla talis forma eſt gradualiter diuiſibilis. Secunda concluſio generatio poſitiua ſiue abſoluta, ſiue ſimpliciter elemētorum eſt ſubitaria.probat̄, quia oīs talis eſt ſimpliciter in contradictoria vt patuit. Tertio generatio cōparatiua elementorū ſiue intenſio formarū elementorū eſt gradualiter ſucceſſiua,non aūt continua, patet iſtud ꝑ diffinitionē talis generationis:& per ea q̄ diximus octauo huius de intenſione. Quo vero mō fiat intenſio ꝑ minima & quomodo intenſio ſit diſcreta,ſiue interpollata.8.huius dictum eſt,non.n.oportet toties idem repetere. Ex his apparet qua generatio ſit inter contradictoria & ſubitaria, q̄ vero nō ſed ſucceſſiua, qm̄ comparatiua ſiue intenſiua generatio elemētorum eſt ſucceſſiua,gradualiter,& nō inter ſimpliciter cōtradictoria, generatio vero elementorū poſitiua eſt inter cōtradictoria & ſubitaria. Secundo apparet q̄ formæ ſubſtantiales ſint intēſibiles,q̄ vero non,& cauſa quare elementariæ ſic miſtorū vero nō. Tertio apparet ꝙ non oīs ſubſtantiæ generatio eſt ſucceſſiua gradualiter,ſed ſolum elementorū,hęc erant māca in exterorum poſitione. Sed contra hāc poſitionē duo reſtant dubia. Primum,quia non video quo

*Concluſiones prima.*

*Quæ in poſitione ſunt ambigua.*

mō hæc poſitio poſſit dicere generationem elemētorū cōparatiuam ſiue intenſiuā non eſſe motū.hæc.n. comparatiua generatio ſiue intenſio elementi ſupponit generationē ſimpliciter ſiue poſitiuā, igit̄ ſupponit ſubm̄ in actu,& per conſequens erit motus non.n.valet dicere ꝙ hæc generatio elementi cōparatiua eſt à priuatione ſm̄ quid, quia à non tanto gradu formæ ad tantum gradum,qm̄ ſic nec intenſio caliditatis eſſet motus,qm̄ intenſio calidi eſt à non tanto calido ad tantū calidum: vnde non video quomodo hæc poſitio poſſit ſaluare differentiam inter generationē intenſiuam formæ elementorum & motū. Quare hoc remanet dilucidandū. Secundum dubium eſt:quia.8.huius probatum eſt.formā non intendi vel remitti niſi ſm̄ partes formæ, at partes formæ ſunt partes eſſentiæ, igitur formæ elementorū ſunt ſm̄ eſſentiam intenſibiles, Propter hæc,5.phyſi. in diſputatione quadam extra ordinaria diximus aliter ꝙ elementa ſuſcipere magis & minus pōt intelligi bifariā aut pœnes gradualem menſurā,formæ,& ſic non ſuſcipiunt magis & minus, vt rōnes probant aut pœnes multitudinē,vel paucitatem minimorū, ex qbus miſta conſtant: & ſic concedit̄ elementa ſuſcipere magis & minus in miſto, Nā cum elementa non cōficiant miſta: niſi redacta ad minima, vt dr̄ in lib.de generatione, ꝓpterea in aliquo miſto erūt plura minima elemēti ignis, quā cæterorū elementorum in alio pauciora, qua rōne vnum miſtū erit altero magis igneū, altero minus pro multitudine minimorū ignis,è quibus conſtat. Ex hoc ſequit̄ elementorum cōcreta denominatiue prædicari de miſtis ſm̄ magis & minus, vt magis aereū ſit oleum, q̄ ferrum,qa in illo ꝑdominat̄ aer,& hoc quia in eo plura ſunt aeris minima,non aūt ob aeris maiorē vel minorē intenſionē:ſed (vt dixi) propter maius vel minus illius dñium in miſto. ꝙ dñium qualitatem elementorū ſeqtur ꝑ cōparationē ad alia elementa, q̄ ipſum miſtum cōponunt. Sed occurres,quia vel elementorū minima remanent in miſto ſub proprijs dimenſionibus alijs à dimenſionibus formæ miſti:aut vna eſt oīum minimorū dimenſio,videlicet,illa q̄ eſt formæ totius miſti, nō eſt dicendū ꝙ remaneant minima ſub proprijs dimenſionibus,qa cum qlibet pars miſti ēt in infinitum parua ſit miſta,tunc eſſet penetratio corporū, aliter nō poſſet q̄libet pars quantumlibet parua eſſe miſta. Præterea cum forma miſti limitet ſibi dimenſionē terminatā, tunc in eodē materiæ pūcto eſſent duæ dimenſiones,videlicet, illa q̄ eſt totius, & illa q̄ eſt cuiuſq; minimi:& ſic penetratio. Sed ſoluit̄:qm̄ dicere poſſumus aliqđ miſtū eſſe magis igneum,non pœnes maiorē quantitatē minimorū,q̄ actu ſunt in eo,ſed eorū q̄ præfuerunt ante punctū miſtionis,aut q̄ in reſolutione erunt. nā actu eadē quantitate oīa ſunt quanta quantitate, videlicet,totius miſti. Quare iuſta hanc poſitionem erit dicendū nullius ſubſtantiæ generationem eſſe gradualiter ſucceſſiuam: qm̄ nulla ſuba ſuſcipit magis & minus. Et licet hęc poſitio ſit optima, tamen eſt contra Auer. qui, 3. cœli contra Auicennam vult ſubſtantiales formas elementorū gradualiter eſſe intenſibiles ac remiſſibiles,facit enim in illo cōmento enthymema caliditas ignis remittit̄, igitur ignis aliter forma, ignis poteſt ſtare ſine caliditate, vbi patet ipſum eſſe locutum de graduali remiſſione formę. Præterea quid mouiſſet Auerroem dicere tales formas eſſe medias inter ſubſtantias,& accidentia niſi quia voluit illas intendi ac remitti, vbi enim in miſto non eſſent remiſſa niſi quo ad quantitatem, & propterea erunt

dicende

*3 Poſitio*

*Excerptum*

*Dubitatio*

*Solutio*

*Confutatio Cōm. 67.*



dicende mediæ,cum nihil accidentis habeant. Quare hæc poſitio videtur contra Auerroem. Videtur etiam contra rationem: quoniam ſi oleū dicitur magis aereū ferro:vel dicitur magis aereum à maiori quantitate aeris,vel à maiori intenſione aeris. ſi à maiori quantitate, vel quæ nunc eſt in oleo:vel quæ præfuit.non quæ nunc eſt per poſitionem,quoniam vna eſt miſti & aeris quantitas,nec quia præfuit, nihil enim dici poteſt actu magis vel minus tale ab eo quod actu nunc nō eſt, ſed fuit oleum:igitur non dicitur magis aereum maiori quantitate,igitur à maiori intenſione aeris,& ſic aer eſt gradualiter diuiſibilis. Hæc igitur de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

DVO igitur pro dilucidatione ſunt primo declaranda. Primo quo modo formæ ſubſtantiales elementorū ſuſcipiant magis & minus. Secundo quo modo generatio formarum talium comparatiua differat à motu. Tertio cocludemus dilucidationem. Quantum ad primum debes ſcire vt.8.huius eſt dictum, ꝙ duplex eſt eſſentia cuiuſq; formæ,& etiam elementi, altera quidem quæ reſultat ex partibus eſſentialibus alterius rationis, videlicet,genere & differentia, & hæc dicitur à peripateticis quidditas,quā diffinitio explicat vt patet.7.huius. Altera vero quæ reſultat ex partibus eſſentialibus eiuſdē rationis,quum enim partes caliditatis eiuſdem rationis in eodem puncto ſubiecti recipiuntur, reſultat vna eſſentia caliditatis maior, quam ſit eſſentia partis quæ præceſſit & partis quæ de nouo aduenit. Ex his ſequitur ꝙ quemadmodum intēſio caliditatis fit per additionem partis caliditatis ad partem caliditatis in eodem puncto ſubiecti vtraque remanente ex qua vtraque reſultat eſſentia quædam caliditatis maior eſſentia partis præcedentis, & partis ſequentis, ſic intenſio formæ ignis fit vniformiter ſicut intenſio caliditatis per additionē partis gradualis formæ ad partem gradualem eiuſdem rationis in eodem puncto ſubiecti vtraque remanente:ex qua vtraque reſultat quędam eſſentia maior:q̄ ſit eſſentia partis præcedentis & partis ſequentis, tunc patet an formæ elementorum ſecundum eſſentias ſint intenſibiles. Nam ſecundum eſſentiam reſultantem ex partibus alterius rationis nulla talis eſt intenſibilis quoniam omnis forma ſecundum talem eſſentiam eſt indiuidua, vt 8. huius eſt dictum ſecundum autem eſſentiam reſultantem ex partibus eſſentialibus eiuſdē rationis omnis talis ſecundum Auerroem eſt intenſibilis remiſſibiliſue. Et de intenſione hactenus. Vtrum vero intenſio formæ elementi ſit motus non eſt facile diffinire. Aliquando enim diximus illam eſſe verum & proprie motum, quoniam eſt ſubiecti entis in actu & de contrario ſufficienti ad motum in contrarium quod ſufficit ad motum. Et quando dicitur generatio diſtinguitur contra motū, dicitur hoc eſſe verum de generatione abſoluta. de cōparatiua autem non: quoniam intenſio caliditatis eſt generatio comparatiua,& motus.& cum dicitur ſi generatio comparatiua formarum elementorum eſt motus:vel auctio:vel alteratio, vel latio, vt. 5. phyſicorum dicitur,dico quòd eſt alteratio, & conceditur terminū ad quem eſſe qualitatem vel ſecundum eſſe vel ſecundum modum:forma enim elementi eſt qualitas ad formam miſti comparata, quia reſpectu illius ſe habet vt diſpoſitio qualitatiua,reſpectu vero materiæ: quam poteſt perficere in eſſe ſimpliciter eſt ſubſtātia. Sed quoniam famoſum eſt huius opinionis oppoſitum : poſſumus dicere intenſionem formæ elementi ſiue genera-

*De intenſione formarum elementorum.*

*Excerptum.*

*An intenſio formæ elemēti ſit motus.*

tionem intenſiuam formæ elementi eſſe generationē, & non motum: & tunc pono hanc differentiam, quòd in generationem intenſiua totius formæ elementi ſubiectum eſt ſimpliciter & per ſe primo in potentia:ſubiectum enim totius formæ ignis quæ per comparatiuam generationem acquiritur:eſt ſimpliciter, & per ſe primo in potentia: ſubiectū autem totius formæ accidentalis quæ per intenſionem acquiritur, eſt ſimpliciter in actu,& ſecundum quid in potentia. Generatio igitur poſitiua ſiue abſoluta formę ignis,qua ignis incipit nūc primo eſſe poſt non eſſe,non eſt motus, quia ſupponit ſubiectum ſimpliciter in potentia. Generatio comparatiua eiuſdem formæ,quæque dicitur intenſio formæ ignis,non dicitur motus, quoniam licet qualibet pars formæ quæ intenditur, ſupponat ſubiectum in actu: tota tamen forma quæ per talem intenſiuam generationem in fine acquiritur, ſupponit ſubiectum omnino in potentia, accedit etiam ad hoc quòd totalis intenſio formæ elementi non eſt, de contrario in contrarium niſi concomitatiuæ, ac intenſio totalis caliditatis & cæterorum id genus eſt per ſe de contrario in contrarium. Ex his facile patet dilucidatio. Nam habemus primo generationem formarum miſtorum non eſſe gradualiter ſucceſſiuam,ſed omnem eſſe generationem ſimpliciter ſiue poſitiuam, ſiue abſolutam, quoniam tales formæ non ſunt gradualiter diuiſibiles. Secundo habemus generationem elementi qua forma incipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe,quæque dicitur poſitiua & abſoluta, eſſe omni ex parte indiuiduam quoniā vt ſic indiuiſibiliter forma acquiritur,habemus.3. generationem elementorum comparatiuam, quæ elementū vel eius forma incipit eſſe perfectior,quam erat, vel ſub tanto gradu,ſub quanto non erat eſſe gradualiter diuiſibilem ac ſucceſſiuam, & non eſſe motum. Hæc ſunt quæ ſectantes fundamenta Auerrois coguntur dicere. Hactenus de dilucidatione.

*Dilucidatio.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

PRO ſolutione igitur rationum oportet declarare: Primo ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto adæquato. Secundo ad rationes omnes dicemus. Et licet de hoc nulla ſit dubitatio apud Auerroem, qui medium vult eſſe extrema contraria collectiuæ ſumpta, vt diximus in decimo libro, tamen importunitas aliquorum coegit me aliqua repetere, quæ in.10. libro omiſimus. Quidam boni viri & acuti dixerunt ſimpliciter eſſe impoſſibile virtute agentium naturalium contraria in aliquo gradu intenſo,vel remiſſo ſimul eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eandem partē æquate. Quam opinionem perſuadent per rationes multas, quas primo capite tetigimus. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica, licet illam expoſitores fere omnes ſectentur. Primo quia Ariſto. 6. phyſi. vult omne quod mouetur:habere aliquid vtriuſque extremi, vbi Auer.& omnes antiqui dicunt omne mobile eſſe diuiſibile participatione terminorum,& Auer.5.phyſi.idem ponit expreſſe: Præterea Auer.4.phyſi.ait cauſam ſucceſſionis motus eſſe reſiſtentiam:quæ non eſt abſque contrarietate,igitur oportet eſſe ſemper in ſubiecto duo cōtraria. Præterea vbique Auer.vult miſto remanere elemēta formaliter tam ſecundum qualitates quam ſecundum formas. Præterea.5.phy.Ariſt.dicit motum qui eſt ab extremis in medium eſſe de contrario in cōtrarium, quia in medio eſt contrarium,vbi Auer.dicit,& dixit quodammodo quia mediū eſt contrariū vtriq; extremo non ſimplr̄ ſicut al

*An contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto æquate.*

*Poſitio Gre.*

*Confutatio*

*Cōm. 32.*

*Com. 12. et 54.*

*Cōm. 17.*

*Com. 52.*

rerum extremum eſt contrarium alteri ſed medium eſt contrarium alteri extremo per illud quod eſt in eo de *Com. 56. Com. 21. Com. 45.* altero extremo, idem 1. phyſi. & in 10. huius idẽ. 2. li. de anima, idem in libro de ſenſu & ſenſato Ariſto. & Auer. expreſſe, & breuiter famoſum eſt ſecundum oẽs Auerroem fuiſſe huius opinionis, ꝙ contraria ſunt in medio ſubeſſe remiſſo, cuius ſignum eſt quia Expoſitor ſibi quantum ad hoc contradicit in lib. de generatione, nouus Expoſitor in lib. phy. & alij plures. Hæc igitur poſitio non vr̃ mihi poſſe ſtare cum dictis & fundamentis Auer. *2. Poſitio.* Aliter igitur dicendum ad dubium, vbi primo debes ſcire proprie contraria de quibus loquimur non eſſe niſi qualitates tertiæ ſpeciei, vt ſunt primæ qualitates elementorũ, caliditas frigiditas, & id genus: tunc dicendum ꝙ caliditas & frigiditas poſſunt effici cõtrariæ & ſimiles contrarijs, efficiuntur quidem contrariæ, quando circa idem ſubm intenduntur, ſic ꝙ ex illarum intenſione reſultet numerus graduum maior quàm ſit totius latitudinis cuiuſque illarum, qua ratione caliditas vt quinq;, & frigiditas, vt quatuor effecte ſunt contrariæ, quia numerus graduum ex latitudinibus vtriuſque collectus excellit latitudinem cuiuſq; illarum, cum ille numerus ſit vt nouem, efficiuntur autẽ ſimiles contrarijs, quando circa idẽ ſubiectũ ita remittuntur vel cõmiſcentur, ꝙ ex illarum commiſtione remiſſioneúe reſultet numerus graduum nõ maior vel minor quàm ſit latitudo cuiuſq; illarũ qua ratione caliditas vt quatuor & frigiditas vt tria ſunt ſimiles cõtrarijs, quia ſunt eiuſdem ſpeciei cũ caliditate vt octo & frigiditate vt octo quæ erant contrarię, reſultat enim ex illis commiſtis numerus vt ſeptem. Quæ igitur ſint qualitates contrariæ quæúe ſimiles contrarijs, ex his patet, tunc de mente peripateticorum dico primo ꝙ nullæ qualitates contrariæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eandem partem æquate: patet quia vt ſic numerus graduum illarum excellit latitudinem. Secundo dico, ꝙ licet qualitates contrariæ non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſecundum eandem partem, tamen qualitates ſimiles cõtrarijs poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſm̃ eandẽ partẽ adæquate patet quia caliditas vt quatuor & frigiditas vt quatuor poſſunt ſimul ſtare, & hæ ſunt ſimiles in ſpecie ipſis contrarijs, non aũt, ſecundum gradualem menſuram contrariæ. Hæc de poſsibilitate contrariorum.

Nunc ad rationes oẽs. Ad primam nego conſequẽtiã: ſolum enim ſequiẽ in eodẽ ſubiecto ẽt quædã ſimilia cõtrarijs: quæ videlicet ſunt eiuſdẽ ſpẽi cum ipſis contrarijs. Vlterius ad rationem, dico ꝙ caliditas & frigiditas non agunt & patiuntur in quibuſcunq; ſubiectis poſitæ ſed ſolũ ſi ponuntur tali mõ ꝙ ſint contrariæ: vbi autẽ eſſent contrarijs ſimiles, & nõ cõtrariæ non agũt, nec patiunẽ, ſimiliter ſi caliditas vt quatuor ponereẽ in ſubiecto A & frigiditas vt quatuor in ſubiecto B etiã illis approximatis, non agerent & paterentur, quia ab æqualibus non peruenit actio, ſic igitur nunquã ille agunt quã diu ſunt contrarijs ſimiles ſed quã cito ſunt contrariæ agunt. *Solutio 1a.* Ad ſecundam rõnẽ contra idẽ cõſequens. Reſpondent qdã acuti calculatores, & cõcedunt ꝙ caliditas & frigiditas ſeſe cõpati poſſunt in aliquãtis gradibus non, vnde ſub gradibus intenſiſsimis non, ſed bene qlibet gradus caliditatis citra ſummũ põt ſecum cõpati frigiditatẽ, & econtra. Et cũ vlterius arguiẽ ꝙ caliditas A cõpatiaẽ ſecũ frigiditatẽ B admittunt & cũ arguiẽ vel caliditas A cõpatiẽ ſecũ p̃ciſe B. dicũt ꝙ A caliditas ſub gradu remiſsiori cõpatiẽ ſecũ frigiditate intenſiorẽ q̃ frigiditatẽ B ſub intenſiori gradu non compatitur ſecum frigiditatem intenſiorem quàm eſt frigiditas B, ſed remiſſiorem frigiditate B & ſic compatitur ſecum intenſiorẽ & remiſsiorem: non tamen ipſa ſumpta ſub eodẽ gradu ſed variata, per gradum: vt dictum eſt & ſic volunt ſolutũ eſſe argumentum prolixũ: & recte dicunt vt mihi videtur iuxta eorum poſitionem. *Solutio propria.* Ego vero facile dicerem ꝙ ratio cõcludit verum, videlicet ꝙ caliditas & frigiditas non poſſunt ſimul ſtare vt ſunt contrariæ, & ſic concedo nulla contraria eſſe compoſsibilia, vt argumẽtum concludit, at vt ſunt ſimiles contrarijs in ſpecie, bene poſſunt ſimul ſtare. *Replica.* Et ſi perſtringeres argumentũ, & diceres vel caliditas & frigiditas poſſunt ſtare in aliquantis gradibus ſic & in aliquantis non: vel in omnibus ſic, vel in nullis. *Solutio pulchra.* Dico ꝙ caliditas & frigiditas vt ſunt in ſpecie contrarijs ſimiles, poſſunt ſtare in omnibus gradibus ad intra ſimilitudinem, at vt contrariæ in nullis gradibus ſtare poſſunt, quam cito enim efficiuntur contrariæ, efficiuntur incompoſsibiles: quare in oĩbus gradibus ſtare poſſunt ex parte illarum eſſe in qbus non ſunt contrariæ, ſed contrarijs ſimiles, & in nullis vt ſunt contrariæ. Et notanter dixi ſecundũ earum eſſe, qm̃ caliditas & frigiditas poſſunt conſiderari quo ad illarum fieri, & quo illarum eſſe. ſi conſiderantur quo ad illarum eſſe, bene poſſunt ſtare ſub oĩbus gradibus ſub qbus non ſunt contrarię, ſed contrariis ſimiles, vt dictum eſt. ſi aũt conſiderenẽ quo ad illarũ fieri, nõ poſſunt ſtare ſub oĩbus gradibus ſub quibus non ſunt contrariæ, non. n. caliditas vt vnũ cum frigiditate vt vnum põt ſtare: qm̃ tũc non oporteret ad vniformẽ gradualem contrarij remiſsionem alterũ cõtrarium vniformiter gradualiter intẽdi, & ſic p accidẽs caliditas vt vnum & frigiditas vt vnum non ſtant ſimul: qm̃ non merito illarum eſſe ſunt incompoſsibiles, quoniã merito illarũ eſſe non ſunt contrarię, ſed contrarijs ſimiles, ſed merito illarũ generationis, qm̃ ſemp ſtant merito illarũ generationis ſub tot gradibus: ex quot reſultaret vna latitudo completa, & ſic caliditas vt ſeptem ſtat cum frigiditate vt vnum & caliditas vt ſex cũ frigiditate vt duo, & ſic vſq; ad non gradũ caliditatis ſemp intendendo frigiditatem. Quare patet quantũ ad illarũ eſſe qualitates illas eſſe compoſsibiles ſub oĩbus gradibus, ſub quibus ſunt contrarijs ſimiles, non aũt quo ad illarum generationem, & ſic ſolutum eſt argm̃ prolixum. Ad tertiã cõceditur conſequẽtia. & negaẽ idem eſſe durum & molle, quia ad hoc vt aliquid ſit durum, requiritur ꝙ vel in ſe adæquate habeat duritiẽ ſummã, vel duritiẽ dominantem molliciei & concediẽ vlterius ꝙ tale habet qualitatem. qua tactui reſiſtit, non tamen eſt durum, niſi illam habeat in ſummo, vel à prædominio. Ad quartam negatur argumentum, nec eſt verum ꝙ ſi aliqua caliditas denominet ſubiectum illud denominet calidum, quoniam ſi eſt caliditas remiſsior frigiditate denominat illud remiſſe calidum, ſi intenſior frigiditati denominat illud ſimpliciter calidũ: & ſic ſemper aliquo modo denominat, non tamen ſimpliciter, calidum niſi quando prædominatur. *Quæ calculatores. De maxima frigiditate.* Ad quintam eiuſdem reſpondent calculatores eſſe dabilem maximam frigiditatem per negationẽ, quæ dicitur maxima cum qua non poteſt ſtare caliditas, & ſimiliter, poteſt dari minima cum qua non exponendo illa variis modis. Ego vero dico ꝙ caliditas ſm̃ ſui rationem, qua nõ eſt contraria frigiditati ſed ſimilis contrariæ poteſt ſtare cum oĩ frigiditate intra limites ſimilitudinis: & cũ nulla frigiditate ĩtra terminos contra-



contrarietatis. Vlterius poſſum concedere eſſe dabilẽ maximam frigiditatem per affirmationẽ cum qua poteſt ſtare, quia cum illa ſic; & nulla maiori. Et vlterius dico ꝙ A eſt gradus remiſſus reſpectu ſummi ſimpliciter, & eſt ſummus cum quo poteſt ſtare hoc eſt ſummus eorum; qui cum caliditate ſunt compoſsibiles, & ita concedit cum B caliditatem non eſſe compoſsibilẽ, quia licet B ſit remiſſus reſpectu ſummi ſimpliciter eſt intenſus reſpectu ſummi poſsibilium, & ſic ratio ceſſat omnino. Ad ſextam dico ꝙ caliditas & frigiditas poſſunt ſtare ſimul non vt cõtrariæ, ſed vt cõtrarijs ſimiles, & ſic albedo & nigredo, & ſic vt ſimiles cõtrarijs rubedo & viredo, vt cõtrariæ aũt nec albedo & nigredo, nec rubedo & viredo poſſunt ſimul ſtare. *Replic. Solutio.* Et ſi dicitur plus diſtat vnus gradus albedinis ab vno nigredinis, quã rubedo & viredo ſumuntur. Poteſt cõcedi quatenus rubedo & viredo ſumuntur vt ſimiles contrarijs ſed quatenus contrariæ, negatur illud, immo totum oppoſitum oportet dicere. Præterea de coloribus forte aliter eſt dicẽdum quàm de qualitatibus actiuis & paſsiuis, quoniam ſecundum Auer. ſolum contraria actiua & paſsiua remiſſa poſſunt ſimul ſtare, cætera aũt non licet exemplariter videatur dicere de omnibus, & cauſa quare de actiuis conceditur & de illis alijs non quære alibi. Nam diximus illa eſſe compoſsibilia propter mutuã illorum actionem, cætera non ſunt actiua mutuo: ſed reſultant ex actiuis, ſed de his hactenus. Ad octauam concedũt quidam terminos eſſe compoſsibiles, & tamen motus non: vt ſphæra aeris eſt idem terminus aſcẽſus & deſcenſus: & tamen motus aſcenſus & deſcenſus non ſunt cõpoſsibiles. Vel dici poteſt terminos eſſe cõpoſsibiles, vt ſunt ſimiles contrarijs, & non vt cõtrarij, & ſic non ſequitur idem poſſe moueri motibus cõtrarijs vt dictum eſt. Ad nonã dici ſolet, aliquod eſſe verũ per ſe, quod *Commm. 15.* eſt falſum per accidens vt. 6. Phyſi. dictum eſt vnde per ſe caliditati vt duo non eſt contraria frigiditas vt duo ſed bene per accidẽs quatenus eſt pars caliditatis vt ſex. Verbi cã, ſit vnum lignum in quo ſint coextenſæ caliditas vt quatuor, & frigiditas vt quatuor, & intendatur lignum ad caliditatem vt ſex, certum eſt ꝙ de frigiditate corrumpuntur duo gradus, quoniam frigiditas remanet vt duo & caliditas ligni, vt ſex: igitur illi duo gradus caliditatis ſunt cõtrarij duobus illis frigiditatis, qui ſunt corrupti, dico quòd hoc eſt per accidens, quatenus illi duo gradus caliditatis ſunt partes caliditatis vt ſex, non autem per ſe: tunc ad formam dico ꝙ quicquid competit alicui indiuiduo alicuius ſpeciei per ſe illud competit omnibus eiuſdem per ſe, per accidens autem fallit, vt dictum eſt: & ſic patet ſolutio. Ad decimam dico ꝙ illi duo motus non ſunt contrarij, vt patet. 5. Phyſi. vbi diſputaui rem hanc, & tu quære illic omnia dicibilia. Ad vndecimam negatur argumẽtum quoniam vt dictum eſt. 8. huius ad remiſsionem vniformiter proportionalem alterius contrarij, non ſequitur intenſio proportionalis alterius, poteſt enim à calidum remitti ad duplum, triplum, & ſic in infinitum, & non ſic proportionaliter intendi frigidum, ſed bene ad remiſsionem gradualem, quoniam per quot gradus alterum remittitur: & per quãtam latitudinem, & alterum per tot gradus, & tantam latitudinem. Secundo dici poteſt diuiſionem illam proportionem eſſe in potentia & non in actu: vt. 8. huius ſatis diximus. Ad auctoritates omnes: dic ꝙ omnes volunt contraria non poſſe ſimul ſtare cum quibus tamen ſtat ſimilia contrarijs in ſpecie eſſe compoſsibilia, & ſic ſolutum eſt primum argumentum principale. Ad ſecundam patet ſolutio ex dilucidatione, diximus enim quomodo differt generatio hæc à motu. Ad tertiam concederem argumentum, & tunc ad primam contra illud, dico ꝙ ſubſtantia elementi poteſt ſimpliciter & ſecundum quid dare eſſe: vt dictum eſt: ſimpliciter quidem quando materiæ inhæret, vt perficiens, ſecundum quid autem, quando inhæret vt diſponens. Ad ſecundam dico ꝙ habet contrarium concomitanter, & illud ſufficit. Ad quartam principalem, concedere illam generationem poſitiuam, quam compoſitum ſimpliciter incipit eſſe poſt non eſſe fieri ſubito, & non eſſe gradualiter ſucceſſiuam, vt dictum eſt: cum quo tamen ſtat generationem comparatiuam fieri gradualiter ſucceſsiue. Ad quintam patet ſolutio per ea quæ dicta ſunt ad tertiam. Ad ſextam dico ꝙ in ſubſtantia perfecta vel miſta nõ eſt forma diminuta, at in ſubſtãtijs quæ poſſunt eſſe diſpoſitiones ad alias ſubſtantias, bene reperitur forma diminuta & perfecta. Ad ſeptimam dico ꝙ nec prior pars intenditur: nec poſterior, ſed reſultans ex illis eſt maius quolibet illorum, & ſic fit intenſio, vt dictum eſt. Ad aliam eiuſdem, dictum eſt in octauo: ꝙ eſt alia categorematice, quia aliud totum, non alia ſyncategorematice, quia non ſecundum ſe & quodlibet ſui. Ad alia etiam dico ꝙ neuter gradus dat eſſe per ſe, ſed bene ambo dant eſſe vt partes eſſentiæ reſultantis ex illis, & ſic dant idem eſſe per accidens, diuerſum autem per ſe, vt quando ſunt ſeparati à toto, & inter ſe. Per idẽ ad quartam eiuſdem, ſubſtantia enim habet contrarium concomitanter, & hoc ſufficit. Per idem ad quintam dictũ eſt octauo huius priuationem eſſe intenſibilem, ſi eius habitus forma eſt intenſibilis, & licet hoc videtur difficile, non tamen eſt impoſsibile. Ad octauam negatur antecedens: ſolum enim generatio ſimpliciter ſiue poſitiua eſt inter contradictoria, at generatio intenſiua, ſiue comparatiua eſt inter poſitiua, vt dictum eſt, aut inter priuatiue oppoſita ſecundum quid, & ſic licet quęlibet generatio cuiuſque gradus ſit ſubitaria, tota generatio totius formæ eſt gradualiter ſucceſsiua. Ad nonã dico ꝙ generatio elementorum abſoluta eſt finis motus, generatio intenſiua eſt ſimul cum motu & non finis motus, & propterea prima eſt indiuiſibilis ſecunda eſt ſucceſsiua motui coextenſa. Ad decimam dico ꝙ aliquid poteſt dici magis vel minus ignis ſecundum eſſentiam reſultantem ex partibus eſſentialibus eiuſdem rationis: non autem ex partibus eſſentialibus alterius rationis. Ad vndecimam forte non eſt peccatum dicere non eſſe dabile elementum purum, vt de aqua & terra patet apertiſsime. Præterea partes vicinas ignis forte dicimus eſſe miſtas, ſecus de partibus cẽtralibus ſphęrę ignis, ſed de his alibi. Ad duodecimam cõcedo formas illas remitti gradualiter vniformiter ſicut eius qualitates propriæ remittuntur, & concedo ignem in marmore vel cryſtallo ſtare ſub eſſe remiſſo, ſub quo ĩ propria ſphæra non ſtaret cauſa autem, quia conſeruantur in tale eſſe à forma totius miſti, & virtutis cœli miſtum illud generantis ac conſeruantis, & ſic eſt maioris virtutis per accidens in miſto, quam extra miſtum. Ad *Commen. 215.* tertiamdecimam Auer. 2. de anima: concedit totum, & tu quære ea quæ illic diximus, voluit. n. Auerroes nunquam elemẽta poſſe alterari pura alteratione quin ſemper illa ſit generationi miſta. Ad decimamquartã concedit Auerroes totum, quoniam quàm cito elementa in

ta in ſubſtantia remittuntur, tam cito miſcentur, nec eſt impoſsibile eſſe miſtum in fieri ex duobus elementis, non autem in facto eſſe, vt in libro de generatione dictum eſt. Ad vltimam patet ſolutio. vult enim generationem non eſſe gradualiter ſucceſsiuam ad modũ quo eſt intenſio formarum accidentalium, in quibus ſubiectum eſt ſimpliciter in actu, tunc enim eſſet motus, vt arguit Ariſtot. Et de diſputatione. 4. hactenus, deque toto lib. II.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

# LIBRI DVODECIMI METAPYSICORVM

## DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In 15. Diſputatione diuiſi.

1 *Num Metaphyſicus de ſubſtantia contempletur.*
2 *Num diuiſio ſubſtantiæ ſi bene aßignata.*
3 *Num productio cuiuſlibet formæ ſit vniuoca.*
4 *Num agente exiſtente vno, & materia vna, effectus ex his producti poßint dici plures.*
5 *Num prima ſubſtantia ſit in potentia.*
6 *Num ſubſtantiæ, quæ mouent orbes, ſint pænitus immateriales.*
7 *Num ſubſtantiæ, quæ mouent orbes, ſint mobiles.*
8 *Num motores ſecundi intelligant ſeſe per eorũ eſſentias.*
9 *Num vnus motorum ſeparatorum intelligat alium.*
10 *Num vna intelligentia cognoſcendo Deum, & omnes alias, intuitiue cognoſcat.*
11 *Num intelligentiæ in mouendo moueant vt aſſimilentur primo mouenti.*
12 *Num cum vnitate diuinæ eſſentiæ poſſit ſtare Trinitas aliqua.*
13 *Num attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei.*
14 *Num intelligentiæ ſecundæ ad hoc quòd intelligant quiditates citra ipſas, requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi illas.*
15 *Num intelligentia prima ad hoc vt intelligat rerũ quiditates, ſit neceſſariũ ponere rationes æternas in eius diuina mente.*

### PRÆFATIO.

HABES hactenus mi Andrea magnanime diſputationes vndecimi: necnon cæterorum librorum, quę potius phyſicæ ſunt: quam diuinæ. At nunc Ariſt. diuinas res aggreditur: quæ humano captu ſunt difficiles. Vnde Alexander Aphrodiſius in peripatetica familia grauis, non iniuria hunc librum duodecimum totius diuinæ ſcientiæ carpon appellat, hoc eſt fructum, quoniam finis totius metaphyſici negocij eſt liber hic quippe cum humanum intellectum olim naturali cognitione affectum, diuinis cognitionibus coniungat in quarum copulatione ſapientes beatitudinem ac animæ bonum poſuerũt. Accipe igitur quæſtiones haſce: quas legere non dedigneris. Placebunt profecto cæteris, ſi è tuo ſpectatiſsimo ingenio commendatas ſentient. Vale.

*De ſubſtantia quidem theoria, eſt nam ſubſtantiarũ principia & cauſæ quæruntur, &c. Tex. cõm. 1.*

## DISPVTATIO PRIMA De ſubſtantiarum ſcientia.

*Num Metaphyſicus de ſubſtantia contempletur.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD de ſubſtantia Metaphyſicus nõ contẽpletur. Arguitur primo de nulla ſubſtantia Metaphyſicus cõtemplatur, igitur quęſtio falſa. antecedens apparet, quia nec de hac, nec de illa ſubſtantia Metaphy. contemplatur. Secundo quicquid Metaphy. cõſiderat, eſt abſtractũ à materia, vt patet. 6. huius ſed ſubſtantia non eſt abſtracta à materia, quia prædicatur de ſubſtantia materiali: igitur de ſubſtantia nõ eſt Metaphyſica cõſideratio. Tertio de ſubſtantia conſiderat logicus: vt patet in prædicamentis, igitur non Metaphyſicus. tenet argumentum, quia ſcientiæ diuerſæ non verſantur circa idem, vt dicitur. 3 de Anima. Quarto ſi de ſubſtantia conſiderat Metaphyſicus, de omni ſubſtantia conſiderabit, quia eiuſdem ſcientiæ eſt de genere & ſpeciebus vſque ad indiuiduam conſiderare, & ſic cæteræ ſcientię quæ erunt de ſubſtantia, erũt ſuperfluæ. Quinto ſi de ſubſtantia Metaphyſicus conſiderat, etiam & de accidente conſiderabit conſequens eſt contra textum, qui de ſubſtantia. d. eſſe conſiderationem, & nihil meminit accidentis. In contrarium eſt Ariſtot. per multas rationes, quas in noſtris commentationibus explicauimus. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire. Primo ꝙ librum hũc his annis præteritis expoſuimus ad votum Hieronymi Bernardi noſtri, necnon & Antonij Iuſtiniani, vbi multas quæſtiones enucleauimus: licet breuibus vt noſtri moris eſt (nam peritis loquimur.) Nunc vt vides ad mandatum Sereniſsimi Principis Roberti ſecundi Sanſeuerini ædimus diſputationes, his de cauſis breuibus percurremus, tum quia multa tetigimus in commentationibus. tum quia alij pauca tetigerunt: addemus tamen diſputationes aliquas & propter Ioan. qui bene quædam excitauit, & propter alios qui in hunc librum tranſtulerũt multa theologica, & vera, vt videbitur. Secundo debes ſcire ꝙ quid ſit ſubſtãtia, quodúe accidens. 7. lib. dictũ eſt. Hæc de tit.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio quorundam logic.*

LOGICI quidam dixerunt. Prima conſiderata, & propria in Metaphy. eſſe ens inquãtum ens: & quęcũque ens inquãtum ens conſequuntur, vt ſunt vnum, bonum, verum, & id genus. Amplius actus & potentia: finitum & infinitum & id genus. Secundo dicunt de nullis alijs conſiderari in Metaphy. niſi quatenus ſubeunt rationem primorum conſideratorum: & ſic de ſubſtantia conſideratur in hac ſcientia, & de omnibus entibus, non quidẽ quatenus ſubſtantia, nec quatenus accidens, vel quatenus tale, ſed de omnibus quatenus entia. Amplius & quatenus omnibus attribui poſſunt ea quæ ens vt ens conſequuntur, tunc ſoluunt ad diſputa. dicentes de



de ſubſtantia eſſe metaphyſicam conſiderationem, vt rationes Ariſtot. probant, non autem de ſubſtãtia, nec de accidente quatenus ſubſtantia, vel accidens. & cauſa eſt, quia nullum horum eſt primum conſideratum, vel proprium conſideratum, in hac ſcientia, hinc captiunculatorie ſoluunt dicentes ſubſtantiam conſiderare metaphyſicum, & accidens etiam, non tamen metaphyſicum conſiderare ſubſtantiam vel accidens, primam probant, quia id quod eſt ſubſtantia metaphyſicus conſiderat, quia ſaltem ſub ratione entis, ſecundam deducunt, quia non ſubſtantiam quatenus ſubſtantiam, nec accidens quatenus accidens, vt dictũ eſt. Hæc ſorticole de quæſtione.

*Confutatio. Commen. 1. Commen. 5.*

Sed contra hanc poſitionem eſt auctoritas Auer. in h. 12. lib. & alibi, vbi expreſſe voluit de ſubſtantia quatenus ſubſtantia eſſe cõſiderationem metaphyſicam. ſunt etiam cõtra hanc poſitionẽ duæ rõnes Ariſt. ꝑcipue poſitæ in tex. Prima quia ſubſtantiæ vt ſubſtantia principia & cauſæ in hac ſcientia quæruntur, igitur de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt cõſideratio hæc. antecedens non aliter probat, niſi ſupponendo in hac ſcientia conſiderari ſubſtantias ſeparatas vt ſunt principia ſubſtantiæ ſimpliciter, non ſubſtantiæ mobilis. Secunda ratio eſt quia de prima parte entis eſt per ſe conſideratio vt talis eſt, at ſubſtãtia eſt prima & principalis pars entis, vt probatur in tex. igitur de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt prima & principalis conſideratio, ſunt etiam rationes & verba Ariſtot. & Auer. 7. huius, & præcipue Auer. Hæc igitur poſitio non eſt peripatetica.

*Commen. 9. Poſitio Ioan.*

Ioannes quæſtione huius lib. primi reſpondet ſimpliciter de ſubſtantia eſſe metaphyſicam conſiderationem, & probat concluſionem per quatuor rationes poſitas in tex. quas vide in ſua quæſtione, & in noſtris commentationibus.

*Confutatio.*

Sed eius poſitio eſt mãca & imperita. Primo quia per eius determinationem nõ habetur an de ſubſtantia ſit conſideratio quatenus ſubſtantia, aut quatenus ſubijcit rationem primorũ conſideratorum. Secundo non habemus ex eius poſitione ꝙ conſideratum ſit ſubſtantia, an ſubiectum, an pars ſubiecti, an proprium ſubiecti, vel tale quid, & ſic poſitio Ioannis nec calidum facit nobis, nec frigidum. Hæc de poſitionibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Quæ in dilucidatione conſideranda.*

PRO dilucidatione primo declaremus ſi de ſubſtantia quatenus ſubſtantia eſt cõſideratio, & de accidente quatenus accidens. Secundo declarabimus quod cõſideratum eſt ſubſtantia in Metaphyſi. ex quibus poſtea concludemus dilucidationem.

*Quod de ſubſtantia vt ſubſtãtia deque accidente vt accidens ſit Metaphyſica conſideratio.*

Quãtum ad primum debes ſcire ꝙ duplex eſt ratio cõſiderãdi in quauis ſcientia, qua conſideratur quicquid in illa cõſideratur. altera quidditatiua & formalis, altera ſubiectiua ſiue obiectiua: Prima eſt in habentibus diffinitionem diffinitio. In non habentibus autem eſt conceptus formalis, & eſt illa ſuper quam cadit nota reduplicationis. Verbi cauſa: ens inquãtum ens conſideratur in hac ſcientia, ens ſuper quod cadit nota reduplicationis inquãtum eſt ratio formalis quidditatiua huius ſcientiæ, quia licet non ſit entis diffinitio, eſt conceptus formalis entis, ratio ſubiectiua eſt illa qua contrahit conſideratum ad certum genus ſubiecti. vnde de ſubſtantia conſideratur in naturali ſcientia, & de ſubſtantia conſideratur in hac ſcientia, etiam de ente conſiderat phyſicus, & de ente metaphyſicus, verum phyſicus de ente vt mobile, de ſubſtantia vt mobilis, metaphyſicus vt abſtrahit à mobili & immobili: igitur rõ ſubiectiua qua cõſideratur ens in ſcientia naturali, qua vt ſubſtantia eſt mobilitas, quia ꝑ illam contrahit ad genus phyſicũ, abſtractũ vero à mobili & immobili eſt rõ ſubiectiua, qua cõtrahit ad genus metaphyſicũ. Animaduerſione tñ dignũ nos ꝑ abſtractum intelligere non per eſſentiam, quo modo Deus & motores celorũ dicũtur abſtracti ſed per indifferẽtiam, quo modo ens ſubſtantia & accidẽs dicuntur abſtracta, quia ſunt materialibus & immaterialibus cõmunia atq; indifferentia, vt noſtris patet cõmẽtationibus, & diſpu. prima etiam primi lib. Ex his ſequitur ꝙ rõ formalis ſubiectiua põt eſſe aut paſsio ſubiecti prima, aut cõditio ſubiecti, aut accidens ſubiecti, at rõ formalis quidditatiua nunquam eſt niſi aut diffinitio, aut conceptus formalis. cauſa autem eſt, quia poteſt cõſiderabile cõtrahi ad certum genus ſcientiæ tam ꝑ primã ſubiecti paſsionem, ꝗ per conditionem, nunquam tñ per ſe primo cõſiderabitur, niſi per eius rationem quidditatiuam. Tunc reſpondeo ad primum ꝙ de ſubſtantia vt ſubſtãtia eſt conſideratio, & de accidente vt ſubſtantiæ ſimpliciter accidit. probatur, quia ſubſtantia vt ſubſtantia eſt communis materialibus & immaterialibus accidens vt ſubſtantiæ accidit eſt cõmune materialibus & immaterialibus, igitur de ſubſtantia vt ſubſtantia eſt hæc cõſideratio. tenet argumentũ, quia quæ includũt rõnẽ ſaltem ſubiectiuã alicuius ſcientiæ cõſiderãtur inquãtum tale in illa, ſed ſubſtantia vt ſubſtantia & accidens vt accidit ſubſtantiæ includunt rõnẽ ſaltẽ ſubiectiuam huius ſcientiæ, quia tam ſubſtantia vt ſubſtantia, ꝗ accidens vt accidens ſunt abſtracta per indifferentiam à materialibus & immaterialibus, quia ambo ſunt cõia materialibus & immaterialibus, igitur patet añs & conſequentia, & cõcluſio. Animaduerſione dignũ eſt accidẽs quod ſubſtantiæ ſimpliciter accidit accidere materialibus, & immaterialibus. De materialibus quidem patet, ꝙ aliquod ſit accidens rebus materialibus. probatur, quia ſunt quædam prædicata illis cõmunia nõ conuerſim & extra eſſentiam, igitur illis cõpetũt accidentia quædã, hæc. n. eſt diffinitio accidentis poſita. 1. Topic. Hæc de primo.

*Quõ de ſubſtãtia hic conſideratur.*

Pro intellectu ſecundi debes ſcire in ſcientia multa cõſiderari. quædam vt ſubiectum primum. quædã vt prædicatũ primũ de primo ſubiecto. quædã vt prima accidentia primi ſubiecti, quædã vt partes primæ ſubiectiuæ primi ſubiecti. quædam vt cauſæ & principia ſubiecti, tũc dico ꝙ ſi primum ſubiectum in hac ſcientia eſt ens vt ens, vt diſputatum eſt primo lib. de ſubſtantia conſideratur hic vt eſt prima entis pars ſiue ſpecies, de accidente vero vt eſt ſecundaria pars entis ſiue ſpecies, & etiam vt eſt accidens primæ entis ſpeciei, hanc probat Ariſt. in tex. & ait ꝙ ſi omne hoc eſt ens ſit vt totum ſubſtantia eſt prima pars, & ſi ens eſt in eo quod conſequenter adhuc ſubſtantia eſt prima ſpecies entis, deinde quale aut quãtum, igitur de ſubſtantia conſideratur hic, vt eſt prima pars entis, primaque illius ſpecies. Quo vero modo intelligantur verba Ariſt. hic poſita, lege noſtras commentationes, & nihil tibi remanebit occultum. Hæc de 2.

*Dilucidatio.*

Ex his concluditur dilucidatio. Nam patet ex his primo de ſubſtantia hic eſſe conſiderandum vt eſt ſubſtantia. Amplius ipſam cõſiderari vt eſt prima ſpecies ſubiecti, vel forte ſubſtantia conſideratur vt primum ſubiectũ, quia eſt prima & principalis ſpẽs entis, ens cõſideratũ vt eſt primũ ꝑdicatũ: accñs vero vt ſubſtantiæ ſimplr attributũ, ſed de his ĩ lib. 1. diſp. 1. Hæc de dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis poteſt rñderi. Ad primam multifariam,

riam, ſed ſufficiat nobis negare añs, quia de oĩ ſuba hic agitur, non quidem vt hæc vel illa, ſed vt ſubſtantia, & hoc ſufficit. Ad ſecũdam negatur minor, quia ſuba eſt abſtracta à materia ꝑ indifferentiam, & ideo prædicat̃ de materialibus, & immaterialibus. Ad tertiã dici poteſt ſm̃ peripateticos logicũ non conſiderare de re quę eſt ſubſtantia, ſed de hac voce ſubſtantia, vt.d.Boet. eſt enim logica de vocibus, & nõ de rebus, vt Boet. Simpl. & Ammonius ſentiunt. Ad quartam cõcedo de omnibus ſubſtantijs hic conſiderari, non tamen ſub rationibus particularibus, ſed vniuerſalibus, vt primo lib. diſputatum eſt, & propterea cæteræ non ſuperfluunt. Ad vltimam dico ꝙ de accidẽte etiam cõſiderat, & licet textus non dicat niſi de ſubſtantia, dat intelligere accidens dũ.d. ſubam eſſe primum conſideratum. Nam ſi ſuba eſt primum conſideratum, accidens erit ſecundum, & ſic dat illud intelligere. Hæc de prima diſputa.

*Subſtantiæ vero tres ſunt, vna quidẽ ſenſibilis cuius, alia quidem ſempiterna, &c. Tex.com.5.*

## DISPVTATIO SECVNDA
### De ſubſtantiæ partitione.

*Num diuiſio ſubſtantiæ ſit bene aſſignata in tex.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod diuiſio ſubſtantiæ in tres non ſit bene aſſignata. Arguit̃ primo, quia oĩs bona diuiſio eſt bimembris, vt.d.Boet. in lib. diuiſionũ. Secundo vr̃ ꝙ ſubſtãtiæ ſint tm̃ duæ ſenſibilis, videlicet, & inſenſibilis. Tertio vident̃ plures q̃ tres, quia ſub ſubſtãtia inſenſibili cõtinent̃ plura & ſub ſenſibili etiam, igitur plures quã tres. In contrarium eſt Ariſt. in textu. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

DEBES ſcire pro titulo ꝙ Ariſt. vult eſſe tres ſubſtantiæ primas naturas, ſenſibilis duas, videlicet corruptibilem, vt ea quæ ſub globo lunari cõtinent̃, incorruptibilẽ, vt ſunt cœli: & inſenſibilem vnã. videlicet totũ genus ſubſtantiarũ immaterialium, propterea quæritur ſi ſint hæ tres naturæ: & ſi ſubſtantia bene diuidatur in illa tres. Hæc de pauca titu.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Heraclitani.*

HERACLITANI quique Herculei dicuntur eſſe ſolũ ſubſtantiæ vnã conceſſerũt naturã, videlicet, ſenſibilẽ corruptibilẽ, nã inſenſibilẽ deſpexerunt, tanquã à ſenſibus remotã, cœlicam nõ alienã ab elementis naturã eſſe ꝓfitebant̃, & ſic ſolũ naturã ſubſtantiæ vnã ſenſibilẽ, corruptibilẽ voluerunt eſſe, eo quia tã cœlicã, quã elementariã fecerũt ſenſibilẽ & corruptibilẽ, ſeparatam aũt non cognouerunt. Hi ſunt vt dicit Ariſt. qui phyſicã fecerũt primã phiam, eo quia metaphyſicã deſpexerũt. Mouebant̃ aũt ex eo quia nihil erat ponẽdum: quin ipſum eſſet ſenſibile, aut ex eius ꝓprijs accñtibus ſenſibilibus colligibile, at nihil eſt ĩ ſenſibus deprehenſibile: qđ poſſit concludere ſubſtantiã aliquã eſſe æternã, nec .n. ipſum eſſe æternũ eſt ſenſibile, nec aliqđ accñs eius ſenſibile: igit̃ nihil tale eſt ponẽdũ. Objicit aũt huic opinioni Ariſt. pluribus rõnibus, ꝑcipue aũt & principales ſunt tres. *Obiectiones Ariſtot.* Prima habet̃ primo lib. de cœlo, quia dat̃ quædã natura q̃ nec eſt elementũ, nec elementariũ, igit̃ tertia natura æterna añs declarat Ariſt. ex motu, quo illa natura mouet̃, quia oẽ quod mouetur, aut ſimplici mouet̃ motu, aut cõpoſito, cœlica natura mouet̃, igitur aut ſimplici motu, aut cõpoſito mouebit̃: ſimplex motus eſt triplex, aut à medio, aut ad mediũ, aut circa mediũ, cõpoſitus eſt à ꝑdominio alicuius naturæ, q̃ aliquo horũ motuũ mouet̃: cœlica natura nõ mouet ad mediũ, nec à medio: vt ſupponit̃, igitur vel circa medium, vel à ꝑdominio alicuius horum trium, non à ꝑdominio, quia ſic vel ad medium, vel à medio, vt prius igitur mouet̃ circa medium, & ſic eſt alterius naturæ ab elementis, atq; & à rebus elementarijs, & ſic patet añs. conſequentia vero ꝑſpicua eſt, quia oĩs natura corruptibilis eſt aut elementum, aut natura elementaria. Quare cũ cœlica natura nec ſit elementũ, nec elementarij quicquã, igitur erit natura tertia alia ab his, & ita æterna, & ſic habetur prima & præcipua rõ. Secũda rõ colligitur ex.8. phyſicæ auſcul. nã perpetua eſt generatio & corruptio. hoꝝ ũ ſublunariũ, vel igit̃ ab aliquo quod eſt eiuſdẽ naturæ cũ ipſis, vel alterius naturæ. non ab aliquo, quod eſt eiuſdẽ naturæ cũ ipſis, quia nihil põt perpetuari ab eo quod in ſe nõ eſt perpetuũ, igit̃ cã perpetuæ ſucceſſionis non põt eſſe aliquid de illa multitudine, erit igit̃ alterius naturæ & ſpeciei ab omnibus illis & ſic perpetuũ. Hæc eſt ſecũda rõ & principalis. Tertia rõ colligit̃ ĩ eodẽ.8. & eſt præcipua & potiſsima in qua fundatur Auer. videlicet, quia motus eſt perpetuus, & præcipue circularis, vt dictũ erat in.7.lib. Phyſi. & in.8. eo quia ſi motus eſſet factus, & ꝑcipue circularis, tũc ante oẽm motũ eſſet motus, & ꝑcipue ante circularẽ, & ſic ante primũ motũ, eſſet motus, per idẽ probatur ꝙ non eſt corruptibilis. Qđ ſi motus eſt perpetuus, oportet motorẽ & mobile eſſe perpetua, & habetur propoſitũ. Quarta rõ accipit̃ ex 4.lib. Phyſicæ auſcult. ex parte tẽporis, quia tps eſt perpetuum, igit̃ & motus, & per conſequens mobile & motor erunt perpetui. añs patet, quia ſi tps inciperet, tũc prius non fuiſſet, & ita an tps fuiſſet prius & poſterius; & ita ante tps fuiſſet tps. Ex his colligitur eſſe aliquam naturã æternam ſiue ſenſibilem, ſiue inſenſibilem, contra Heraclitanos. *Poſitio Empedo.* Empedocles autem agrigentinus, neſcio his vel alijs rõnibus voluit duplicem eſſe naturam elementariam, quã ſublunarẽ dicimus, & ætheriã, quę cœlica eſt, ſublunarẽ quidem voluit & appellauit mũdum, quem viciſsim confundi & diſtingui lite & amicitia ꝑpetua reuolutione contendit, & quia cœlica illa natura aliena eſt ab his, idcirco cœlos facit deos, & cœlũ.d. primã cãm, & ſic naturam æternã inſenſibilẽ pœnitus deſpexit aſſerens naturã ſenſibilem corrupt. & ſenſibilem incorrup. & corruptibilẽ ſubijci illi incorruptibili. Et h modo patet ſolutio Empedoclis. Sed huic poſitioni objicit Ariſt. *Obiectio Ariſtot.* & ꝓbat dari adhuc naturã æternã inſenſibilẽ, quæ mouet ſenſibilem æternã, & ꝑ cõſequẽs concludit dari tres naturas ordine quodam ſubalternas, vt dicemus. Prima ratio colligitur.8. Phyſi. ex eo quia oẽ, quod mouetur à ſe, diuiditur in partem motam, & partem mouentem, cum igitur natura cœlica ſit perpetua & moueatur à ſe, igitur diuidetur in partem mouẽtem, & partem motam, illa pars mouens non poteſt eſſe corpus. nec virtus dependens à corpore, quia tunc eſſet corruptibilis, & ſic eſt virtus ſeparata, & tota vis octaui eſt circa declarationem huius rationis. Secunda rõ colligitur in hoc.12.lib. ex eo quia motus cœli eſt vniformis & regularis, igitur ab intellectu, & omnis intellectus eſt natura æterna inſenſibilis, igitur datur tertia ſubſtantia. Tertia colligitur ab Auicen.8. ſuæ Metaphy. capite.3. *Ratio Sco. ſenten.* & illam ſequuntur multi doctores. Et eſt, aliquid eſt mouens



mouens & à ſe, hoc eſt independenter, igitur illud eſt extra magnitudinẽ. antecedens patet, quia aliquid mouet & ab alio, igitur ſi non eſt procedere ad infinitum, oportet eſſe aliquod mouens & à ſe. cõſequentia autem deducitur, quia omne corpus vel virtus in corpore mouet dependenter ab alio, quia vel dependenter à partibus, vel ab aliquo tali. Multæ rõnes fieri poſſunt, oẽs tamen ad has reducuntur. *Poſitio Ariſt.* Ex his patent tres ſubſtantiæ, corruptibilis quidem ſenſibilis patet ſenſibus, incorruptibilis vero ſenſibilis vt cœlum patet rationibus, ſimiliter æterna inſenſibilis etiam rõnibus patet. Hæc eſt poſitio Ariſt. *Poſitio Plat.* Plato vero ſenſibilem naturam cum Ariſt. geminam fecit, videlicet corruptibilem, & æternam, inſenſibilem etiam geminam idealem, quam & Ariſtot. conceſſit, ambo enim ideas ſeparatas poſuerũt, nõ quidem vt vulgus credidit, ſed illas quas nos intellectus appellamus, conceſſit & naturam inſenſibilem mathematicam, vt in commẽtationibus noſtris dictum eſt. Quare naturæ & ſubſtãtiæ quatuor ſunt apud Plat. duæ ſenſibiles duæque inſenſibiles, rationes vero quibus conceſsit mathematica ſeparata omitto quia primo lib. ab Ariſtot. clariſsime ſunt explicate. Hæc Plat. Obiecit autem Ariſt. contra quartam illam naturam, quã Plat. mathematicis dedit. Primo quia res mathematicæ ſunt accidentia. Modo nullum accidentium ſeparabile eſt. Secundo quia ſunt res imaginariæ, & nihil imaginarium ſeparabile eſt. Tertio quia ſunt infra res phyſicas, igitur minus ſeparabiles. antecedens patet: quia ſi nulla eſſent entia præter phyſicas naturas, tunc phyſica eſſet prima phia, vt dicitur in.6. huius. Ex his Ariſtot. tres fecit in ſuba naturas, & non quatuor. Hæc de põnibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Differentia inter catholicos et philoſophos. Quæ catholica.*

PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ aliud eſt catholice ſentire & aliud phyſice diſputare. Catholice enim & ſecundum veritatem ſentiendo concedendæ ſunt tres naturæ, non quidem, vt illas conceſſit Ariſtot. ſed corruptibilem quidem ſenſibilem elementorum, & eorum quæ ex elementis conſtant, concedendo hanc etiam & Platoni, & Peripatetici aſſerunt: concedenda eſt etiam naturam inſenſibilis & æterna, qualis eſt illa Dei ſaltem, quãque omnes & Græci & Barbari aſſerunt. Tertiam naturam inter has quaſi mediam nos aſſerimus & dicitur media, quia non eſt æterna omni ex parte, ſed ſolum à parte poſt, nec eſt per generationem vel motu deducta, ſed per ſimplicem emanationẽ, quam creationem appellamus, & hæc eſt diuiſa in duas, inſenſibilem quidem, qualis eſt cœlorum. cœlica enim natura eſt à parte poſt; licet cum motu & tempore incœperit, vt Plato etiã cõceſſit, nõ quidẽ generatione ſed creatione, & in inſenſibilem, qualis eſt illa intellectuũ, Hæc enim cœpit, nunquam tamen peribit. Hæc catholice & ſecundum veritatem ſentimus. *Quæ phyſi.* Phyſicæ diſputãdo videtur mihi ſaluo meliori iudicio & remittendo me ſem per peritioribus, ꝙ nulla dictarũ rationum eſt demonſtratiua, quibus probauimus eſſe aliquam naturam æternam, eo quia omnis demonſtratio eſt aut propter quid per cauſam, aut quia per effectum vel per cauſam remotam, per cauſam quidem nulla illarum eſſe poteſt, quia æterni aut nulla eſt cauſa aut illa eſt nobis poſterius nota. ſi per effectum, tunc eſſet petitio principij, quia non poteſt probari naturam æternam eſſe per effectum quin ille ſit æternus, & ſic ſupponitur æternum eſſe, quod erat demonſtrandum, non per cauſam remotam, quia per illam non demonſtrantur niſi concluſiones negatiuæ, igitur nulla demonſtratione poteſt probari æternum eſſe. Rationes quoque Ariſt. ſunt ꝓbabiles, & ex creditis acceptæ, ratio enim illa accepta ex lib. cœli deducit ad quãdam naturam tertiam, quæ nec eſt elementum, nec elementarium, nõ tamẽ ex hoc ſequetur illam eſſe ſimpliciter omni ex parte æternam, ſufficit enim illam eſſe æternam ex parte poſt, & voluntate diuina, vt.d.Plato. Secunda ratio ſumit falſum, non enim perpetua eſt generatio, quia cœlũ incœpit, nec ꝑpetua erit, quia quandoque deſinet, igitur ſupponit falſum, vel ſaltem non generabile. Tertia ratio ſumpta ex tempore, vel ex motu friuola eſt, & non digna Ariſtot. quia dicimus nos motum & tempus incepiſſet, nõ quidem per ſe, tanquã res per ſe inceptibilis, ſed per accidẽs ad inceptionem eorum, quæ conſequuntur, videlicet mobilium & motorũ. Quare rõnes illæ ſunt aut ex falſis, aut dialecticæ per idem demuntur rationes: quibus probabatur natura inſenſibilis æterna, quia prima ratio ſupponit cœlũ moueri æterno motu, quod eſt falſum, & non demonſtrabile. Secunda ratio etiam petit, nõ.n. eſt demonſtratum vniformem motum eſſe ab intellectu, fortaſſe.n. eſſe poteſt à natura cœlica, quæ non eſt intellectus, nec demonſtratum eſt oppoſitum. Tertia demitur ab Auer. & ait illam rationem Auicennæ, eſſe dialecticam, quia per ſe notũ eſt aliquid moueri ab alio, ſed eſſe mouens ex ſe propter hoc nõ ſequitur, quia dicerem eſſe proceſſum in infinitum in mouentibus ab alio, nec poteſt demonſtrari oppoſitum, vt in multis locis diſputaui. *Ante rationes Ariſt. habent vim.* Quare dictæ rõnes dialecticæ ſunt. Animaduerſione tamen dignum ꝙ ſi teneamus ſolum illa, aut quæ ex ſenſibus memorijſque deducuntur, aut quę nulli ſenſuum contradicunt, oportet fateri nullam eſſe productionem, niſi generationẽ, quia oĩbus ſenſibus patet oẽ quod fit, fieri ex ente, vt per viſum ꝙ albũ fit ex nigro, per tactum ꝙ calidum ex frigido, per auditum ꝙ graue ex acuto, per guſtum ꝙ dulce ex amaro, per olfatum ꝙ ſuaue ex auſtero. At ſi nulla eſt productio niſi generatio, tunc oportet fateri generationem eſſe perpetuam, eo quia omne quod fit: ex ente fit, & vbi generatio eſſet perpetua, oportet concedere motum circularem eſſe perpetuum, & ſic oportet concedere tres illas naturas vt.d. Ariſtot. & hoc pacto Ariſtot. inceſsit, non enim nouit alium modum producendi, quàm per generationem, quia ſolum per ſenſus ꝓbatus eſt, nos vero catholici, qui non pœnitus ſenſus ſequimur, concedimus concluſionem Ariſtot. quia per aliam viam illam credimus. negamus autem eius demonſtrationem, quia ſupponit falſum. *Contra iuntores metaphyſicos.* Ex his patet ꝙ qui dictam veritatẽ nituntur credere per rationes Ariſtot. non catholice ſentiunt, quia veram concluſionem deducere enituntur per rationes non catholicas. Animaduertens autẽ hæc Ariſt. & ipſe: & cognoſcens rationes ſuas eſſe ex ſuppoſitionibus proprijs, eſſe ſubſtantiam æternam in ſenſibilem, quæ eſt Deus, probauit cõceſſu gentium, dicens illam eſſe, propterea quia & Græci, & Barbari aſſerũt illam cœlis inhabitare. Hæc de dilucid.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam patet ſolutio, nam hæc diuiſio eſt reducibilis ad bimembrẽ, omnis enim ſubſtantia vel eſt ſenſibilis, vel inſenſibilis, & omnis ſenſibilis vel æterna vel corruptibilis eſt, inſenſibilis vero qa omnis eſt intellectilis, ideo tanquam vna enumeratur. Per idem ad ſecundam. Ad tertiam per idẽ, licet enim ſub vtraque contineantur, plura tamẽ ſub ſenſibili ſunt duo

duo prima genera, ſub inſenſibili autẽ vnum primum genus, quod eſt omnium intellectuum. Hæc de ſecunda diſputatione.

*Poſtea quia quæcũque ex vniuoco fit ſubſtantia. Nam & quæ nam ſunt ſubſtantiæ & alia, &c.* Tex.cõm.13.

## DISPVTATIO TERTIA
### De formæ cuiuſque productione.

*Num productio cuiuſlibet formæ ſit vniuoca.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

Quod non omnis formæ productio ſit vniuoca. Arguitur primo, quia nõnulla animalia ex putri materia exoriuntur, quorum generatio non poteſt eſſe vniuoca. Secũdo mulus generatur: & tamen eius generatio non eſt vniuoca. Tertio multa fortuito & caſu fiunt, quorum generatio nõ eſt vniuoca. Quarto calidum in corporibus inferioribus generatur à ſole, & non à calido, igitur non omnis generatio eſt vniuoca. Commen.142. Commen.56. Quinto ſecundo cœli, calor cauſatur è motu, & lumine, igitur non omnis generatio eſt vniuoca. Sexto. 3. cœli, habetur q́ ignis generatur etiam à cõcuſsione lapidum cum ferro, igitur qõ falſa. Septimo motor cœli efficit motum, igitur vt prius. Octauo ſol generat plantas & herbas, igitur vt prius. In contrarium eſt Ariſtot. Cõmen.13 & 18. & 14. Commen.31. & Auer. in h.12. lib. & alibi, item. 7. huius. Hæc de dubitationibus.

### Capvt titvli secvndvm.

Pro intellectu tituli debes ſcire q́ duplex eſt generatio, ſiue inductio formæ, quod idem eſt, vniuoca, & æquiuoca dicitur quidem generatio vniuoca, quotiens agens, & effectus, ſiue generans, & generatũ ſunt ſimilia ſaltem in forma, & hoc quia vniuoca ſunt quorum & nomen cõmune eſt, & ratio ſubſtantię eadẽ, modo ratio quam nomen ſignificat, eſt diffinitio, diffinitio autẽ forma eſt explicans formam & eſſentiam, igitur vniuoca generatio eſſe non poteſt quin ſaltem generãs & generatum ſimilia ſint in forma, æquiuoca generatio aũt eſt, quoties generans & ipſum generatum diſsimilia ſunt forma: eo quia æquiuoca ſunt, quorum & nomen & ratio diuerſa eſt. Ex his patet titulus diſputationis.

### Capvt positionvm tertivm.

Commen.18. Plato vt narrat Auer. in h lib. & vt apparet in lib. Parmenidis de vno omniũ rerũ principio, voluit oẽm generationem eſſe vniuocã, quia cuiuſlibet formæ generabilis poſuit formam ſeparatam ſuæ ſpeciei, quæ eſſet agens formas ſibi ſimiles in ſpecie in materia, quæq; verbo græco idea dicitur: latine ſpecies. Obiectiones Ariſt. & Auer. Obijcit autem huic põni Ariſt. & ſuus pedagogus Auer. Primo q̃a expoſitione Platonis ſequiẽ oppoſitũ, nã forma illa (quam ponit Plato ſeparatã) eſt alterius ſpeciei, eo quia eſt incorruptibilis, & vt dictum eſt. 10. lib. huius corruptibile & incorrupt. differunt plus quã ſpecie: & ſic dicens generationem eſſe vniuocã propter ideas ſeparatas, negat generationẽ eſſe vniuocã, quia ſeparatæ ſubſtantiæ ſunt alterius ſpeciei. Præterea in. 7. arguebãt ambo, quia nullum miſtum cũ materia fit niſi ex miſto cũ materia, at Commen.18. ideæ ſunt ſimplices. Tertio arguit Auer. quia tũc generatio nõ eſſet eductio formæ, ſed inductio ſiue creatio, Põ Themiſt. vt dedit. Hæc aduerſus Platonem. Themiſtius autem gloſſat Ariſt. propoſitionẽ tribus conditionibus ſeruatis. Prima eſt vt intelligatur in agente, & non in inſtrumento. Secunda in propinquo, nõ in remoto. Tertia in agente eſſentiali, & non accidentali dicitur in agente, quia corrigia agit dolorem, & ſerra agit aſciſionẽ, & tñ corrigia nõ aſsimilatur dolori, nec ſerra diuiſioni, verũ hæc non ſunt agentia, ſed inſtrumenta verberãtis, & diuidentis, nam verberans per dolorem mentalem: & diuidens per diuiſionem mentalem agunt illa, & ſic non inſtrumentis, ſed agentibus ſunt ſimilia, dicitur in ꝓpinquo, & non in remoto, propter primum principium, quod cuncta agit, quod tamen nõ cunctis aſsimilatur, dicitur eſſentiali, propter genita caſu & fortuito, ſiue propter aĩalia ex putri materia orta. Hæc Them. Poſitio Alex. Aphro. Prima expõ. Alex. Aphrodiſius trifariam exponit ꝓpoſitionẽ, vult enim. Primo propoſitionẽ eſſe intelligendam in his quæ vere generantur, ad excludendum ea quæ caſu & fortuna generantur, nam hæc vt errores fiunt. Secundo vult ꝓpoſitionem eſſe intelligendam de vniuocatione in forma, vel in virtute, & ſic animalia genita ex putri materia ex ſimili fiunt ſaltem in virtute. Secunda. Secundo exponit Alexan. dictam propoſitionem vniuerſaliter in oĩbus, dummodo ſimilitudo ſit in genere, vt ſi eſt ens naturale à natura, & ſi artificiale ab arte, & ſi caſuale à caſu ꝓficiſcatur. Tertia. Tertio exponit propoſitionem eſſe intelligendam in his, quæ vere generantur, & de vniuocatione in ſpecie ſpecialiſsima, vel ſubalterna. d. in vere genitis propter animalia ex putrefactione genita & caſu facta. d. in ſpecialiſsima vel ſubalterna, propter generationem muli. Hæc Alexan. Aprodiſius. Poſitio Auer. Commen.13. Auer. autem eſt varius, nam huius. 12. intelligit propoſitionẽ Ariſt. ſolum in ſubſtantijs, non autẽ in accidentibus, quia credidit oẽm ſubãm fieri ex ſibi ſimili, non autẽ accidens. Septimo vero huius intellexit propoſitionẽ ſolũ in his, quæ generantur à patre & matre. Obiectio. Sed prima expoſitio eſt ambigua, quia ignis non tñ fit ab igne, ſed ab excuſſione lapidum cum ferro, vt dictum eſt. Præterea vel per vniuocationem intelligit ſimilitudinem in forma: vel in virtute. ſi in forma, fallit in animalibus genitis ex putrefactione, hæc enim ſunt ſubſtantiæ, & tñ non fiũt ex ſimili in forma. ſi in virtute, tunc erit vera in omnibus, etiam in accidentibus. omne enim accidẽs fit à ſibi ſimili in virtute, nihil enim generatur ab aliquo, quin contineatur in illo ſaltẽ virtualiter. Poſitio aliorũ. Forte propter hæc alij aiunt propoſitionem eſſe veram in omnibus tã ſubſtantijs, quã accidẽtibus, modo ſimilitudo intelligatur vel in forma & modo eſſendi formæ ſimul, vel in forma tñ ſpecialiſsima, vel ſubalterna, aut in virtute tãtũ: hæc declarant verbis multis, vt patet ab eis. Confutatio. Sed videtur hæc ſolutio contra textum, quoniam textus nõ vult propõnẽ eſſe verã niſi in ſubſtantijs, & iſti ampliant ꝓpoſitionẽ ad oĩa. Secundo tunc ea quæ caſu fierent, etiã fierẽt ab vniuoco. Tertio tũc nulla eſſet generatio dicta ſimpliciter æquiuoca, q̃a omnis eſſet à ſibi ſimili aut in forma & modo eſſendi formæ, aut in forma tantũ, aut in virtute, igitur omnis eſſet dicenda ſimpliciter vniuoca, & tñ omnes expoſitores & Græci & Latini volũt duplicem eſſe generationem, quia aut æquiuoca, aut vniuoca. Quarto nulla generatio eſſet ab aliquo ꝑ accidẽs, quia oĩs eſſet à ſibi ſimili aliquo pacto, & ſic nulla eſſet, per accidens. Hæc de poſitionibus.

### Capvt dilvcidationis qvartvm.

Pro dilucidatione. Primo accipiamus generationẽ dici vniuocam, quoties generatum & generans ſunt ſimilia in forma, mõ ſumatur forma generatim vel ꝑ gradu, è quo ſumitur ſpẽs, vel pro gradu è quo ſumitur genus,



nus, vtroque enim modo aliqua dici poſſunt ſimilia in forma, quia tã genus, quàm ſpecies forma dicitur à peripateticis. Secundo ex hac ſuppoſitione cõcludamus omnem ſubſtantiam fieri à ſibi ſimili in forma altero horum modorum. probatur, quia omnis ſubſtantia fit vel ab agente ſuę ſpeciei, vt homo ab homine, & equus ab equo, vel ab agente ſui generis, vt veſpa à ſubſtantia ſtellarum, & carnes putridæ, ſunt enim hæc eiuſdẽ generis prædicamenti ſubſtantiæ, quia omnia ſunt ſubſtantiæ. Secundo concludamus non omne accidens fieri à ſibi ſimili altero illorum modorum, poteſt enim accidens fieri ab accidente, & à ſubſtantia, vt calidũ à calore, & à ſtellis, quæ ſunt ſubſtantiæ, vt patet. Dilucidatio. Ex his patet dilucidatio, videlicet, q́ propoſitio Ariſtot. eſt vera ſolum in ſubſtantijs, quia ſolum in ſubſtantijs omne qđ fit, generatur ab agente ſibi ſimili aut in ſpecie: aut in genere, eo quia non poteſt ſubſtantia generari, niſi ab agente, quod eſt ſubſtantia, in accidentibus aũt non habet locum: quoniam accidens poteſt & ab accidente, & à ſubſtantia generari, hanc expoſitionem voluit forte Commen.14. Auer. hic. Hæc de dilucidatione.

### Capvt solvtionvm qvintvm.

His expoſitis. Ad primam dico q́ talia animalia generãtur vniuoca generatione, quia à ſibi ſimili in genere ſaltem: non enim fiunt niſi ex ſubſtantia. Ad ſecundam patet ſolutio, mulus enim fit ab equo & aſina ſui generis. Ad tertiam patet ſolutio, quia licet quædam ſint fortuito reſpectu vnius, ſunt per ſe reſpectu alterius, igitur ſunt à ſibi ſimili in genere ſaltẽ. Ad quartam diximus illam non habere locum in accidentibus. Et per idem ad quintam. Ad ſextam dico q́ ignis generatur principaliter à ferro & lapide, quæ ſunt ſubſtantiæ, diſpoſitione autem à motu illorum, & ſic generatur à ſibi ſimili in genere ſaltem. Ad ſeptimam patet ſolutio, quia motus eſt accidens, modo accidens poteſt Duplex generatio. generari æquiuoca generatione. Ad octauam patet ſolutio, quia ſol & plantæ ſunt eiuſdẽ generis ſubſtantiæ ſaltem analogicæ, quia ambo ſunt ſubſtãtiæ. Ex his apparet duplicẽ eſſe generationem vniuocam, & æquiuocam, vniuoca generatio eſt, quoties generans & generatum ſunt ſimilia in forma, vt dictum eſt, & hac generatione ſolæ ſubſtantiæ generantur, æquiuoca autem eſt quoties generans & genitum ſunt in forma diſsimilia, & hac generatione accidens generatur, licet propter ſui imperfectionem vniuocæ & æquiuoce generari poſsit. Hæc de tertia diſputatione.

*Quoniam quare infinita facta ſunt, ſed non vnum. Intellectus enim vnus, quare ſi materia vna illud factum eſt actu, &c.* Tex.cõm.11.

## DISPVTATIO QVARTA
### De vnitate effectus reſpectu plurium cãrum.

*Num agente exiſtente vno, & materia vna effectus ex his producti poßint eſſe plures.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

Quod materia exiſtente vna & agente exiſtente vno effectus ex his ꝓducti poſsint plures eſſe. Arguitur primo, quia ſecundũ veritatem Deus vnus eſt, & tñ omnia immediate & ſine omni materia effecit: etiam apud Ariſto. licet ẽm eum illa efficerit ab æterno. Secũdo materia exiſtente vna effectus poſſunt eſſe plures, patet quia diuerſitas põt eſſe ex parte agentium, & agente exiſtente vno etiam effectus poſſunt eſſe plures, q̃a põt diuerſitas eſſe rõne materiæ: igiẽ agente exiſtente vno, & materia exiſtente vna effectus poſſunt eſſe plures. tenet argumentũ: quia copulatiua propoſitio, vel categorica de extremo copulato vera eſt, quando ambæ partes ſunt veræ: igitur diſputatio falſa eſt. Commen.14. Tertio de facto materia eſt vna omnium: vt dicitur: & agens primũ quod poſuit Anaxagoras eſt vnũ oĩum: & tamen de facto ſunt effectus plures: igitur diſputatio falſa. Quarto vnus artifex numero ex ligno vno numero poteſt plures effectus facere: igitur qõ falſa. In cõtrarium eſt Ariſt. contra Anaxa. Hæc de dubitationibus.

### Capvt titvli secvndvm.

Debes ſcire q́ licet hæc qõ cadat proprie in textu præcedente, vt Auer. diſputauit, quia tñ poteſt cadere in multis locis huius libri mouetur nunc, parũ de ordine curando. Secundo debes ſcire q́ ꝑ agens intelligimus illud quod ab aliquibus dicitur efficiẽs, quod quidem eſt, vnde motus principium vt dicitur. 2. Phyſicæ auſcul. & materiam intelligimus ſubiectũ, in quod agẽs agit, quodque formã recipit ab ipſo agente. Commen.11. Tertio debes ſcire, q́ licet vnũ multifariam ſumatur, hic pro vno numero audimus, eſt. n. ſenſus. Vtrum agẽte exiſtente vno numero, & materia exiſtẽte vna numero, effectus ab his producti, poſsint eſſe plures. Hæc de titulo.

### Capvt positionvm tertivm.

Poſitio Anaxagoræ clazomenij. Anaxagoras Clazomenius poſuit omnium rerum agens proximũ & immediatum eſſe vnũ. Amplius & matetiam etiam oĩum vnã, & tñ ſaluare eniſus eſt pluralitatem effectuũ ex illis productorũ, agẽs. n. quod poſuit, erat intellectus diuinus, quẽ immiſtũ, & im materia lẽ fecit, vt oĩa ageret. Materiam aũt appellauit chaos ſiue miſturã, ſaluabat aũt effectuũ pluralitatẽ, & generatorũ multitudinem, quia licet chaos ſiue materia ſit vna oĩum, in illa oĩa generabilia eſſe dixit, & propterea qñ generatur aliquid ex ſuo cõpari, quæ in chaos præerat, generatur: & ita generata dicebat eſſe plura, hanc poſitionẽ olfacerunt nonnulli iuniorum, qui inchoationes oĩum formarũ poſuerũt in materiam coæternas, vt viſum eſt. 7. huius. Confutatio poſitionis. Contra obijcit Ariſt. ſubtiliter (vt mihi vr̃) quia ſi materia illorũ generabilium, quæ ĩ chaos ſiue materia æternaliter præerant ſit vna ſimpl'r, & nulla differentia eſt ex parte agentium, ꝓculdubio nulla põt reddi cã quare in materia tot fuerunt generabilia, vñ licet Anaxagoras põt reddere cãm pluralitatis eorũ, quæ generanẽ, non põt reddere cãm, quare generabilia quæ ab æterno p̃fuerunt, erãt multa, nõ. n. cã põt aſsignari ex parte materiæ, qm̃ materia illorũ vna eſt, vt d. nec ex parte agentis, qm̃ ſine illa primordia fuerũt facta, ſiue coæua materiæ, agens ſemper eſt vnum, quare nullo pacto illa primordia ſunt multa, ſed ſemper vnum. Auer. rõ. Commen.11. Auer. autẽ arguit ſubtiliſsime ſic, ſi formę primordiales, quæ ĩ materia pręſunt pro generatione rerũ, ſint multæ vel ſunt multæ ab agente tñ, vel à materia tñ, vel ab vtroque, vt propter diſpõnes diuerſas. nõ ab agente tñ, quia illæ vel non ſunt ab agẽte, vel ſi ſunt ab agente, agens eſt vnum ſubiecto & diſpoſitione, & hoc modo non pñt eſſe multæ propter differentiã agẽtium. nec à materia tñ, quia materia ſubiecto & diſpõne vna eſt oĩum illarũ. nec ab vtroque, quia quodlibet illorum vnum tñ eſt. nec propter diſpõnes diuerſas, quia apud Anaxagoram primordiales illæ formæ nõ ſunt diuerſæ ꝑꝑ diſpõnes diuerſas, ĩmo cũ materia diuerſis diſpõnibus afficiẽ. eſt illarũ gñō. Hęc ex Auer. Poſitio aliorũ. Alij (vt Egid. narrat) dixerũt ad mẽtẽ Ariſt. oĩa agẽtia reduci ad primum agens,

agens, tanq̃ ad oĩum eorũ cãm ſiſt & oẽs materias reduci in vnã primã & cõem materiã, tũc dicunt hæc duo prima ſufficere ad diuerſitatẽ effectuũ, & ita agente exiſtente vno & materia vna, pñt plures effectus eſſe. Et qđ hęc ſufficiant ad rerũ diuerſitatem efficiendã, probant.

*Rõnes põnis ſecundæ. Prima.* Primo quia materia aut nihil facit ad factũ, aut ſaltẽ nõ ad oĩa, non. n. materia ſe extendet ad ſubas ſeparatas, cum in illis nulla prorſus ſit mã, igitur oportet tale effectum diuerſitatem eſſe ab agente, & non à materia. *Secunda.* Scđo quãto agens eſt præſtãtius, tanto minus præſupponit, vt patet de arte & de natura, cum. n. natura ſit agens arte ꝑſtantius, põt producere formas ſubãtiales, ſola materia præſuppoſita: at cum ars ſit agens debilius ſupponit materiã & ſubſtãtiales formas, & ſolũ accñtia producit. Quare cũ primum agẽs ſit oĩum ſumptum, nihil oĩno ſupponit in ſua actione, igitur rerum diuerſitatẽ poterit producere abſq; diuerſitate materiæ.

*Obõnes Egid. Prima.* Obiicit aũt huic põni Egid. Primo quia modus pƀandi peripate. eſt alius à modo pƀandi Platonicorum, nã peripatetici proceſſerunt à ſenſibilibus ad intelligibilia. Platonici econtra ab intelligibilibus ad ſenſibilia, & ita poſitio Ariſto. nõ põt eſſe ex toto falſa, & per conſequens aut dixit verum aut non impoſ'e, ſed contra ſenſum eſt ab vno agẽte immediate poſſe plura de nouo produci, igiť põ illorum aut eſt falſa: aut nõ eſt peripatetica. *Secunda. Suppõ pria.* Scđo arguit in via. Ariſt. ſupponendo q̃dam. Primo ſupponit de mẽte peripate. duplex eſſe agens, vľe quidẽ vt cœlũ, particulare aũt vt homo ad gñationem hoĩs, & equus ad gñationẽ equi. *Secunda.* Scđo ſupponit ꝙ ad gñationem rerum perfectarũ vt hoĩs, & equi, nihil poteſt agens vľe ſine agente particulari, vnde dr̃. 2. phy. Sol & homo generant hoiem. Ad gñationem aũt rerũ perfectarum, vt herbarum, & apũ: & cęterorum id genus ſufficit agens vľe ſine particulari vt apes de carnibus vaccarũ põt generare ſine particulari agente, non tñ ſine motu & tranſmutatione. *Tertia.* Ex hi duabus ſuppõnibus ſequiť tertia, ꝙ apud peripateticos nihil abſq; tranſmutatione, & motu deducitur, quia ſiue fiat mediatę agente particulari, ſiue ſine agente particulari & ſolum ab agẽte vľi: ſemper concurrit motus: & trãſmutatio. *Quarta.* Quarto ſupponit intelligẽtias ſeparatas non poſſe aliquid agere ſine motu ad vbi: mediãte quo cauſent cæteros motus, & hos inferos effectus, agẽs aũt particulare nihil agere põt niſi mediante motu ad formã: cũ. n. duplex ſit motus, videlicet, ad formã: in quo multum tranſmutationis eſt: & ad vbi: in quo eſt parũ tranſmutationis: concludit Egi. de mente peripate. motum ad vbi eſſe attribuendum motoribus ſeparatis: motoribus verò materialibus eſſe tribuendũ motũ ad formam. Quare hic eſt ordo: ꝙ queãdmodũ cęlũ nõ agit niſi mediante agente particulari: ſic ſubæ ſeparatæ non agunt niſi mediante motu ad vbi: & motus ad vbi: non niſi mediante motu ad formã & ſic intelligentiæ ſeparatæ in agendo determinantur per motum corporis cœleſtis, cœlũ aũt per agens particulare. Hæ ſunt ſuppões peripateticæ. Ex his concludit Egid. ad rerum diuerſitatẽ efficiendam requiri & diuerſitatem agentium: & materiarum agentium quidem, quia vnũ agens vľe nõ ſufficit, quin concurrant particularia, vel motus diuerſi: materiarũ aũt quia nullum agẽs corporeum põt plura facere, non concurrente materia: quæ licet ſit vna oĩum, tñ eſt multiplex potẽtialitate, & diſpõne, vt in cõmento expoſui. quare concurrunt plures materiæ ſaltẽ ẜm diſpões & potentias. Hæc Egi. *Dubũ contra Egidium.* Sed vellẽ à viro iſto intelligere ꝑ ꝗd Deus apud Ariſt. in primordiis rerũ ſufficit plura facere ſine materiæ diuerſitate: Imo ſine oĩ materia prorſus: nõ aũt ſufficit plura facere de nouo ſine materię diuerſitate. Vult. n. Egid. oĩa imediate fuiſſe cãta à Deo: nõ quidẽ de nouo, ſed ab æterno: iõ emergit dubũ maxima: ꝑ ꝗd Deus æterna productione potuit vt diuerſa efficere ſine diuerſitate materiæ: non autem de nouo: niſi diuerſitas materiæ ſupponatur hęc. n. qõ eſt tacta ab Egidio, ſed non eſt ſoluta & apud me eſt maxima, qa Deus eſt æquę potẽs ſi agat actione æterna: & ſi agat actione noua. Hęc contra Egi. Et de põni.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Põ noſtra catholica.* PRO dilucidatione debes ſcire ꝙ aliter eſt catholice ſentire & alr̃ dialectice: ſiue phy. diſputare: catholice. n. ſentiẽdo oportet ſupponere Deum eſſe agẽs libere & contingenter. quod licet non poſsit demõſtrari: põt bonis ꝑſuaſionibus ꝓbari: qđ nũc omitto: quia alibi probaui. Secũdo oportet ſupponere Deũ eſſe ïfinitũ: & ita poſſe ſupplere vicẽ oĩs agẽtis: & materiæ: qđ ẽt eſſet ꝓbabile, nõ tm̃ creditũ. Ex his facile patet catholice ſentiendo rerũ diuerſitatẽ poſſe à Deo ꝓuenire ïmediate, & ſine materia patet: quia eſt agens infinitũ ſupplens vicem materiæ & agentiũ oĩum, effectus ipſos efficiens mere libere & cõtingenter. Hæc catholice ſentio. *Phyſi. via.* Phy. vero diſputando & vt. d. Egidius: via ſenſus, oportet dicere aliter eſſe in prima rerũ ꝓductione, & aliter in noua ꝓductione. Ariſt. n. via ſenſus poſui duo pricipia cõtraria his, q̃ nos ſentimus. Primum eſt ꝙ licet Deus agat libere, tñ agit neceſſario, quia apud ipſum libere agere. nõ eſt cõtingẽter agere, ſtat. n. cũ cõtingẽtia, & neceſsitate, vt. d. Aui. & ſæpe diximus in hoc lib. Scđm eſt Dei actionẽ eſſe limitatã & finitã, vel qa Deus ipſe eſt virtute limitatus & finitus, vel qa effectus ipſe eſt capacitate cõtractus, nõ curo nũc hæc replicare, qa in lib. de ïfinitate primi ſatis diſputaui. Ex his apparet aliter eſſe ï prima rerũ ꝓductione, & alr̃ in noua rerũ ꝓductione, nam prima rerũ ꝓductione Deus fecit oĩa, q̃ poterat facere, vel q̃ erãt poſſia fieri, qa egit libere & neceſſario & ïmediate: at i noua rerũ ꝓductione, qa agi neceſſario, & mediate, nõ põt aliq̃d facere nõ cõcurrẽte mã. Et quãtũ ad hoc recte ꝓceſsit Egidius. *Dubũ contra Egid. et Ariſ.* Sed cũ q̃rebatur vlterius ꝑ ꝗd in prima rerum ꝓductione Deus fecit oĩa: in noua aũt non facit oĩa. Amplius ꝑ ꝗd in pria rerum ꝓductione egit ïmediate & in noua rerum ꝓductione mediate (hæc. n. dubũ maxĩa eſt cõtra peripate.) *Solutio.* Dici põt Deũ in prima rerum ꝓductione per ſe cãſſe mundũ, tanq̃ vnũ effectũ & ſuæ potentiæ æquatũ. Sed res ipſas produxiſſe tanq̃ partes mundi, & quaſi per accñs, & hac rõne in prima rerum productione per ſe egit vnũ, per accñs plura. at in noua rerum productione per ſe facit plura, quia non facit illa per accñs, faciendo mundũ per ſe, & ſic oportet cõcurrere agẽtia particularia, vt ꝓbauit Egidius, & mãm. Amplius in prima rerũ ꝓductione fecit plura ïmediate, quia illa ꝓduxit per accñs tanq̃ partes ſui effectus æquati in noua rerũ productione nihil facit niſi ꝑ mediũ, quia nullũ productũ eſt effectus Deo æquatus, & ꝓpterea requiriť particulare agens tanq̃ limitatiuũ actionis diuinæ ad talẽ effectũ inadęquatũ. *Excerptũ primum.* Ex his ſequitur Deum produxiſſe mũdum apud peripa. ïmediate, quia mundus eſt effectus æquatus Deo, & ẽt quia nullũ eſt agens particulare, potens in mundum, per qđ actio Dei limitetur ad mundũ ipſius ꝓductionẽ. *Secundum.* Scđo ſequiť mundũ non potuiſſe produci niſi ab ęterno apud ipſos, quia mundus eſt effectus æquatus Deo, & mediãte nullo agẽte alio ꝓductibilis, Deus ẽt agit mere neceſſario, apud



apud catholi. autem bene mundus producitur immediate, non quia ſit effectus, æquatus Deo, ſed quia nullum agens citra Deum poteſt in illum. Amplius apud nos licet ab æterno potuit à Deo mundus produci. tamen etiam de nouo produxit, quia mundus nec eſt effectus æquatus Deo, cum Deus ſit potentię infinitæ, nec immediate producibilis, quia potuit produci de nouo, eo quia apud nos Deus agit mere libere & contingenter, hęc ſunt quibus catholici differunt à pħis, quare qui vult hæc miſcere cum principiis Ariſtote. nec phyſice, nec catholice ſentit. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis. Ad primam patet ſolutio, nec oportet amplius dilatare. Ad ſecũdam dico, ꝙ quælibet pars eſt vera, non tamen contra propoſitionem Ariſtote. quia propoſitio Ariſtote. eſt vna categorica ſimplex de extremo copulato, & propterea nõ poteſt eſſe vera niſi copulatim & coniunctim, non autem copulatiue & diuiſæ. Ad tertiam dico. ꝙ licet materia ſit vna omnium, tamen eſt eſt plures diſpoſitione & habilitate. Ad quartam Ariſtot. loquitur in agente naturali vel neceſſario, & non in agente libero & contingenti, vt in commento patuit. Hæc de quarta diſputatione.

*Oportet igitur principium eſſe tale cuius ſubſtantia actus, &c. Tex. cõm. 30.*

## QVINTA DISPVTATIO
### De prima ſubſtantia.

*Num prima ſubſtantia ſit in potentia.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod prima ſubſtantia ſit in potentia: arguitur. Primo quia primo enti debetur prima entis differentia, ſed potentia & actus ſunt primæ entis differentiæ, & potentia adhuc eſt prior actu, vt. 9. huius dictum eſt, igitur primę ſubſtantiæ debetur potentia. Secũdo prima ſubſtantia intelligit aliud à ſe, igitur eſt in potentia, omne enim intelligens eſt in potentia ad intelligibilia, vt dicitur. 3. de anima, antecedens declarabitur in hoc lib. Tertio prima ſubſtantia nunc mouet, & prius non mouit, igitur eſt in potẽtia, antecedens patet apud catholicos, ſed apud philoſophos declaratur, quia prima ſubſtantia nunc mouet materiam ſimul cũ agente particulari ad generationem alicuius: & prius non mouit cum tali agente, igitur eſt in potentia. Quarto prima ſubſtantia non differt à prima materia, aliter darentur duæ primę ſubſtantiæ, & ſic duo prima. Præterea omnis differentia eſt per formam, at nec prima materia, nec prima ſubſtantia habent formas, igitur nõ differunt, ſed materia eſt in potentia, igitur prima ſubſtantia eſt in potentia. Sed contrarium arguit Ariſtote. iñ tex. Hæc de dubitationibus dicta ſufficiant.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PER primam ſubſtantiam volumus ïtelligere, quod græci Deum appellant, qui prima eſt ſubſtantia primitate perfectionis, & cãlitatis, eo quia eſt omnium perfectiſsima, & omnium cauſa, vt dicemus, potentia autem multifariam dicitur, vt videbitur, ſed in propoſito per potentiam intelligimus principiũ patiendi ab alio. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Platonicorum.* NONNVLLI Platonici Dei attribuerunt potentiam & actiuam & paſsiuam, eſt enim duplex potentia. vt Ariſto. etiam ſentit, actiua quidem, quæ principium eſt mutandi aliud, paſsiua vero: quæ eſt principium mutandi ab alio. Quod quidem Deus potentiã habet actiuam, patet. quia eſt primum mouens, primum agens, nihil autem mouet, aut agit, niſi per potentiam actiuã. Quod vero paſsiuam, probatur, quia eſt numerus ſeipſum mouẽs vt Plato. d. Præterea itelligit ſe. Amplius nihil mouetur niſi ab eo, quod ſeipſum mouet, at omnia à Deo mouentur quare Deus ſeipſum mouet. Quod ſi ſeipſum mouet: & ſeipſum intelligit, ipſe à ſeipſo mouetur, & à ſeipſo recipit intellectionem, quare habet potentiam paſsiuam. Hæc ex Platone. *Obiectiones Ariſtote.* Obiicit autem Ariſto. huic poſitioni in textu, ꝙ ſi prima ſubſtantia ſit in potentia ad motum paſsiua, tunc motus nõ erit ſempiternus. deducit, quia contingit potentia exiſtens non eſſe, nam poſsibile eſt vel quod eſt, & poteſt non eſſe, vel quod non eſt, & poteſt eſſe. Quare ſi ſubſtantia prima mouet per hoc quod eſt in potentia paſsiua, tunc poteſt mouere & non mouere, & ita quandoque motus non erit. Secundo arguit Ariſ. infra & in. 9. huius, ꝙ ſi ſubſtantia prima eſſet in in potentia paſsiua, tunc aliquod eſſet prius ſubſtantia prima, deducit, quia omne quod eſt in potentia paſsiua extrahitur ab aliquo, quod eſt prius, & in actu. Tertio arguit in textu. ſubſtantia prima eſt ſimpliciter perfecta, igitur non eſt in potẽtia paſsiua. tenet argumentum, quia omne exiſtens in potentia paſsiua eſt imperfectum. Hęc Ariſt. *Poſitio Ioan.* Ioã. vero Gãdauẽ. tenet propter hæc primo ꝙ prima ſubſtantia nec eſt potentia paſsiua, nec habet potẽtiam paſsiuam, nec eſt in potẽtia paſsiua, patet totum hoc per dictas rationes. Secundo tenet ꝙ prima ſubſtantia non habet potentiam actiuam, nec eſt in potentia diuerſa ab eius eſſentia. Probat quia prima ſubſtantia eſt primum mouens, virtute cuius omnia mouent, vnde poteſt argui: quod primo & virtute propria mouet, non habet potentiã diuerſam ab eius eſſentia, at prima ſubſtantia primo mouet, & virtute propria, igitur non habet potentiam aliam ab eius eſſentia. Tertio. d. ꝙ prima ſubſtantia eſt in potentia ſiue habet potentiam quæ eſt eius eſſentia, probatur, illud ad quod reducuntur omnia quæ mouent per participatiue, mouet per eſſentiam ſiue per potentiam quæ eſt ſua eſſentia: ſed ad primam ſubſtantiam omnia, quæ mouent, reducuntur, igitur mouet per eſſentiam, ſiue per potentiam quæ eſt eius eſſentia. maior probatur. quia omne tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, quare ſi omnia mouentia reducuntur ad primam ſubſtantiam, illa mouebitur per eſſentiam, & ita per potentiã: quæ eſt eius eſſentia. *Obiectio.* Sed obiiciunt Logici. Primo quia videntur duæ concluſiones incompoſsibiles, videlicet ꝙ prima ſubſtantia ſit in potentia, ſiue habeat potentiam, & ſit talis per eſſentiam, nam ſicut albedo nõ eſt alba, nec habet albedinem. quia eſt talis per eſſentiam, ſic prima ſubſtantia non habet potentiam: ſi eſt talis per eſſentiam. Secundo tunc idem erit potens & potentia deducitur quia prima ſubſtantia habet potentiam actiuam per Ioannem, igitur eſt potens & eſt talis per eſſentiam: igitur eſt potentia, igitur idem erit potens, & potentia, & ſic potentia erit potens. *Poſitio logicorum.* Propter hæc tenent logici ꝙ prima ſubſtantia, nec ſit in potẽtia paſsiua, nec ſit ipſa potentia paſsiua, vt rationes Ioã. dicunt. Secundo dñt ꝙ prima ſuba non eſt in potentia actiua, nec habet potentiam actiuã, ſed ſit ipſa actiua potentia, ꝓbat

cõcluſio p ea quæ dicta ſunt cõtra Ioã. Præterea Ariſt. ipſe in tex. concludit primam ſubſtãtiam eſſe tale, cuius ſubſtantia eſt actus, & ita eſt ipſa potentia actiua. Sed hæc poſitio nõ eſt peripatetica. Primo, quia apud peripateticos in abſtractis à materia idem eſt ſumptum & principale, hoc eſt quicquid denominatur nomine abſtracto, denominatur nomine concreto, vt dicit Auer. & videbitur infra, in illis enim intellectus dicitur intelligens. Prima. n. ſubſtantia eſt intellectus & intelligens, eſt intellectio & intelligibile, eſt bonum & bonitas, ſapiens & ſapientia, & breuiter ſi denominatur nomine abſtracto, denominatur nomine concreto: igitur ſi prima ſubſtãtia eſt potẽtia, denominabitur potens, ſiue habens potentiam, ſiue ens in potentia: quare cauillationes ſunt contra Ioan. hę: quas dederunt. Secundo videtur ꝙ prima ſubſtantia nec ſit potentia actiua, nec habeat potentiã actiuam, probatur, quia agere & pati ſunt per qualitates actiuas & paſſiuas: vt dicitur in lib. de generatione capite de agere & pati, ſed prima ſubſtantia non eſt qualis nec quanta, igitur nec eſt potentia actiua nec habet potentiam actiuam. Tertio ſi prima ſubſtantia eſſet in potentia actiua, tunc poſſet agere & non agere tenet argumentum, quia contingens æquale eſt tam in potentiis actiuis quàm paſſiuis vt. d. Auicẽ. quicquid velit Auer. 2. phyſi. hæc igitur poſitio non eſt clara. Hæc pauca de poſitionibus.

*Confutatio.* *Cõm. 39.*

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Quot modis potentia.* PRO dilucidatione primo debes ſcire ꝙ potentia (vt dictũ eſt) interdũ pro actiua, itẽdũ pro paſſiua accipit, verũ ſicut paſſiua apud Ariſt. in lib. de aĩa conſueuit accipi interdum in famoſo ſignificato pro principio quo aliquid patitur ab alio corruptiue, eo mõ quo lignum patitur ab igne, nonnũquam pro prĩcipio, quo aliquid patitur ab altero perfectiue: ceu intellectus ab intelligibili, & mobile ẽm locum à motore, ſic & actiua poteſt accipi in famoſo ſignificato pro principio, quo aliquid agit corruptiue ĩ aliud, & hoc pacto qualitates primę ſunt potentiæ actiue, interdum pro ſignificato minus famoſo, quod eſt principium, quo aliquid agit in alterum perfectiue, eo modo quo intelligibile agit in intellectum, de agere & pati deque potentiis actiuis & paſſiuis ẽm famoſum ſignificatum acceptis loquitur. Ariſto. in lib. de generatione & corrup. de hiſmet in ſignificatorum minus famoſo loquitur Ariſto. in lib. de anima. Secundo debes ſcire, vt accepimus contra logicos, ꝙ in ſeparatis à materia, quicquid denominatur à ſumpto, denominatur à principali, & econtra, hoc eſt quicquid denominatur à concreto, denominatur ab abſtracto, Deus. n. eſt intellectus, & eſt intelligens, & eſt intellectio, & eſt ĩtelligibile, hoc pro nũc petatur, quia infra declarabitur. Tunc dico primo ꝙ ſimpliciter hoc eſt in famoſo ſignificato loquẽdo in prima ſubſtantia, nec eſt per ſe potentia actiua nec paſſiua, nec eſt in potentia actiua, nec paſſiua, hoc ex dictis deducitur, quia prima ſubſtantia, nec patitur corruptiue, nec agit corruptiue, igitur concluſio vera eſt. Secundo dico ꝙ loquendo de potentia paſſiua ſecundum ſignificatum minus famoſum prima ſubſtantia, nec habet per ſe potentiam paſſiuam, nec eſt per ſe in potentia paſſiua, nec eſt per ſe potentia paſſiua, deducitur, quia tunc eſſet in potentia ad aliquam perfectionem, & ſic eſſet aliquod perficiens primam ſubſtantiam, hoc eſt de mẽte Ariſt. infra in textu. Tertio dico, ꝙ etiam loquendo de potentia paſſiua ẽm ſignificatum minus famoſum, licet per

*Nota quæ denominationes ſiunt in abſtractis.* *Dilucidatio. 1. concluſio.* *Secunda.* *Cõm. 51. Tertia.*

accidens non ſit potentia paſſiua, per accidens poteſt dici eſſe in potentia paſſiua. Prima pars patet, quia ipſa prima ſubſtantia in ſe nec per ſe, nec per accidens eſt perfectibilis ab altero. Secunda deducitur, quia ſaltem ratione mobilis, cui applicatur, eſt in potentia paſſiua ad vbi craſtinum. Primum. n. mobile licet ẽm materiã non mutet vbi, ẽm formam eſt in potentia ad vbi, vt dr̃ 6. phyſi. igitur prima ſubſtantia, quæ mouet primum mobile, dici poteſt in potentia paſſiua, eo modo quo columna dr̃ dextra, vel ſiniſtra, non dextreitate accidẽte in ipſa, ſed in animali, ſic etiam prima ſubſtantia dici poteſt in potentia ad vbi, non ipſo vbi accidente in ipſa, ſed in corpore, quod ipſa mouet. Hæc concluſio eſt de mente Auer. 8. phy. Quarto dico, ꝙ loquendo de potentia actiua ẽm ſignificatum famoſum, ſic per accidẽs eſt potentia actiua: ſiue habet actiuam potentiam, deducitur quia prima ſubſtantia per ſe mouet primum mobile localiter, motus autem localis eſt per ſe generatiuus, & per accidens corruptiuus, pro quanto adducit, & abducit generans, vt dr̃ in. 2. de generatione, & etiam in textu. Vltimo dico, ꝙ prima ſubſtantia eſt per ſe potentia actiua ẽm ſignificatũ minus famoſum, ſiue habet per ſe potentiam actiuam, deducitur, quia prima ſubſtantia per ſe mouet primum mobile, modo motus localis eſt per ſe perfectius & generatiuus vt dictum eſt, hæc concluſio eſt de mente Ariſt. qui ait. primam ſubſtantiam eſſe per ſe actum ſemper mouentem, vult. n. dicere ꝙ prima ſubſtantia ſit potentia actiua perfectiue per eſſentiam, & quia in ſeparatis quicquid denominatur ab abſtracto, denominatur à concreto, ſequitur ꝙ ſi prima ſubſtantia ſit per eſſentiam potentia actiua perfectiue, etiam erit potẽs perficere per eſſentiam, & habebit potentiam perficiendi per eſſentiam. Quo quidem igitur modo prima ſubſtantia ſit, in potentia, perſpicuum eſt. Animaduerte tamen ꝙ hæc ſunt ſecundum Ariſto. & Auer. dicenda, quia ſecundum veritatem fortaſſe dicendum eſſet aliter, nam ſecundum veritatem forte nullo modo Deus eſt in potentia paſſiua, ſed de his phyſicæ dicemus qõ. 7. Hæc de dilucidatione.

*Cõm. 51. Quarta.* *Quinta.*

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam concedo primo enti & primæ ſubſtantiæ deberi potentiam, eo modo quo dictum eſt. Ad rationem dico, ꝙ potentia eſt prior actu in rebus generabilibus, & reſpectu eiuſdem indiuidui, at in æternis nõ cadit paſſiuam potentia, & ſic ratio nulla. Ad ſecundam conceditur, ꝙ prima ſubſtantia intelligit alia à ſe, non quidem per ſpecies acceptas à rebus, ſed per ſcientiã quæ eſt cauſa rerum, vt dicetur, vnde Auer. in hoc loco. d. ꝙ omnes formæ ſunt in potentia in prima ipſa materia, actu autem in primo motore, igitur prima ſubſtantia intelligit omnia, quatenus eſt cauſa illorum. Ad tertiam negaret Ariſto. primam ſubſtantiam prius non mouiſſe, quia apud ipſum ſemper mouit, diceret tamen primam ſubſtantiam prius non mouiſſe à motu, & ſic fuiſſe in potentia per accidens ratione mobilis, non per ſe vt dictum eſt, catholici vero dicerent primam ſubſtãtiam prius ſimpliciter non mouiſſe, & nũc mouetur, non tamen eſt mutata, quia mutatio cadit in re mutata, non in re mutante. Ad quartam concedo ꝙ prima ſubſtantia non differt à prima materia, ſed eſt prima diuerſa, quia cum ea in nullo conuenit, & ſic ceſſant rationes. Hæc de quinta diſputatione.

*Cõm. 51. Cõm. 18.*

*Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtãtias ſine materia, ſempiternas enim eſſe oportet, &c.* Tex. cõm. 30.

DISPVTATIO



DISPVTATIO SEXTA.

De ſubſtantiis mouentibus orbem.

*Non ſubſtantiæ, quæ mouent orbes ſint pænitus immateriales.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſubſtantiæ mouentes orbes non ſint pænitus immateriales, arguitur. Primo quia dicũtur indiuiduæ, ſed indiuiduum dicitur tale per materiam vt dictum eſt. in. 7. Secundo, quicquid reperitur in effectibus, reperitur in cauſa, ſed in ipſis effectibus reperitur materia, igitur in ipſis ſubſtantijs mouentibus ſtellas maior patet, quia oportet agens & patiens conuenire in materia. Tertio ſaltem ſubſtãtiæ quæ ſunt citra primam ſunt materiales, dicitur. n. 3. de anima: nulla eſt ſubſtãtia liberata à materia preter primã. Quarto quælibet ſubſtantia mouens orbem eſt forma orbis pficiens, & conſtituens, igitur quælibet habet materiã, & ſic quęlibet eſt materialis. In contrarium arguit Ariſt. quia tunc eſſent corruptibiles, omne enim habens materiam eſt corruptibile. Hæc de dubitationibus.

*Cõm. 5.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Materiale quo modis dicitur.* MATERIALE multifariam dr̃. Aut. n. quia habet materiam tanquam ſui partem & hoc pacto compoſitum ex materia & forma dr̃ materiale. Aut quia dependet in eſſe & in conſeruatione è materia, & ſic formæ elementariæ dicuntur materiales, dependent. n. ſuis è materiis in eſſe & conſeruatione. Aut quia impurũ hoc eſt imperfectum, & ſic omne minus perfectum dr̃ materiale, vt terra reſpectu ignis. Igitur immateriale dr̃ trifariam. Aut quia non habet materam tanquam ſui partem. Aut quia non dependet in eſſe & conſeruationes è materia ipſa. Aut quia purum & perfectum. Subſtantiæ quæ orbes mouent, ſunt cœlorum animæ, quæque vulgo angeli dicuntur, à peripateticis intelligentiæ mouentes orbes: ſunt autem tales ſubſtantiæ ordinatæ pro ratione & ordine orbiũ vt. d. Auer. Quæritur igitur ſi tales ſubſtantiæ ſint immateriales pænitus quouis modo ſumendo immateriale. Hæc de titulo.

*Immateriale quot modis dicitur. Quæ ſint ſubſtantiæ quæ mouentur orbes.* *Cõm 44.*

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Prima poſitio Auicebronis.* SVNT nonnulli qui ex his quæ Auicebron dixerat in eo lib. quem fontem vitę inſcripſit acceperunt ſubſtantias haſce quę ſtellas mouẽt, & oẽ citra primũ componi ex materia, & forma. Mouebatur aũt Auicebron hac ratione, quia materia eſt ita vniuerſale principium, rerum, ſicut Deus vniuerſale agens. Quare ſicut nihil eſt, quod ſubtrafugiat Dei cauſalitatem effectiuam, ſic nihil eſt, quod ſubtrafugere debet cauſalitatem materiæ, igitur vt omne quod eſt, dependet à Deo, ſic omne quod eſt dependet à materia, & per conſequens citra Deum nihil eſt immateriale, nihil ſimplex, quin ipſum componatur ex materia & forma. Huic videtur aſſentiri Auer. in. 3. de anima. vbi inquit. nullam eſſe ſubſtantiam liberatam à materia præter primam. Præterea in hoc lib. videtur tangere argumentum Auicebrontis. ait. n. oẽs formas contineri in materia potentia, ceu omnes continentur actu in primo motore. Quare ſicut nulla eſt forma, quæ non dependeat à primo motore, ſic nulla eſt forma, quæ non dependeat à materia, igitur omnis ſubſtantia eſt materialis. Alij in idem incidentes tetigerũt rõnẽ Auicẽnæ. Auicẽ. n. voluit tales ſubſtantias eſſe in genere, componique ex genere & differentia, ſedqm̃ nihil eſt in genere, niſi propter materiam, vt tenet Auer. igitur tales ſubſtãtiæ dependent è materia. Hæc dicunt pro hac poſitione. Sed cõtra hanc poſitionem plurimæ ſunt obiectiones. Prima quidem, quia cũ multiplex ſit materia, pro hac nõ patet ex qua nam materia tales ſubſtantiæ componantur. Secundo obijcit Ariſt. & Auer. quia ſi tales ſubſtantiæ eſſent materiales. eſſent corruptibiles, quia materia eſt qua res põt eſſe & non eſſe. Tertio tales ſubſtantię ſunt intellectus vt patet. quia ſunt ſupranoſtrum intellectum, nihil. n. eſt ſupra intellectum, quin ſit intellectus, ſed intellectus eſt immaterialis. 3. de aĩa, igitur tales ſubſtantiæ ſunt immateriales. Quarto cœlum eſt alterius naturæ ab elementis & miſtis cum materia, vt primo cœli eſt deductum, igitur formæ cœlorum ſunt alterius naturę à formis elementarijs, & ſic erunt immateriales. Quinto tales ſubſtantiæ intelligunt per earum eſſentias, igitur ſunt pænitus immateriales, antecedens deducitur. 3. de aĩa. Sexto tales ſubſtantiæ ſunt indiuiſibiles, igitur immateriales, antecedens deducitur in lib. de Subſtantia orbis, & illic deducta eſt conſequentia. Hæc cõtra poſitionem. Nonnulli Thomiſtæ ex quibuſdam verbis male intellectis expoſitoris dixerunt concluſionem Ariſtote. eſſe veram, ꝙ, videlicet tales ſubſtantiæ omnes ſint immateriales, non tamen rationes Ariſto. ſunt demonſtratiuę, quia omnes ſupponũt motum eſſe æternum, & propter hanc ſuppoſitionem valent omnes rationes. Prima quidẽ, quia ducit ad hoc ꝙ eſſent corruptibiles, modo hoc non eſt impoſsibile niſi ſupponẽdo motũ, quo mouent eſſe æternum, quia mouẽt motu æterno. Tertia etiã ſupponit æternũ, quia illas eſſe ſupra noſtrũ intellectum non probatur, niſi quia mouent motu æterno. Tertia ẽt ſupponitur motũ ęternũ, quia cœlũ eſſe alterius naturæ ab elementis, non habetur, niſi quia mouetur circa mediũ, & perpetuo. Quarta ẽt ſupponit motũ æternũ quia non põt ſciri illas intelligere per earũ eſſentias, niſi ſupponendo illas eſſe ſimplices intellectus, eas aũt eſſe intellectus non habetur niſi via motus æterni, vt dictũ eſt. Quinta etiã habetur ſupponendo motũ æternũ, non. n. ſcitur illas eſſe indiuiſibiles, niſi ſupponendo motũ ęternum, nam quicquid mouet motu æterno eſt indiuiſibilis forma, vt deducit Auer. quare oẽs rõnes Ariſt. ſunt ex ſuppoſitione. Propter hæc probant concluſionẽ demonſtratiue alio medio vtpote via productionis, nam ſi aliquid producitur, oportet eſſe producens, & tunc quæritur ſi tale producens ſit factum, aut æternum, & ſi æternũ, tunc erit ĩmateriale, & ſi factũ, adhuc erit aliud producens, & cũ non ſit producere in infinitũ, ſtabitur ad producens ĩproductum qui eſt ſimplex, & ĩmateriale. Sed contra hanc rõnẽ dubitare ſolitus ſum in noſtris cõmentationibus, quia hæc rõ vr̃ etiam ex ſuppoſitione, ſupponitur. n. non poſſe procedi in infinitũ, hoc aũt licet ſit verũ, nõ tñ cõſtat, quia aduerſarius dicet nõ eſſe impoſsibile vt procedatur in infinitũ. Quod nunq̃ ſprobabitur niſi ſupponendo motũ æternũ, vt deductũ eſt in lib. phyſi. auſcultationis. Præterea hæc rõ ſi valet, non valebit niſi de prima ſubſtantia, vt oĩbus patet, & ſic nulla via eſſet ad probandũ cæteras ſubas eſſe imateriales. Quidam vt ſuperius dicebatur, probat idẽ alia rõne, ait. n. ĩmateriale eſſe & quod mouet motu æterno, vel quod aptũ natũ eſt motu æterno mouere, at ſubæ quæ mouent orbes, licet nõ mouẽt motu æterno, ſunt aptæ mouere: igĩ ſunt ĩmateriales. Alij eiuſdẽ factionis ſic pbant quod nõ mouet cũ pæna & labore, eſt ĩmateriale,

*Fundamẽtum.* *Quæ Aui.* *Obiectio.* *In tex. & cõm. 30.* *Poſitio quorundam ſectatorũ Tho.* *Probõ expoſitoris.* *Dubitatio contra rationem.* *Sco. eſt in primo ſenten.*

ſed ſubſtantiæ quæ mouent orbes, non mouent cum pæna & labore, igitur ſunt immateriales. *Confutatio.* Sed ſi velint has rationes eſſe demonſtratiuas falluntur, non enim in libris demonſtrationum inueni tales poſſe eſſe demonſtratiuas. Prima quidem, quia minor ſupponitur: & non video quo medio probari poſsit, im mo peripatetici dicerent ꝙ ſi tales ſubſtantiæ ſint aptæ mouere motu æterno, ꝙ moueant motu æterno, quia in æternis non differt eſſe & poſſe. Amplius in æternis omne melius & poſsibile eſt neceſſarium, propterea prima ratio eſt ex ſuppoſitione. Secunda etiam quia minor ſupponitur, non enim ſciri poteſt tales mouere ſine pæna & labore, niſi quia mouent æterno motu. Præterea elementum apud eos mouetur à ſemet abſque pæna & labore. & tamen eſt materiale, & propterea omnes rationes ſunt dialecticæ, & ex ſuppoſitione, niſi ſupponatur motus circularis æternus. *Poſitio aliorũ.* Alij voluerunt demonſtrationem Ariſtote, non valere niſi de prima ſubſtantia, & componunt demonſtrationem ſic, quod mouet ex ſe & virtute propria, eſt immateriale. Sed prima ſubſtantia mouet ex ſe & virtute propria, igitur eſt immaterialis, cui demonſtrationi conſentit Plato, nam Plato per ſe mouens atque virtute propria mouens, vult eſſe numerum per ſeipſum mouentem, talem autem numerũ facit ſemper æternum & immateriale. *Dubitatio.* Sed rurſus contra hanc rationem eſt dubitatio. quia eſſe aliquid ex ſe virtute propria mouens eſt ſupponendum, non per ſe notum, quia non eſſe procedendum in infinitum eſt dialecticũ non demonſtratũ. Quare hęc pō eſt ambigua ẽt de primo motore. Præterea Ariſt. demõſtratio videtur eſſe vniuerſalis de oĩbus motoribus, quia vtitur motu æterno, quo mouent omnes. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Quot modiſ materia.* PRO dilucidatione debes ſcire, vt in titulo tactum eſt: ꝙ materia poteſt ſumi multifariam, vno modo pro materia intentionali: quæ vulgariter à peripateticis appellatur intellectus poſsibilis. Alio modo pro materia tranſmutationis, quæ eſt potentia ad eſſe vel non eſſe, quæque dicitur ab ipſis materia prima. Alio modo pro materia motus, quæque dicitur ſubiectum & mobile ipſum. Vltimo pro imperfectione, qua ratione dicitur imperfectum materia perfectioris, vt dicitur. 3. de anima. *Cõm. 36. Quid materiale. Dilucidatio. prima cõcluſio.* Secundo debes ſcire ꝙ materiales dicitur, vel per hoc quia ipſum eſt compoſitũ ex quauis harum materia, vel qua dependet ab aliqua harum materia. Tunc dicerem ꝙ prima ſubſtantia, eſt ſimpliciter materialis ab omni ratione materiæ abiuncta, patet. quia nec dependet ab aliqua harum materia nec componiť ex aliqua materia, nec eſt imperfecta. *Secunda.* Secundo dico, ꝙ cæteræ ſubſtantiæ mouentes orbes ſunt materiales ſumendo materiale pro imperfecto, deducitur: quia quælibet recedit à prima ordine quodam, igitur omnes ſunt imperfectæ, & hanc concluſionem vult Auerro. 3. de anima, dum, d. nullam eſſe intelligentiam liberatam à potentia præter primam: quoniam quælibet componitur ex gradu perfectionis quo primo enti accedit, & gradu imperfectionis quo ab eodem recedit. *Cõm. 5. & 14.* Vnde & Plato appellat illas impuras ſubſtantias, omne autem impurũ eſt materiale. *Tertia.* Tertio dico. ꝙ quælibet ſubſtantia mouens ſtellam eſt immaterialis per carentiam compoſitionis ex materia primo, & ſecundo, & tertio modo accepta, patet. quia nulla illarum componitur ex intellectu poſsibili & agente, vt ſupponitur ex libro de intellectu, nulla illarum componitur ex materia tranſmutationis & forma, demum nulla illarum componitur ex motore & ipſo mobili, quia quælibet eſt ipſe motor. *Quarta.* Vltimo dico quamlibet talem eſſe immaterialem per carentiam dependentiæ ab aliqua talium trium materierum, patet. quia nulla dependet ab intellectu poſsibili tanquam è ſubiecto nulla à materia tranſmutationis, nulla ab ipſo mobili, quod mouet, igitur ſimpliciter & abſolute omnes ſunt immateriales, licet ratione habita inter eas prima ſit pænitus immaterialis, cæteræ compararatione illius materiales, ſed abſolute immateriales. Animaduerſione dignum, ꝙ licet concluſiones iſtæ ſint verę: & illas concedant omnes gentes, & oẽs ſectæ: & catholici noſtri, tñ non video illas poſſe demõſtrari: *Quales hæ cõcluſiones.* ſed ſolum rationibus dialecticis probari, ſunt aũt rõnes dialecticæ multę quas omitto: quia has concluſiones nemo dubitat, oẽs. n. græci, & oẽs barbari hæc volunt, hæc ẽt colunt. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS dilucidatis. Ad primam, dico, ꝙ tales ſubſtantiæ ſunt indiuidue æquiuoce, & non per hoc, ꝙ ſunt in materia ſignata, ſed quia in eadem ſpecie non eſt plus vna, & ſic per negationem materiæ potius. Ad ſecundam dico, ꝙ maior eſt vera quando cauſa eſt vniuoca effectui, non autem quando eſt æquiuoca, vt in propoſito eſt. Ad tertiam conceditur totum ad intellectum dilucidationis. Ad rationes pro parte Auicebronis, Ad primam dico, ꝙ materia eſt vniuerſale principium generabilium non autem omnium. Ad ſecundam negat Auerroes minorem in. 2. cœli. vbi ait. nullam talem eſſe ĩ genere, & tu lege ibidem. *Cõm. 48.* Hæc de ſexta diſputatione.

*Eodem Tex.*

## SEPTIMA DISPVTATIO

### De ſubſtantijs mouentibus orbem, ſi mouentur

*Num ſubſtantiæ, quæ mouent orbes, ſint mobiles.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ſubſtãtiæ quæ mouẽt ſtellas, ſint mobiles, arguitur. Primo quia tales ſubſtantiæ intelligũt ſe & amans ſe, igitur mouentur ſaltem motu ĩtentionali. Secundo omnia mouentia reducuntur ad tales ſubſtantias, igitur tales mouent ſeſe per eſſentiã, oẽ, n. tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam. Tertio ait Ariſt. 2. Topi. motis nobis mouentur omnia, quæ ſunt in nobis. Sed tale ſubſtãtiæ magis vniuntur cœlo, ꝗ forma cum materia, vt dr̃. 2. cœli *Cõm. 3.* igiť ſi mota mã moueť forma, à fortiori motis orbibus mouebuntur eorum animæ. Quarto intellectus mouetur moto corpore humano, vt dicitur in hoc. 12. ſed intellectus apud phos aut eſt infima intelligentiarum, vt dicitur. 3. de anima, aut eſt indiuiſibilis ſaltem ſm veritatem, igitur ille ſubſtantiæ ſunt mobiles motis orbibus. *Cõm. 38. Cõm. 19. Cõm. 35.* Quinto dr̃. 2. cœli ꝙ tales ſubſtantiæ hñt ſolicitudinem eorũ, quæ hic fiunt, igitur ſunt mutabiles, oẽ, n, intelligens res mutabiles eſt mutabile. Sexto tales ſubſtantiæ ſubſtant nouis relationibus: quia producunt res nouas mediante motu, igitur ſaltem ſunt relatiue mutabiles. Septimo mutatio eſt perfectio quædam vt dr̃. 3. phyſi. *Cõm. 16.* ſed omnis perfectio conuenit perfectis, & maxime primæ cãæ, vt dr̃. 5. huius, igitur tales ſubę mutabiles ſunt. *Cõm. 21.* Octauo quælibet aĩa eſt numerus ſeipſum mouens ſm Platonem,



Platonem, tales ſubſtantiæ ſunt animæ, igitur ſeipſas mouent, & per conſequens ſunt mobiles. In contrarium eſt Ariſto. & Auerroes in præſenti textu. *Cõm. 30.* Et hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ licet mobile nõ nunꝗ accipiatur pro mutabili, tñ hic ſumitur mobile ꝓ eo, quod eſt aptum natum aliqua vera ſpẽ motus moueri, ſunt autem veræ motus ſpecies tres, augmentatio, & diminutio, alteratio, & motus localis, vt. 5. phyſi. patuit igitur quæſtio eſt, ſi tales ſubſtantiæ ſint aliqua talium ſpecierum motus mobiles. Nam de mutabilitate iſtarum dicemus poſtea. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. poſitio.* NONNVLLI ex ſecta Platonica voluerũt ꝙ tales cœlice ſubæ ſint orbium aĩæ: & perficientes, & conſtituentes illos in eſſe, vlterius dixerunt orbes moueri oĩbus ſpeciebus motus, vt alteratione quatenus enutriuntur ab elementis, & quatenus patiuntur eclypſes. Auctione & diminutione: quatenus oẽ quod nutritur, augetur & diminuitur, & latione, quia circa medium mouentur, ſed qm̃ aĩa afficitur corporis affectione, hac rõne fit, vt tales cœlice ſubæ alterentur: augeantur: & moueantur: ſaltem per accidens, mouebantur autem, quia oẽ animatum patitur omnem ſpeciem motus. Sed orbes ſunt animati, igitur patiuntur oẽm ſpeciem motus, ſed qm̃ animæ afficiuntur corporis affectione, vt dr̃ primo de anima, igitur ſaltem per accidens patiuntur oẽm motus ſpeciem. *Obiectiones.* Obijciunt phi peripatetici, vt Ariſto. 2. cœli. Primo oẽ alterabile eſt calidũ, vel frigidum, vel ſiccum, at nullus orbis eſt talis, vt nunc ſupponatur. Secundo arguit Auer. in lib. de Subſtantia orbis primum alterans nõ alteratur, licet bene moueatur localiter. Sed cœlum eſt primum alterans, vt perſpicuum eſt, igitur non alteratur. Q. vero non augeatur, vel dimĩnuatur, arguit Galenus, quia vbi orbes ſiue ſtellę accreſcerent, vel decreſcerent, in tot annorũ millibus, coſmetræ, qui quantitatem ſtellarum metiti ſunt inueniſſent euariatam, at & Caldæi, & Babyloni, & Ægyptij, & omnes, qui coſmetrati ſunt ſtellas ſemper inuenerunt æquales: igitur orbes non augentur, nec deminuuntur. Secundo arguit Auerroes in lib. d. d. diſputatione. 2. in ſolutione dubij quarti: quoniam ſi ſol vel quæ vis ſtella decreuiſſet, iam in tanto tempore aliquid fuiſſet diminutum, & cum diminutio ſit quędam corruptio: & ex omni corruptione aliquid generetur, tunc aliquid in tanto tempore fuiſſet genitum. Sed hoc non apparet, quare friuola eſt talis poſitio. Tertio arguit Ariſt. in lib. cœli, ꝙ ſi cœlum augeretur, vel diminuetur. tunc ſeneſceret. Modo tale ſenium nemo percepit. Quinto ſi cœlum augeretur & diminuetur, nutriretur, & vbi enutriretur, tunc aggeneraretur aliquid ſuperflui nutrimenti, vt ſtercus, & vrina, quæ ſunt deriſibilia. Sexto omne qđ nutritur habet os vel aliquid ori ſimile, vt dicitur in lib. de anima, at nec os nec ori ſimile in cœlo videmus, quare cœlum non eſt augmentabile, nec diminuibile. Ex his ſequitur ꝙ ſubſtantiæ cœlice quæ cœlos mouẽt nec per ſe, nec per accidens mouentur alteratione: vel auctione *2. poſitio.* Vtrum vero moueantur motu locali diſputabitur. Hæc contra primam poſitionem. Alij catholici dixerunt tales ſubſtantias, nec alteratione, nec auctione moueri, vt recte contra Platonicos eſt illatum. *Poſitio Scoti in 2. ſentẽtiarũ li.* Verum ſunt per ſe mobiles motu locali & continuo, vt patet in ſacris, vbi ſcitur angelos poſſe per ſe moueri, & fuiſſe per ſe motu continuo motos probant concluſionem. Primo quia ſunt virtutes limitate, igitur ſunt ita hic, ꝙ non alibi, & per conſequens mobiles de loco ad locum. Præterea ſicut ſunt in loco ita mouentur, ſed ſunt in loco diffinitiue: igitur mouentur motu continuo per loca diffinitiue. Tertio non repugnat indiuiſibile poſſe moueri motu vero: igitur ſaltem angelos moueri vero motu continuo non repugnat. *Obiectiones.* Sed hæc poſitio nec eſt ſecundum omnes catholicos, nec eſt peripatetica. peripatetica quidem non, quia Ariſto. ſcripſit librum. 6. phyſi. directe contra Platonem, qui voluit indiuiſibile vt Deũ poſſe per ſe moueri aſſerens Deum eſſe numerum per ſeipſum mouentem. Ariſt. directe probauit nullum indiuiſibile eſſe mobile, vt concluderet Deum non eſſe per ſe mobilem, vt omnes græci Expoſitores dixerunt. qua ratione fit, vt hęc poſitio non ſit peripatetica. Præterea nec eſt ſecundum omnes catholicos. Primo quia noſtra diſputatio eſt de ſubſtantijs, quæ mouẽt ſtellas, modo licet angeli mobiles ſint, tamen illæ intelligentiæ quæ mouent orbes, nõ ſunt angeli miſsiui: igitur adhuc tales ſubſtantiæ ſunt ĩmobiles, de quibus eſt diſputatio, hoc enim eſt quod vir catholicus, & magnus Thomas ait vbique, poſuit angelos diuerſorum ordinum, de quo ſatis nunc. Amplius tales angelos moueri motu cõtinuo videtur quaſi extraneum, quia taliter mouentur qualiter ſunt in loco, ſed in loco non ſunt niſi per operationem, igitur non mouentur niſi per applicationem virtutum, & ſic non motu continuo, & hoc eſt argumentum Thomæ, Egidij, & Alber. qui fuerunt ſummi in theologia, Vnde Ariſto. aſſerens Deum eſſe in cœlo, nulla ratione hoc dixit, niſi quia illic apparet eius operatio. vt Auerroes ſcribit in. 2. cœli & alibi. Hæc contra ſecundam poſitionem. *Cõm. 15. Poſitio Sugge. & Bacchonis.* Suggerius & Baccho. viri magni in ſchola Auerroica, vt narraui in lib. de infinitate primi motoris cap. 9. opinantur primum motorem, & cæteras intelligentias, quæ mouent cæteros orbes omnes moueri ſaltem per accidens motu orbium, quos mouẽt, probant rem ſuam. primo quia moto perfectibili per ſe mouetur & prima illius perfectio ſaltem per accidens ſed primus motor, & cæteræ intelligentiæ ſunt perfectiones, primæ: igitur mouẽtur per accidẽs. Hęc Auerroici. *Poſitio Ioan.* Ioannes vero, & iuniores noſtræ etatis voluerũt primum motorem, & cæteros motores nõ moueri, nec per ſe, nec per accidens, aliqua ſpecie motus, per ſe quidem non, quia non ſunt corpore nec diuiſibiles, omne enim quod mouetur quauis ſpecie motus eſt corpus vel diuiſibile, per partes vero minime, quia omnes ſunt ſimplices & impartes, eo quia ſtatim ſunt id quod ſunt 8. metaph. Q. deniq; nec per accidens. Ioannes per verba Ariſtote. & Auerrois. 8. phyſi. probat, quia omne per accidens contingit non eſſe, omne enim accidens eſt cõtingens, quod poteſt non eſſe. *Cõm. 36. & 73.* Secundo ſi per accidens mobiles eſſent, tunc eſſent per accidens diuiſibiles, vt primo cap. de Subſtantia orbis dicitur. Tertio ſi per accidens mouerentur: eſſent formæ materiales, ibidem deducit Auerroes Quarto ſi per accidens, cum per accidens ſit duplex: vel quod mouetur per aliud, & poteſt ſeorſum moueri, ceu equitans in naui, vel ꝙ mouetur per aliud, & non poteſt ſeorſum moueri ceu accidentia, hoc dicit. Auerroes primo de anima, *Cõm. 57.* aut igitur mouebuntur per accidens primo modo, & patet quòd non quia ſeorſum moueri non poſſunt, cum non ſint corpora. nec ſecundo modo: quia tunc eſſent aut formę accidentales, aut accidentaliter exten-

ſe. Hæc Ioanne ſin pluribus locis phiæ naturalis, quic-
Obiectiones Auerrois. quid dicat hic. Obijcit autem Auerroes.8.phyſic.per verba Ariſtote.quia omne illud mouetur per accidens: cuius ſubiectum per ſe mouetur alio motu quàm moueat illud, ſed ſubiecta cæterorum motorum mouētur per ſe alio motu: quàm moueantur à proprijs motoribus: mouentur enim per ſe à primo motore motu diurno, igitur omnes alij motores præter primum mouen-
Poſitio Auer. com. 52. tur per accidens. Propter hoc Auerroes.8.phyſicæ auſculta.tenet primum motorem non moueri per ſe, nec per accidens. per ſe quidem non quia non eſt corpus, nec diuiſibilis per accidēs vero minime, quia eius ſubiectum nullo alio motu mouetur quàm primus motor ipſum moueat, primum enim mobile mouetur motu diurno à primo motore,& à nullo alio motore alio motu mouetur. Præterea primus motor eſt forma independens à ſubiecto, igitur non poteſt moueri per accidens motu ſui ſubiecti, Secundo dicit cæteros motores moueri per accidens motu quo mouentur eorum ſubiecta probatur quia eorum ſubiecta mouētur ab alio motore alio motu quàm proprij motores ipſa moueant, mouentur enim motu diurno à primo motore, à proprijs autem motoribus motu econtra. igitur mouentur
Obiectio. per accidens? Sed hæc poſitio, ſuperficietenus videtur falſa quia omne quod mouetur per accidens: eſt ſaltem per accidens diuiſibile. Præterea eſt materiale, & dependens, ab eo, ratione cuius mouetur. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

Suppoſitio. PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ aliquod moueri eſt dupliciter, per ſe & per accidens: per ſe illud moueri dicitur, ꝙ eſt per ſe & ratione ſui eſt ſubiectum motus vt corpus, vel animal ipſum, per accidens autem bifariā dicitur, aut per per accidēs ſubiectiue: aut per accidēs attributiue, per accidens ſubiectiue id moueri dicitur, quod mouetur ratione ſubiecti, è quo dependet in eſſe & conſeruatione, Vel quod motui ſubijcitur ratione ſubiecti, è quo dependet in eſſe & conſeruatione: & hoc pacto animæ animalium mouentur per accidens, quia ratione corporum è quibus dependent in eſſe, & conſeruatione; per accidens, attibutiue autem id moueri dicitur; quod in ſe non eſt ſubiectum motus, nec per
Dilucidatio. accidens eſt ſubiectum motus. Sed attribuitur alicui ſubiecto, quod mouetur per ſe & alio motu & ab alio motore quàm à proprio: è quo proprius motor depen-
1.concluſio. det in eſſe & conſeruatione. Tunc dicendum primo: ꝙ nullus cœlicus motor alteratione vel auctione eſt mobilis aliquo pacto, hoc eſt nec per ſe, nec per accidens aliquo modo per accidens. per ſe quidem non quia nullus illorum eſt corpus, nec corruptibilis. per accidens vero minime, quia nō per accidens ſubiectiue, eo quia nullus eorum dependet à ſubiecto, in quo eſt in eſſe & conſeruatione. nec per accidens attributiue quia nullus illorum attribuitur alicui ſubiecto, quod ſit per mobile alteratione aut auctione, vt fuit deductum contra primam poſitionem. Igitur nullus cœlicus motor eſt mo-
2.concluſio. bilis alteratione vel auctione aliquo pacto. Secundo dicendum, ꝙ nullus cœlicus motor eſt mobilis per ſe lo-
3.concluſio. caliter, patet. quia nullus talis eſt corpus, vel diuiſibilis Tertio dicendum: ꝙ nullus cœlicus motor eſt mobilis per accidēs ſubiectiue localiter, deducitur, quia nullus
4.concluſio. dependet è ſubiecto, cuius eſt motor. Quarto dicendū: ꝙ primus motor nec eſt mobilis per accidens attributiue: declaratur, quia ad hoc ꝙ aliquid ſit per accidens attributiue mobile tria requiruntur, vt tangebatur, videlicet ꝙ attribueretur alicui per ſe mobili. Secundo ꝙ tale mobile moueatur alio motu, quàm mouetur à proprio motore, Tertio ꝙ moueatur ab alio motore è quo & motor proprius & ipſum mobile dependent modo licet primum mobile quicquid ſit illud, ſit per ſe mobile: nō tamen alio motu quàm ipſum moueat primus motor. Nec ab alio motore eſt, quo primus motor depēdeat, Igitur primus motor non eſt mobilis per accidēs attributiue. Quinto & vltimo dicendum, omnes alios 5.concluſio.
motores à primo eſſe mobiles per accidens attributiue, deducitur, quia attribuuntur alicui per ſe mobili, & alio motu quàm ipſi moueant, & ipſi & eorum mobilia ab illo dependent, Vnde licet motores ſecundi moueant ab occaſu in ortum ſtatutis temporibus, tamen aggregatum ex omnibus orbibus mouetur motu diurno ab ortu in occaſum à primo motore. è quo primo motore & ipſi ſecundi motores, & ipſorum corpora dependēt. Igitur omnes ſecundi motores mobiles ſunt localiter per accidens attributiue. Hæc colligi poſſunt.8.phy. & in tex.& cōm.52.Multa alia tetigimus in libello de infinitate è primi motoris cap.9.quæ ſtudioſi poſſunt accurate legere. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam dicetur in proximis diſputationibus. Ad ſecundam dicendum: ꝙ omnia mouentia & mota reducuntur ad ea, quæ mouent per eſſentiā, non autem ad ea quæ mouent ſe, vt Plato credidit. Ad tertiam Ariſto, loquitur de his, quæ ſunt in nobis depēdenter qualiter motores non ſunt in orbibus. Ad quartam dico, ꝙ intellectus mouetur ſecundum reſpectum, quia corpus mouetur, non autem quia ipſe mouetur, vt in lib. de intellectu dicitur, Vel negatur minor, nō enim intellectus eſt infima intelligentiarū, vt credidit Auer. ſed forma coniuncta corpori ſecundum eſſe, Ad quintam negatur conſequentia, & cauſa dicetur in hoc.12. nam intellectus tales intelligendo res: non mouentur à rebus eo quia intelligunt res ſcientia, quæ eſt cauſa rerum, Ad ſextam dico ꝙ tales ſubſtantiæ ſubſtant nouis relationibus non realiter, ſed ſecundum rationem: quia referuntur non per ſe, ſed quia alia referuntur ad ipſas. Ad ſeptimam dico, ꝙ mutatio eſt perfectio ſecundum quid, non autem ſimpliciter, & propterea non oportet vt conueniat primæ cauſæ, Ad octauam patuit ſupra quo modo Plato intelligit, vnde maior eſt falſa; & ſi ſuperficietenus intelligatur, Ad rationes quæ fiebāt pro poſitionibus, Ad rationem pro Platonica poſitione dicitur, quod animatum anima dependente à corpore: vel anima organica patitur omnem ſpeciem motus. Sed animatum anima perficiente corpus, & anima inorganica non oportet vt moueatur niſi ſpecie motus localis. Ad rationes pro poſitione aliorum, Ad primam concedo angelos eſſe mobiles localiter, non quidem illos condices ſed angelos miſſiuos, nec motu continuo: ſed motu diſcreto; vt Thomas acute ſcripſit: quāquam hoc non dicerent peripatetici, tamen eſt verum: & creditum, Ad ſecundam concedo illos eſſe virtutes limitatas, & propterea ſunt mobiles, non quidem motu continuo, ſed diſcreto, vt dictum eſt. Secundum tamen peripateticos nō omne limitatum eſt mobile, ſed omne quod eſt ens in potentia ad locum circunſcriptiuum, qūo non ſunt angeli, Ad tertiam dico, ꝙ ſunt in loco per operationem, & non per diffinitionē vel circunſcriptionem. Ad quartam patuit.3.huius & 6.phy. Ad



Ad rationem Suggerij: patuit ſolutio: angeli. n. nō ſunt perfectiones orbiū dependentes, ſed perficiētes. Ad rōnes Ioā. Ad primā dicēdū, oē per accñs poſſe nō eſſe qñ eſt per accidens dependens: non autem qñ eſt per accidens attributiue. Ad ſecundam dico, ꝙ qñ eſſent per accidens mobiles dependenter, tunc eſſent diuiſibiles, at quia ſunt per accidens mobiles attributiue, non oportet. Ad tertiam negatur conſequentia, quia non ſunt ꝑ accidens tales dependenter. Ad quartam patuit in dilucidatione quo nam modo tales ſint mobiles per accidens, neutro. n. illorum modorū ſunt mobiles. Sed attributiue per accidēs: vt dictū eſt. Hæc de ſeptima diſpu.

*Eodem Tex.*

## DISPVTATIO OCTAVA De ſecundorum Motorum intellectione.

*Num motores ſecundi intelligant ſeſe per eorū eſſentias.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod motores ſecundi non intelligant ſeſe per eorum eſſentias, arguitur. Primo quia hoc non eſſet niſi quia eorum eſſentiæ ſunt actu intellectiles, & eorum intellectibus præſentes, ſed intellectus noſter eſt actu intellectilis, & actu ſibi præſens vt catholici & phi pariter dicunt, igitur intellectus noſter
Cōm. 8. intelliget ſeſe per eius eſſentiam cōtra Ariſt.3.de anima vbi dicit intellectum intelligere ſe intelligendo alia: vt exponit Auer. Secundo eſſentia cuiuſlibet motoris ſecundi eſt ſingularis & ſingulare non eſt per ſe intellectile, igitur motores ſecundi non poſſunt ſe intelligere per eorum eſſentias. Tertio oportet oē recipiens eſſe denu-
Cōm. 4. datum à natura recepti, vt Auer.3.de aīa enititur ꝓbare, tu vero vide: igitur nū poſſunt intelligere ſe per eorum eſſentias. Quarto nihil idem patitur à ſeipſo, quia tunc idem eſſet in actu & in potentia, ſed eſſentia cuiuſlibet ſecundi motoris eſt idē ſibi, igitur non poteſt eſſe obiectum immediate imprimens in ipſum ſuiipſius intellectum. Quinto tunc intellectio, qua vnuſquiſq; ſe intelligit eſſet ſibi idē, vel cum eſſentia hoc eſt falſum, quia ſoli Deo competit, & deducitur argumentum quia extrema ſunt eadem: igitur & medium, modo eſſentia intellecta, & intellectus intelligens in illis ſunt idem, igiī intellectio medians. In cōtrarium ſunt peripatetici, qui volunt in ſeparatis à materia idem eſſe intellectum & ꝙ intelligitur, Secūdo aliqua forma materialis agit per eſſentiam. vt calor in igne, igitur forma immaterialis aget per eſſentiam, cum immateriale ſit magis actiuum, igitur quilibet motor ſecundus aget intellectionem in ſuum intellectū per eſſentiam. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Introductio diſputationis. PRO intellectu tituli debes ſcire. Primo ꝙ hæc diſputatio mouetur pro tanto: quia Ariſt. in textu dicit. ſe paratas ſubſtantias eſſe actus per eſſentiam, & propterea quæritur ſi ſint actu intellectiles à ſemetipſis per eſſentiam. Secundo mouetur quia dicit illas eſſe immobiles, ideo cum probatum ſit illas eſſe immobiles motu reali, quæritur de motu intentionali, & primo de motu intentionali, quo ſemet intelligunt, & quo intelligunt alia, circa quòd formantur diſputationes plu-
Suppoſitum in diſputatione. res, vt videbitur. Secundo debes ſcire quòd diſputatio ſupponit ſecundos motores ſeſe intelligere, quia ſecundi motores ſunt ſupra noſtrum intellectum: & conſtat illum ſeſe intelligere. igitur & ſecundi motores ſeſe intelligunt, propterea quæritur de modo, quo ſeſe intelligunt. Tertio debes ſcire ꝙ in intellectione Quæ concurrūt ad intellectionē
qua intellectus noſter intelligit res materiales, vt communiter dicitur occurrunt quatuor. Primum eſt intellectus ipſe intelligens. Secundum eſt obiectum, quod intelligitur. Tertium eſt ratio intelligēdi: quo tale obiectum intelligitur. Quartum eſt repreſentatiuum, quo obiectum ꝑntetur ipſi intellectui ſub ratione intelligibilis, quæ communi verbo dicitur ſpecies intelligibilis. intellectus quidem intelligens, eſt intellectus poſsibilis ſiue itellectus in potentia: obiectum quod intelligitur eſt vniueſale, vt homo, aut animal: ratio intelligendi eſt natura communis, cui cōpetit vniuerſalitas, ſeu forma, quæ pro intellectione redditur vniuerſalis apud Auerroem: repreſentatiuum eſt ſimilitudo obiecti, quæ ab aliquibus dicitur ſpecies intelligibilis, ab alijs dicitur rō intelligendi non cognita, quia non intelligitur niſi reflexe. Quæritur igitur in noſtra diſputatione ſi eſſentia Senſus tituli.
cuiuſlibet motoris ſecundi ſit ratio intelligendi, qua quilibet talis ſeſe intelligit ſine aliquo repreſentante ꝓcedente actum naturaliter: quod eſt quærere, ſi quilibet motor intelligat ſe per eſſentiam tanquam per rationē intelligendi, nulla concurrente ſpecie intelligibili ad talem ſuiipſius intellectionem. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

ANTEQVAM ad poſitiones, & ad poſitionum dif- Tho.1.parte.q.56.arti.1. Sco.2.ſen.di.3.q.6.
ferētias deſcendam debes ſcire, ꝙ expoſitor & quidam alius conueniunt. Primo, quia ambo volunt itellectionem, qua tales ſe intelligunt, ſit accidens intellectibus eorum, ceu eſt de intellectione, qua noſter intellectus intelligit vniuerſalia materialia. Quod quidem accidēs reſpectu intellectus recipientis dicitur paſsio: reſpectu obiecti ſiue eſſentiæ, quæ intelligitur, dicitur actio: dico actionem vel paſsionem non quidem corruptiuam, ſed perfectiuam. Secundo conueniunt: quia ambo negant ſpeciem intelligibilem, non. n. volunt angelum, ſiue aliquem motorem ſecundum ſeſe intelligere per ſpeciem abſtractam ab eſſentia, quæ intelligitur, quia talis abſtractio non eſt niſi qñ obiectum eſt materiale, vt per talem ſpeciem reddatur immateriale: & intellectui ꝓportionale, quia vero obiectum in illis eſt mere immateriale, hac ratione nulla eſt neceſsitas ſpeciei repreſentatiue. Tunc expoſitor vult, ꝙ in intellectione qua qui- Pō expoſitoris. 1.Concluſio.
libet talis ſeipſum intelligit, totalis ratio intelligendi ſit eſſentia ſola, & ſic quilibet talis intelligit ſe p eſſentiam tanquam per totalem rationem intelligendi. iuxta cuius opinionem oportet dicere obiectum, & rōnē totalē intelligēdi, & totale agens intellectionē, idē in talibus eſſe, itellectionē vero eſſe accñs, ꝙ ꝓducit ab eſſentia in eor ūintellectibus. Scd'o.d. expoſitor ꝙ itellectio, q̄ tales ſeſe itelligūt, eſt neceſſaria & īmutabilis: ita ꝙ nō
Exceptum pō Expoſitoris. 2.Concluſio. pñt tales ſub æ nūc ſeſe itelligere, nūc nō. Amplius non prius fuerunt in potentia ad ſeſe intelligēdū, nūc in actu ſed ſemper & ineuitabiliter ſeſe intelligunt, & neceſſario dum ſunt, ſeſe intelligunt. Mouetur autem per illud quod cōiter ab omnibus ſacris conceditur, ꝙ in abſtractis à materia voluntas determinatur pro æterno. Ter- 3.Concluſio.
tio dicit expoſitor ꝙ intellectus recipiēs talē itellectionem & ipſa eſſentia, quæ intelligitur, quæq; eſt rō totalis intelligēdi differunt ſm rem ꝑdicamenti, qm̄ eſſentia eſt ſubā, & intellectus eorum eſt virtus ſiue potentia, ſiue qualitas, eo quia in creaturis virtus & eſſentia

 differunt,

differunt, nulla.n.creatura apud expoſitorem agit vel patitur per eſſentiam, ſolus.n.Deus agit per potẽtiam, quæ eſt eius eſſentia. Quibus patet apud expoſitorem ꝙ motores ſecundi intelligunt ſeſe per eorum eſſentiam. Hęc expoſitor. Obijciunt autẽ expoſitori aliqui.

*Obiectiones aliquorum.*

Primo quia obiectum in rebus creatis non eſt totale agens intellectionem, nec natura cõis eſt totalis rõ agendi, igitur eſſentia non eſt totalis ratio agendi intellectionem in illis, & ſic primũ expoſitoris fallit. Contra ſcd̃m arguunt. Primo, quia intellectus in talibus recipit intellectionem volens, & per voluntatem veluti & nos, igitur non neceſſario ſemper ſeſe intelligunt. Secundo talis intellectus eſt potentia ad intellectionem, quia intellectio non eſt ſubſtantia, ſed acccidens, & oẽ ꝙ eſt in potentia, poteſt eſſe in actu & ſub priuatione actus: vt deducetur ab Ariſt.in hoc.12.vnde Ariſt.in hoc.12.vt exponit Auer. facit tale enthymema, ſi prima intelligentia eſſet in potentia ad intellectionem, eius intellectio non eſſet continua, quare per idem arguunt intellectus cuiuſlibet motoris ſecundi eſt in potentia ad intellectionem per expoſitorem, igitur intellectio non eſt cõtinua. Contra arguunt, quia vbi eſſentia & virtus differunt ſm̃ rem, tunc talis actio non eſſet immanens. deducitur. quia agens & patiens non eſſet idem, vt patet.9.huius. Et ſic hæc poſitio expoſitoris refellitur ab his.

*Cõm. 15.*

*Poſitio Scoti.*

Propter hæc tenet quidam. ꝙ eſſentia in illis eſt rõ agendi & obiectum agens intellectionem, ſed non totale, ſed partiale, vt.n.in intellectione noſtra obiectum & intellectus conſtituunt vnam cauſam totalem intellectionis, ſic in illis eſſentia & eorũ intellectus conſtituunt vnam cauſam totalem intellectionis, qua ſeſe intelligũt. Secundo dicit ꝙ intellectio qua tales ſeſe intelligunt nõ eſt continua & neceſſaria. Tertio dicit, ꝙ intellectus intelligens in illis. & obiectum ſiue eſſentia intellecta ſunt idem ſm̃ rem, differunt autem ex natura rei. Primum eſt deductũ contra expoſitorem, quia obiectum nunq̃ eſt totalis cauſa, nec totalis ratio agẽdi intellectionem. Secundum eſt probatum per rationem Ariſt.in hoc.12. dicit Ariſt. ꝙ ſi prima ſubſtantia intelligit per potẽtiam quæ eſt in potentia ad intellectionem, tunc eius intellectio non eſſet continua, quare eadem ratio valebit de cæteris. Tertium nunc ſupponatur de mente eius alibi, non.n.oportet diſputare de illo nunc.

*Confutatio*

Sed contra hãc poſitionem ſunt non paruæ rõnes. Prima quia ſm̃ oẽs peripateticos in ſeparatis à materia idem eſt intellectio & res intellecta, igitur eſſentia intellecta & intellectio qua illa intelligitur idem eſt: & ita intellectio non eſt accidens, ſed ſubſtantia. Secunda nulla videtur neceſſitas ponendi intellectum in illis eſſe cauſam partialem intellectionis eo quia vt in ſenſibus obiectum eſt totalis cauſa ſenſationis: & ſic eſt in intellectione obiectũ totalis cauſa intellectionis. Tertia eſt: quia Ariſt.in hoc lib.& Auer.dicunt differre intelligere noſtrum ab intelligere illorum, quia illi perpetuo & ſemper intelligunt, nos paruo tempore, igitur intellectio illorum eſt continua. Præterea intellectio oritur ab eſſentia & ĩtellectu: Sed hæc ſunt ſemper, & applicata, igitur ſemper intellectio, & continua erit. Amplius vt Auer. docet nos non ſemper intelligimus, quia laboramus ſaltem per accidens intelligendo, at illi intelligunt ſine labore, vt docet Ariſto.igitur eorum intellectio eſt perpetua. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Dilucidatio apud peripate.*

PRO dilucidatione debes ſcire, ꝙ catholici differũt à philoſophis, nam pħi ponunt tales motores ſubſtantias ſempiternas & intellectus ſeparatos, & quatenus ſunt ſubſtantiæ ſempiterne. Pħi ponunt illas actus puros, quibus nihil potentiæ contingentis aſt admiſtum, & ita coguntur dicere intellectionem nõ eſſe accidens, nec intellectum eſſe accidens, eo quia actus purus non ſubſtat accidentibus, cum nihil potentiæ contingentis habeat. Tunc apud peripateticos dilucidandum eſt & dicendum. Primo ꝙ tales ſubſtantię intelligunt ſe per eſſentiam ad hunc ſenſum ꝙ eſſentia eſt totalis rõ intelligendi: totalis intellectio & totale obiectum intelligibile, patet quia tales ſubſtantiæ nihil habent potentiæ contingentis: igitur hæc oĩa eadem ſunt. Secundo dicẽdum, ꝙ licet ſub rõne generis obiectum intelligibile & intellectus differunt, ſub rõne ſpeciei & in tali natura non differunt, igitur obiectum intelligibile, rõ intelligẽdi, intellectio & intellectus eadem ſunt in talibus: quatenus oĩa ſunt vna ſimplex ſubſtantia, & purus actus.

*Excerptũ primum.*

Ex hix ſequitur primo ꝙ quælibet talis ſubſtantia eſt ſibi intellectio. Amplus ſibi ratio intelligendi, rurſus ſibi obiectum intelligibile.

*Secundum.*

Secundo ſequitur in talibus quemlibet intellectum eſſe ſibi intellectionem ſibi obiectum intelligibile, ſibi rationem intelligendi. Ex omnibus his patet apud peripateticos tales ſubſtantias intelligi per earum eſſentias. Hæc peripatetici.

*Poſitio catholica.*

Catholici vero quia tales ſubſtantias ponunt contingentes & poſsibiles non eſſe voluntate tamen diuina perpetuas, vt Plato etiam ſentit in Timæo, ponunt in talibus potentiam eſſe aliam ab eſſentia. Amplius in talibus accidentia concedunt.

*Dilucidatio cathol.*

Dicendum igitur tunc primo ꝙ intellectio, qua tales ſubſtantiæ ſeſe intelligunt, eſt accidens. Secundo dicendum eſſentiam non eſſe ſibi intellectionem ſed obiectum intelligibile, vel rõnem intelligendi.

*Excerptum primum.*

Ex omnibus his patet apud catholicos nullam talem ſubſtantiam eſſe ſibi intellectionem, quia tunc intellectio eſſet ſubſtantia. Amplius nullum intellectũ eſſe ſibi rationem intelligendi, nec ſibi intellectionem, nec ſibi obiectum intelligibile, vt deductum eſt.

*Secundum.*

Quia vero eſſentia eſt perfectior quauis re materiali: & intellectus perfectior noſtro intellectu, ſequitur in talibus eſſentiam eſſe totalem rationem intelligendi & totale obiectum intelligibile, vt expoſitor recte ſentit. Qua ratione fit, vt tales ſubſtantiæ ſeſe per eſſentias intelligant, hæc catholice. Et de dilucidatione hactenus.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS apertis. Ad primam concedo intellectum eſſe actu intellectilẽ, & ſibi præſentem, & ſic ſequitur quãtum eſt ex parte ſui poſſe ſeſe per eius eſſentiam intelligere, non tamen ſeſe per eſſentiam intelligit propter impedimentum, eſt autem impedimentum ꝙ propter ordinem potentiarum nihil poteſt intelligere niſi phãtaſiabile, vnde autem hoc impedimentum noſtro intellectui ſit tributum, catholici dicunt propter peccatum primi hoĩs, pħi propter ordinem naturalem potẽtiarum ſibi mutuo deſeruiẽtiũ, motores vero cœlici nec propter peccatum nec propter ordinẽ potentiarũ ſunt impediti, & ſic ſeſe intelligunt per eſſentiam. Quo vero modo intellectus ipſe ſeſe intelligat.3.de anima & lib. de intellectu dictum eſt. Ad ſecundam dico quòd duplex eſt ſingulare, quoddam quòd eſt vnum in tota eius ſpecie, vtpote ſingulare immateriale, quod nec eſt, nec poteſt eſſe plus vno in eius ſpecie, & tale eſt per ſe intellectile. Aliud eſt ſingulare, quod ſub eadẽ ſpecie eſt plus vno, vt ſingulare materiale: & tale eſt ſingulare materiale,



riale, quod ratione materialitatis eſt bene ſenſile, non autem intellectile, & tunc patet ad formam, eſſentia.n. motoris cœlici eſt ſingularis primo modo, & propterea per ſe intelligibilis. Ad tertiam dico, ꝙ ratio non eſt ad ꝓpoſitum, quia motor cœlicus non intelligit ſe recipiendo actum intelligendi ab eius eſſentia, non.n.eſt accidẽs talis intellectio, ſed intelligit ſe per intellectionem, quæ eſt ſubſtantia ſiue eſſentia intelligentis, & ꝓpterea ratio non militat, per idem. Ad quartam, ſuppo nit enim falſum: non enim intelligere tale eſt in pati, vt dictum eſt. Ad quintam concedunt peripatetici totum, & dicunt talem modum intelligendi non competere ſoli Deo, ſed omnibus ſeparatis, quia omnia ſunt immaterialia. Deo autem ſoli competit independenter, cæteris autem dependenter, vt dicetur. Ad rationes vero contra expoſitorem pace eorum dixerim nullæ ſunt. Ad primam negatur ſuppoſitio, non enim obiectum eſt partialis cauſa, ſed totalis ipſius ĩtellectionis, illa.n.ſuppoſitio debet diſputari in lib.de ĩtellectu vbi diligenter eſt diſputata: & nunc omittitur. Ad aliã dico ꝙ illa intellectio non eſt neceſſaria ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ex determinatione pro æterno, vt expoſitor exponit, vel dici poteſt volũtatem eſſe neceſſariam in illis ſi comparetur ad intra, extra vero contingens, vt patet de illa Dei. Ad aliam concedo intellectũ eſſe in potentia ad ipſum intelligere ſm̃ dimidium contingentis, non autem ſm̃ vtrunque, & propterea eſt tantum ad eſſe, & non ſimul ad eſſe, & non eſſe propter dictam cauſam. Quo vero modo intelligitur deductio Ariſt. quæratur in noſtris commentationibus. Ad aliam dico, ꝙ ad hoc vt actio dicatur immanens: ſufficit vt agens ſit paſſo vnitum inſeparabiliter apud Thomam. Hæc de diſputatione octaua hactenus.

*Tex.eodem.*

## DISPVTATIO NONA

De intellectione motorum inter ſe.

*Num vnus talium motorum intelligat alium.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod vnus talium non cognoſcat alium, arguitur. Primo ĩtellectus talium habet in ſe aliquàm naturam determinatam de numero aliarum naturarum, igitur alias cognoſcere non poteſt, tenet argumentũ per Ariſt.in.3.de anima, vbi dr̃ ꝙ habere ſimilem naturam impedit cognoſcere extranea. Secundo ſi vnus talium cognoſcit, aut per eſſentiam motoris cognoſcentis, aut motoris cogniti, aut per ſpeciem, non per eſſentiam motoris cognoſcentis qm̃ omnis cognitio fit per ſimile, ſed eſſentia motoris cognoſcentis nõ eſt ſimilis motori cognito niſi in genere, vt ſupponitur, igitur hæc cognitio eſſe in genere, & confuſa, nec per eſſentiam motoris cogniti, quia illud quo intellectus intelligit eſt intrinſecum intellectui, at eſſentia vnius nõ eſt intrĩſeca eſſentiæ alterius, nec per ſpeciem, quia ſpecies non differt ab ipſo motore intellecto, cum vtrunq; ſit immateriale, igitur nullo modo vnus alium cognoſcere poteſt. Tertio ſi vnus alium cognoſcit, aut per ſpeciem innatam, aut per ſpeciem è rebus ipſis acquiſitam, non per ſpeciem innatam, quia vbi tunc Deus nouum motorem crearet, non poſſet cognoſci ab his qui nunc ſunt, nec per ſpeciem acquiſitam è rebus, quia tunc motores ſuperiores nõ poſſent inferiores cognoſcere, quia ab illis nihil recipere poſſunt, igitur nullo pacto vnus alium cognoſcere põt. Quarto quilibet beatur in ſui ipſius cognitione: igiẽ ſuperfluit vt vnus cognoſcat aliũ. añs concedunt peripatetici, & conſequenia patet: quia beatitudo eſt ſimplex.

*Cõm.44.*

Quinto ſi vnus illorum cognoſceret alios, vel omnes ſimul, vel ordine quodam, non omnes ſimul, quia vnus intellectus vnum intelligit.4. huius: nec ordinem quodam, quia vt dr̃ huius.12.in illis non eſt ordo, nec conſecutio, igitur non poteſt vnus illorum cognoſcere omnes alios.

*Cõm.51.*

Sexto ſi vnus illorum intelligeret inferos. tunc vileſceret, vt deducit Auerro. in hoc.12. In contrarium arguitur, quia inferior agit gratia ſuperioris, igitur cognoſcit ſuperiorem. Præterea inferior cognoſcit eſſentiam primi, & eſſentiam propriam infimam, igitur omnes medios motores. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Motoris ſuperioris.*

PRO intellectu tituli debes ſcire ꝙ motores ſunt ordinati ceu eorum mobilia, quæ dñr orbes, & propterea ſunt motores ſuperiores, & ſunt motores inferiores. Superiores motores ſunt hĩ, qui ſunt primæ ſubſtantiæ ꝓximiores, quique mouent perfectiora mobilia.

*Motoris inferioris.*

Motores inferiores ſunt qui ſunt è prima ſubſtantia remotiores, quique mouent imperfectiora mobilia: propterea diſputatio quærit ſi infimus illorum intelligit omnes ſuperiores, & ſupræmus omnes inferiores, & ſi medius tam ſuperiores quàm inferiores: Secundo debes ſcire, ꝙ in tali diſputatione, veluti in cæteris præcedentibus excludimus Deum. non enim quærimus nunc ſi vnus illorum intelligat omnes alios claudendo in alijs Deum ipſum, quia de hoc formabimus ſeparatam diſputationem. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. Poſitio.*

DE præſenti diſputatione ſunt, qui etiam ad mentem Ariſt. tenent vnum motorem talium nihil intelligere pręter ſe, & per eius eſſentiam. In qua quidem cognitione vnuſquiſq; beatur.

*Argumentum poſitionis.*

Mouentur, quia quemadmodum primus motor nihil intelligit extra ſe, propterea quia ſeſe intelligit per eius eſſentiam, ſic cum quilibet motor inferior per ſuam eſſentiam ſe intelligit, nihil extra ſe intelligit, igiẽ vnuſquiſque ſeſe intelligit tm̃. Secũdo mouentur, quia quilibet talis eſt infinitus perfectiõne, vt credunt de mente Ariſt. igitur vnuſquiſque eſt ſibi beatitudo, & fœlicitas, & per conſequens nullus eorum intelligit niſi ſemetipſum.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. Primo quia tunc omnes motores eſſent perfectione æquales deducitur, quia omnes eſſent infiniti, & æqualiter beati. Secundo quia Ariſt. ponit omnes intendere vnum finem, igitur omnes intelligũt aliquid præter ſe. quia ille finis eſt alius ab omnibus motoribus ſecundis. Tertio apud peripateticos intellectus noſter intelligit omnes ſuperiores ſubſtantias, & omnes inferiores: igitur quilibet intellectus ſuperior. Sic.n.deducit Auer.3.de aĩa.

*Cõm.36.*

Quarto intellectus cuiuſlibet taliũ eſt magis capax beatitudinis q̃ ſit nr̃ intellectus, ſed noſter nõ beatur in cognitione ſui. ſed in cognitione oĩum ſuperiorum, igitur intellectus cuiuſlibet illorum non debet beari in cognitione ſui tantum ſed omnium aliorũ, hæc igitur poſitio eſt erronea.

*Poſitio Auic.*

Auicenna clariſsimus in pħia voluit inferiorem intelligentiam cognoſcere eã tantum quæ ſibi eſt proxima, & nullam aliam, in illam beari, atque fœlicem effici, inferiores quidem non, quia quicquid perfectionis eſt in inferioribus: continetur in ſuperiori, remotiorem minime quia remotior non habet cognitionem cum illa, eo quia nulla producitur niſi

*Confutatio.* niſi à ſibi proxima, ſ͂ Auic.9.ſuæ meta. cap.4.Hæc poſitio eſt reprobata in lib.de intellectu, & alibi & nunc contra ipſam arguo: quia non minoris beatitudinis eſt humanus intellectus: ꝗ ſit cœlicus, vt omnes tenent, ſed humanus non beatur niſi in cognitione primi entis, igĩ nec cœlicus, minor eſt probata in lib.de beatitudine, & nũc ſupponitur. Secundo prima ſubſtantia eſt intelligibilis ab infimo intellectu vtpote ab intellectu noſtro qui eſt infima intelligentiarum ſm Auerroem, igitur ab omnibus intermedijs intellectibus, qui ſunt & perfectiores & capaciores noſtro intellectu. Tertio apud Ariſt. prima ſubſtantia mouet vt amata & intelligibilis, & omnes aliæ vt amantes: & intelligentes, igitur omnes intelligunt primam ſubſtantiam. *Cõm. 44.* Quarto omnes dependent à prima ſubſtantia ſm Ariſt. & Auerroem, igitur omnes beantur in prima ſubſtantia, & per conſequens non tantum in proxima: hæc volo ſufficiant contra Auicẽnam, quia in lib.de beatitudine multa ſcripſimus de his. *Poſitio Auer.* Auerroes autem licet variæ loquatur, tamẽ ꝙ ꝓ maiori parte ſuis dictis conſonat, eſt ꝙ inferior intelligentia omnes ſuperiores intelligat, & nullam inferiorem, poteſt perſuaderi poſitio, quia intelligibile eſt perfectio intelligentis, ſed inferior non poteſt eſſe perfectio ſuperioris, igitur inferior non poteſt intelligi à ſuperiori. Secundo intelligentia media cognoſcit aliquod quod continet perfectionem omnium inferiorum. igĩ fruſtra cognoſceret inferiores. *Confutatio.* Sed hæc poſitio ſiue ſit Auerrois, ſiue cuiuſuis nõ eſt vera. Primo quia per eius rationes probarem ꝙ intellectus noſter non poſſet intelligere res materiales, quia res materiales non poſſunt eſſe perfectiones intellectus. ſunt enim multo imperfectiores, per ſecundam rationem probarem ꝙ intelligẽtiæ non intelligerent niſi primam tantum, quia prima continet perfectiones omnium cęterarum, Igitur ſuperflueret cognoſcere cæteras. propterea hæc poſitio nulla eſt. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Qua ſunt dilucidatione videnda.* PRO dilucidatione. Primo videndum eſt ſi vna intelligentia aliam cognoſcat. Secundo ſi eodem modo ſuperiores & inferiores. Tertio ſi inferior cognoſcendo omnes ſuperiores & omnes inferiores ordinem habeat. Quarto qualis ſit nam hęc cognitio? *Si vna intelligẽtia aliam cognoſcat.* Quantum ad primum concordant & catholici & peripatetici & Platonici, ꝙ vna intelligentia aliam cognoſcit. vnde in lib. de cauſis dicitur, quod omnis intelligentia ſcit res, quæ non corrumpuntur. Declaratur autem illud, quia intelligentia media dependet ab omnibus ſuperioribus, & eſt cauſa omnium inferiorum. Igitur quatenus ab illis dependet, debet redire ad illas. Aliter eſſet imperfecta, quatenus eſt cauſa inferiorum, debet cognoſcere illas. In omni.n.cauſa continetur cognitio effectus. Sed qm̃ de hoc primo non eſt multa difficultas, ſufficiant hæc. *Si eodem modo vna intelligentia cognoſcat omnes.* Quantum ad ſecundum volunt phĩ, ꝙ non eodẽ modo, nec eadem cognitionis ſpecie media cognoſcat ſuperiores & inferiores. Imaginantur enim intelligentiam mediam deprehendere ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris, inferiorem vero per eſſentiam propriam. Primum declarant, quia eſſentia ſuperioris eſt ſibi & inferiori intellectio, & ſic inferiores intelligunt ſuperiores per eſſentias illarum, eſt autem intelligere aliquid per eſſentiam illius, vt proxima diſputatione diximus, qñ intelligitur aliquid per eius ſſentiam tanquam per rationem cognoſcendi, nec ſpecie, nec actu cognoſcendi concurrente. *1. Excerp.* Ex hoc ſequitur primo, ꝙ inferior intelligentia cognoſcit ſuperiorem ĩtellectione, quę eſt ſubſtantia, deducitur, quia cognoſcit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris cognitæ, ſed eſſentia illa eſt ſubſtantia, igitur inferior cognoſcit ſuperiorem cognitione, quæ eſt ſubſtantia. *Secundum.* Secundo ſequitur quod vnamet res eſt intentio & res. deducitur, quia ſuperior intelligẽtia quatenus cognoſcitur ab inferiore eſt intentio: quatenus autem eſt ens naturale eſt res. *Tertium.* Tertio ſequitur apud peripateticos non eſſe neceſſariam ſpeciem intelligibilem nec actum intelligendi ſi inferior debet ſuperiorẽ intelligere. deducĩ quia Ariſt. nõ ponit ſpẽm, niſi quia obm non eſt ꝑ ſe in aĩa, lapis.n.inquit non eſt in aĩa, ſed ſpẽs lapidis; at ſuperior intelligentia eſt intimior proximæ, ꝗ ſit eius ſpẽs, quia quatenus intentio, eſt illius ꝑfectio. Præterea Ariſto. non ponit ſpecies niſi rerum materialium, at ſuperiores ſunt immateriales. Quo autem modo apud phõs media intelligentia cognoſcat ĩferiores, declaremus. Et primo dicemus ꝙ media nõ cognoſcit inferiores per eſſentias illarum, patet quia inferior non eſt ſibi & ſuperiori intellectio, quia non eſt ſibi res, & ſuperiori intentio, cum non ſit forma ſuperiori. Dicimus ſecundo ꝙ media non intelligit inferiores per ſpecies defluxas ab illis, deducitur quia illæ ſpecies non dantur vt deductum eſt, igitur media intelligentia ſi illas cognoſcit, illas ĩtelligit per eſſentiam propriam, nam eſſentia propria eſt ĩtellectio ſui primo & per ſe, & omnium aliorum, quæ ab illa media dependẽt per eius eſſentiã ſecundo & per accidens, modo inferiores dependent aliquo pacto à media, & ꝑ eius eſſentiam, igitur media cognoſcit ĩferiores ꝑ eius eſſentiã: hoc eſt quatenus eius eſſentia eſt primo & ꝑ ſe rõ cognoſcẽdi ſui, ſcđo & per accñs inferiorum. Ex his patet ſecundũ videlicet ꝙ nõ eodem mõ media cognoſcit oẽs, & hoc eſt quod dñ in lib.de cauſis, dicitur enim ꝙ omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, inquantum eſt cauſata ab eo, & quod eſt ſub eo, inquantum eſt cauſa eius. *1. Excerp.* Ex his ſequitur. Primo ꝙ media intelligentia intelligit ſuperiorem ſcientia, quæ nec eſt cauſa ſuperioris, nec effectus ſuperioris, ſed bene ſciã quę eſt cã intelligentiæ intelligentis: patet, quia cognoſcit ſuperiorẽ per eſſentiã ſuperioris, modo eſſentia ſuperioris non eſt cauſa ſui, nec effectus ſui, ſed bene cauſa intelligentiæ intelligentis. *Secundum.* Secundo ſequitur ꝙ media intelligentia ſcit inferiores ſcientia quæ eſt cã. deducitur quia intelligit illas per eſſentiam propriam. quæ eſt cauſa illarum: igitur ſcit illas ſcientia, quæ eſt illarum cauſa. *Tertium.* Tertio ſequitur mediam intelligentiam ſcire ſuperiores bifariam: & ſcientia quæ eſt effectus, & ſcientia quæ eſt cauſa. Qꝫ quidem ſciat illas ſciẽtia, quæ eſt effectus, deducitur: quia ſcit illas per eſſentiam propriam, media.n.intelligentia per eſſentiam mediæ cognoſcit ſe, & ſuperiores, cuius talis eſſentia eſt effectus, igitur cognoſcit illas ſcientia, quæ eſt effectus. Qꝫ vero illas ſciat ſcientia, quæ eſt cauſa, deducitur: quia ſcit illas per eſſentias illarum, & eſſentiæ illarum ſunt cauſæ inferiorum; igitur ſcit illas ſcientia, quæ eſt cauſa. *Quartum.* Quarto ſequitur ꝙ media intelligentia ſcit inferiores vno tãtum modo, vtpote ſcientia quæ eſt cauſa: quia ſcit illas ſua eſſentia, quæ eſt cauſa illarum: hæc de ſecundo. *Media ſi omnes intelligat ordine.* Et de tertio agamus: & dicamus ꝙ media inferiores non cognoſcit ordine aliquo: quia illas non cognoſcit per eſſentias illarum, nec per ſpecies defluxas ab illis, ſed per eius eſſentiã, quę vna omnium ſimplex cognitio. *Duplex ordo.* Superiores autem non cognoſcit ordine temporis, quia omnes ſimul & ab ęterno; ſed quia duplex eſt ordo perfectionis videlicet & originis, dicunt phĩ ꝙ ordine perfectionis ſemper perfectiorem prius intelligit, ordine originis imperfectiorem: igitur via originis primo ipſa media intelligentia cognoſcit ſuam eſſentiam, deinde proximiorem vſque ad vltimam, quatenus ſemper ꝓximior eſt vt diſpoſitio ad altiorem, hæc dicit Auerro. in libro de beatitudine. hæc pauca de.3. *Qualis nam ſit cognitio.* Et de quarto dicamus. Et primo ꝙ catholici differunt à phĩs. nam catholici voluerunt intelligentias bifariam proceſsiſſe à prima omnium cauſa & quo ad eſſe naturale ſiue reale, quod eſt eſſe ſubſiſtentiæ, & quo ad eſſe intentionale, quo quidem ad eſſe reale, Deus eſt cauſa intelligentiarum ſimpliciter. Quo vero ad eſſe intentionale. quatenus Deus impreſsit ſimilitudines tam rerum ſpiritualium, quam rerum materialium: vt videlicet per huiuſmodi ſiue ſpecies. ſiue rationes, ſiue ſimilitudines impreſſas, tam corporalia, quam ſpiritalia cognoſcerent, phĩ autem negant tales ſpecies ſiue rationes, volentes intelligentias non proceſsiſſe à prima ſubſtãtia niſi vno modo videlicet ſecundum eſſe reale, & quia proceſſerunt ſecundum eſſe reale, ideo bene comparatur inferioribus intelligẽtijs dupliciter, & vt res, & vt intentio, vt res quidem eſt cauſa rerum, & vt intentio eſt illis omnibus cógnitio, vt dictum eſt; & propterea negant tales ſpecies. dico quod poſitio theologorum eſt vera, tũ quia omnes ſacri in illa concordant, tum quia facilior, & non habet tot dubia. Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam dico ꝙ licet ĩtellectus illorum habeat aliquam naturam, illa nó impedit, quia eſt ſpecie diſtincta & præterea non per modum noſtrũ intellectio illorum fit. Ad ſecundam dico, ꝙ poteſt teneri per oẽs illos modos, & conceditur primo ꝙ cognitio, qua media intelligentia cognoſcit per eius eſſentiã, ſit in genere & confuſa, nec hoc eſt extraneum, quia nõ ſolum hac cognoſcit, ſed alijs modis conceditur, ſecũdo ꝙ per eſſentiam motoris cogniti, & negatur talem eſſentiam eſſe extraneam: ĩmo eſt intimior ĩtellectui medię, ꝗ ſit ſpecies. cõceditur tertio ꝙ per ſpẽm, quia licet ſpecies & eſſentia non differunt quo ad eſſe materiale, & immateriale differunt quo ad eſſe naturale & intentionale, quia ipſa intelligentia quo ad eſſe reale: eſt forma ſubſiſtens, ſpecies autem non habet niſi eſſe intentionale. Ad tertiam dico ꝙ per ſpecies concreatas à Deo ipſo, & dico ꝙ vbi Deus creaſſet nouam naturam, etiã nouam ſpeciem concreaſſet. Ad quartam negatur aſſumptum; non enim beatur in ſui cognitione beatitudine completa, ſed beatitudine, quæ eſt diſpoſitio ad ſupremam. Ad quintam patuit ſolutio. Ad ſextam dico ꝙ vileſceret ſi illos cognoſceret recipiendo cognitionem ab illis. Hæc de diſputatione nona.

*Deductio autem eſt qualis optima paruo tempore nobis; ſic enim &c. Tex.cõm.39.*

## DISPVTATIO DECIMA
### Quomodo intelligentiæ Deum cognoſcant.

*Num vna intelligentia cognoſcendo Deum, & omnes alias, intuitiue cognoſcat.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod nulla intelligentia cognoſcat Deum arguitur. Primo quia Deus in infinitum diſtat ab intelligentia, ſed in infinitum diſtans non poteſt attingi, igitur nulla intelligentia poteſt Deum cognoſcere. Secundo ſi intelligentiæ Deum intelligerent intuitiue, tunc omnes eſſent naturaliter beatæ. hoc eſt falſum, quia beatitudo non eſt ens naturaliter acquiſibile. Tertio quælibet intelligẽtia cognoſcit Deum & omnes alias intelligentias per ſui ipſiuſmet cognoſcentis ſubſtantiam, vt dictum eſt, igitur non intuitiue. Quarto perfectius quælibet intelligentia Deum cognoſcit, quàm nos illum apprehendamus, ſed nos apprehendimus illum & omnes intelligentias per collectionem pluralium prædicatorum diſcurrendo, & cõponendo, igitur quælibet intelligentia illum & omnia ſeparata cognoſcit per multo plura prædicata componendo & diuidendo & diſcurrendo; quare non intuitiue Quinto intellectus perfecte attingens aliquid, illud attingit ſecundum omnem rationem attingendi, ſed intellectus intelligentiæ perfecte ſe, & Deum & omnes intelligentias attingit, igitur ſecundum omnem rationẽ attingendi, ſed attingere ſecundum omnem rationem non eſt attingere intuitiue, ſed compoſitiue, diuiſiue & diſcurſiue colligendo prædicata propria & communia quidditatiua & qualitatiua, eſſentialia & accidentalia, igitur nulla intelligentia cognoſcit Deum & cæteras intelligentias intuitiue. In cõtrarium arguitur, quia intelligentiæ inferiores intelligunt ſuperiores per eſſentiam illarum, igitur intuitiue, antecedens eſt declaratum. Præterea dicitur in textu ꝙ illæ intelligẽtiæ ſunt ſemper in illa diſpoſitione in qua nos ſumus paruo tempore; & loquimur Ariſtoteles vt exponit Auerroes, de gñatione beatifica, quæ non eſt niſi intuitiua, *Cõm. 32.* igitur ille ſolum intuitiue Deum & cæteras ſubſtantias cognoſcunt. Præterea plus eſt virtus apprehenſiua intelligentiæ quàm ſit intellectus poſsibilis affectus toto intellectu ſpeculatiuo, ſed apud peripateticos intellectus poſsibilis affectus toto intellectu ſpeculatiuo poteſt Deum attingere intuitiue, igitur intellectus cuiuſlibet intelligentiæ ſemper Deum & omnia ſeparata attingit intuitiue. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PRO intellectu tituli debes ſcire vt in primo & 2. *Cõm. 36.* huius diximus & apud ſacros, & peripateticos duplex eſt cognitio, altera intuitiua, quæ ab Auer. dicitur eſſentialis. 3. de anima, altera abſtractiua ĩtuitiua eſt qñ eſt ad ipſum obiectum in ſe terminata, abſtractiua autem quãdo non ad ipſum obiectum in ſe terminatur, ſed ad repreſentatiuum illius obiecti. verbi cauſa cognitio, qua intellectus colorem cognoſcit in ſe, atque in proprio exiſtẽtia, dicitur intuitiua, ea vero cognitio quæ eſt coloris non in ſe, ſed in proprio coloris repreſentatiuo, dicitur abſtractiua, verbi cauſa, ea quæ eſt phantaſmatis coloris, iuxta quàm diſtinctionem concedi ſolet vnã eãdemúe notitiam eſſe intuitiuam & abſtractiuam, nõ quidem vna ratione, ſed diuerſa; nam notitia qua phantaſma in ſeipſo apprehenderetur, eſſet intuitiua reſpectu ipſius phantaſmatis, abſtractiua autem reſpectu rei repreſentatę, & ita vna eademúe notitia & intuitiua & abſtractiua, intuitia quidem ipſius repreſentatiui, abſtractiua vero rei præſentatæ. Ex his apparet titulus. & quid per notitia intuitiuam intelligimus. Animaduerſione dignum nos in diſputatione ſuppoſuiſſe quamlibet intelligentiam cognoſcere Deum, & cęteras ſeparatas ſubſtantias. nõ enim in hoc eſt dubium, vt viſum eſt in proxima diſputatione, quærimus autem de modo cognoſcendi, an quidem ſit intuitiue, an abſtractiue, an quis?

qui? hæc enim eſt non parua quæſtio, & inter ſacros, & ph̃os non parua differentia. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Th prima par. q. quæſtio. 57. artic. 3.*

IN iſta diſputatione reſpondet Thomas in quàm pluribus locis ſuæ theologiæ & dicit trifariam aliquid cognoſci. vno modo per præſentiam ſuæ eſſentiæ in cognoſcente: & hac ratione lux videtur ab oculis, & hoc pacto vnaquaque intelligentia ſeipſam cognoſcit. dictum eſt enim intelligentiam ſeipſam cognoſcere per eius eſſentiam, tanquam per rationem cognoſcēdi. Alio modo per præſentiam ſuæ ſimilitudinis in potentia cognoſcitiua, & hac ratione lapis ab oculis videtur, quia per hoc ꝙ eius ſimilitudo reſultat in oculis, & hoc pacto intellectus humanus intelligit res ipſas materiales. Tertio modo per hoc ꝙ ſimilitudo rei cognitę non accipitur immediate ab ipſa re cognita, ſed à re aliqua in qua reſultat, & hac ratione hominem in ſpeculo videmus. Hac diſtinctione ſtante Thomas noſter tenet.

*Prima concluſio thomæ et Henrici.*

Primo, ꝙ nulla intelligentia Deum intelligit ex puris naturalibus primo modo, hoc eſt eſſentiam, Dei. probatur, quia nulla creatura in puris naturalibus derelicta eſt naturaliter beata. modo nihil aliud eſt beatitudo, niſi intelligere Deum per eſſentiam Dei, hoc eſt intellectione: quæ eſt ipſemet Deus, quare nulla intelligētia Deum hoc pacto intelligit derelicta ſuæ naturæ, & circunſcripto omni ſupernaturaliter aduentitio, ſicut nulla illarum eſt naturaliter beata.

*2 concluſio.*

Secundo tenet ꝙ nulla intelligentia intelligit Deum ſecundo modo hoc eſt per præſentiam ſuæ ſimilitudinis ſiue ſuæ ſpeciei in intellectu intelligentiæ, probatur hoc à ſolenni doctore Henrico.

*Rōnes Henri. quolī 3. q. 3. & quolī. q. 7.*

primo nulla ſimilitudo, ſiue ſpecies, ſiue effigies ducit indiſtinctam notitiam alicuius, niſi æquetur illi, ſed nihil poteſt Deo æquari, quia Deus eſt infinitus: & nihil citra Deum eſt infinitum, igitur nulla intelligentia poteſt Deum intelligere per præſentiam ſimilitudinis. Dei diſtincte repreſentatiuæ illius. Secundo vbi illa ſpecies poneretur, illa magis conueniret cum re creata, q̃ cum Deo, ex quo ponitur creata. Sed illa non ducit in diſtinctam notitiam alicuius rei creatæ. Igitur nec in diſtinctam Dei notitiam. Tertio nihil poteſt eſſe imago infiniti, Deus eſt infinitus, igitur nihil poteſt eſſe imago, ſiue ſpecies Dei, & ſic talis ſpecies nulla eſt. Quarto hac ſpecie conceſſa, tunc quælibet intelligentia poſſet naturaliter diſtincte Deum cognoſcere, quia per hanc ſpeciem mētibus ſeparatis impreſſam. Hæc Henricus.

*3. concluſio.*

Tertio tenet ꝙ intelligentiæ in puris naturalibus derelictæ cognoſcūt Deum, tertio modo hoc eſt per eſſentias earum, quatenus eſſentia illarum eſt Dei imago. probatur: quia eſſentia cuiuſlibet rei immo animæ noſtræ eſt Dei imago, igitur eſſentia cuiuſlibet ītelligētiæ: quare ſi per eſſentiam animæ noſtræ poſſumus Deum cognoſcere quatenus eſſentia illa eſt Dei imago, à fortiori per eſſentiam intelligentiæ ipſamet intelligentia poteſt Deum cognoſcere.

*Excerptum primum.*

Ex his ſequitur, quod ipſæ intelligētiæ nec intuitiue, nec abſtractiue in puris naturalibus derelicte, hoc eſt circunſcripto oī ſupernaturaliter aduētitio poſſunt Deum cognoſcere, quia nō cognoſcunt Deum per eſſentiam Dei, quod eſt intuitiue cognoſcere, quia ſic eſſent naturaliter beate, nec cognoſcunt Deum per hoc ꝙ cognoſcunt aliquod repreſentatiuum Dei, vtpote ſpeciem, ſeu phantaſma, quod eſt abſtractiue cognoſcere. Igitur nec intuitiue nec abſtractiue Deum cognoſcunt.

*Excerptum ſecundum.*

Secundo ſequitur ꝙ quælibet intelligentia Deum intelligit intellectione, quæ eſt eſſentia intelligentiæ intelligētis probatur quia quælibet intelligit Deum per eſſentiam intelligentiæ intelligētis: vt dictum eſt. Hæc Thomas & Henricus.

*Obiectiones Scoti in 2. lib. ſententiarū di. ſpu. 3. q. 9.*

Obijcit autem quidam, primo, quia ſi intelligentia intelligit Deum per eſſentiam propriam inquantum eſt imago Dei, tunc quælibet intelligentia diſcurreret intelligendo Deum: probatur, quia duplex eſt imago altera cognita, quo modo effectus eſt imago cauſæ, effectus enim eſt cauſę imago, non autem ducit in cognitionem cauſæ niſi quatenus effectus cognoſcitur. altera eſt imago non cognita, quomodo ſpecies lapidis in intellectu reſultās eſt imago lapidis, dicta quidē non cognita, quia repreſentat lapidem: & ipſa non cognoſcitur niſi reflexe. Si igitur intelligentia cognoſcit Deum per eſſentiam propriam tāquam per imaginem, & non tanquam per imaginem non cognitam, vt probatum eſt ab eis, igitur tanquam per imaginem cognitam. Sed cognoſcere aliquid per imaginem cognitam eſt diſcurrere ab illo cognito. igitur intelligentię diſcurrerent. Secundo nullum obiectum facit diſtinctam notitiam alterius obiecti, niſi īcludat in ſe virtualiter illud quia quod non includit aliud in entitate, non includit illud in cognoſcibilitate. ſed eſſentia intelligentiæ non includit virtualiter eſſentiam diuinam ſub illa ratione diſtincta, igitur non eſt ratio cognoſcendi eam diſtīcte ſub aliqua ratione.

*Poſitio Scoti in 2. ſen. di. 3. q. 9.*

Propter hęc voluit, ꝙ quamuis intuitiue nulla intelligentia poſſit Deum diſtincte cognoſcere naturaliter. bene tamen poteſt eum naturaliter diſtincte cognoſcere abſtractiue. Q. quidem nulla intelligentia poſſit intuitiue Deum naturaliter intelligere, probat: quia nulla creatura eſt naturaliter beata, & in hoc conuenit cum poſitione prima. Quo vero modo intelligentia Deum diſtincte abſtractiue naturaliter intelligat, laborat vir iſte, & tandem ponit cuilibet intelligentiæ inditam eſſe quandam ſpeciem Dei naturaliter repreſentatiuam, & hanc non vult eſſe naturalem cuilibet illarum hoc pacto, ꝙ intelligentia ex naturalibus ſuis poſſit illam acquirere, nęc quia poſſit eam habere ex aliquo obiecto naturaliter, agente quia licet habeāt illam ab eſſentia diuina, tamen eſſentia diuina non naturaliter illam agit: quia nihil agit naturaliter ad extra. Sed dicitur naturalis, quia eſt intelligentiæ indita tanquam eius naturalis perfectio. Per hanc igitur ſpeciem hoc pacto naturalem vult quamlibet intelligentiam Deum diſtincte cognoſcere, & abſtractiue. quia hæc ſpecies repreſentat Deum non vt in propria præſtantia conſtitutum, quia etiam abſentem illum repræſentare eſt apta. Quare quælibet intelligentia Deum diſtincte cognoſcit naturaliter, & abſtractiue, naturaliter quidem quia per quoddam, quod eſt intelligentiæ naturalis ꝑfectio, abſtractiue vero, quatenus illud repreſentat Deū non tantum quatenus præſens eſt, ſed etiam quatenus abſens. Quæ quidem ſpecies Deum indiſtincte repreſentat quia illum ſub propria & eſſentiali ratione, perſuadet vir iſtæ poſitionem eius, primo quia naturalis beatitudo intelligentiæ eſt perfectior & maior naturali beatitudine hominis etiam naturaliter beati, & non videtur per quid ſit maior, niſi per talem ſpeciem. Secundo quia ſi quis vidiſſet eſſentiam Dei, poteſt memoriam habere illius notitiæ, vt de Paulo ſacri omnes ſcribunt. & non videtur per aliud niſi per talem ſpeciem ſeruatā. Hæc ille, cætera quæ dicit, quia attinent ad ſacra, omitto.

*Confutatio.*

Sed pace tanti viri dixerim: hæc poſitio videtur dubia primo quia ſi notitia hæc dicitur abſtractiua pro tanto, quia ſpecies illa poteſt repreſentare eſſentiam diuinam



uinam præſentem, & abſentem: tunc intellectus noſter per ſpeciem in ipſo collocatam nihil poſſet intuitiue cognoſcere, quia ſemper per talem ſpeciem poſſet rem præſentatam vtroque modo cognoſcere, & ſic omnis talis eſſet abſtractiua. Secundo videtur hæc ſpecies fruſtra quoniam quicquid poteſt Deus per cauſam ſecundam, poteſt agere ſine illa, ſed Deus & talis ſpecies poſſunt in intellectu intelligentiæ efficere notitiam diſtinctam eſſentiæ, igitur Deus ſolus, & per conſequens fruſtra hæc ſpecies ponitur. Tertio videtur ꝙ hæc notitia non ſit naturalis per talem ſpeciem; quia ſi dicitur naturalis, quatenus eſt per ſpeciem, quæ eſt naturalis perfectio intellectus intelligentiæ, tunc omnis notitia habita de Deo eſt naturalis, quia tam diſtincta abſtractiua quàm diſtincta intuitiua eſt per aliquod quod eſt naturalis perfectio intelligentiæ, & non violenta, Signum autem quia ad illam eſt naturale deſiderium, & ad illam enitimur peruenire. Quarto quero de tali ſpecie, vel eſt abſtractior Deo repreſentato: vel æque abſtracta: vel minus abſtracta non abſtractior, quia nihil eſt immaterialius nihil ſeparatius Deo. non minus abſtracta, quia tunc non repreſentabit Deum diſtincte & ſub ratione qua eſt abſtractus, & ſi æque abſtracta: fruſtra ponitur, quia Deus ſeipſo poterit tātam notitiam efficere in quouis cognoſcente. Quare hæc ſunt mihi ambigua.

*Poſitio tertia.*

Nonnulli in ph̃ia peripatetica clariſsimi dixerunt intelligentiam mediam aliter cognoſcere Deum. aliter intelligentias ſuperiores, Deum quidem cognoſcit per eſſentiam propriam intelligentiæ intelligentis quatenus illa eſſentia eſt imago Dei, vt Thomas & Henricus autumant. Intelligentias ſuperiores vero per eſſentias illarum. ꝓbant quia intelligentiæ ſuperiores comparantur inferioribus, vt formę intentionales, & non vt cauſæ effectrices, &, propterea non poſſunt cognoſci niſi per eſſentias illarum, at Deus comparatur intelligentijs omnibus, vt cauſa effectrix, & non formalis, quia ex quo eſt infinitum ens, nullius pōt eſſe forma. Quare intelligentiæ intelligunt ipſum Deum per eſſentias earum quatenus eſſentiæ earum ſunt effectuales ipſius Dei imagines. Mediæ autem ſuperiores non quidem per eſſentias mediarum, quia non ſunt effectuales imagines illarum: ſed per eſſentias ſuperiorum, quia ille ſuperiores ſunt formæ intentionales inferiorum.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio falſa eſt & ph̃iæ non conſona. Primo, quia Deus non aliter eſt beatitudo ipſis intelligentijs quàm ſibi ſm̄ peripateticos: ſed eſt ſibi beatitudo quatenus ſibi eſt intellectio, igitur omnibus alijs erit beatitudo quatenus illis eſt intellectio, & ſic non tantum cæteræ intelligentiæ Deum intelligunt per earum eſſentias, ſed etiam per Dei eſſentiam. Præterea non minus fœlices ſunt ſemper intelligentiæ quam ſimus nos in ſtatu adeptionis; quia vt dicitur in litera nos paruo tempore tales ſumus, quales ille ſemper. Sed ſm̄ peripateticos nos in ſtatu adeptionis ſumus beati intellectione Dei intuitiua, quæque eſt

*Cōm. 37.*

per Dei eſſentiam, vt Auerroes in hoc lib. xij. declarauit igitur tali intellectione ille ſunt ſemper beate, & ita intelligunt Deum ſemper per eſſentiam rei intellectę Tertio intelligentia inferior dependet à ſuperiore in genere formæ & finis ſm̄ omnes peripateticos, igitur & in genere efficientis: tenet argumentum, quia forma finis &

*Cōm. 36.*

efficiens, eſt idem in ſeparatis à materia, vt dicitur. Quare inferior intelligit ſuperiores non tātum intellectione intuitiua, quin etiam per eſſentiam propriam intelligētię intelligentis, quatenus eſt effectualis imago omnium ſuperiorum. Hæc igitur poſitio non eſt peripatetica.

*Poſitio logicorum & P. Veneti.*

Logici vero & nonnulli medici dixerunt intelligētias inferiores cognoſcere ſeſemetipſas & Deum & omnes ſuperiores ſimplici, & cōpoſita, & ſyllogiſtica ſiue diſcurſoria notitia, & ſimplici. vtroque modo intuitiua & abſtractiua. inferiores autem ſimplici & compoſita, & diſcurſoria cognitione, & ſimplici, adhuc intuitiue, & abſtractiue, probant totum hoc generatim, quia quicquid competit homini cōſtituto in ſtatu perfectiſſimo, debet intelligentijs competere, & adhuc perfectiori modo. ſed homini beato his omnibus modis competit Deum & ſuperas cognoſcere intelligentias, igitur ipſimet intelligētiis. Minor patet, homo enim fœlix cognoſcit Deum & intelligentias cognitione ſimplici cognitione compoſita & quidditatiua & qualitatiua diſcurſoria, quia illorum effectus equorum proprietate ſyllogizat multa de illis intuitiue. quia per eſſentias illorum, aliter non eſſet fœlix abſtractiue, quia cognoſcit imagines repreſentatiuas illorum. igitur omnibus modis. Speciatim idem declaratur, quia quælibet intelligētia cognoſcit ſe, eiuſque eſſentiam: quæque eſt imago non quidem repreſentatoria omnium ſuperiorum cauſarum, ſed diſcurſoria, è cuius proprietatibus cognitis poteſt multa ſyllogiſtice cognoſcere de omnibus ſuperioribus. præterea quælibet intelligentia cognoſcendo eius eſſentiam, cognoſcit omnia quidditatiua & qualitatiua eſſentię, igitur cognoſcit compoſitæ quædam de ſe, & diuiſe alia. Amplius cognoſcere poteſt ſimilia de ſuperioribus. compoſite vel diuiſe, Rurſus cognoſcit ſe & eius eſſentiam intelligit omnes ſuperiores, & Deum per ſpecies inditas, igitur poteſt illas cognoſcere intuitiue, quando illas cognoſcit in proprijs exiſtentijs, & abſtractiue, quando cognoſcit repreſentatiua illarum, quare omnibus modis. & forte adhuc ſenſum Plato & Porphyrius voluerunt angelos eſſe rationales, dicit enim Porphyrius mortale ſeparare nos ab illis, & nō rationale, quia ſumus rationales nos & dij. Hæc illi.

*Confutatio.*

Sed iſti errant mirabiliter, quia quod peripateticos aliter nos intelligimus Deum & cætera ſeparata, & aliter illa ſeſe intelligunt, nos enim illa intelligimus per attributa, modo attributa ſumuntur ab entibus cauſatis:

*Cōm. 39.*

quæ ſunt in materia, vt dixit Auerroes, & ſic Deus aliquo pacto videtur eſſe in materia, pro quanto attributa ſibi accipiuntur ex his quæ ſunt in materia, Deus autem & ille ſubſtantiæ non ſeſe intelligunt per attributa collecta à rebus cauſatis, & propterea non intelligunt formādo propoſitiones de ſe, nec ſyllogiſmos. Quare Deus & cæteræ ſubſtantiæ ſeparate non poſſunt ſeſe intelligere niſi ſimplici cognitione, & hæc eſt ſententia Ariſto. 9. huius: & in lib. 3. de aīa, & vbique. Præterea apud peripateticos in ſeparatis non eſt accidens nec motus, igitur nec compoſitio, nec diſcurſus, ſed ſolum ſimplex cognitio. Tertio homo fœlix intelligit Deum & ſubſtantias illiuſmodi ſimplici cognitione. Sed ſubſtantiæ ille cognoſcunt ſemper Deum & ſeſe ſemper quemadmodum nos dum ſumus fœlices: igitur ille non poſſunt intelligere Deum & ſeſe niſi cognitione ſimplici. Quarto ſi ille poſſunt compoſite & diuiſe intelligere & diſcurrere poſſunt errare. Hæc enim omnia fiunt ad errorem euitandum. Vbi nāque error non eſt poſsibilis, non erit poſsibile intelligere his modis. Sed ille non poſſunt errare, in ſeparatis enim ſubſtantijs: nec eſt error nec falſum, nec peccatum, igitur non poſſunt cognoſcere niſi cognitione ſimplici. Hęc de poſitionibus.

CAPVT

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Quid ſacri diſſentiunt à philoſophi.* Circa diſputationem præſentem debes ſcire, ꝙ phi debent diſcordare à catholicis tenendo eorum principia, ideo primo videamus principia phorum. Secundo ex illis opinionem eorum dilucidabimus. Poſtea videbimus principia catholicorum, & ex illis dilucidabimus veritatem. *Primum, principium.* Quantum ad primum principia phorum ſunt multa. primum, omne poſsibile & melius in ſempiternis eſt neceſſarium, hoc habetur ſecundo cœli. *Secundum.* Secundum eſt, intelligentiæ inferiores poſſunt intelligere deum & oẽs ſuperios intuitiue, & hoc pacto intelligere illarum eſt melius, hoc eſſe poſsibile fatentur ſimul ſacri & phi. amplius illud eſſe melius autumãt omnes leges. Ex his habetur propoſitum, videlicet ꝙ intelligentiæ inferæ deum & ſuperas intelligunt intuitiue de facto & ſemper. *Tertium.* Tertium principium phorum eſt ꝙ nihil eſt in ſeparatis ſubſtantijs, quod non ſit ſubſtantia, hoc declararunt vbique, quia formæ ſimplices non poſſunt eſſe ſubiectæ. Ex hoc ſequitur ꝙ intelligentiæ inferæ non poſſunt deum: nec ſuperas ſubſtantias intelligere intuitiue per ſpeciem inditam, ꝗ poſuit quidam, quia illa eſt accidens. nec per hoc ꝙ eſſentia dei & ſuperiorum ſubſtantiarum cauſant aliquam notitiam præter ſubſtantiam intellectæ rei & intelligentis, propter eãdem cauſam, quia illa non eſſet niſi accidens, igitur illa cognitio intuitiua erit ſolum per eſſentiam rerum intellectarũ. *Quartum.* Quartum principiũ eſt quod eſſentia cuiuſlibet intelligentiæ inferæ eſt imago non quidem repræſentatoria dei & ſuperiorum, ſed effectuaria, patet hoc quia omnes ſuperiores ſunt cauſæ inferiorum in triplici genere cauſæ: vt dictum eſt. *Dilucidatio.* Tunc dicamus ꝙ triplex eſt notitia ſimplex quędam quę eſt ipſa res intellecta & hæc non poteſt eſſe niſi intuitiua, quia nõ poteſt eſſe niſi rei, vt præſens quędam quę eſt ipſius rei ſimilitudo. & hæc non poteſt eſſe niſi abſtractiua, quædam quę eſt ipſius rei effectus: ſiue ipſius rei cauſa, & hæc vocatur ſpecularis, non tamen intuitiua nec abſtractiua, dicitur autem quælibet harum ſimplex, quatenus quælibet harum eſt rei ſimplicis, & non compoſitæ. Tunc apud peripateticos dicendum ꝙ intelligentiæ mediæ naturaliter relictæ deum & ſuperas formas cognoſcunt bifariã, videlicet intuitiue: cognitione quę eſt ipſe res cognitę, ſpeculariter cognitione quę eſt ipſius dei & ſuperiorum formarum effectus, inferas autem cognoſcunt vno tantum modo, videlicet ſpeculariter. quatenus cognoſcũt illas cognitione, quæ eſt illarum cauſa. Hæc dilucidatio patet ex dictis. Q, quidem cognoſcant deum & ſuperas ſubſtãtias intuitiue, deductum eſt, quia hoc eſt illis poſsibile & melius per primum principium. Quod vero intuitiue, cognitione, quæ eſt ipſe res cognite, deductum eſt per tertium principium, quia in illis oẽ quod eſt, ſubſtantiæ eſt. Præterea quod infere ſubſtantiæ deũ & ſuperas cognoſcũt ſpeculariter cognitione quæ eſt ipſarum rerum cognitarum effectus, deductum eſt per alia principia, quia cognoſcunt ſuas eſſentias: quæ ſunt dei & ſuperiorum effectus ſpeculares. Quod denique ſuperiores inferas cognoſcunt ſpeculariter cognitione, quæ eſt illarum cauſa, deductum eſt, quia cognoſcunt ſuas eſſentias, quę ſunt inferarum cauſę. Hæc peripatetici. *Poſitio catholicorum.* Quantum ad ſecundum dicamus ꝙ catholici tenent oppoſita principia, primum enim eſt ꝙ nihil eſt ſimpliciter neceſſarium niſi deus ipſe. Secundum eſt ꝙ quicquid deus agit ad extra, libere & contingẽter agit. Tertium eſt ꝙ illud eſt naturale alicui, aut quod competit ei per naturam, aut quod datur ſibi ab agente mere naturaliter agente. *Dilucidatio catholica.* Ex his colligitur primo ꝙ mediæ intelligentiæ in ſuis propriis naturis collocatæ deũ & ſuperas ſubſtantias intelligunt ſpeculariter, cognitione videlicet quæ eſt illarum ſubſtantiarum effectus. inferas autem cognitione, videlicet quæ eſt quaſi illarum cauſæ declaratur, quia dum propriis naturis derelinquuntur, non habent ſpeciem aliquam à deo naturaliter influxam, nec ab aliquo infero, nec habent aliquid niſi eſſentias earum tantum, quæ ſunt ſuperiorum omnium effectus, & inferiorum cauſę, igitur n poſſunt nõ intelligere ſuperas & inferas, niſi cognitione, quæ eſt ad ſuperiora effectus, ad inferiora autem cauſæ. Secundo colligitur ꝙ intelligentiæ omnes ſunt ſupernaturaliter beatæ. quia non poſſunt eſſe beatæ niſi quia deus cauſat in illis actum intelligendi beatificum, ſiue immediate, ſiue mediante ſpecie modo patet ꝙ deus non cauſat talem actum naturaliter per dicta principia, nec talis actus eſt quid eſſentiale illis, igitur intelligentiæ non ſunt niſi ſupernaturaliter beatæ. Et hæc fuit poſitio doctoris noſtri Thomæ, & doctoris ſolemnis Henrici, quam enixus eſt calumniari quidam. Hæc catholici. Hactenus de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

His elucidatis, ad primam negatur maior ſecundũ peripateticos, deus enim apud eos non eſt infinitus. Sed virtute & vigore limitatus. Secundum vero catholicos negatur minor, quia deus & ſi ſit infinitus, poteſt cognoſci aliqua rõne ab intelligentiis, nõ aũt cõprehendi vt dictum eſt, & propterea cognitio quam habet intelligentia de deo diſtat in infinitum à cognitione, quam habet deus de ſeipſo. Ad ſecundam peripatetici concedunt argumentum, & ꝙ beatitudo eſt naturaliter acquiſibilis, vt dictum eſt. Secundum vero catholicos, falſum eſt antecedens, non enim deus cognoſcitur intuitiue ſed per eſſentiam intelligentiæ cognoſcentis. Ad tertiam concedunt totum catholici, at peripatetici negant argumentum, quia intelligentiæ nõ vno modo me cognoſcunt, ſed intuitiue. & per eſſentiam cognoſcentium. Ad quartam patuit ſolutio, non enim modus cognoſcendi noſter eſt vniuocus modo cognoſcendi illarum, ille enim nec ſe, nec inferas intelligentias, nec dum compoſitæ, aut diuiſæ, aut diſcurſiue cognoſcunt, hoc enim eſt propter imperfectionem virtutis cognoſcentis, nos autem cognoſcimus his modis, & in ſtatu etiam intuitiue, & propterea modus cognoſcendi illarum eſt perfectior modo noſtro. Ad quintam concedo apud phos ꝙ intelligentię attingunt deum & ſeẽm omnem rationem attingentiæ, tamen talis attingentia nõ eſt niſi intuitiua, & non per compoſitionem prædicatorum, vel ſyllogiſmum. Vnde debes ſcire ꝙ prædicata quidditatiua & qualitatiua ſunt illis attributa ex parte noſtra, cum nos illas ſubſtantias cognoſcimus per effectus repertos in nobis. at ex parte earũ nulla in illis ſunt prædicata huiuſmodi at cum illæ ſeſe intelligant ſimpliciter, & nõ ex parte noſtra, idcirco illa cognitio eſt ſimplex & non per compoſitionem, vel diffinitionem, vel ſyllogiſmum. Ex hac declaratione ſequitur eſſe aliquam cognitionem perfectiſsimam de aliqua re, quæ nec eſt quidditatiua, nec qualitatiua, ſed ſimplex & intuitiua, patet de cognitione, qua ipſę cœlicæ animæ ſeſe cognoſcunt, & qua deum etiam intelligunt. Si quis autem vult defendere poſitionẽ noſtri doctoris Thomæ quæ catholicæ ſentiendo eſt veritas ad rationes factas



in contrarium facile reſpondetur. Ad primam negatur conſequentia, & conceditur antecedens, non. n. ſufficit ad diſcurſum illud quod aſſumit, oportet enim addere ꝙ diuerſis actibus eſſentia illa ſit cognoſcibilis & deus, modo vnico actu tam eſſentia intelligentiæ, quam eſſentiam dei intelligitur, & propterea non diſcurrit. Præterea diſcurſus debet eſſe ab aliquo prius noto, vel apto prius noſci, quod non eſt in propoſitio, & hoc nondum vidit arguens. Ad ſecundam reſponderet expoſitor noſter ꝙ obiectum illud continet eſſentiam dei virtualiter inſtrumentaliter. vnde effectus continet cauſam, & cauſa effectum, cauſa quidem effectum virtualiter principaliter effectus cauſam virtualiter inſtrumẽtaliter, & hoc ſufficit. Ad rationes probante ſpeciem reſpondendo. Ad primam dico ꝙ beatitudo intelligentiæ excellit illam hominis, quatenus eſſentia intelligentiæ per quam cognoſcit deum excellit effectus naturales, per quos cognoſcit homo & hoc pacto beatitudo naturalis intelligentiæ eſt maior beatitudine naturali hominis. Ad ſecundam dico ꝙ videns eſſentiam dei nõ videt niſi ſupernaturaliter ſecũdum catholicos, & hoc pacto ſupernaturaliter creabitur illa ſpecies, & non naturaliter, vt fingit arguens. Ad rationes pro poſitione ſorticolarum patuit ſolutio, intelligẽtię enim perfectius cognoſcunt ea quæ cognoſcunt, non quia pluribus modis cognoſcant, non enim componendo vel ſyllogizando intelligunt, quoniam non ſumunt cognitionem ab effectibus & ab attributis ipſis effectibus, ſed cognoſcunt ſeſe per eſſentias earum. Ad ſecundam dico ꝙ circunſcripta compoſitione ad nos illis nullæ inſunt proprietates, nulla attributa, nulla prædicata. Sed quoniam cognoſcunt ſeſe circunſcripta compoſitione ad nos, hac ratione intelligendo nec componunt nec diuidunt nec ſyllogizant, nec diſcurrunt at quia nos illas non intelligimus niſi ab his, quæ reperiuntur in effectibus, hac ratione illas ſubſtantias non cognoſcimus niſi componendo prædicata, vel diuidẽdo, vel ſyllogizando. Et de decima diſputatione hactenus.

*Quoniam & delectatio actus huius, & propter hoc.* Tex. cõm. 39.

*Vel mouet autem ſicut appetibile &c.* Tex. cõm. 36.

# DISPVTATIO VNDECIMA

De ea, qua mouent, orbes intelligentiæ ratione.

*Num intelligentiæ in mouendo moueant vt aſsimilentur primo mouenti.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod intelligentiæ non moueant, vt aſsimilẽtur primo motori, arguitur primo quia mouent propter nos, vt dicitur ſecundo cœli, Sed mouere propter nos non eſt mouere vt primo motori aſsimilentur, igitur quæſtio falſa. Secũdo ſi mouerent, vt aſsimilentur deo, tunc aliquando talem ſimilitudinem nãciſcentur, aliter fruſtra eſſet talis actio, & ſic aliquando ceſſaret motus cœli contra phos. Tertio illæ mouẽt ꝓpter naturas earum, quia videlicet ſunt naturæ motiuæ, vt dicit Auicẽna, igitur de neceſsitate naturæ, & conſequenter propter nullum finem. Quarto ſimilitudo eſt vnitas qualitatum, ſicut æqualitas vnitas quantitatum, & identitas vnitas ſubſtantiarum, ea enim ſunt ſimilia, vt dicitur. Quinto huius, quorum quãtitas vna eſt, è qualia vero quorum quantitas vna, eadem, quorũ ſubſtantia vna. Sed dei & intelligentiarum non poteſt eſſe vna qualitas, eo quia nullũ accidens cõpetit illis nec põt illis competere vna quantitas, nec vna ſubſtantia, igitur intelligentiæ per nihil poſſunt deo aſsimilari, nec equales effici, nec eædem videri. Quinto ſi intelligentiæ mouent vt primo aſsimilentur motori. Tunc primus motor eſſet finis omnium motuum & actionum, quibus mouent & agunt intelligentiæ. Sed hoc eſt falſum, quia finis eſt qui per actionem & motum acquiritur, at deus non acquiritur nec aliquid dei, igitur nõ eſt finis motuũ. Sexto primus motor non mouet effectiuæ agendo motum alicuius orbis vel totius cœli, quia (vt dicitur in textu) mouet vt intelligibile, & appetibile, igitur tales ſubſtantiæ ſi mouerent vt aſsimilarentur primo motori, deberent mouere vt fines, & non effectiue. Septimo ſi mouẽt, vt deo aſsimilarentur, tunc nunquã quieſcerent, hoc eſt falſum, quia finis omnis motus, eſt quies, & laborum ocium, quare eſſent ſemper in miſeria. Octauo ſi mouerentur vt primo aſsimilarentur motori, tunc æmulatoriæ mouerent, quod eſt nefas tantis ſubſtantiis. & deducitur conſequentia, quia emulatio, vt dicitur in lib. Ethico. in hoc differt ab inuidia, quia inuidus vult agere, vt deſtruat compar emulator vt ei efficiatur aut par, aut maior, aut ſimilis, quare inuidæ vel emulatoriæ mouerent. In contrarium videtur Ariſto. qui dicit primam ſubſtantiam mouere vt appetibile & intelligibile, & cæteras ſubſtantias vt appetentes & intelligentes, modo nihil videtur appetere & intelligere niſi ſimilitudinem dei quantum poſſunt, vt Auerroes indicat. *Cõm. 36* Quare videtur mouere, vt diuinam nãciſcantur ſimilitudinem. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

Qvid per primum motorem in diſputatione intelligamus, non ſemel patuit, at replicamus volentes per primum motorem illud quod ſacri, & omnes gentes deum dicunt, qui primus motor dicitur, vt nunc ſupponimus, quia eſt primum efficiẽs, eſt enim deus id è quo cœlum & tota natura depẽdet, vt dicit Plato. Amplius quia mouet vniuerſum, primo & principaliſsimo motu, videlicet diurno, hic enim eſt primus & principalis motus apud peripateticos, eo quia per hunc habetur continuitas & ꝑpetuitas, cæteri motus ſunt cãæ mutationũ & generationis corruptionisue. Similia vero ea ſunt, vt dictum eſt proximo capite, quorum qualitas eſt vna, verum vt quantitas dicitur bifariam, altera quidem molis, altera virtutis, ſic qualitas dicitur bifariam, altera quæ eſt accidens ſecundum quod quales ſumus, altera quæ eſt perfectio, ſecundum quàm quales dicimur, dicimur enim quales bonitate, & malitia, quorũ nullum eſt accidens, ſumus autem quales albo & nigro, quæ ambo ſunt accidentia. Hæc pauca de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Auer.* Averroes in peripatetica familia clarus voluit intelligentias cœlicas mouere ſua corpora, vt ſint & cõſeruentur in optima diſpoſitione. Propterea lib. 2. de cœlo dicit illas primaria intentione mouere propter ſe, ſecundaria autem propter nos. Vnde pro ſuæ opinionis declaratione Auerroes voluit duas propoſitiones, prima erat ꝙ intelligentiæ ſunt in optima diſpoſitione per hoc quod mouent. Secunda erat ꝙ talis optima diſpoſitio, quàm habent per hoc quod mouent, non eſt de nouo acquiſibilis, ſed bene per motum ipſum conſeruabilis,

ſeruabilis, igitur mouent vt in optima diſpoſitione cōſeruentur. Quare principaliter mouent propter ſe, hoc eſt vt conſeruentur. Secundario propter nos, hoc eſt propter conſeruationem noſtram. Hęc Auer. in quampluribus locis.

*Obiectiones, Egid.* Obiicit autem huic poſitioni nouus expoſitor in lib. de generatione. primo quia quod corporibus competit, eſt infimus gradus. at mouere competit corporibus, igitur ſi intelligentiæ eſſent in optima diſpoſitione per hoc quod mouent, tunc eſſent in optima diſpoſitione per gradum infimum. Secūdo optima diſpoſitio intellectus eſt beatitudo. Sed nihil pōt beari per operationem exteriorem, igitur nulla intelligentia eſt in optima diſpoſitione per hoc ꝙ mouet. vnde ſub alijs verbis eſſe in optima diſpoſitionę eſt eſſe in ſtatu ac beatitudine. Sed intelligentiæ per hoc ꝙ mouent, non ſunt in beatitudine, igitur per hoc ꝙ mouent, non ſunt in optima diſpoſitione. Minor patet. 10. Ethico. quia fœlicitas non eſt in mouendo, ſed in cognoſcendo. Tertio motus non eſt finis intelligentiæ, quia vt dicitur primo politicæ finis eſt in īfinitum appetibilis quo modo non eſt motus ipſe appetibilis, igitur non ſunt in optima diſpoſitione propter hoc ꝙ mouēt. Hęc nouus expoſitor. Amplius arguere nos ſumus ſoliti, qa quod non eſt corruptibile, non eſt conſeruabile. Sed intelligentię non ſunt corruptibiles, igitur non ſunt per motum in optima diſpoſitione conſeruabiles. ſed euadere poteſt Auerroes ab his argutijs.

*Solutio obiectionum.* Ad primam debes ſcire ꝙ intelligētia, & eſt anima & eſt intellectus, quatenus quidem eſt intellectus, eius optima diſpoſitio eſt intelligere primam ſubſtantiam, quæ eſt Deus, intellectione videlicet intuitiua, quæ eſt Deus ipſe, vt dictum eſt. quatenus quidem eſt anima eius perfectio eſt mouere ſuum corpus perfectiori & nobiliori motu, quo pfectiſsima & nobiliſsima mouentur animalia, qualis eſt motus circularis perpetuus. Ad formam dico ꝙ intelligentiæ ſunt in optima diſpoſitione quatenus animæ ſunt per hoc ꝙ mouent, non quidem per hoc ꝙ mouēt ſimpliciter quauis ſpecie motus, ſed per hoc ꝙ mouent perfectiori & nobiliori motu, quo mouētur perfectiſſima animalia, quæ ſunt cœli, qui quidem motus eſt circularis, vt dictum eſt. Quatenus autem intellectus, ipſe ſunt in optima diſpoſitione per hoc ꝙ amant & intelligunt Deum, intellectione videlicet & amore, qui eſt Deus ipſe. Ad ſecundam per idem patet ſolutio. intelligentiæ mouent vt ſint in optima diſpoſitione non quidem vt intellectus, ſed vt aīæ, nam aīa eſt in optima diſpoſitione dum viuit vita nobiliori, qualis eſt motus circularis, quo viuunt diuina corpora. Ad tertiam dico ꝙ motus eſt finis quo finis gratia cuius eſt conſeruari in optima diſpoſitione. Intelligentiæ igitur non mouēt, vt moueant tanquam ob finem gratia cuius agant, ſed mouent, vt cōſeruentur in optima diſpoſitione animaſtica. Ad quartam ſolemus dicere ꝙ duplex eſt conſeruatio, quædam præſeruatoria à corruptione, eo modo quo conſeruamus vinum, ne aceſcat, & carnem ſale ne putreſcat. & hac conſeruatione non conſeruantur ſubſtantiæ illæ per motum, nihil enim conſeruatur hac cōſeruationis ſpecie, niſi corruptibile. Alia conſeruatio eſt coexiſtitoria, eo modo quo materia conſeruatur ſucceſſu formarum, non enim materia hac ſucceſſione cōſeruatur, quia ipſa ſit corruptibilis ſed quia nullis in ea poſitis formis, ipſa eſſet nihil. quare, vt ſit ſemper ens conſeruatur ſucceſſu formarum, eſt enim hæc conſeruatio coexiſtitiua: & non præſeruatiua, & hoc pacto intelligentiæ illę conſeruantur per hoc ꝙ mouēt, niſi enim mouerent, non eſſent apud peripateticos, vt igitur ſint, mouent & ſic poteſt Auerroes euadere.

*Obiectio noſtra.* Sed licet euadere poſsit Auerroes ab his, non tamen eius poſitio videtur mihi vera, quia ex eius poſitione non apparet quor per hoc ꝙ mout, ſinēt in optima diſpoſitione, cum enim dicitur illas eſſe in optima diſpoſitione, quia mouent perfectiſsimo motu, adhuc quærendum eſt, quor motus hic ſit perfectiſsimus. Secundo hæc cauſa videtur friuola, quia aut mouent, vt ſint in optima diſpoſitione ſimpliciter, aut in optima diſpoſitione quæ eſt illis poſsibilis non vt ſint in optima diſpoſitione ſimpliciter, quia in illa ſolus Deus exiſtit, in qua nihil citra Deum eſſe poteſt, igitur ī optima diſpoſitione, quæ eſt illis poſsibilis, & ſic hæc cauſa nō eſſet propria, ſed communis, omne enim agens, & omne patiens agit aut patitur, vt ſit in optima diſpoſitione, quę ſibi eſt poſſibilis.

*Alia poſitio peripateticorum.* Propter hæc alij peripatetici vt Them. & Alexander dixerunt tales ſubſtantias mouere, vt conſeruentur in ſimilitudine diuina, Deus enim mouet vniuerſum motu diurno, tales igitur dum mouent ſua corpora, & ſi non moueant diurno motu, ſaltem mouent motu circulari, quo generatim omnes illæ ſubſtantiæ mouent, igitur mouent vt aſsimilentur primo motori, in cuius ſimilitudine conſtitutæ ipſæ conſeruantur in eſſe, & in optima diſpoſitione. Ex hoc ſequitur ꝙ mouent, vt ſint in optima diſpoſitione, & vt aſsimilentur Deo, quia optima diſpoſitio, & ſic Deo aſsimilari idem, aut quia ſunt in optima diſpoſitione quia mouendo ſunt Deo mouēti ſimiles.

*Obiectiones Egid.* Obijcit autem nouus expoſitor huic poſitioni in eodem libro de generatione. primo quia ſiue moueant, ſiue nō, ſemper ſunt Deo ſimillimæ, quia ſemper intelligunt & amāt per earum eſſentias, eo modo quo Deus intelligit & amat ſe, igitur fruſtra datur hæc aſsimilatio. Secundo hęc aſsimilatio eſt modica & communis omnibus omnia Deo aſsimilantur per hoc ꝙ operantur, ignis enim per hoc ꝙ calefacit, Deo eſt ſimilis, quare hæc cauſa eſt modica, & communis.

*Obiectio authoris.* Obijcere etiam ſolemus nos, quia impoſsibile non eſt appetibile. Sed intelligentias aſsimilari Deo eſt impoſsibile, quoniam diſtant ab illo per infinitum, igitur non eſt appetibile.

*Plato poſitio.* Plato autem in tymeo aliter intelligentias, quos. Deos ſecundos appellat, mouere dicit, ait enim Deum in ſeptem diebus compleuiſſe opus ſuum, quod Moſes noſter diligenter declarauit, è quo ferunt Platonem accepiſſe poſt modū iuſsiſſe Dijs ſecundis creare alia mortalia, & quoniam mortalia creari non poſſunt, niſi per motus cœlicos, vt pariter Plato & Ariſt. credunt, iuſsit Dijs ſecundis mouere ſua corpora cœlica. Quare vult intelligentia mouere nullam aliam ob cauſam, niſi vt Deo obediant non enim vt conſeruentur, quia ſola Dei voluntate conſeruantur, quæ (vt dicit) maior eſt nexu illarum ad non eſſe nec vt aſsimilentur, quia ſiue moueant, ſiue non, ſimilitudinem nactæ fuerunt per hoc ꝙ creatæ ſunt à Deo in eſſe intellectuali quare mouent finaliter, vt Deo Deorum obediant.

*Poſitio Maurorum.* Mauri quos narrat Auer. parum à Platone differentes dixerunt intelligentias mouere ſua corpora. vt Deo placeant Differunt autem placere & obedire. nam obedimus coacte. placemus libere. Præterea obedimus mandatis. placemus amicis. Dij igitur ſecundi mouent, vt libere Deo placeant: tāquam amica, qui gratanter hoc recipit. videtur autem hæc poſitio ſonorior illa Platonis, quia ſi dedit nobis inferis liberam actionem, conſonum eſt vt illis magis dederit: vt igitur nos non iuſſu agimus, ſed libere vt Deo placeamus: ſic ille non iuſſu, ſed libere Deo placent, quare mouent, vt Deo placeant, placent autem Deo, quia Deus amat bonum vniuerſi, quod non conſeruatur, niſi motu, quare mouēdo Deo placent.



*Obiectiones Auic.* Obiicit autem poſitionibus his Auicen. primo quia in his, quæ ſunt à natura, nec placemus, nec obedimus. Sed animæ cœlorum mouent eorum corpora mere naturaliter: igitur nec vt placeant, nec vt obediant. minor probatur, quoniam non eſt in poteſtate animę dum eſt in corpore viuificare illud, vt patet ſecundo de anima, mere enim naturaliter anima hominis dum in ipſo eſt corpore, corpus viuificat. Sed intelligentia eſt in cœlo, vt anima, igitur mere naturaliter illud viuificat. Sed nō veuificat illud gradu vitæ, qui eſt ſenſus, quia cœlum non ſentit, nec gradum vitæ, qui eſt nutritio, quia cœlum non nutritur, & ſic de alijs, igitur gradu vitæ, qui eſt motus, igitur mere naturaliter mouet. Secundo non eſt in poteſtate animæ perficere corpus. Sed animæ cœlorum non perficiunt corpora per hoc ꝙ illis inſunt, vt formæ dantes eſſe: ſed per hoc quia ſunt formæ mouentes. igitur nō eſt in illarū poteſtate cœlos mouere, quia ſic in earum poteſtate eſſet cœlos perficere.

*Poſitio Auic.* Propter hæc Auic. clariſsimus philoſophus credidit intelligentias mouere cœlos neceſſario neceſsitate naturæ, videlicet quia ſunt illorum naturales animæ quæ neceſsitate naturę corpora perficiunt.

*Confutatio.* Sed pace tanti phi hæc poſitio ſic nude intellecta videntur erronea, primo quia tunc intellectuale ſubſtantiæ agerent abſque fine præconcepto. In hoc enim differunt intellectus & natura, quia natura agit vt directa apte concipiente at intellectus ipſe eſt, qui non agit niſi præconcipiat. hoc intelligitur in. 2. phyſicæ auſculta. Secundo Ariſt. in. 2. phyſico. probat naturā agere propter finem, igitur à fortiori entia nobiliora naturæ. Tertio non minus perfecte animæ cœlicæ mouent cœlos: quàm animæ naturæ noſtra corpora. Sed animæ noſtrę mouent præconcipiendo finem, igitur & illæ. Amplius noſtræ animæ mouent voluntate & cognitione, igitur & illæ. præterea noſtræ animæ mouent libere, igitur & illæ. Hęc igitur poſitio non eſt vera. Hæc de poſitionibus.

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Catholici & philoſophi differunt*

CIRCA dilucidationem, quia catholici diſcordant a phis: primo opinionem philoſophorum dilucidabimus. Secundo veritatem catholicam approbabimus.

*Poſitio ſuppoſitio.* Quantum ad primum accipiamus primo non eſſe aliqua ſimilia, niſi ea quorum qualitas vera, vel metaphorica ſit eadem. eſt autem vera qualitas accidens, ſecundum quod quales ſumus, vt album, nigrum, ſedere, & id genus qualitas. metaphorica eſt perfectio quędam, ſm quales dicimur, vt rationale, ſenſibile, animal, & id genus.

*Quotuplex qualitas.* *2. concluſio.* *Similia trifariam.* Secundo accipiamus aliqua dici ſimilia trifariam, quędam ſm formam genericam, vt omnia qualia, quędam ſecundum formam ſpecificam, vt omnia calida. quædam ſecundum gradum formæ ſpecificæ, vt omnia calida, vt quatuor, quæ quidem ſunt ſimilia ſecundum gradum formæ ſpecificæ, ſunt ſimilia ſecundum formam ſpecificam, & ſecundum genericam, & non econtra. quæ vero ſunt ſimilia ſecundum formam ſpecificam, ſunt ſimilia ſecundum formam genericam, & non econtra.

*3. concluſio.* *Duplex ſimilitudo.* Tertio accipiamus quòd intelligentias & res quaſuis poſſumus intelligere aſsimilari Deo quouis modo ſimilitudinis bifariam, aut ſimilitudine æqualitatis, & hoc pacto æmulator nititur aſsimilari compari. Aut ſimilitudine pportionis, eo modo quo paterfamilias enititur aſsimilari regi per hoc ꝙ eius domum gubernat.

*4. concluſio.* *Optima diſpoſitio duplex.* Quarto accipiamus ꝙ duplex eſt optima diſpoſitio intelligentiarum, quædam optima ſimpliciter, videlicet illa, quæ eis competit, vt ſunt intellectus, qualis eſt intelligere Deum intellectione, quæ eſt Deus. quædam ſecundum quid, quæ competit illis, vt animæ ſunt, qualis eſt mouere optimo & perfectiſsimo motu.

*5. concluſio.* Quinto accipiamus intelligentias nec poſſe eſſe in optima diſpoſitione quouis modo, nec Deo ſimiles niſi moueant optimo & perfectiſsimo motu. probatur, quia non poſſunt eſſe tales, & tales niſi ſint, & nō poſſunt eſſe ſm phos, niſi moueant, igitur ſuppoſitio vera.

*6. concluſio.* *Duplex finis.* Sexto accipiamus duplicem eſſe finem actionis intentum & alterum euentum, verbi cauſa miles militat propter vectoriam tanquam propter finem intentum, propter finem vero euētum militat propter honorem, propter vtile, propter ſimilitudinem, qua regibus aſsimiletur.

*Dilucidatio peripateticorum.* *1. concluſio* His ſuppoſitis ſm peripateticos, dicendum primo intelligentias mouere vt ſint in optima diſpoſitione & ſimpliciter, & ſm quid, tanquam propter finem intentum. probatur, quia non poſſunt eſſe in prima diſpoſitione ſimpliciter quæ competit eis vt intellectus ſunt, nec in optima diſpoſitione ſm quid, quæ competit eis, vt animæ ſunt, niſi ſint, & non poſſunt eſſe, niſi moueant per quintam ſuppoſitionem, igitur mouent, vt ſint in optima diſpoſitione vtraque tanquam propter finem intentum.

*2. concluſio.* Dicendum ſecundo intelligentias mouere, vt aſsimilentur primo motori tanquam propter finem euentum probatur quia principaliter tanquam propter finem intentum mouent, vt ſint in optima diſpoſitione. Sed quo ſunt in optima diſpoſitione ſimpliciter ſunt Deo ſimpliciter ſimiles, quo autem ſunt ī optima diſpoſitione ſm quid, ſunt Deo ſimiles ſm quid igitur mouent, vt Deo aſsimilentur, tanquam propter finem euentum.

*3. concluſio.* Tertio dicendum illas mouere, vt aſsimilentur Deo non ſimilitudine æqualitatis, ſed ſimilitudines proportionis, non quidem in qualitate vera, ſed metaphorica. Hoc ex ſuppoſitionibus eſt perſpicuum: nec aliter declaro.

*4. concluſio.* Quarto dicendum illas mouere vt aſsimilentur Deo ſimilitudine proportionis ſecundum formam genericam, & ſpecificam, non autem ſecundum gradum formæ ſpecificæ, probatur quia impoſsibile non eſt appetibile at eſſe Deo ſimiles ſecundum proportionem gradualiter eſt impoſsibile, generice autem & ſpecificæ eſt poſsibile, quia ſecundum genus ſunt ſimiles, quia omnia ſunt entia ſubſtantiæ, & res ſecundum ſpeciem etiam, quia omnes ſunt intellectus, at ſecundum gradus fieri non poteſt. Quo igitur modo intelligentiæ mouent, vt Deo aſsimilentur, quæúe ſit iſthæc ſimilitudo, amplius quo modo mouēt vt ſint in optima diſpoſitione, & quæ ſit hæc optima diſpoſitio, ex hiſce patet ſecundum philoſophos.

*Quæ catholici* *1. ſuppoſitio.* *multiplices angeli.* Nunc quæ catholicæ ſint dicenda tranſigamus, & primo quòd intelligentiæ, quos græci angelos appellant ex operæ creationis diuinæ fuerunt in multiplici differentia, quædam ex operæ creationis diuinę fuerunt motui cœlorum. Alij miſsiuij, alij ad alia opera inſtituti, vt docent ſacri. Hæc diſtinctio eſt catholica, & nunc tanquam credita ſupponatur.

*2. ſuppoſitio.* *Duplex neceſſarium.* Secundo dicamus quòd neceſſarium duplex eſt, alterum ſimpliciter, vt Deum eſſe. Alterum ſecundum quid, vt comedere, eſt enim comedere nobis neceſſarium ſi viuere volumus, non autem ſimpliciter.

*Dilucidatio catholica. prima* *1. concluſio.* Tunc dicendū ꝙ intelligentiæ cœlicæ

mouēt nec propterea quia ſint in optima diſpoſitione, nec quia ſint Deo ſimiles, probatur, quia ſine motu poſſunt eſſe Deo ſimiles, & in optima diſpoſitione. *2. concluſio.* Secundo dicendum illas mouere, quia ex opere creationis diuinæ productæ fuerunt motiue neceſſario, non quidem ſimpliciter, vt credidit Auicen. ſed ſecundum quid, hoc eſt quouſque perficiatur generatio, has autem mitti, quia fuerunt productæ miſsiue, atque alias alia facere, quia ad illa fuerunt productæ. *3. concluſio.* Tertio dicendum illas mouere vt reſtaurentur naturæ angelicæ deperditæ, non enim poterant recuperari niſi per generationem hominum, modo homines non poſſunt generari niſi per motum cœli, igitur mouent vt angelicæ naturæ recuperentur. Hunc autem finem philoſophi ignorarunt, qui ſolum philoſophati ſunt ex ſenſibus, at ſacri qui per reuelationem veritatem tradiderunt, potuerunt hanc veritatem dicere. *Exceptum.* Ex his ſequitur ꝙ motus ille non fuit neceſſarius ex operæ creationis tantū, vt nonnulli catholici crediderunt, nec neceſſarius neceſsitate naturæ createꝫ, vt Auic. voluit, ſe neceſſarius ſecundum quid neceſsitate finis, qui eſt deperditarum naturarum inſtauratio. & hac ratione non ſemper mouent, ſed eouſque quouſque dictum finem nanciſcantur. *4. dilucidatio.* Nonnulli catholicorum græcorum, vt idicat Euſebius, aliter & forte melius dicunt, aſſerunt enim angelos cælicos ex opere creationis effectos eſſe, vt virtutes inſtrumentarias diuinę virtutis, quibus & cœlici motus agerentur, cœlicos vero motus, vt generationes & corruptiones præcipue hominum emergerent generationes & corruptiones hominum vt deperditæ naturæ repararentur. Quare ſi quæritur propter quid mouent cœlicæ intelligētiæ, immediate dici poteſt, quia ex operæ creationis ſunt factæ vt mouent, dici poteſt vt generationes & corruptiones emergerent, & ſi quæritur propter quid ſunt generationes & corruptiones, dici poteſt tandem vt natura deperdita reparetur, igitur tales ſubſtantiæ mouent tandem, vt tales ſubſtantiæ reparentur. Quibus è rebus patet cœlicas intelligentias nō mouere vt aſsimilentur Deo, nec, vt ſint in optima diſpoſitione. quia ſiue mouent, ſiue non mouent, ſunt in optima diſpoſitione, & ſimiles Deo pro ſuis naturis, & rationibus, quemadmodum nec homines fuerunt vt deperditum recuperaretur prīcipaliter, homines enim tanquam ob finem intentum facti ſunt, vt Deum intelligant, & ipſo intellecto fruerentur. tanquam tamen finem euentum facti ſunt, vt deperditum inſtauretur. Hæc catholici hactenus de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS adamuſsim apertis atque prælibatis, ad primam ſolutum eſt per Auerroem. dictum eſt enim intelligentias principaliter mouere propter ſe. Secundario propter nos. Ad ſecundam patet etiam ſolutio, non enim mouetur, vt ſimilitudinem nanciſcantur, ſed vt habitam conſeruent, & propterea non quam ceſſabit motus ille apud philoſophos, quid vero ſit dicendū catholice, patuit. Ad tertiam negatur authoritas. Auicennæ, vt fuit dictum in poſitionibus. Ad quartam patuit ſolutio: accipitur enim qualitas metaphoricæ perfectionaliter: ceu quantitas. Ad quintam dico ꝙ ratio concludit Deum non eſſe finem quo, ſed gratia cuius: amplius non eſſe finem generationis: ſed rei generate. Ad ſextam dici poteſt ſecundum philoſophos antecedens eſſe falſum, quia philoſophi volunt Deum mouere vniuerſum motu diurno, & propterea intelligentiæ in mouendo aſsimilantur Deo, generice quidē, quia mouent vt ipſe Deus, ſpecifice vero quia mouent motu circulari. non autem gradualiter, quia non motu diurno. Sed alijs gradibus motus. Ad ſeptimam patuit ſolutio, ſm̄ enim philoſophos cœlum nūquā quieſcet, quia licet quies ſit finis motus recti, non tamen finis motus circularis. Ad octauam nego conſequentiam, quia non mouent vt aſsimilentur Deo ſimilitudine ęqualitatis, ſed ſimilitudine proportionis. Hæc philoſophi ad has rationes. Ad obiectionem contra poſitionem Auerro. patuit ſolutio, quoniam declarata poſitione, vt in dilucidatione fecimus, ablata eſt obiectio, patet enim ꝙ illę mouent, vt ſicut in optima diſpoſitione, & ſimpliciter, & ſecundum quid apud Auerroes & Ariſt. quia niſi mouerent, non eſſent, & niſi eſſent, non eſſent in optima diſpoſitione. Vnde vt animæ ſunt, mouent, vt ſint in optima diſpoſitione animaſtica, vt intellectus, mouent vt ſint in optima diſpoſitione intellectuali. Ad rationes Egidij patuit ſolutio. Ad primam tamen dico quòd ſecundum peripateticos ſi illæ non mouent non ſunt ſimiles Deo ſimpliciter, nec ſecundum quid quia non ſunt, & propterea mouent tandem vt ſint ſimiles. Ad ſecundam fallit Egidius, hæc enim aſsimilatio eſt plurima, quia eſt in genere, & ſpecie, & improportione, qualis non eſt illa ignis. Amplius eſt plurima, quia ſine hac nulla illarum eſſet. Hæc de vndecima diſputatione.

*Eodem Tex. & cōm. 39.*

## DISPVTATIO XII.

### De vnitate & trinitate in diuinis.

*Num cū vnitate diuinæ eſſentiæ ſtare poſsit trinitas aliqua.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod cum vnitate diuinæ eſſentiæ ſtare non poſsit aliqua trinitas. Multifariam arguitur. Primo cum vnitate non ſtat multitudo, quia vnū & multa diuidūt ens ex oppoſito. Sed diuina eſſentia eſt vna & trinitas eſt multitudo, igitur cum illa vnitate non ſtat trinitas. Secundo cum ſumma ſimplicitate non ſtat pluralitas, Sed Dei eſſentia eſt ſummæ ſimplex & trinitas eſt pluralitas, igitur quæſtio falſa. Tertio hæc trinitas, aut eſt rerum, aut conceptuum non rerum, quia tunc Deus eſſet vna & tres res. non conceptum, quia illa eſſet ex parte noſtra, & non ex parte Dei. Quarto quæcunque ſunt in eſſentia diuina, ſunt eadem eſſentiæ diuinæ, quòd quæ ſunt eadem eſſentiæ diuinæ ſunt eadem inter ſe. igitur non poteſt in eſſentia eſſe trinitas. Quinto illa trinitas aut eſt ſubſtantiarum, aut accidentium, omne enim ens aut ſubſtantia, aut accidens eſt. non accidentium, quia diuinæ eſſentiæ nihil accidit. nec ſubſtantiarum: quia tunc Deus non eſſet vnus, niſi compoſitione. Sexto nihil eſt ponēdum in entibus & maxime in ſummo bono, quo non poſito, nihil perfectionis deficit in vniuerſo. Sed aliquo trinitatis non exiſtente, nihil perfectionis deeſt vniuerſo, quoniam vno illorum ceſſante omnis perfectio poſsibilis remanet in duobus, & amplius ſecundo ceſſante omnis perfectio manet in primo, igitur fruſtra ponitur hæc trinitas. Septimo ſi eſſet trinitas, quum quolibet illorum ſit Deus. Tunc eſſent tres Dij, & tria neceſſe eſſe, quare nulla eſt trinitas. Octauo ſi cum



cum vnitate eſſentiæ poteſt ſtare trinitas, à pari dualitas & infinitudo, quæ non ponitur. Solum enim philoſophi & ſacri concedunt trinitatem & non aliam ſpeciem numeri. Nono ſi hæc trinitas eſt in Deo, vel eſſet producta, aut improducta. Si producta, tunc omnia tria eſſent producta, præterea tunc in Deo eſſet productio. Amplius aliquod quod eſſet Deus, eſſet productum, ſin autem improducta, tunc vnumquodque trium eſſet à ſe, quod negatur. In contrarium ſunt omnes ſacri, & Pythagoras, aſſerentes trinitatem in Deo, qua ratione numerum orationum Deo exhibitarum dicit Pythagoras debere eſſe trinum. Hæc de dubitationibus.

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Cōm. 39. Cauſa diſputationis de trinitate.* DEBES ſcire quòd diſputatio hæc mouetur propter Auerroem qui refellit trinitatem in diuinis, nec exponit ſe, ne igitur ſit profanis cauſa errandi, volui poſitionem noſtram declarare, necnon poſitiones antiquorum enarrare, & quæ veteres de trinitate conſcripſerint. nolo tamen dilatare fibrias, nam negocium iſtud eſt theologicum, & in ſacris literis bene diſputatum. Tantum tamen quantum philoſophis licet percurremus rem. *Vnū quot modis.* Pro intellectu tamen tituli debes ſcire quòd triplicem quidam imaginantur vnitatem, vt ſimplicitatis, ſummæ ſimplicitatis, & ſimpliciter ſimplicitatis. eſt enim vnum triplex, quia ſimplex, ſummæ ſimplex, & ſimpliciter ſimplex. Vnum ſimplex eſt, quod facit, aut eſt aptum natum facere vnum conceptum formalem in intellectu vt ſpecies & genus & reliqua. Summæ ſimplex eſt, quod nec eſt compoſitum, nec componibile alicui, vt Dei eſſentia. Simpliciter ſimplex eſt conceptus ita reſolutus, vt non poſſit in priora, & communiora reſolui, vt conceptus entis. *Quid per trinitatem.* In propoſito per vnitatem diuinæ eſſentiæ: intelligitur vnitas conceptus ſummæ ſimplicis. Trinitas in iſta noſtra diſputatione licet accipiatur vt ſignificat determinatum numerum perſonarum, tamen generatim accipitur, vt eſt ſpecies pluralitatis, nam pluralitas eſt genus quoddam ad trinitatem. quatrinitatem, & ad cæteras id genus, quare trinitas in diſputatione audienda eſt generatim, vt ſignificans pluralitatem contractam. ad numerum trinarium, propterea quærabatur ſi aliqua trinitas poteſt ſtare cum vnitate ſumma diuinæ eſſentiæ, ad ſignificandum plures poſſe imaginari trinitates diuinæ eſſentiæ compoſsibiles. Hæc pauca de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Cōm. 39. Poſito veterū de trinitate.* DE diſputatione (vt Auerro. narrat) antiqui videntes reperiri hæc tria ſapientiam videlicet, amorem, & vitam, in Deo ſubſtantiarum trinitatem addiderunt, itaque voluerunt in Deo eſſe tres ſubſtantias, ſubſtantiam vitæ, videlicet ſubſtantiam ſapientiæ atque ſubſtātiam amoris, hæc enim non poterant eſſe accidentia, quia Deo nihil accidit qua ratione dixerunt Deum eſſe ſubſtātialiter trinum, vnum autem compoſitione. hæc veteres de Deo. *Obō Auerro.* Obijcit autem huic poſitioni Auerro. quia tunc Deus eſſet congregatio trium ſubſtantiarum realiter diſtinctarum, & ſic Deus erit vnum quoddam per vnam formam additam illi congregato, veluti miſtum eſt vnum propter vltimam formam additam miſtioni, quæ eſt forma ſpecifica. omne enim vnum per ſe, eſt vnum propter formam vnam. quare cum omnis forma ſit reſpectu materiæ, igitur Deus eſſet compoſitus ex materia & forma, quare non æternus. Hæc Auerro. contra veteres. *Poſitio Maurorum.* Mauri vero euitantes rationem hanc dixerunt illa tria eſſe tria accidentia abſoluta eſſentiæ diuinæ addita. *Obiectiones Auer.* Obijcit Auerro. primo quia omne accidens præſupponit formam & compoſitum, quare ſi hæc tria ſunt accidentia, tunc Deus erit compoſitus ex aliqua forma, per quam Deus eſt vnus, & ſic ſequitur dictum impoſsibile. Secundo ita ex ſubſtantia fit compoſitum accidentale nouum: ceu ex ſubſtantia & ſubſtantia fit compoſitum ſubſtantiale, quare adhuc ſequitur Deum non eſſe æternum. hæc Auerro. *Poſitio catholica.* Catholici vero dixerunt cum vnitate & ſumma Dei ſimplicitate non modo poſſe ſtare perſonarum trinitatem. Sed ſemper coextitiſſe æternaliterq; Deum ipſum fuiſſe perſonis trinum: eſſentia autem vnum. Dicunt ſecundo perſonas ipſas tres neceſſe tres ſubſtantias, nec tria accidentia. Sed eſſentię diuinæ addunt tres relationes, quibus conſtituuntur tres perſonæ, quæ quidem comparatæ ad eſſentiam tranſeunt in ſubſtantiam, ſubſtantiæque dicuntur comparate inter ſe differunt re: non quidem re eſſentię, vel ſubſtantiæ, ſed relationis dicunt tertio perſonas haſce nominibus diſtingui quatenus perſona prima patris nomine appellatur, eo quia ab hac cæteræ proceſſerunt. perſona ſecunda filius dicitur: à græcis etiam ſacris verbum, quatenus ſapientia eſt patris: perſona tertia ſpiritusſanctus, quia ab vtroq; proceſsit, eſtque amor vtriuſque mutuus, dictæ vero ſunt à ſacris hæ perſonæ, & quod illis tribus commune eſt, dicta eſt natura. *Quare perſona* Perſonæ quidem, per quanto vt Boetius inquit in eo lib. quē de duabus naturis conſcripſit, perſona nihil aliud eſt qua rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. at cum quælibet trium ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, recte perſonę ſunt appellatæ. id vero quod illis commune eſt. *Quare natura.* Dicta eſt natura: quoniam eſſentia diuina non eſt vniuerſale, ſed ſingulariſsimum quoddam: quod quia eſt natura, & infinita, dicta eſt communis tribus, atque pluribus communicabilis. *Quare tres.* Præterea tres fuerunt tantum, quia in eſſentia diuina duo principia & duo actus eſſe poſſunt, voluntas quidem à qua fuit amor. intellectus è quo fuit ſapientia, & quoniam duo producta poſſunt eſſe ab vno tanquam è primo fonte, hac ratione fuerunt tantum tres, vt perſona prima patris, in qua duo illa principia continentur. Secunda filius dicitur, quę à patre proceſsit tantum ratione principij, quæ eſt intellectus. Tertia ſpiritusſanctus, quæ ab vtroque proceſsit: quatenus in vtroque voluntas reperitur. Fuit autem filius ſiue verbum perſona prima. quia intellectus eſt ante voluntatem: & intellectio ante amorem. Hæc ſunt quæ prolixe ſcribunt ſacri, nos autem ſic raptim reſumpſimus, quia res hæc aliena eſt à naturali philoſophia, quam nūc ſcribimus. *Qui philoſophi hanc olfecerūt.* Hunc videamus, qui philoſophi rem hanc olfecerint: quod quidem licet non ſit multum ad ſacra vtile, eſt etiam nobis & legentibus iocundum, & primo Ariſt. *Ariſt. Pytha.* authoritate Pythagoricorum in prin[...] de cœlo aperte dicere videtur Deo eſſe e[...]
nes in numero trinario, quia à nat[...]
quòd Deus ſit trinus & vnus, c[...]
illic. Meminit huius trinitatis [...]
ſtola, quam ad Dionyſium ſcrip[...]
regem omnia ſunt: & illius cau[...]
eſt bonorum omnium. Secu[...]
& tertia circa tertia. hæc de p[...]
terea ſexto de republica lib.
perſona loqu eretur: cū me

Metaphy. Sue

mouēt nec propterea quia ſint in optima diſpoſitione, nec quia ſint Deo ſimiles, probatur, quia ſine motu poſſunt eſſe Deo ſimiles, & in optima diſpoſitione. *2. concluſio.* Secundo dicendum illas mouere, quia ex opere creationis diuinæ producte fuerunt motiue neceſſario, non quidem ſimpliciter, vt credidit Auicen. ſed ſecundum quid, hoc eſt quouſque perficiatur generatio, has autem mitti, quia fuerunt productæ miſsiue, atque alias alia facere, quia ad illa fuerunt producte. *3. concluſio.* Tertio dicendum illas mouere vt reſtaurentur naturæ angelicæ deperdite, non enim poterant recuperari niſi per generationem hominum, modo homines non poſſunt generari niſi per motum cœli, igitur mouent vt angelicæ naturæ recuperentur. Hunc autem finem philoſophi ignorarunt, qui ſolum philoſophati ſunt ex ſenſibus, at ſacri qui per reuelationem veritatem tradiderunt, potuerunt hanc veritatem dicere. *Excerptum.* Ex his ſequitur ꝙ motus ille non fuit neceſſarius ex operæ creationis tantū, vt nonnulli catholici crediderunt, nec neceſſarius neceſsitate naturæ create, vt Auic. voluit, ſe neceſſarius ſecundum quid neceſsitate finis, qui eſt deperditarum naturarum inſtauratio. & hac ratione non ſemper mouent, ſed eouſque quouſque dictum finem nanciſcantur. *3. dilucidatio.* Nonnulli catholicorum græcorum, vt īdicat Euſebius, aliter & forte melius dicunt, aſſerunt enim angelos cælicos ex opere creationis effectos eſſe, vt virtutes inſtrumentarias diuine virtutis, quibus & cœlici motus agerentur, cœlicos vero motus, vt generationes & corruptiones præcipue hominum emergerent generationes & corruptiones hominum vt deperditæ naturæ repararentur. Quare ſi quæritur propter quid mouent cœlicæ intelligētiæ, immediate dici poteſt, quia ex operæ creationis ſunt factæ vt mouent, dici poteſt vt generationes & corruptiones emergerent, & ſi quæritur propter quid ſunt generationes & corruptiones, dici poteſt tandem vt natura deperdita reparetur, igitur tales ſubſtantiæ mouent tandem, vt tales ſubſtantiæ reparentur. Quibus è rebus patet cœlicas intelligentias nō mouere vt aſsimilentur Deo, nec, vt ſint in optima diſpoſitione. quia ſiue mouent, ſiue non mouent, ſunt in optima diſpoſitione, & ſimiles Deo pro ſuis naturis, & rationibus, quemadmodum nec homines fuerunt vt deperditum recuperaretur prīcipaliter, homines enim tanquam ob finem intentum facti ſunt, vt Deum intelligant, & ipſo intellecto fruerentur. tanquam tamen finem euentum facti ſunt, vt deperditum inſtauretur. Hæc catholici hactenus de dilucidatione.

### Capvt solvtionvm qvintvm.

His adamuſsim apertis atque prælibatis, ad primam ſolutum eſt per Auerroem. dictum eſt enim intelligentias principaliter mouere propter ſe. Secundario propter nos. Ad ſecundam patet etiam ſolutio, non enim mouetur, vt ſimilitudinem nanciſcantur, ſed vt habitam conſeruent, & propterea non quam ceſſabit motus ille apud philoſophos, quid vero ſit dicendū catholice, patuit. Ad tertiam negatur authoritas. Auicennæ, vt fuit dictum in poſitionibus. Ad quartam patuit ſolutio: accipitur enim qualitas metaphoricæ perfectionaliter: ceu quantitas. Ad quintam dico ꝙ ratio concludit Deum non eſſe finem quo, ſed gratia cuius: amplius non eſſe finem generationis: ſed rei generate. Ad ſextam dici poteſt ſecundum philoſophos antecedens eſſe falſum, quia philoſophi volunt Deum mouere vniuerſum motu, diurno, & propterea intelligentiæ in mouendo aſsimilantur Deo, generice quidē, quia mouent vt ipſe Deus, ſpecifice vero quia mouent motu circulari. non autem gradualiter, quia non motu diurno. Sed alijs gradibus motus. Ad ſeptimam patuit ſolutio, ſm enim philoſophos cœlum nūquā quieſcet, quia licet quies ſit finis motus recti, non tamen finis motus circularis. Ad octauam nego conſequentiam, quia non mouent vt aſsimilentur Deo ſimilitudine equalitatis, ſed ſimilitudine proportionis. Hæc philoſophi ad has rationes. Ad obiectionem contra poſitionem Auerro. patuit ſolutio, quoniam declarata poſitione, vt in dilucidatione fecimus, ablata eſt obiectio, patet enim ꝙ ille mouent, vt ſicut in optima diſpoſitione, & ſimpliciter, & ſecundum quid apud Auerroes & Ariſt, quia niſi mouerent, non eſſent, & niſi eſſent, non eſſent in optima diſpoſitione. Vnde vt animæ ſunt, mouent, vt ſint in optima diſpoſitione animaſtica, vt intellectus, mouent vt ſint in optima diſpoſitione intellectuali. Ad rationes Egidij patuit ſolutio. Ad primam tamen dico quòd ſecundum peripateticos ſi illæ non mouent non ſunt ſimiles Deo ſimpliciter, nec ſecundum quid quia non ſunt, & propterea mouent tandem vt ſint ſimiles. Ad ſecundam fallit Egidius, hæc enim aſsimilatio eſt plurima, quia eſt in genere, & ſpecie, & improportione, qualis non eſt illa ignis. Amplius eſt plurima, quia ſine hac nulla illarum eſſet. Hæc de vndecima diſputatione.

*Eodem Tex. & cōm. 39.*

## DISPVTATIO XII.

### De vnitate & trinitate in diuinis.

*Num cū vnitate diuinæ eſſentiæ ſtare poſsit trinitas aliqua.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

Qvod cum vnitate diuinæ eſſentiæ ſtare non poſsit aliqua trinitas. Multifariam arguitur. Primo cum vnitate non ſtat multitudo, quia vnū & multa diuidūt ens ex oppoſito. Sed diuina eſſentia eſt vna & trinitas eſt multitudo, igitur cum illa vnitate non ſtat trinitas. Secundo cum ſumma ſimplicitate non ſtat pluralitas. Sed Dei eſſentia eſt ſummæ ſimplex & trinitas eſt pluralitas, igitur quæſtio falſa. Tertio hæc trinitas, aut eſt rerum, aut conceptuum non rerum, quia tunc Deus eſſet vna & tres res. non conceptum, quia illa eſſet ex parte noſtra, & non ex parte Dei. Quarto quæcunque ſunt in eſſentia diuina, ſunt eadem eſſentiæ diuinæ, quòd quæ ſunt eadem eſſentiæ diuinæ ſunt eadem inter ſe. igitur non poteſt in eſſentia eſſe trinitas. Quinto illa trinitas aut eſt ſubſtantiarum, aut accidentium, omne enim ens aut ſubſtantia, aut accidens eſt. non accidentium, quia diuinæ eſſentiæ nihil accidit. nec ſubſtantiarum: quia tunc Deus non eſſet vnus, niſi compoſitione. Sexto nihil eſt ponēdum in entibus & maxime in ſummo bono, quo non poſito, nihil perfectionis deficit in vniuerſo. Sed aliquo trinitatis non exiſtente, nihil perfectionis deeſt vniuerſo, quoniam vno illorum ceſſante omnis perfectio poſsibilis remanet in duobus, & amplius ſecundo ceſſante omnis perfectio manet in primo, igitur fruſtra ponitur hæc trinitas. Septimo ſi eſſet trinitas, quum quolibet illorum ſit Deus. Tunc eſſent tres Dij, & tria neceſſe eſſe, quare nulla eſt trinitas. Octauo ſi

cum



cum vnitate eſſentiæ poteſt ſtare trinitas, à pari dualitas & infinitudo, quæ non ponitur. Solum enim philoſophi & ſacri concedunt trinitatem & non aliam ſpeciem numeri. Nono ſi hæc trinitas eſt in Deo, vel eſſet producta, aut improducta. Si producta, tunc omnia tria eſſent producta, præterea tunc in Deo eſſet productio. Amplius aliquod quod eſſet Deus, eſſet productum, ſin autem improducta, tunc vnumquodque trium eſſet à ſe, quod negatur. In contrarium ſunt omnes ſacri, & Pythagoras, aſſerentes trinitatem in Deo, qua ratione numerum orationum Deo exhibitarum dicit Pythagoras debere eſſe trinum. Hæc de dubitationibus.

### Capvt titvli secvndvm.

*Cōm. 39. Cauſa diſputationis de trinitate.* Debes ſcire quòd diſputatio hæc mouetur propter Auerroem qui refellit trinitatem in diuinis, nec exponit ſe, ne igitur ſit profanis cauſa errandi, volui poſitionem noſtram declarare, necnon poſitiones antiquorum enarrare, & quæ veteres de trinitate conſcripſerint. nolo tamen dilatare fibrias, nam negocium iſtud eſt theologicum, & in ſacris literis bene diſputatum. Tantum tamen quantum philoſophis licet percurremus rem. *Vnū quot modis.* Pro intellectu tamen tituli debes ſcire quòd triplicem quidam imaginantur vnitatem, vt ſimplicitatis, ſummæ ſimplicitatis, & ſimpliciter ſimplicitatis. eſt enim vnum triplex, quia ſimplex, ſummæ ſimplex, & ſimpliciter ſimplex. Vnum ſimplex eſt, quod facit, aut eſt aptum natum facere vnum conceptum formalem in intellectu vt ſpecies & genus & reliqua. Summæ ſimplex eſt, quod nec eſt compoſitum, nec componibile alicui, vt Dei eſſentia. Simpliciter ſimplex eſt conceptus ita reſolutus, vt non poſſit in priora, & communiora reſolui, vt conceptus entis. In propoſito per vnitatem diuinæ eſſentiæ: intelligitur vnitas conceptus ſummæ ſimplicis. *Quid per trinitatem.* Trinitas in iſta noſtra diſputatione licet accipiatur vt ſignificat determinatum numerum perſonarum, tamen generatim accipitur, vt eſt ſpecies pluralitatis, nam pluralitas eſt genus quoddam ad trinitatem. quatrinitatem, & ad cæteras id genus, quare trinitas in diſputatione audienda eſt generatim, vt ſignificans pluralitatem contractam ad numerum trinarium, propterea quærabatur ſi aliqua trinitas poteſt ſtare cum vnitate ſumma diuinæ eſſentiæ, ad ſignificandum plures poſſe imaginari trinitates diuinæ eſſentiæ compoſsibiles. Hæc pauca de titulo.

### Capvt positionvm tertivm.

*Cōm. 39. Poſito veterū de trinitate.* De diſputatione (vt Auerro. narrat) antiqui videntes reperiri hæc tria ſapientiam videlicet, amorem, & vitam, in Deo ſubſtantiarum trinitatem addiderunt, itaque voluerunt in Deo eſſe tres ſubſtantias, ſubſtantiam vitæ, videlicet ſubſtantiam ſapientiæ atque ſubſtā tiam amoris, hæc enim non poterant eſſe accidentia, quia Deo nihil accidit qua ratione dixerunt Deum eſſe ſubſtātialiter trinum, vnum autem compoſitione. hæc veteres de Deo. *Obō Auerro.* Obijcit autem huic poſitioni Auerro. quia tunc Deus eſſet congregatio trium ſubſtantiarum realiter diſtinctarum, & ſic Deus erit vnum quoddam per vnam formam additam illi congregato, veluti miſtum eſt vnum propter vltimam formam additam miſtioni, quæ eſt forma ſpecifica. omne enim vnum per ſe, eſt vnum propter formam vnam. quare cum omnis forma ſit reſpectu materiæ, igitur Deus eſſet compoſitus ex materia & forma, quare non æternus. Hæc Auerro. contra veteres. *Poſitio Maurorum.* Mauri vero euitantes rationem hanc dixerunt illa tria eſſe tria accidentia abſoluta eſſentiæ diuinæ addita. *Obiectiones Auer.* Obijcit Auerro. primo quia omne accidens præſupponit formam & compoſitum, quare ſi hæc tria ſunt accidentia, tunc Deus erit compoſitus ex aliqua forma, per quam Deus eſt vnus, & ſic ſequitur dictum impoſsibile. Secundo ita ex ſubſtantia fit compoſitum accidentale nouum: ceu ex ſubſtantia & ſubſtantia fit compoſitum ſubſtantiale, quare adhuc ſequitur Deum non eſſe æternum. hæc Auerro. *Poſitio catholica.* Catholici vero dixerunt cum vnitate & ſumma Dei ſimplicitate non modo poſſe ſtare perſonarum trinitatem. Sed ſemper coextitiſſe æternaliterq́; Deum ipſum fuiſſe perſonis trinum: eſſentia autem vnum. Dicunt ſecundo perſonas ipſas tres neceſſe tres ſubſtantias, nec tria accidentia. Sed eſſentie diuinæ addunt tres relationes, quibus conſtituuntur tres perſonæ, quæ quidem comparatæ ad eſſentiam tranſeunt in ſubſtantiam, ſubſtantiæq́ue dicuntur comparate inter ſe differunt re: non quidem re eſſentie, vel ſubſtantiæ, ſed relationis dicunt tertio perſonas haſce nominibus diſtingui quatenus perſona prima patris nomine appellatur, eo quia ab hac cæteræ proceſſerunt perſona ſecunda filius dicitur: à græcis etiam ſacris verbum, quatenus ſapientia eſt patris: perſona tertia ſpirituſſanctus, quia ab vtroq; proceſsit, eſtq́ue amor vtriuſque mutuus, dictæ vero ſunt à ſacris hæ perſonæ, & quod illis tribus commune eſt, dicta eſt natura. *Quare perſona.* Perſonæ quidem, per quanto vt Boetius inquit in eo lib. quē de duabus naturis conſcripſit, perſona nihil aliud eſt qua rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. at cum quælibet trium ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, recte perſone ſunt appellatæ. id vero quod illis commune eſt. *Quare natura.* Dicta eſt natura: quoniam eſſentia diuina non eſt vniuerſale, ſed ſingulariſsimum quoddam: quod quia eſt natura, & infinita, dicta eſt communis tribus, atque pluribus communicabilis. *Quare tres.* Præterea tres fuerunt tantum, quia in eſſentia diuina duo principia & duo actus eſſe poſſunt, voluntas quidem à qua fuit amor. intellectus è quo fuit ſapientia, & quoniam duo producta poſſunt eſſe ab vno tanquam è primo fonte, hac ratione fuerunt tantum tres, vt perſona prima patris, in qua duo illa principia continentur. Secunda filius dicitur, quę à patre proceſsit tantum ratione principij, quæ eſt intellectus. Tertia ſpirituſſanctus, quæ ab vtroque proceſsit: quatenus in vtroque voluntas reperitur. Fuit autem filius ſiue verbum perſona prima. quia intellectus eſt ante voluntatem: & intellectio ante amorem. Hæc ſunt quæ prolixe ſcribunt ſacri, nos autem ſic raptim reſumpſimus, quia res hæc aliena eſt à naturali philoſophia, quam nūc ſcribimus. *Qui philoſophi hanc olfecerūt.* Hunc videamus, qui philoſophi rem hanc olfecerint: quod quidem licet non ſit multum ad ſacra vtile, eſt etiam nobis & legentibus iocundum, & primo Ariſt. *Ariſt. Pytha.* authoritate Pythagoricorum in principio libri de cœlo aperte dicere videtur Deo eſſe exhibendas orationes in numero trinario, quia à natura inſtitutum eſt, quòd Deus ſit trinus & vnus, cuius verba perquire illic. *Plato.* Meminit huius trinitatis diuinus Plato in epiſtola, quam ad Dionyſium ſcripſit dicens, circa omniū regem omnia ſunt: & illius cauſa omnia, eaq́ue cauſa eſt bonorum omnium. Secunda vero circa ſecunda, & tertia circa tertia. hæc de perſonis tribus Plato. Præterea ſexto de republica lib. quaſi de ſecunda trinitatis perſona loqueretur: cū mentionē primæ hoc eſt patris

feciſſet ita dicit. Sed ò beati quidnam ſit ſummum bonum, hoc loco miſſum faciamus, plus enim mihi eſſe videtur, quam vt hoc inſtituto aſſequi id poſsimus, at.n. qui ipſius ſummi boni filius, eiq́ue ſimillimus eſſe videtur; hunc explicare per libenter velim, ſi vobis etiam id gratũ eſt alioquin ipſum quoq; miſſum faciam, ſed dic, inquit. nam partis rationem poſtea reddes, & reliqua, quæ omitto. Inſuper in lib. quem legibus ſuis addi tum Epinomidem inſcripſit cum multa dixiſſet de verbo, quod eſt Dei filius; tandem verbum fecit mundi opificem, quod ſacris theologis conſonat: qui omnia producta fuiſſe in Dei verbo autumant. Meminit Dei patris etiam Plato in Epiſtola ad Hermiam, & Eraſtum, & Coriſcum, vbi eum fecit opificem omnium rerum opificisq́ue cauſę patrem quibus Plato indicat Deum fuiſſe omnium opificem, quatenus fuit verbi omnium opificis pater. hæc ſunt quę ex Plato. colligi poſſunt. Hermes vero in eo lib. qui logos teleios inſcribitur hoc eſt ſermo perfectus, patris & filij aperte meminit aſſerens patrem omnium eſſe creatorem quatenus verbum effecit primum & vnum & ſolum, quo valde oblectatus eſt quodque amauit quaſi proprium filium, & propterea Trimegiſtus filium Dei opificem Dei dixit. Sybilla Erythea in carminis ſui prĩcipio, quod à ſummo Deo exorſa eſt, filium Dei ducem & imperatorem omnium vaticinata eſt, & alia Sybilla quaſi ſequens Erytheam talem Dei filium, quem imperatorem ac ducẽ vaticinata eſt Erythea, appellat Deum ipſum, dicens, tuum cognoſce Deum, qui Dei filius eſt: & propterea Erythea talem Dei filium interdum appellauit cõſiliarium, quia tanta ſapientia eſt inſtructus à Deo patre, vt conſilio & manibus vteretur in fabricatione mundi. Et hæc omnia ſacris & Platoni conſonant. Præterea meminit filij & verbi Hieremias aſſerens illum bis eſſe natum primum in ſpiritu, poſtea in carne. Vnde inquit, prius quam te formarem in vtero noui te. Et item apud ipſum beatus qui erat, antequam naſceretur, quæ non niſi de Dei filio intelligi poſſunt Plotinus etiam librum de tribus perſonis principalibus ſcripſit, in quo & titulus, & verba: quæ illic ponit tres has perſonas catholicæ videtur proſequi. Porphyrius authores Cyrillo in libr. quem aduerſus Iulianum ſcripſit dum Platonis opinionem exponeret, vſque ad tres perſonas ſubſtãtiam diuinitatis proceſsiſſe Commemorat. Eiuſdem rei meminit Memertius. Amelius theologiam Ioannis Euangeliſtæ ſequi prorſus videtur, aſſerens illud eſſe verbum, per quod omnia facta ſunt, & reliqua. Hæc ſunt, quæ ex gentilibus clariſsimisq́ue viris colligi ſolent, plura alia etiam adijcerem, niſi hæc vana eſſe putarem: fortaſſe enim Ariſtotelis non ad perſonarum trinitatem retulit, ſed ad cuiuſque rei conditionem, quæ ſemper tribus conſtat principio, medio, & fine: qua etiam conditione Deus ipſæ afficitur, quatenus omnium rerum eſt principium, omnium rerum mediũ, omnium rerum finis, vt Orpheus etiam canit. Plato & eius ſectatores fortaſſe trinitatem illam non perſonas diuinas intellexit, vt ſacri ſumpſerũt, ſed vt Porphyrius expoſuit ad proceſsionem rerum, quia Plato per patrem vnitatem primam intellexit, per filium ens, quod ab vnitate effluxit. per Spiritum ſanctum mundi animam ſiue intellectum, vt Auerro. etiam exponit in lib. de beatitudine. Sed quicquid velint gentiles illi, hæc ſunt quæ pro noſtra religione colligi ſolent. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Sacri & philoſophi differũt.*

SED pro dilucidatione illud tenendum quod ſacri viri ſcripſerunt, verum non ignorandum eſt naturales philoſophos diſcordare à ſacris viris hac in re, quia per rationem naturalem de Deo cognoſci non poſſunt niſi ea, quæ pertinent ad vnitatem eſſentiæ, non autem ea, quæ pertinent ad diſtinctionem perſonarum. Nam homo ratione naturali in Dei cognitionem peruenire non poteſt niſi ex effectibus, at effectus non ducunt in Dei cognitionem, niſi eo modo quo effectus ducit in cognitionem cauſæ, quæ ratio docet de Deo per rationem naturalem ſi quid demonſtrari poteſt illud eſſe, quod ſit omnium rerum principium. Sed quoniam virtus effectiua rerum communis eſt omnibus perſonis ſecundum ſacros, ſequitur per rationem naturalem nihil poſſe demonſtrari niſi quod pertinet ad vnitatem eſſentiæ, & non ad diſtinctionem perſonarum. Quo fit vt hac in re phi qui rationibus naturalibus proficiſcuntur trinitatem non cognoſcunt, nec aliqua, è quibus ad trinitatẽ talem duci poſsint. Sacri autem viri qui authoritates recipiunt, & ſi rationibus naturalibus id non attingant rationibus naturalibus non repugnare fatentur. Qua è re qui authoritatibus philoſophorum vtuntur: quique rationibus naturalibus rem hanc probare volunt: bifariã, vt Thomas ĩquit, religioni derogant. Primo quo ad religionis dignitatem, fideiq; excellentiam, quæ eſt vt ſit de rebus inſenſibilibus, vltra captum humanum porrectis. Secundo quo ad vtilitatem trahendi alios ad fidem, quia cum aliquis ad fidei probationem inducit rationes, quæ nõ cogunt: cedit in irriſionem infidelium. Quare ſacris viris ſufficit defendere non eſſe impoſsibile, quod prædicat fides; habet enim religio, vt dicit Nicenus, defendendi clypeum non autem offendendi arma. Quantum vero qui ad fidei veritatem authoritates philoſophorum referunt, fidei derogent, patet, vtũtur enim cecis ad tractatum de coloribus, philoſophi enim qui circa ſenſibilia verſantur: inſenſibilia minime cognoſcere poſſunt, niſi aut caſu, aut vt inſtructi verba aliorum. Et hac ratione. Lactantius Firmianus, qui ſacras res vltra captum humanum excelſa nititur probare authoritatibus philoſophorum, vtitur ad veritatem teſtimonio falſitatis, & ſurdo ad diſcuſsionem de ſonis.

*Contra Lactantium.*

Hæc de dilucidatione.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

QVIA ſacri viri debent defendere, quod tenent, non eſſe impoſsibile: nunc ad rationes philoſophorum reſpondeamus. Et primo ad primam dico ꝙ cum vnitate non ſtare multitudinem ſumendo vnum & multa ſecundum eandem rationem: tamen cum vnitate eſſentię poteſt ſtare non multitudo eſſentiæ ſed perſonarum. Per idem ad ſecundam, cum ſumma enim ſimplicitate & finita non ſtat pluralitas eiuſdem rationis, poteſt tñ ſtare pluralitas alterius rationis. Ad tertiam dico ꝙ hæc trinitas non eſt rerum abſolutarum, ſed relatiuarum, quia perſonarum quæ ſunt relatiue, & propterea non ſequitur, vt Deus ſit res abſolute, ſed communis tribus rebus relatiuis, quia tribus perſonis, quarum qualibet eſt Deus. Ad quartam reſpondeo illud eſſe verum in abſolutis, non autem in relatiuis: quia ſi abſoluta ſunt eadem tertio ſimplici, ſunt eadem inter ſe: vbi autem relatiua ſint eadem tertio, poſſunt diſtingui inter ſe. Ad quintam dico quòd nec ſubſtantiarum nec accidentium: ſed perſonarum, quæ non ſunt tres ſubſtantiæ, ſed tres perſonæ. Ad ſextã dico quod ĩpoſsibili poſiti



poſiti ſequitur quodlibet hoc eſt quęlibet pars contradictionis, & propterea ſi deeſſet ſecunda perſona, ſequitur vt deſit omnis perfectio in vniuerſo: & vt nulla deſit perfectio, quia añs eſt ĩpoſsibile ſimpliciter. Ad ſeptimam nego conſequentiã, quia neceſſe eſſe eſt abſolutũ perſonæ ſunt relatiue, modo cum pluribus relationibus ſtat vnitas rei abſolute. Ad octauam nego conſequentiam, quia illa trinitas ſtat, propterea quia ſunt duo principia quæ conſtituunt tres perſonas, & quia non poſſunt eſſe plura principia nec pauciora. ideo tres ſunt & non plures nec pauciores perſonæ. Ad nonam dico ꝙ hæc trinitas eſt producta, non tamen ſequitur omnes tres perſonas eſſe productas. vnde logici dicerent productam eſſe trinitatem: & tamen trinitatem non eſſe productã, ſed hęc omitto. Hęc de duodecima diſputatione ſufficiant.

*Eodem Tex.*

# DISPVTATIO XIII.

## De diuinorum attributorum diſtinctione.

*Num attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei.*

CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei, arguitur primo, attributa in Deo diſtinguũtur pluſquam per intellectum, igitur ad minus ex natura rei. antecedens patet: quia eſſentia vt prædicatum, & eſſentia vt ſubiectum differunt in Deo per intellectum, igitur attributa pluſquam per intellectũ quia plus bonitas à ſapiẽtia, ꝗ eſſentia ab eſſentias differunt. Secundo quæ diſtinguuntur circunſcripto omni actu intellectus, differunt ſaltem ex natura rei. Sed attributa differunt circunſcripto actu intellectus, aliter attributa eſſent nomina multiuoca, vt cultellus & gladius, igiť ſaltem ex natura rei differunt. Tertio quæ ſunt apta fundare prædicata contradictoria circunſcripto actu intellectus differunt ex natura rei. Sed attributa ſunt apta fundare extrema contradictionis circunſcripto omni actu intellectus, igitur diſtinguuntur ex natura rei. minor patet, quia ablato omni actu intellectus bonus & ſapiens in Deo ſunt apta fundare contradictionem. Quarto quæ differunt diffinitione, differunt ex natura rei, quia diffinitiones diuerſe non poſſunt eſſe de eadẽ re ſm eandem realitatem. Sed attributa, vt patet differunt diffinitione: igitur differunt ex natura rei. In contrarium eſt Auer. Vbi vult omnem multiplicitatem in Deo eſſe rationis. Hæc de dubitationibus.

*Cõm. 39.*

CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Cõm. 39.*
*Eſſentia notio attributum*

DISPVTATIO hæc mota eſt propter Auerro. qui aperte diſputat rem hanc, & propterea quædam de ipſa bonum eſt tangere, licet attinet ad ſacros viros. Pro titulo itaque debes ſcire ꝙ apud catholicos reperiuntur hæc tria. eſſentia, videlicet è qua eſſentialia, notio è qua notionalia, & attributum, è quo attributalia dicuntur.

*Quid eſſentia.*

Eſſentia quidem & eſſentiale, aliter apud phos, & aliter apud ſacros intelligi ſolet. Apud enim phos eſſentia dicitur diffinitio, ſiue id quod ſignificat diffinitio, dicitur .n. ſexto huiuſmodi diffinitio ſermo certificatiuus quiditatis & eſſentiæ, vt dicit. Auer. & hoc pacto eſſentiale dicitur apud eos, vt diſtinguuntur cõtra accidẽtale appellando accidentale omne quod non eſt de diffinitione alicuius, qua ratione accidentia propria, & communia dicuntur accidentalia, differentiæ vero & genera dicuntur eſſentialia: Sacri vero eſſentiam appellantur rationem ſimpliciter eſſendi, & quia in diuinis eſt eſſe, & non proprie diffinitio. ideo eſt eſſentiale vt ſumitur ab eſſentia, & non à diffinitione & ſic eſſentiale in diuinis eſt omne prædicatũ, quod prædicatur ſubſtantiue, & non adiectiue hoc eſt per modum ſubſtantiæ, & non accidentis, & hac ratione Deus eſt eſſentiale, quia ſumitur à deitate, quæ eſt eſſentia, etiam prædicatur ſingulariter ſubſtantiue de perſonis.

*Cõm. 49. 43.*

*Quid notio.*

Notio etiam aliter apud philoſophos aliter apud ſacros accipitur, apud quidem Themiſtium in primo & tertio de anima, notio eſt conceptio de re conceptibili: quod enim exteri conceptum dicunt peripatetici notionem appellant, ita vt quemadmodum conceptus apud exteros duplex eſt formalis videlicet, quæ eſt ipſa conceptio, & obiectarius, quæ eſt ipſa res conceptibilis, ſic notio apud Themiſtium & Simpliciũ ſumitur formaliter pro ipſa notitia, & obiectarie pro ipſa re nota. Apud veros ſacros notio eſt id quod eſt propria ratio cognoſcendi diuinam perſonam, dicta quidem notio, quia notificat perſonam diſtincte, & hoc pacto ſacri volũt quinque eſſe notiones quinque quæ prædicata notionalia, videlicet, vt innaſcibilitas, è qua innatum deriuatur patrinitas è qua pater deſcendit, filiatio è qua filius appellatur communis ſpiratio, è qua ſpiratores dicuntur: & proceſsio è qua procedens habetur harum quinque tantum quatuor ſunt relationes. nam innaſcibilitas non eſt relatio, niſi reductione, de quo ad ſacros, quatuor vero ſunt proprietates, quia cõmunis ſpiratio non eſt proprietas, quia conuenit duabus perſonis. Tres denique ſunt notiones perſonales, quæ, videlicet conſtituunt perſonas, videlicet paternitas, filiatio, & proceſsio quia communis ſpiratio & innaſcibilitas dicuntur notiones perſonarum, non autem perſonales. Quæ ratio docet eſſentiale apud catholicos dici comparatione ad notionale, & econtra, apud autem phos ſecus dicuntur vt dictum eſt.

*Quid attributum.*

Attributum vero apud ſacros eſt omne nomen dictum in diui per modum adiectiui: & per modum accidẽtis, vt bonum, ſapiẽs, iuſtum, & id genus. dictum quidem attributum, vel quia ex effectibus attribuunť Deo, vel quia ſunt poſt eſſentiam ſiue eſſentialia. Quid vero ſit diſtinctio ex natura rei. in quarto & quĩto perquire. Eſt igitur quæſtio ſi attributa inter ſe & ab eſſentia differũt ex natura rei, vel ratione tantum. Hæc de titulo.

CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*1. poſitio Gualteri.*

DE diſputatione ſunt quidam etiam inter ſacros, qui volunt attributa diſtingui realiter & ab eſſentia diuina cui attribuuntur: & inter ſe. Dicunt ſecundo quòd quáquã attributa & inter ſe, & ab eſſentia realiter diſtinguantur, tamen Deus eſt ſummæ, ſimplex. Primum probant quia quæ ſunt in diuerſis prædicamentis, vel generibus aut ſeſe habent vt in diuerſis prædicamentis vel generibus realiter diſtinguuntur. Sed attributa & eſſentia ſunt in diuerſis prædicamentis, vel ſeſe habent vt in diuerſis prædicamentis, nam eſſentia eſt vt in prædicamento ſubſtantiæ, attributa vt in prædicamentis accidentium. igitur differunt realiter. Amplius attributa non ſunt in eodem genere vel ſpecie, igitur differunt realiter inter ſe. Secundum autem deducunt, quia non dicitur aliquid compoſitum niſi quia partes ſunt componibiles inter ſe, vel cum tertio modo nec ipſa attributa inter ſe, ſunt componibilia nec cum



tertio,

tertio, quia vnum non eſt potentiale ad alterum, & alterum actuale ad alterum, nec eſt tertium potentiale ad omnia, igitur nõ eſt compoſitio in Deo, igitur cum diſtinctione reali attributorum ſtat ſumma Dei ſimplicitas. Quare in Deo bene conceditur multiplicitas realis apud hoſce, nõ autem cõpoſitio. Multiplicitas quidem realis quia attributa & inter ſe & ab eſſentia differunt realiter, compoſitio autem non, quia nec eſſentia eſt quid potentiale reſpectu attributorum nec aliquod attributorum alijs, igitur eſt multiplicitas realis, ſine cõpoſitione.

*Excerptum.*

*Obiectiones aliquorum.*

Obijciũt huic poſitioni aliqui. Primo, quia quæcunque realiter diſtinguuntur, diſtinguuntur exiſtentia, ſed in Deo vna eſt exiſtentia, vnum etiam eſſe, igitur omnia in illo ſunt idem realiter. Secundo quæcunque diſtinguuntur realiter poſſunt per intellectum ſeparata ſecundum eſſe intelligi, ſed non poteſt eſſentia intelligi ſecundum eſſe ſeparata ab attributis, nec vnum attributorum ſine alio, igiẽ non differunt realr. Tertio ſi attributa dñt realiter ĩter ſe & ab eſſentia, tũc ibi eſſet multiplicitas, ex re & re, igitur ex eſſe & eſſe, igitur ſaltem compõ per accidens ceu homo albus, & ſic illa multiplicitas eſſet aggregatum per accidens. Præterea contra hanc poſitionem ex expreſſe Auerro. in lib. d. d. diſputatione. 5. in ſolutione ad vltimum, vbi negat talem multiplicitatem realem in Deo.

*Cõm. 3. 6*

*2 poſitio.*

Alij dixerũt nomina quæ ſignificat in Deo attributa, eſſe ſynonyma hoc eſt multiuoca. quia penitus re & ratione idem importantia, mouebantur autem quia Deus eſt ſumme ſimplex ſecundum rem, igitur omnis multiplicitas eſt nominum, & non rerum, & per conſequens attributorum nomina ſunt ſynonyma.

*Obiectio Aue.*

Obijcit autem Auerro. in cõm. quia fruſtra laboraſſet Ariſto. ad probandum tot attributa de Deo, ſi hæc non ſunt niſi diuerſa nomina tantum.

*Poſitio logicorum.*

Logici vero dicunt ꝙ attributa non differunt re, vt prima poſitio dicit, nec ſunt ſynonyma tantum; vt ſecunda poſitio credidit, ſed ſunt nomina quæ ſignificat eandem rem, ſecundum tamẽ diuerſum modum intelligendi, hoc eſt differunt non re, ſed ratione. exponunt autem ſe, quia licet eſſentia Dei & attributa nõ ſunt apud non intelligibilia vt diſtincta: tamen apud intellectum potentem ille intelligere ſunt intelligibilia diſtincta, vt enim notum naturæ dicitur nõ illud quod à natura cognoſcitur, ſed illud quod cognoſceretur à natura ſi illa cognoſceret: ſic diſtincta per ĩtellectum ſunt attributa ab eſſentia, quia licet eſſentia non intelligitur ab intellectu noſtro, tamen ſi intelligeretur ab aliquo intellectu inueniretur diſtincta ab attributis.

*Obiectiones Scoti. in lib. 1. d. 8. q. 1.*

Sed contra obijcitur. primo circunſcripto omni actu ĩtellectus attributa ſunt in Deo, quia ſunt perfectiones ſimpliciter, & circunſcripto omni actu intellectus, vnum non eſt aliud: in quocunque enim eſt ſapientia & iuſtitia, nũquã ſapientia eſt iuſtitia: igitur differunt ſaltem ex natura rei. Secundo attributa ſunt principia emanationum realiter diſtinctarum vt voluntas ſpiritusſancti: intellectus verbi, igitur differunt ſaltem ex natura rei. ab vno enim indiſtincto non niſi vnum procedit apud phõs Tertio ſi veritas eſt in Deo & bonitas eſt in Deo, aut veritas dicit præciſe idem quod bonitas, aut aliquo pacto aliud, & hoc circunſcripto actu intellectus. Si aliud, habeatur propoſitum. Si idem pœnitus: tunc eſſent ſynonyma eo quia quicquid præciſe dicit bonum dicit verum, & econtra.

*[Pos]itio Scoti in [l]ib. 1. diſ. 8 q. 1.*

Propter hæc quidam tenet primo ꝙ attributa ſint formaliter in Deo & per eſſentiam. Secũdo tenet ꝙ circunſcripto actu intellectus vnum nõ eſt formaliter aliud. Ex his infert ꝙ diſtinguũtur ex natura rei primum deducit multifariam. Primo quia Deus eſt cauſa rerum per eſſentiam, igitur oĩum perfectionũ rerum per eſſentiam; vt bonitatis & veritatis & iuſtitiæ, ſed cauſa perfectionum per eſſentiam eſt ipſa talibus perfectionibus perfecta per eſſentiam, igitur Deus eſt formaliter & per eſſentiam bonus, formaliter & per eſſentiam ſapiens. & ſic de cæteris id genus. Secundo quælibet perfectio ſimpliciter eſt formaliter in ente perfecto ſimpliciter: ſed attributa ſunt perfectiones ſimpliciter: & Deus eſt ens perfectum ſimpliciter igitur in Deo ſunt formaliter. Tertio ſi non eſſent in Deo formaliter, tunc perfectiones ſimpliciter non eſſent in aliquo perfecte, probatur, quia ſapientia eſt perfectio ſimpliciter: & non eſt in rebus niſi finite, igitur non eſt in illis perfecte, & per te nec ſunt in Deo proprie; igitur in nullo eſſent perfecte ſimpliciter. Quarto tunc perfectiones tales eſſent in cauſa participatione effectus, quia participatione rerum productarum à Deo, & ſic conſtat primũ: deducit ſcđm quia ſi tales perfectiones ſint formaliter in Deo, & ante actum intellectus idem eſt formaliter ſapientia & bonitas, tunc eſſent ſynonyma. Secundo diſtinctio præcedens rationem primi diſtinctiui nõ eſt per tale diſtinctiuum: ſed diſtinctio naturæ & intellectus præcedit volutionem & intellectionem, quæ eſt primum diſtinctiuum eorum, quæ diſtinguuntur ratione, igitur illa diſtinctio naturę & intellectus non erit per intellectum. aſſumptum patet, ſi enim nulla diſtinctio eorum præcederet, non magis iſta diſtinguerentur iſta intellectione ꝗ̃ natura vel volutione. quicquid autem diſtinguitur intellectione vt eſt omnino indiſtĩcta à natura, etiam diſtĩguitur natura. Ex his perſpicuũ eſt tertium, cum enim ſint in Deo: & circunſcripto actu intellectus vnum non eſt præciſe aliud, igitur diſtinguũtur ſaltem ante actum intellectus; & ſic ex natura rei.

*Confutatio.*

Sed hæc poſitio pace tanti viri non videtur cõgrua. primo quantum ad modum dicendi, quoniam vt quinto huius & quarto declarauimus apud peripateticos omnis diſtinctio eſt aut ſecundum rationem aut ſecundũ ſubiectum, & diſtinctio ex natura rei nulla eſt. Præterea, vt diximus, diſtinctio realis eſt duplex, re exiſtentiæ & re prædicamenti vel eſſentię. modo ſi rationes iſtius viri probant aliquid probant illa diſtingui realiter re prædicamenti vel re eſſentiæ. ſi enim attributa ſunt in Deo per eſſentiam, & circunſcripto actu intellectus vnum non eſt aliud, tunc ſequitur quod diſtinguuntur realiter non realitate exiſtentiæ, ſed realitate eſſentiæ & prædicamenti, & ſic rationes eius non probant illa diſtingui ex natura rei. Secundo peccat quantum ad poſitionem, quia diſtinctio emanationum eſt credita, & nõ rõne naturali ſcita, vt proxima diſputatione patuit, igitur diſtinctio principiorum illarum erit credita: & non rõne naturali deducta. Tertio vir iſte pace ſua non animaduertit ad diffinitionem attributi, credidit. n. veritatem, bonitatem, intellectum, voluntatem, vitam, & id genus eſſe Deo attributa, & horum probauit diſtinctionem ante actum intellectus, modo non eſt ita, ea enim philoſophi volunt eſſe Deo attributa, quæ non competunt Deo niſi tranſlatiue, & non proprie, modo proprie hæc Deo competunt rebus productis tranſlatiue, attributa vero econtra Deo tranſlatiue competunt (& propterea attributa dicuntur) rebus productis proprie, & propterea attributa erunt iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia, miſericordia, pietas, &



pietas, & cæteræ virtutes, quæ ſcribuntur in lib. Ethico. Modo tales non inſunt Deo proprie, ſed trãſlatiue ex rebus productis ab eo, vt docet Ariſto. 1 0. Ethicorum capite. 1 0. Quare cum illa non Deo competant niſi rõne rerum, etiam non diſtinguũtur in Deo niſi ratione rerum. hæc igitur poſitio nõ eſt peripatetica nec in ſe, nec quo ad modum tradẽdum. Hæc de poſitionibus.

## Capvt dilvcidationis qvartvm.

*Diſtĩone eorum quæ de Deo dicuntur.*

Pro dilucidatione primo debes ſcire ꝙ eorũ quæ de Deo ſiue (vt catholice ſequar) de perſonis dicuntur, quædam proprie dicuntur, quædam tranſlatiue, ea dicũtur de Deo proprie ſiue de perſonis, & de Deo inſunt & ratione Dei, & alijs propter Deum, vt ens, ſubſtantia, bonum verum, & id genus. non. n. Deus eſt tranſlatiue ens, nec tranſlatiue ſubſtantia, nec trãſlatiue vnum vel bonum. Sed proprie quatenus per ſe eſt talis, & omnia alia ſunt talia propter ipſum. ea autem dicuntur Deo tranſlatiue, quę illi ex rebus ab eo productis accommodantur, non autem ratione Dei, & proprie vt iuſtitia, fortitudo, liberalitas, temperantia, & id genus. probatur enim Ariſtote. 1 0. Ethicorum capite. 1 0. hæc Deo non competere proprie, quia ridiculum videbitur facere Deum iuſtum, quia ſic commutabit & depoſita redibit, & cætera id genus aget, quæ ad iuſtitiam attinent, nec fortis proprie dicetur, vt dicit, quia ſic formidoloſas res atque pericula ſuſtinebit honeſti cauſa nec liberalis proprie, quia vt dicit abſurdum eſt ſi Deus nummos habeat. Quare hęc omnia tranſlatiue Deo accommodantur, eorum autem quæ de Deo dicũtur proprie, & non comparatione aliorum, quædam dicuntur per modum quid & ſubſtantiæ, dicitur enim de tribus perſonis Deus, quælibet enim perſona eſt Deus ſecundum ſacros, quęlibet ſubſtantia, quælibet ens & id genus, quędam per modum qualis & accidentis, vt vnitas, veritas, bonitas, intellectio, ſapientia, ſcientia, & cætera, quæq; per modum accidentis de illis tribus dicuntur deque etiam Deo. Quæ autem tranſlatione & accommodatione de Deo dicuntur, à peripateticis attributa appellantur, eo quia non dicuntur de Deo proprie, ſed tranſlatiue accommodate, atq; metaphorice, & horum alia per modum quanti inſunt, vt dextrum & ſiniſtrum, immenſum infinitum & id genus Alia per modum qualis, vt virtutis & id genus, alia alijs rationibus & modis, quos taceo, vt breuibus vtar, & licet diſputatio ſit de attributis tantum, tamen vt omnibus ſatisfaciam. primo declarabo diſputationem de his, quæ Deo competunt proprie. ſecundo de his quæ Deo competunt attributiue, ſiue de attributis.

*Quonammodo quæ dicuntur proprie de Deo diſtinguuntur.*

Quantum ad primum dicamus, ꝙ ea quæ proprie Deo inſunt poſſunt bifariam cõſiderari. Vno modo in quantum ſimpliciter ſunt, & ſic principaliter inſunt Deo & ratione Dei inſunt creaturis. Alio modo inquantum ſunt diuerſa, & ſic differẽtia ineſt primo illis ratione creaturarum, & ex parte creaturæ ĩſunt Deo. Tunc dico ꝙ ſi cõſiderentur illa ſm id quod ſunt & quo ad eorum eſſe ſimpliciter, ſic ſunt in Deo ſynonyma, vt dicit ſecunda poſitio. probatur, quia nulla eſt diſtinctio à parte Dei, non enim bonum differt à vero ratione eſſentie, niſi inquantum in creaturis bonum & verum differunt, nec intellectus à voluntate, niſi ratione habita ad creaturas. Si autem conſiderentur quo ad eſſe diuerſum, quod habent in creaturis, ſic differunt in Deo ratione, in creaturis autem differunt re, & hoc pacto non ſynonyma. Hæc de primo. De ſecundo dico ꝙ attributa à quo ad eſſe & quo ad diuerſum eſſe ꝓprio de creaturis dicuntur, de Deo autem tranſlatiue. Quare dicendum ꝙ hæc non ſunt ſynonyma quo ad eſſe, quia in Deo non ſunt ſimpliciter idem: quia in illo non ſunt. igitur hæc diſtinguuntur vt ſunt in Deo rõne: re aũt vt ſunt in creaturis.

*Dilucidatio communis.*

Ex his ſequiẽ ꝙ ea quæ Deo competunt ſiue proprie ſiue tranſlatiue, non diſtinguũtur niſi ſola ratione collatiua, deducitur, quia ſi inſunt proprie, diſtinguuntur ratione colligendo differentiã ex parte creaturarum ſi inſunt trãſlatiue, diſtinguuntur colligendo & eſſe & differentiam ex parte creaturarũ: igitur omnia hæc diſtinguuntur ratione collatiua.

*Conſilium poſitionum.*

Propter hæc poſſunt concordari poſitiones, licet non ad earum ſenſum prima quæ dicit ꝙ talia diſtinguũtur realiter, & vltima quæ dicit ꝙ diſtinguũtur ex natura rei: poſſunt habere locum loquendo de diſtinctione reali, non quæ exiſtit in Deo, ſed in creaturis, quemadmodum dextrum & ſiniſtrum diſtinguuntur in columna diſtinctione exiſtente in animali: non in columna, ſic ea quæ Deo inſunt ſiue propriæ ſiue improprie diſtĩguũtur realiter, ſiue ex natura rei diſtinctione exiſtente in creaturis non in Deo, poſitiones quæ dicunt ꝙ ſunt ſynonyma vel indiſtincta, ſunt vere indiſtinctione exiſtente in Deo ipſo, & ſic concordari poſſunt poſitiones hanc dilucidationem nec probo, nec aliter ampliorem facio: quia in expoſitione noſtra in lib. deſtructionum ample atque diligenter dilucidaui. Hæc pauca de dilucidatione.

## Capvt solvtionvm qvintvm.

His apertis. Ad primam dico ꝙ attributa, & omnia prędicata, quæ de Deo dicuntur: diſtinguuntur pluſquam ratione, ſed non diſtinctione exiſtente in Deo, ſed in rebus ab eo creatis. Ad ſecundã dico ꝙ diſtinguũtur circunſcripto omni actu intellectus, ſed diſtinctione exiſtente in rebus, non in Deo, nec eſt impoſsibile hæc eſſe ſynonyma in diſtinctione exiſtente in Deo. Ad tertiam cõcedo maiorem & minorem ſub hoc ſenſu ꝙ ſunt apta fundare contradictionem diſtinctione exiſtente in rebus non in Deo, Ad quartam concedo maiorem & minorem ſub hoc ſenſu ꝙ differunt diffinitione diſtinctione exiſtente in rebus, non autem in Deo. Ad rationes aliorum. Ad primam concedo primum eorum ſuppoſitum ꝙ prędicata proprie de Deo inſunt principaliter Deo, ſed nego illud de attributis, & conceſſo de omnibus, dico ꝙ quo ad eſſe hæc principaliter Deo inſunt, quo ad differentiam inſunt principaliter creaturis, vt enim ſunt principaliter Deo inſunt: at vt ſunt diuerſa: inſunt principaliter creaturis. Ad ſecũdam dico ꝙ aſſumptum eſt creditum. Præterea ſufficit diſtinctio realis quæ exiſtit in creaturis: & ſic concedo illa principia diſtingui realiter ſiue ex natura rei, ſed diſtinctione exiſtente in rebus, non autem in Deo: Ad tertiam dico illa omnia eſſe ſynonyma in diſtinctione exiſtente in Deo. at diſtinctione reali exiſtente in rebus: illa differunt realiter. Et per idem patet ſolutio ad omnes rationes eius factas pro poſitione: ad omnes rationes ſequatium: vbicunque fiant, omnes enim enitũtur ꝓbare illa ineſſe Deo formaliter, quod conceditur de his quę proprie dicuntur de Deo: tamen talia diſtinguuntur realiter differentia exiſtente in rebus. attributa autem non probant eſſe formaliter in Deo: & propterea diſtinguuntur realiter eſſe & differentia exiſtentibus in rebus. Hæc de decimatertia diſputatione.

*Quæ vero circa intellectum habent quaſdam dubitationes, videtur quidem enim &c.* *Tex. cõm. 51.*

# DISPVTATIO XIIII.

## De requiſitis ad intellectionem, qua intelligentiæ alia à ſe intelligunt.

*Num intelligentiæ ſecũdæ ad hoc quod cognoſcant quidditates citra ipſas requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi illas.*

### Capvt dvbitationvm primvm.

QVod intelligentiæ ſecundæ ad hoc quod cognoſcant quidditates citra ipſas nõ requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi, Arguitur primo, quia maior numerus eſt ratio cognoſcendi minorem, vt ternarius eſt ratio diſtincta cognoſcendi binarium. Sed formę ſunt veluti numeri, vt dicitur. 8. huius, igitur eſſentia formæ maioris poteſt eſſe ratio cognoſcendi diſtincta forma minoris. Sed intelligẽtiæ ſecundæ ſunt formæ maiores his formis; igitur eſſentiæ illarum ſunt diſtinctæ rationes cognoſcendi formas citra illas. Secundo tetragonum, hoc eſt quadrangulus, eſt diſtincta ratio cognoſcendi trigonum, hoc eſt triangulum, vt patet. Sed formæ ordinatæ in vniuerſo ſunt vt trigonum in tetragono, igitur eſſentia ſuperioris formæ eſt diſtincta ratio cognoſcendi omnes inferiores, & ſic idem quod prius. Tertio nihil imperfectius re materiali eſſe poteſt perfectio rei immaterialis. Sed ſpecies rei materialis eſt imperfectio re materiali, quia eſt menſuratum, & res materialis illius menſura, igitur nulla talis ſpecies poteſt eſſe intelligentiis ratio cognoſcendi rem materialem. Quarto quælibet intelligentia intelligit ſe per eſſentiam propriam, igitur omnia alia. tenet argumentum, quia eodem quidditas eius eſt intelligibilis, ſicut aliæ quidditates creatæ ſunt intelligibiles. igitur ſi alicui intellectui eſſentia ipſius eſt immediata ratio cognoſcendi ſeipſam, pari ratione quidditas alterius rei erit ratio cognoſcendi ſe, & ita non erunt propriæ rationes reſpectu quidditatum propriarũ aliæ ab ipſis. Quinto ex prima propoſitione de cauſis omnis cauſa primaria plus influit in cauſatum q̃ cauſa ſecunda, igitur vt prius. Sexto ĩtellectus humanus perſpicacior plura intelligit vna ratione intelligendi vel cognoſcendi q̃ minus perſpicax: igitur ita videtur de intellectu ſubſtãtiæ ſeparatæ propter maiorem perfectionem ſuæ intellectualitatis ꝙ poſsit plura diſtincte cognoſcere ꝑ vnã rationem. Hæc pauca de dubitationibus.

### Capvt titvli secvndvm.

SECVNDVM ſacros plures intelligentiæ ponuntur, quàm illæ, quæ orbium ſunt animæ, de quibus nõ quærit diſputatio, quærit enim ſolum de intelligentiis cœlicis, quæ orbium ſunt primæ formæ, atque perfectiones. Præterea harum intelligentiarum vna eſt prima, quæ græcæ Deus appellatur. hæc enim prima dicitur nobilitate corporis, quod mouet, vt. d. Auerro. & aliis modis. at diſputatio quærit de ſecundis intelligẽtiis, de quibus parum habemus à peripateticis de prima vero intelligentia diſputatum eſt alibi, & dicetur hic. Vlterius debes ſcire ꝙ diſputatio ſupponit tales intelligentias cognoſcere quidditates citra ipſas, vtpote formas materiales, quæ ſpecies, & vniuerſalia dicuntur, & quærit ſi requirantur rationes propriæ & diſtinctæ cognoſcendi illas. Sunt autem rationes cognoſcendi apud nonnullos habitus obiectorum repreſentatiui apud nonnullos ſpecies ſiue ſimilitudines rerum intelligibilium, ideo quæritur ſi requirantur ſpecies propriæ & diſtinctæ repreſentatiuæ rerum quas intelligunt. Hæc de titulo.

*Cõm. 44.*

*Quid ratio cognoſcendi.*

### Capvt positionvm tertivm.

HENRICVS ſolennis doctor tenet primo vnamquamque intelligentiam omnes quidditates rerum intelligere per vnum habitum ſcientificum, mouetur autem, quia habitus talis eſt in intellectu intelligentiæ ceu forma in ſubiecto, obiectum vero quod in ipſo reſplendet habitu eſt in intellectu obiectiue. Tenet ſecundo ꝙ magis habitus eſt ponendus tanquam ratio cognoſcendi, q̃ ſpecies obiecti, quia habitus eſt obiecti magis repreſentatiuus q̃ ſpecies, cum magis generetur ab obiecto; ſpecies enim generatur ab intellectu & obiecto, habitus autem non niſi ab obiecto, quæ ratio docet habitum eſſe obiecto ſimiliorem, tanquam effectum illius magis. Tenet tertio, ꝙ vnus habitus ſufficit vni intelligentiæ tanquam ratio adęquate repreſentatiua omniũ quidditatũ materialium proprie & diſtincte, quia vnus habitus numero poteſt virtualiter continere cognitiones omnium intelligibilium, igitur vnus ſufficit tanquam ratio cognoſcendi omnia, etiam, ſi eſſent infinita. Tenet. 4. ꝙ licet in qualibet intelligentia ſit vnus talis tanquam ratio cognoſcendi diſtincte omnia, tñ non eodem modo omnes æqualiter cognoſcunt per talem habitum, quia hæc magis, illa minus pro limpiditate & vniuerſalitate habitus, nec non pro capacitate intellectus cognoſcentis. Tenet. 5. ꝙ per talem habitum intellectus ſeparatus inclinatur ad intelligendum omnia, licet hoc magis, illud minus pro quanto habitus eſt huic ſimilior, illi diſsimilior, reducitur vero ad actum intelligendi hoc vel illud intelligibile pro imperio voluntatis hoc ĩtelligere per talem habitum vel illud tam complexe, q̃ incomplexe. per talem enim habitum intellectus ſeparatus inclinatur ad intelligendum omnia tam complexa q̃ incomplexa, per imperium vero voluntatis reducitur ad intelligẽdum magis hoc vel illud ſiue complexum ſiue incomplexum. Eſt autem talis habitus cuique intellectui ſeparato concreatus. cum. n. quælibet intelligentia ſit creata perfecta in ſua ſpecie, meruit perfectione ſuę ſpeciei habitum ſcientificum, quo omnia diſtincte & proprie cognoſceret tam complexa q̃ incomplexa, tam practice q̃ ſpeculatiue. Sufficit autem vnus tum nobilitate intellectus intelligentis per illum, tum nobilitate ipſius habitus, qui concreatus eſt tanta nobilitate & continentia, vt poſsit eſſe ratio cognoſcẽdi omnia ſm̃ omnem modum, quo illa poſſunt intelligi, videlicet practice, ſpeculatiue, complexe & ĩcomplexe hæc pro ipſius Henrici declaratione. Probat autem Henricus poſitionem multifariam. primo, vt dicitur ſecundo Ethic. lib. in anima non ſunt niſi tria, potentia, habitus, & paſsio, h̃ eſt appetitus, ſed ratio intelligendi in ſubſtantiis ſeparatis non poteſt eſſe ſola potentia ſua, quia aliquid ſic naturale eſſet ſufficiens principium repreſentandi omnia intelligibilia, nec paſsio, vt patet, igitur habitus. Secundo in intellectu non habente habitum poteſt generari habitus ex frequentatis actibus elicitis, igitur ſi in intelligentia non eſſet concreatus habitus talis quo omnia intelligibilia cognoſcat, poſſet generare talem habitum, hoc autem eſſet falſum, quia tunc intelligentia eſſet in potentia eſſentiali ad actum non ſolum ſcd̃m, ſed ad actum primum, ſicut intellectus noſter: quod eſt abſurdũ. Tertio vt ſacri doctores & philoſophi ſcribunt connexio vniuerſi conſiſtit in hoc, quod ſupremum inferioris coniungitur cũ infimo ſuperioris. Sed ſupremum in cognitione humana eſt quod prompte cognoſcat per habitum ſcientificum huiuſmodi, igitur talis cognitio ponenda eſt in intelligentiis. Quarto ſpecie ſine habitu non ſufficit ad cognitionem rei, ſed bene habitus ſine ſpecie, igitur habitus eſt ponendus & non ſpecies. Vltimo in voluntate perfecta non ponuntur aliqua plura vt principia volendi diuerſa obiecta, igitur in intellectu perfecto qualis eſt ille intelligentiarum non ponuntur plures habitus tanquam rationes intelligendi, ſed ſufficit vnus ad repreſentandum quæcunque ſibi naturaliter cognoſcibilia ſunt. hæc Henricus. Doctor vero noſter Thomas in quam pluribus locis ſuæ theologiæ vult primo ꝙ intelligentiæ non per habitus cognoſcant ea quæ ſibi naturaliter ſunt cognoſcibilia, ſed per ſpecies illis concreatas. Secundo dicit ꝙ non eodem modo omnes intelligentiæ per tales rationes ſiue ſpecies intelligũt, ſed quãto intelligentia fuerit ſuperior, tanto per pauciores ſpecies vniuerſitatem intelligibilium appræhendere poterit. & quanto inferior, tanto per plures ſpecies. Qua ratione dicit ꝙ oportet vt formæ quibus ſuperiores intelligunt, ſint vniuerſaliores, quaſi ad plura ſe extendentes vnamquamque earum, huius rei exemplum eſt ĩ hominibus, nam ſunt nonnulli qui veritatem intelligibilem capere nõ poſſunt: niſi eis particulatim per ſingula explicetur, & hoc quidem ex debilitate intellectus eorũ. nonnulli vero qui intellectu ſunt fortiores, ex paucis multa capere poſſunt. Addendum autem eſt huic poſitioni non eſſe nobis notum, quot ſint ſpecies, quibus ſuperior cognoſcit, quotúe quibus mediæ quotque quibus infima intelligant; ſolum enim nobis auctoritate & ratione naturali conſtat ſuperiores vt vti paucioribus rationibus intelligendi ad intelligendum vniuerſitatẽ intelligibiliũ. inferiores vti pluribus, medias vti mediocribus. Sed quot ſint, ratio naturalis non deducit. Sed iſtæ poſitiones videntur conuenire ſaltem in h̃. ꝙ vna ratione cognoſcendi poſſunt infinita cognoſci. Quod quidem hæc dicit Henrice, nõ oportet probare ꝙ hoc teneat Thomas. probatur: quia ſi intelligentia ſuperior intelligit per pauciores ſpecies: erit deueniendum ad ſupremam: quæ per vnam omnia intelligat, igitur vna ratione intelligẽdi infinita poſſunt repreſentari alicui intellectui; & ſic conueniunt quantum ad hoc ꝙ vna rõne intelligendi poſſunt alicui intellectui infinita repreſentari. Contra igitur poſitiones haſce quãtum ad illud in quo conueniunt obiicit quidam, deinde ſpeciatim contra vtranq; contra primum quidem arguit. primo, ꝙ illo dato tunc talis vna ratio erit infinita perfectione, deducit quia eſſe rationem repreſentatiuam vnius eſt aliquid perfectionis in tali ratione, & duorum eſt dupla perfectio, igitur infinitorum erit infinita perfectio in tali ratione. Secundo omnis vna ratio adæquata cognoſcendi aliqua plura, habet vnum obiectum adæquatũ, in quo obiecto includuntur omnia cognoſcibilia per rationem illam, ſi plura ſint per illam cognoſcibilia. Sed illa vna ratio quæ ponitur ſiue ſit ſpecies, ſiue habitus, non habet aliquod primum obiectum includens virtualiter omnes alias quidditates ſm̃ totam cognoſcibilitatem ſuam, vt omnes norunt; igitur falſa eſt ſuppoſitio. Tertio omnis vna ratio cognoſcendi poteſt habere aliquem actum intelligentiæ adæquatum ſibi. Sed hæc ratio cognoſcendi ſiue ſit ſpecies, ſiue habitus, nõ poteſt habere vnum talem actum ſibi adæquatum, quia non videtur qui ſit ille: igitur conuenientia falſa. Quarto intellectus intelligentiæ poteſt ſine contradictione noſce A & non noſce B. igitur nõ eadem ratione cognoſcendi cognoſcit A & B: quia tunc vna ratione ſciret & ignoraret. antecedens patet, quia nec ex parte intellectus neceſſario intelligentia nouit A & B, nec ex parte colligantiæ obiectorum quia vnum illorum intelligi poteſt ſine alio ab intellectu noſtro, igitur intellectus ſeparatus poteſt noſcere A & non noſcere B. igitur non eadem ratione cognoſcendi cognoſcit A & B: hæc cõtra illud in quo conueniunt. Cõtra vero primam poſitionem ſpeciatim obiicit idem vir. Primo quia non videtur talis ratio cognoſcendi debere eſſe habitus, magis q̃ ſpecies, probatur quia illa non dependet aliquo pacto ab intelligibilibus: cum ſit concreatus, igitur nulla eſt ratio quare magis dicatur habitus, q̃ ſpecies. Secundo data hac poſitione, tunc habitus noſter ſciẽtificus eſſet illud per quod obiectum intelligibile præſens eſſet, & ita ipſo habitu acquiſito, non requireretur conuerſio ad phantaſmata pro actuali intellectione, quod Henricus negat. Tertio hac poſitione data, tunc intelligentia in puris naturalibus creata & ſine iſto habitu (quod eſt poſsibile cum ille habitus ſit qualitas, & non eſſentia) non poſſet ſe cognoſcere, & ſic eſſet imperfectior natura noſtri intellectus, & deducitur argumentũ, quia talis habitus ponitur ratio cognoſcẽdi omnia etiam ſemetipſa. Quarto omnis habitus ſupponit cognitionem ſimplicium, vt habitus naturalis p̃hiæ ſupponit omniũ rerum naturaliũ ſimplicem cognitionem. Sed ſimplex cognitio non habetur niſi per ſpecies, igitur oportet ponere ſpecies: quas negat Henricus. Hæc contra Henricum. Contra vero Thomam ſpeciatim arguitur. primo quia nulla videtur ratio quare certus numerus cognoſcibilium attribueretur vni ſpeciei & nõ alteri. Verbi cauſa. detur ꝙ vna intelligentia cognoſcit omnia intelligibilia ꝑ duas ſpecies, ſicut ſuprema per vnam, tũc non videtur quare A ſpecies ſit ratio ad quædam, & B ſpecies ad alia. nec apparet vnde A ſpecies ſit rõ ad illa; quorum eſt ratio. & B ſpecies ad alia. hæc enim poſitio voluntaria, Secundo ſumatur intelligentia perfectiſsima vtpote Gabriel, certum eſt ꝙ Deus poteſt adhuc ꝑfectiorẽ intelligẽtiam producere, & perfectiorẽ & ꝑfectiorẽ in infinitum. producat igitur aliam perfectiorẽ Gabriele. quæ ſit M, & arguit Gabriel oĩa cognoſcibilia ĩtelligebat per vnam rationem, ſed per Thomam quãto intelligentia eſt ſuperior, tanto minora requirit, igitur M nouiter producta per nullam rationẽ omnia intelliget. Tertio data poſitione Thomæ, tunc intelligentia quanto eſſet ſuperior, tanto imperfectius cognoſceret, deducitur quia vnaquæque res perfectius cognoſcitur in ſpeciali per rationem ſpecialem q̃ in vniuerſali per rationem vniuerſalem quare intelligentia ſuperior quæ per vniuerſaliorem rationem cuncta cognoſcit, confuſius cognoſceret. Quarto vnum & idem non poteſt eſſe propria & diſtincta ratio multorum, igitur intelligentia ſuperior per vnam rationem non poterit diſtincte multa cognoſcere. hæc contra Thomam exteri ſolent adducere. Solebamus etiam nos arguere per media naturalia, quia vbi hæc rationes vel habitus darentur, tunc vnaquæque intelligentia poſſet ſimul & ſemel cognoſcere res bifariam, abſtractiue, & intuitiue, quod eſt cõtra p̃hos, qui volunt cognitionem omnem illorum

*Henricus quodlibet 5. q. 14.*
*1. concluſio.*
*2. concluſio.*
*3. concluſio.*
*4. concluſio.*
*5. concluſio.*
*Qualis habitus eſt intellectui ſeparato.*
*Rationes poſitionis.*
*Poſitio Tho. in prima parte. q. lv. arti. 3.*
*Obiectiones ... in 2. lib. ... entiarũ di. 3. q. 10.*
*Obiectiones cõtra primã opinionem.*
*Obiectio cõtra Thomam*

illorum eſſe eſſentialem tantum, ſiue intuitiuam, & deducitur argumentum, quia cum dentur ſpecies vel habitus, intelligentia cognoſcere poteſt ſpecies & illum habitum, & poteſt cognoſcere repreſentata per ſpecies & habitum, igitur dum cognoſcere ſpeciem & habitũ abſtractiue cognoſceret repreſentata, & intuitiue ſpeciem vel habitũ. *Poſitio Platoni. Scotica.* Amplius ſimul cognoſceret ĩtuitiue repreſentata, igitur non omnis cognitio eſſet intuitiua. Propter hæc quæ dicta ſunt contra Henricum & contra Thomam alij poſuerunt rõnes cognoſcendi plures pro numero rerum diſtincte cognitarum. Sed hi non omnes eodem modo ſentiunt, nam Platonici vt Origenes & Proclus voluerunt illas rationes cognoſcendi eſſe habitus ſcientificos. exterorum princeps voluit illas eſſe ſpecies proprie. Platonici.n.dicunt intelligentias fuiſſe creatas complete in ſpecie, igitur cum omnibus habitibus practicis & ſpeculatiuis: & quia tales habitus non fuerunt acquiſiti ab ipſis per cognitionem ſimplicium, negarunt ſpecies. Alius vir dixit ꝙ cum vna ratio non poſsit eſſe repreſentatiua multorum diſtincte, ideo quælibet intelligentia ad cognoſcendum diſtinctas quidditates habet diſtinctas cognoſcendi rationes, quæ per accidens poſſunt dici habitus, pro quãto ſunt fixe & permanentes intellectui illarum. Qua ratione dicet intelligentiam ſuperiorem non eſſe perfectiorem, quia per pauciores rationes eadem cognoſcit & tot, ſed quia per tot rationes eadem & tot cognoſcit limpidius & clarius vnde licet duo homines habeant duas rationes cognoſcendi: poteſt vnus limpidius cognoſcere repreſentata per illas propter excellentiam intellectus eius probat poſitionem quia intellectus diuinus plura intelligit diſtincte per plures rõnes reſpectu plurium intelligibilium, & has rationes intelligendi in *Cõm. 18.* mente diuina Plato appellat ideas. Auer. formas vnde circa finem dicit ꝙ omnes formæ actu continentur in primo motore, potentia vero in prima materia, & intellectus noſter præciſe plura intelligit per plures rationes, igitur habere plures rationes plurium intelligibiliũ, nec eſt ex imperfectione intellectus, quia conuenit ſupremo nec ex perfectione intellectus, quia conuenit infimo, igitur eſt abſoluta perfectio intellectus in ſe: & ſic conuenit omni intellectui, & ita omnibus intelligentiis, hanc confirmãt per auctorem de cauſis dicentem omnem intelligentiam eſſe plenam formis.i.rationibus intelligendi, & non dixit eſſe plenam vna ratione intel- *Confutatio.* ligẽdi. Sed hæc poſitio nõ eſt in peripatetica primo quia peripatetici nihil ponunt in ſuperatis, quod non ſit ſubſtantia, omne enim quod in illis eſt, eſt ſubſtantia, & non accidens: hæc enim eſt communis omnium peripateticorum ſuppoſitio. Secundo data poſitione, & tunc tales cognitiones poſſunt eſſe ſimplices & complexe. hoc eſt contra eos, qui volunt tales ſubſtantias ſeparatis cognoſcere ſolum incomplexe, aliter eorum cognitio eſſet imperfecta, vt ſuperius deductum eſt: diximus enim cognitionem complexam fieri ex cognitione ſimplicicium, & diſcurſiuam ex cognitione cõplexorum: talis autem ordo prouenit ex imperfectione cognoſcentis, qui non cognoſcit res ipſas ſimplici cognitione perfecte & intuitiue, & propterea omnis talis cognitio ꝓficiſcitur ab imperfectione agnoſcentis. quare hic modus cognoſcendi non eſt peripateticus. Tertio efficacius data hac poſitione, tunc intelligere noſtrum & intelligere intelligentiarum eſſet eiuſdem ſpeciei: quod ipſi & omnes negant, & deducitur argumentum, quia vel differunt ſpecie, quia rationes intelligendi illarum differunt ſpecie à rõnibus intelligendi noſtris, vel quia obiecta quæ nos intelligimus differunt ſpecie ab obiectis quæ illæ intelligunt. non propter differentiam rõnum intelligendi, quia ſi rõnes ille differunt à noſtris, non eſſet niſi quia ille ſunt creatæ: & noſtræ ſunt gñatæ hoc eſt falſum, quia tunc homo creatus & homo gñatus differunt ſpecie deducitur per medium. quo deduceretur de differentia rõnum. non propter differentiam obiectorum, quia lapis cognitis ab illis & cognitus à nobis non differt ſpecie, igitur illa duo intelligere non diferunt ſpecie. Quarto intelligẽtia ſemotis his ſpeciebus & omnibus babitibus ad huc eſt perfectior intellectu noſtro ſiue aĩa noſtra plena etiam oĩbus formis, igitur ei debet cõpetere tota perfectio hominis ſiue eius aĩæ ſic perfectæ, igitur intelliget oĩa ſicut & illa aĩa, & non ꝑ ſpecies, quia illas circunſcripſi, igitur alio modo. Quinto contra has poſitiones oẽs ſunt rõnes Ariſt. & Auer. in hoc lib. Prima ſi intellectus illarum intelligeret per ſpecies receptas, tunc talis intellectus eſſet pure paſsiuus, igitur eſſet potentia contradictionis, igitur aliqñ priuabitur illis ſpeciebus receptis niſi violentum ſit ꝑpetuum. Secunda quia tunc optima ſubſtantia quale eſt ens ſeparatum, dignificaretur per aliud quàm per eius eſſentiam, & ita eius eſſentia eſſet incompleta tenet argumentum, quia dignificaretur per ĩtelligere: quod non eſſet eius eſſentia. hæ igitur poſitiones non ſunt peripateticæ. Hæc de poſitionibus.

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Sacri & philoſophi differunt.* IN hac diſputatione viri ſacri ſunt diſcordes à p̄his: ĩmo concelsis eorum principiis, coguntur diſcordare. & propterea primo dicemus opinionem p̄horum, ſecundo quid de veritate ſentiendum. Quantum ad primum ſunt duæ poſitiones: nam alij dicunt intelligẽtias concurrere ad rerum cauſalitatem ſm rõnem diſtĩctã, alij ſm rõnem vniuerſalem. Proſequendo primam põnem ſupponamus intelligentias concurrere ad cauſandum res diſtincte & particulatim per earum eſſentias: itaque rõ cauſandi cauſabile diſtincte & proprie eſt eſſentia cuiuſque intelligentiæ. Secundo ſupponamus vnam eſſe rõnem, quæ eſt diſtincte cauſandi, & repreſentandi, immo perfectius repreſentatur & diſtinctius ipſa res per diſtinctam rõnem cauſandi q̃ per diſtinctã rõnem repreſentandi. ħ declaratur, quia per rõnem repreſentandi, quæ dr̃ ſpecies, repreſentatur res quatenus rõ illa cauſatur à re, per diſtinctam rõnem cauſandi repreſentatur, quatenus rõ illa eſt illius rei diſtincta cauſa: mõ p̄fectius repreſentatur nõ res per cauſam, quàm ſine cauſa. *Dilucidatio communis.* Ex his ſequitur primo, ꝙ eſſentia cuiuſque intelligentiæ repreſentat perfecte diſtincte & eminenter quidditates oĩum rerum materialium, quarum ipſa eſt diſtincta rõ cauſandi. Secundo ſequitur ꝙ vna quęque intelligentia intelligendo ſuam eſſentiam & ſeſe tanquam per rõnem intelligendi eodem actu diſtincte & perfecte & eminenter intelligit oẽs quidditates aliarum rerum: eſſentiam quidem ſuam, tanquam propriũ & adæquatum obiectum: tales vero quidditates intellectione, quæ eſt eius obiectum, vna igitur intellectione, quæ eſt ſua eſſentia, vna etiam rõne intelligendi quę eſt etiam ſua eſſentia intelligit ſe adæquate, & vnamquãque rem in adæquate. Tertio ſequitur non eodem modo intelligi res ipſas ab oĩbus, quia quanto intelligentia eſt ſuperior, tanto perfectius intelligit res ipſas: qm̃ per perfectiorem ĩtelligendi rõnem, quia eſſentia ſuperior, quæ



quæ eſt ratio intelligendi. eſt perfectior: & eminentiori modo continet formas ipſas. Quarto ſequitur vnamquamque intelligentiam per eius eſſentiam intelligere omnia, ſuperiores quidem ſubſtantias diminute, inferas autem perfecte. probatur, quia intelligit per eius eſſentiam, tanquam per rationem intelligendi. Sed eius eſſentia diminute repreſentat ſuperiores ſubſtantias, perfecte vero inferas: igitur omnia intelligit, licet non eodem modo. Vltimo ſequitur, ꝙ quicquid intelligit vnaquæque intelligentia cognoſcit intellectione & ratione cognoſcendi, quæ eſt eius ſubſtantia. patet, quia eius cognitio eſt eſſentia eius, & ratio cognoſcendi etiã eſt eius eſſentia, igitur recte Ariſtote. voluit tales ſubſtãtias non dignificari per aliud quàm per earum eſſen- *Dilucidatio quæſtionis.* tias. Per hæc ad punctum quæſtionis patet ſolutio, non enim ad hoc vt intelligentię cognoſcant rerum quidditates, oportet ponere diſtinctas rationes cognoſcendi, *Dilucidatio ſecunda.* nec habitus. Alij vero dixerunt intelligentias non concurrere ad cauſandum res eodem modo. Sed ſecundũ gradus quia quanto intelligentia eſt ſuperior, tanto per eius eſſentiã concurrit ad rẽ cauſandam ſecundum vniuerſaliorem rationem, vnde Deus qui eſt prima & vniuerſaliſsima cauſa concurrit ad res cauſandas ſecundũ rationem entis, & propterea dicitur ipſum ens eſſe primam creaturarum à Platonicis. Et iuxta hanc opinionẽ oportet dicere intelligentias cognoſcere res per earum eſſentias non particulatim & diſtincte, quia eius eſſentia non eſt ratio cauſandi rem ſecundum gradum diſtinctum & proprium, erit igitur ratio cognoſcendi ipſas res ſecundum gradum, ſecundum quem concurrit ad cauſandum illas. Quid autem ſit ille gradus, *Obiectio.* non eſt forte notum. Sed obiicies quia tunc cognitio illa erit confuſa, nam cognoſcere rem ratione vniuer- *Solutio.* ſaliori quàm ipſa ſit, eſt cognoſcere confuſe. Dici poteſt vnam & eandem cognitionem poſſe dici per ſe diſtinctam & per accidens confuſe, cognitio enim qua Deus per eius eſſentiam tanquam per rationem cognoſcendi cognoſcit ens, quo gradu concurrit ad rerum productionem ſecundum philoſophos, eſt diſtinctiua, quia ens non poteſt confuſe cognoſci, ſimpliciter enim ſimplex ſecundum exteros aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, tamen per accidens poteſt dici confuſa reſpectu hominis, quem ipſum ens cummuniter ſiue confuſe continet & hoc modo cognoſcere non dicit imperfectionem, immo perfectionem ſummam, primo tamen huius diximus confuſionem poſſe attendi ex parte cognitionis, & ex parte obiecti ex parte cognitionis cognitio entis eſt diſtinctiſsima, ex parte vero obiecti eſt confuſiſsima, quia obiectum eſt confuſiſsimum, tu ve- *Quæ catholici.* ro quære diſputatione vndecima. Hæc phyſicæ. Catholice vero dicendum ſolam primam ſubſtantiam intelligere per eius eſſentiam totam vniuerſitatem rerum. Cauſa autem eſt, quia ſola eſſentia diuina continet in ſe omnia, cum ſit infinita, & propterea omnia comprehendit in ſe perfecte, at eſſentia intelligentiæ cum ſit limitata ad ſpeciem, eo quia eſt finita, non poteſt omnia continere, & per conſequens non poteſt per ſuam eſſentiam omnia intelligere. Quare ſi debet omnia cognoſcere, vltra eius eſſentiam oportet poni aliquid, quo illa cognoſcat, ſiue illud ſit habitus, vt Henrice dixit, ſiue ſpecies vt Thomas autumat, ſiue vnum, ſiue plura, vt alij *Dilucidatio.* crediderunt. Suppoſitis igitur principiis creditis, videlicet ꝙ intelligentiæ ſint creatæ, & ꝙ eſſentia nullius illarum cõtinet omnia, & ꝙ vnaquæque illarum cognoſcit omnia. ſequitur eſſe aliquid ponendum additum eſſentiæ, quo habeatur omnium cognitio, & hucuſque principia catholica probant. Quod vero illud quod eſſentiæ additur ſit vnum, vel plura, ex ſacris principiis non habetur, & ideo omnes ille poſitionęs ſunt ſacris principiis compoſsibiles. Cõſonat autem magis authoritatibus ſanctiſsimorum virorum & perſpicaciæ atque ſoluere angelicæ, vt non per tot cognoſcendi rationes cognoſcant, quot ſunt ea, quæ diſtincte cognoſcunt, quod Thomas & Henricus diligenter explanauerunt. Quod autem alius doctor elaborauit ſuſtinere, credo eſſe ſuſtentabile, non tamen conſonum rudibus meis auribus. Hæc de dilucidatione.

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis ſoluendæ ſunt rationes pro quauis poſitione, deinde ſoluemus rationes principales. Ad rationes igitur Henrices. Ad primam concedo diuiſionẽ Ariſto. & vlterius dico ꝙ ſpecies eſt habitus, ſaltem per accidens, quatenus permanens eſt. Vel dici poteſt ſuſtinendo poſitionem peripateticorum ꝙ Ariſto. loquitur de anima, quę agit & patitur non per eius eſſentiam. modo intelligentia non eſt anima niſi per æquiuocationẽ. Ad ſecundam vno modo dici poteſt ꝙ habitus non ponitur in potentiis ſummæ inclinatis vt in graui reſpectu motus deorſum, nec in potentiis violentis, non enim ſi decies milies ꝓiiceretur lapis ſurſum. generaretur motus illius ſurſum habitus, ſed in potentiis neutris, & ſic negatur ſimpliciter conſequentia. Intellectus enim ſeparatus eſt ſummæ inclinatus ad intellectionem, & ſic ratio eſt ad oppoſitum. Vel ſecundum Ariſto. dic ꝙ vera eſſet deductio. ſi illæ ſubſtãtię intelligerẽt mõ noſtro, videlicet cognitione cauſata à rebus, at illæ ſciunt ſciẽtia, quæ eſt cauſa rerum, quia ſciunt per earum eſſentias tanquam per rationes cognoſcendi, quæ ſunt cauſę rerũ. Ad tertiã rñdeo ꝙ ſupremũ inferioris eſt infimũ ſuperioris, qñ illi ſuperiori non repugnat, hoc autem repugnat illi quia in nobis eſt perfectio ſupplens imperfectionem intellectus noſtri, pro quanto noſter non eſt ſummæ habilitatus, at in illis non poteſt eſſe talis perfectio ſupplens imperfectionem, quia eſt ſummæ inclinatus intellectus ille. Ad quartam dici poteſt vno modo ꝙ vnamet res eſt ſpecies per ſe, & habitus per accidens & hoc pacto ſpecies in illis ſeſe habet, vel dicite ſecundum Ariſtote. ꝙ illæ intelligunt tam ſine ſpecie, quàm ſine habitu. Ad vltimum dici põt ſm Ariſt. ꝙ nihil ponitur vltra eſſentiã in talibus, quia ſola eſſentia eſſe põt rõ ſufficiens cognoſcendi oẽ cognoſcibile, vel dic ꝙ non dr̃ perfectus intellectus, quia plura per pauciora cognoſcit, ſed quia plura ꝑ plura limpidius cognoſcit. Ad rõnes vero alterius viri. Ad primã dico negãdo conſequẽ- *Scotus in quæ libet. q. de omni potentia limitat propoſitionem.* tiã, & ad probationẽ dico illã regulam eſſe limitandã, vt ipſe arguẽs alibi limitat. ait.n.ꝙ vbi pluralitas arguit ꝑfectionẽ, infinitas arguit infinitatẽ p̄fectionis: ſi à ſe eſſet pluralitas & infinitas, ſicut eſt in cognitione diuina, quę eſt à ſe. Ad ſecundam dici põt. Vno modo ꝙ illud eſt verum de rõne, quæ generatur ab obiecto & potentia, cuiuſmodi ſunt rõnes intellectus noſtri: at ratio illa nec ab obiecto, nec à potentia generatur, ſed à creante intelligentiam, & propterea eſt vna, quia ſubiectum & efficiens eſt vnum. Vel dici põt rõnem illam eſſe vnam vnitate obiecti, quod eſt ens creatum, hoc.n. eſt vnum cõe oĩbus, & illa ratio eſt vna vnitate illius. Vlterius dico, ꝙ obiectum illud includit virtualiter oĩa cognoſcibilia, nõ quidem virtualiter actualiter, ſed virtualiter potentialiter.

ter. Et forte obiectum primum, è quo ratio illa habet vnitatem eſt ens inquantum ens, ceu intellectus humani. Per idem ad tertiam, actus.n. ille eſt vel de ente creato, vel de nobiliſsimo cõtento ſub ente creato. vel ſub ente. aut dici poteſt illud eſſe verum quando ratio eſt generata vi obiecti, & potentiæ, cuiuſmodi non eſt in propoſito, illa.n. ratio creata eſt à creante intelligentiam. Ad quartam nego aſſumptum. neceſſario.n. neceſſitate ſuppoſitionis noſcit A & B, & quatenus ratio illa repreſentat neceſſario A & B, & ſic nec ex parte intellectus nec ex parte colligantie obiectorum illud eſt neceſſarium, ſed ex parte rõnis, quæ neceſſario repreſentat æqualiter diſtincte ambo illa. Ad rationes vero contra primam poſitionem. Ad primam dico, quicquid poteſt cauſa ſecũda, poteſt & prima ſine ſecunda, cum igitur habitus ille poſsit generari ab obiectis virtute primæ cauſæ cõtinentis oĩa, poterit generari ab illa prima cauſa, & tunc dico, ꝙ licet ille habitus non dependeat ab obiectis, dependet ab aliquo virtute cuius obiecta generarent illum habitum & propterea dr̃ habitus, quia eſt quaſi generatus ab obiectis. Ad ſecundam concedo ꝙ non requiritur conuerſio illa ad phantaſmata tanquã cauſa cognitionis ſed propter ſubordinationem virtutum, quæ in intelligentiis non ſunt ſubordinatæ. Ad tertiam nego conſequentiam, quia intelligentia bifariam cognoſcere poteſt ſe, & per eius eſſentiam, & per habitum illum perfectiori tñ modo per eius eſſentiam, nec inconuenit idem poſſe cognoſci multifariam. Ad quartam illud aſſumptum verum eſt de habitu generato vi obiectorum. at cum eſt creatus ab afficiente, non oportet vt generetur per cognitionẽ ſimplicium. Ad rõnes cõtra Thomam. Ad primam dico vnam rõnem eſſe horum, aliam vero aliorum virtute primi agẽtis ſic vel ſic creantis illas rõnes. Ad ſecundam dico intelligentiam illam creatam cognoſcere etiam per vnam rõnem, ſed dicetur perfectior, quia per illam vnam rõnem cognoſcet limpidius ſua cognoſcibilia. Ad tertiam dicunt cognoſcere aliquid in vniuerſali bifariam dici. Vno modo ex parte rei cognitæ, vt, videlicet cognoſcatur ſolũ vl̃is natura rei, & ſic cognoſcere aliquid ĩ vl̃i eſt ĩperfectius. ĩperfecte.n. cognoſcere hoĩem, q̃ cognoſceret de eo ſolum quod eſt aĩal. Alio modo ex parte medij cognoſcẽdi, & ſic perfectius eſt cognoſcere aliquid in vniuerſali: perfectior enim eſt intellectus, qui per vnum vniuerſale medium, poteſt ſingula propria cognoſcere, quàm qui non poteſt. Ad quartam dici poteſt, ꝙ vnamet rõ non poteſt eſſe plurium adæquata, ſed ſi ſit excellens poteſt idem accipi vt propria & diſtincta rõ atque ſimilitudo multorum ceu in homine eſt vniuerſalis prudẽtia quátum ad oẽs actus virtutum, & poteſt accipi vt propria ratio, & ſimilitudo particularis prudentię quæ in leone ad actus magnanimitates, & eius q̃ eſt in vulpe ad actus cautele, & ſic de aliis. Similiter eſſentia diuina accipitur propter ſui excellentiam vt propria ratio ſingulorum, quæ eſt in ea. vnde ſibi ſingula ſimilantur ſm proprias rõnes, & eodem modo eſt de rõne vniuerſali, quæ eſt in mente talium. quod per eam propter eius excellentiam multæ cognoſci poſſunt propria cognitione. Ad vltimam concedo ſm ſacros totum, poteſt.n. intelligentia intelligere res intuitiue qñ intelligit illas in ſe, & abſtractiue, qñ intelligit ſimilitudines illarum, ĩmo ſimul & ſemel intelligit vtroque modo, quicquid, dicant pħi. Hæc de rationibus contra poſitiones. Nunc ad rõnes principales. Ad primam dico ꝙ Ariſto. loquitur in ſpeciebus ſubalternis, non autem ſpecialiſsimis, quales nõ ſunt intelligentiæ, & aĩa noſtra. Vlterius dico ꝙ ſuperior intelligentia habet perfectiorem entitatem q̃ inferior, non tñ includit totam entitatem inferioris, ita vt inferior non differat ab eo, niſi per negationem, non .n. ſpecies abinuicem in vniuerſo diſtinguuntur per negationem ſed per proprias rationes, at diuina eſſentia, quę infinita eſt, includit eminenter oẽs perfectiones, & ideo nulla ſuperior eſt ſufficiens ratio cognoſcendi inferiorem, ſed ſola eſſentia diuina. Ad ſecũdam dico Ariſt. loqui ſpeciatim de animabus rõnali ſenſibili & vegetabili, & ſic non eſt ad propoſitum auctoritas. non.n. ſimile eſt de numeris & ſpeciebus, quia numerus maior includit minorem tanquam ſui partem ſm totam entitatem eius, & propterea eſt ſufficiens ratio cognoſcendi illum, non ſic ſpecies in vniuerſo ſuperiores includũt inferiores. Ad tertiam dico ꝙ ſpecies illa eſt perfectio intelligentiæ ſm quid: non autem ſimpliciter modo talis non ſemper excedit ſuum perfectibile ſimpliciter, quia oẽ accidens eſt minus ens ſubſtantia ſeptimo huius. Ad quartam patet ſolutio, quia ſtat vt ſimul intelligat ſe per ſpeciem, & per eſſentiam, ſicut quæcunque alia à ſe, & hoc naturaliter excepta ſola eſſentia Dei ad authorem de cauſis, dic ꝙ fuit illius poſitionis. Ad vltimam dico ꝙ perſpicax intellectus dicitur non qui per pauciora intelligit, ſed qui per tot & æqualia limpidius & certius cognoſcit, & ſic in illis. Hæc pauca de diſputatione decimaquarta.

*Eodem Tex.*

# DISPVTATIO XV.

## De modo quo intelligentia prima intelligit quidditates.

*Num intelligentia prima ad hoc vt ĩtelligat rerum omnium quidditate, ſit neceſſarium ponere rationes æternas in eius diuina mente.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ad hoc vt prima intelligentia ĩtelligat rerum oĩum quidditates ſit neceſſarium ponere rõnes æternas in eius diuina mente. Arguitur primo, quia per vnam rõnem intelligendi non poteſt intelligi niſi vnum obiectum. Sed Deus intelligit infinitas ſpecies ſiue quidditates: igitur oportet ponere tales rõnes. Secundo ſi non darentur tales rõnes æternæ, tũc Deus nõ eſſet intell's ĩfinitus, qđ eſt falſum. probant.n. ſacri viri Deum eſſe infiniti vigoris in intelligendo, quia habet infinitas rõnes æternas: quarum quælibet eſt aliquante perfectionis. Præterea poſſet intelligi excedi ab aliquo intellectu, qui oĩa intelligit, & ita non eſſet infinitus. Tertio ſicut intellectus artificis ad opera ita diuinus ipſe intellectus ad ea quæ producit, appellat.n. Plato diuinum intellectum mundi opificem. Sed ĩtellectus artificis cognoſcit opera omnia, quæ ipſe producit per rationes diſtinctas illorum in mente reconditas; igitur & Deus. In contrarium argui ſolet. primo, quia ſi tales rationes darentur: tunc prima intelligentia intelligeret aliud à ſe, quod eſt contra Ariſto. qui in textu dicit ꝙ ſi prima ſubſtantia intelligeret aliud, tũc optima ſubſtantia dignificaretur per aliud à ſe, & deduco argumentum, quia intelligeret ſe per eius eſſentiam tanquã per rõnem intelligendi & cæteras res quæ non ſunt ſua



eſſentia per tales rõnes æternas. Secũdo tunc eius eſſentia non eſſet obiectum adæquatum diuini intellectus, quod eſt contra oẽs, & deducitur argumentum, quia aliqua per tales rõnes intelligeret, quæ nec eſſent eſſentia Dei: nec ſub eſſentia contenta. Hæc de dubõnibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid per quidditates. Cõm. 42.*

PRO intellectu tituli primo debes ſcire, ꝙ diſputatio per quidditates intelligit vniuerſalia ſpecifica, nam quidditas, vt diximus. 7. huius eſt id, quod ꝑ diffinitionem explicatur, quod Auer. expreſsit. hoc autem dictũ eſt diſputatione proxima. Secundo debes ſcire, ꝙ diſputatio quærit ſignãter de quidditatibus: ſiue ſpeciebus, & non de ſingularibus, quia de cognitione ſingularium eſt quæſtio ſeorſum. Nam ſi Deus cognoſcat omnia ſingularia, & quonam modo illa cognoſcat, non parua eſt differentia inter ſacros, & pħos. Quam quidẽ differentiam nunc non intendo proſequi, quia de illa diximus libro deſtructio deſtructionum, itemque in lib. de interpretatione. Præterea in tertio de anima, & alibi pluries, tetigimus etiam quædam circa expoſitionem textus. Diſputatio igitur quærit, ſi ad cognoſcendum rerũ quidditates ſiue ſpecies ſint neceſſariæ tales rationes æternæ, & non ſi ſint neceſſariæ ad cognoſcendum quidditatum indiuidua. Tertio debes ſcire ꝙ quæſtio ſupponit diuinum intellectum cognoſcere omnium indiuiduorum ſpecificas quidditates diſtincte & proprie, & quærit ſi illas cognoſcit per rationes æternas ꝓprias & diſtinctas, hoc enim quod ſupponit, eſt non facile apud pħos. Nam cum pħi velint Deum intelligere res quatenus ille in ipſo ſunt, vti in cauſa. Et ipſe non ſit cauſa diſtincta rei niſi in vniuerſali & per rationem entis, vt dicit Auer. videtur ꝙ non intelligat rerum diſtinctas quidditates per rationes proprias & diſtinctas, ſed potius in vniuerſali. Propterea Auer. inuenitur varius, nam interdum velle videtur Deum intelligere res omnes intelligendo rerum omnium ſpecies & quidditates, vt in hoc. 12. Amplius idem ſecundo phyſicæ auſcultationis & in ſecundo de anima. interdum velle videtur Deum intelligere omnia, non quidem proprie & diſtĩcte, ſed ſcĩa entis quatenus ipſe cõcurrit ad rerum cauſationẽ ſm gradum entis. Supponamus igitur pro pręſenti diſputatione Deum concurrere ad rerum productionem ſm gradum diſtinctum ſpeciei, vt velle videtur Auerro. in hoc duodecimo in calce: vbi dicit omnes formas contineri actu in primo motore, & potentia in prima materia. & per conſequens ꝙ ipſe cognoſcit rerum omnium quidditates ſpecificas diſtincte & proprie, & quæramus ſi ad tales cognoſcendas ſint neceſſariæ diſtinctę rationes ęternę repoſitæ in diuina mẽte, quid vero per rationem ĩtelligamus, proxima diſputatione eſt dictum. Nam hic per rationem vt illic, non intelligimus diffinitionem, nec ſyllogiſmum nec intellectum, ſed rei ſimilitudinem, quæ in mente humana ſpecies dicitur, ĩ angelica vero & diuina dicitur rei rõ, ſiue idolum, ſiue idea. Verum animaduerſione dignum duplex eſſe idolum, ſiue rei rõnum, videlicet idolum, qđ eſt cauſa, & hæc propria eſt in mente diuina, idolum qđ eſt effectus; & hoc dicitur in phantaſia phantaſma, in intellectu autem ſpecies primum dicitur ratio, quia non tãtum repreſentat rem: ſed eſt rei cauſa modo cauſa rei, & quod quid eſt, atque ratio idem eſt ſecundo phyſi. Secundum dicitur ſpecies ſiue ſimilitudo, quia tantum repreſentat: & non eſt rei cauſa, immo rei effectus. Hæc de titulo.

*De quibus diſputatio.*

*Difficultas ſi diuinus intellectus cognoſcit quidditates ſpecificas.*

*Cõm. 51.*

*Varius eſt Auer.*

*Cõm. 36. 37. & 52. Cõm. 75. Cõm. 34. Cõm. 51.*

*Quid ſupponit qõ. Cõm. 18.*

*Quid per rationem.*

*Duplex idolũ.*

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

DE diſputatione dixerunt nonnulli Deum intelligere omnes quidditates rerum diſtincte. Secundo ꝙ ad hoc vt illas diſtincte cognoſcat oportet ponere rationes ęternas in mente diuina, quæ inter ſe & ab eſſentia differunt ex natura rei. Ad euidentiam primi ſecundum eos eſt animaduertendum, ꝙ cognoſcere aliqua diſtincte poteſt eſſe bifariam, aut ex parte cognitionis, aut ex parte modi cognoſcendi. cognoſcunr̃ diſtincte res ex parte cognitionis, quoties diſtinctis & diuerſis cognitionibus, ſiue actibus cognoſcẽdi cognoſcũtur, ceu intellectus noſter lapidem & lignũ intelligit. nam alia cognitione ſiue intellectione cognoſcit lapidem, & alia lignum, & hoc pacto Deus non intelligit rerum ſpecies, quia ipſe & ſe & omnia cognoſcit vnica intellectione. Cognoſcuntur vero diſtincte ex parte modi cognoſcendi ipſæ res, quotiens non confuſe nec in vniuerſali cognoſcuntur, & hoc pacto intellectus noſter cognoſcit diſtincte hominem, ſi ipſum cognoſcit non tantum quo ad prædicata, in quibus conueniunt, ſed etiã quo ad prædicata, in quibus differunt, ceu cognoſcere hominem vt eſt animal rationale mortale eſt diſtincte cognoſcere, quia conceptus iſtę homini duntaxat competit: vnde cognoſcere diſtincte hoc modo eſt cognoſcere, reſolute, & hoc modo Deus cognoſcit ipſas rerũ quidditates diſtincte, quia cognoſcere confuſe eſt cognoſcere imperfecte: quod nefas eſt perfectioni diuinæ. Hæc de prima. Secundum probant quantum ad primam partem, primo quia vna ratio non poteſt diſtĩcte & proprie eſſe plurium, igitur oportet ponere tot quot ſunt intelligibilia, non enim magis oportet ponere rationes aliquorum ſic, & aliquorum non nec poſſunt poni tales rationes creatæ, quia in Deo nihil eſt creatum; igitur erunt æternæ & hoc velle videtur Auer. in hoc duodecimo, inquit enim. Illæ enim formæ forte videntur habere duplex eſſe, videlicet in actu: quod eſt eſſe in materia & in effectu: & in potentia. ſ. eſſe quod habent in illa forma dico potentia quemadmodum dicimus ꝙ formæ artificiales habent eſſe actu in materia, & in potentia in anima artificis, vnde hæ formæ vidẽtur habere duplex eſſe abſtractum & materiale, & hoc quidem eſt ꝙ facientes formas volunt dicere, ſed non perueniunt ad ipſam. Hæc Auer. Quantum vero ad ſecũdam partem. probant, quia cum ſimplicitate diuina ſtat diſtinctio ex natura rei talium rationum, & inter ſe & ab eſſentia, diſtinctio enim ex natura rei nõ tollit ſummam ſimplicitatem ſed bene diſtinctio realis apud exteros. præterea circumſcripto oĩ actu intellectus Deus diſtincte cognoſcit oĩum rerum quidditates per diſtinctas cognoſcendi rationes, igitur illę rationes & inter ſe & ab eſſentia differunt ex natura rei. Amplius circumſcripto actu intelligendi Deus eſt intellectus infinitus & non eſt intellectus infinitus niſi quia habet infinitas rationes cognoſcendi; igitur tales rationes & inter ſe & ab eſſentia diſtinguuntur ſaltem ex natura rei. Ex his inferunt. primo eſſe duplex obiectum terminatiuum intellectionis diuinæ primarium vt eſſentia diuina, quæ quidem adæquate terminat intellectionem diuinam. Secundarium & inadæquatum, vt quidditates illæ quæ per rationes tales intelliguntur: Secundo ſequitur Deum intelligere aliud extra ſe bifariam. Primo quia quædam quæ non ſunt Deus probatur, quia intelligit lapidem, qui non eſt Deus. Secundo quia eius intellectio ſaltem vt ad obiectum inadæquatum

*Poſitio Franciſci de Mayronis.*

*Quid diſtincte cognoſcere.*

*Cõm. 36.*

*Excerp. 2.*

*Secundum.*

tum terminatur ad quidditates rerum, quæ non ſunt eius eſſentia. *Tertium.* Tertio ſequitur Deum poſſe rerum quidditates intelligere intuitiue & abſtractiue, deducunt quia intuitiue intelliguntur in ſeipſis, abſtractiue vero intelliguntur tum cum in rationibus cognoſcendi cognoſcuntur, & quia Deus poteſt illas intelligere in ſe, & in rationibus æternis: igitur poteſt intuitiue & abſtractiue intelligere illas. *Quartum.* Quarto. ſequitur omnia præfuiſſe ab æterno ſm potentia & eſſe obiectiuum. probatur, quia rationes hæ æternæ ſunt formæ in potentia obiectiua, vt dixit Auerroes. *Confutatio.* Sed hęc poſitio non eſt peripatetica. Primo quo ad modum dicendi, non enim peripatetici volunt obiectum eſſe niſi in mouendo, vel recipiendo vel ſm intentionem vt in primo libro dictum eſt: ſed nec eſſentia mouet intellectum Dei, nec quidditates, quia inter mouens & motum oportet eſſe diſtinctionem realem, igitur non eſt modus peripateticus. Secundo nec quo ad rem, quia eſſentia diuina poteſt eſſe ratio infinitorum, cum ſit infinita, igitur poteſt eſſe ratio cognoſcendi infinita. Tertio quicquid eſt ratio diſtincta producendi aliqua, eſt ratio cognoſcēdi diſtincta illorum. patet hoc aſſumptum ex titulo, dictum eſt enim rationem intelligendi diſtinctam eſſe rationem producendi diſtinctam. Sed eſſentia eſt ratio producendi rem ſecundum gradum ſpecificum, vt ſuppoſui in diſputatione. concurrit enim diſtincte ad rerum productionē ſm gradum ſpecificum: igitur eſt diſtincta ratio cognoſcendi omnia ſm eorum rationes ſpecificas. *Argumentum Thomæ in prima parte. q. 55.* Quarto arguit Expoſitor & recte. quicquid diſtincte & perfecte comprehendit aliqua, eſt diſtincta ratio cognoſcendi illa. Sed eſſentia Dei (cum infinita ſit) ſimpliciter & in ſe comprehendit omnia perfecte & diſtincte, igitur Deus omnia comprehendit per ſuam eſſentiam. Tertio hæc poſitio errat, quia tales rationes diſtingui ex natura rei inter ſe, & ab eſſentia videtur erroneum, dictum eſt. n. diſtinctionem ex natura rei non dari. Præterea dictum eſt ꝙ tollit ſummam Dei ſimplicitatem, quia ſummæ ſimplex eſt quo ſimplicius excogitari non poteſt. modo ſi rationes hæ eſſent ex natura rei diſtīcte in eſſentia ipſa eſſentia eſſet ſimplicior excogitabilis: ſimplicior enim eſſet eſſentia ſine diſtinctione rationum, q̄ cum tali diſtinctione. Rurſus ablatis his diſtinctionibus & his rationibus intelligendi remanente ſola eſſentia cum intellectu, Deus eſſet quauis intelligētia plena rationibus intelligendi perfectior. Sed intelligentia habet quibus poteſt omnia intelligere, igitur Deus illis ablatis habet quo poteſt omnia cognoſcere, & non habet niſi ſolam eſſentiam & intellectum, igitur hæc ſufficiunt ad cognoſcēdum omnia. *Poſitio quæ videtur Auer. Cōm. 51.* Auer. autem tam varius inuenitur vt velle videatur Deum intelligere tantum ſe formaliter. Sed quia ipſæ eſt ens quoddam eminenter continēs omnes perfectiones in rebus repertas, hac de cauſa dicitur cuncta eminenter cognoſcere, quatenus cognoſcit id quod omnia eminenter ceu qui cognoſcit ignem cognoſcit omnia calida, non quidem formaliter ſed eminenter, ſic quod cognoſcit eſſentiam: cognoſcit omnia quia eſſentia eſt omnia eminenter. *Confutatio.* Sed hæc poſitio primo errat, quia eſt contra titulum, nos enim, ſuppoſuimus in titulo Deum cognoſcere rerum quidditates & ſpecies, & quærebamus ſi illas cognoſcit per diſtinctas rationes cognoſcendi, igitur ſolutio vana. Secūdo quicquid formalr̄ & diſtincte dirigit res in finem, cognoſcit formaliter & diſtincte res, aut dirigitur à cognoſcente formaliter & diſtincte illas res. ſed Deus non dirigitur à cognoſcente, quia tunc eſſet aliquid Deo nobilius: igitur dirigit effectus & res in finem, & per conſequens cognoſcit formaliter res atque diſtincte. Secundo, ſi Deus res ipſas non cognoſceret in ſe formaliter, ſed tantum eminenter, tunc ipſe non haberet oīum prouidentiam, quod eſt contra. Ariſt. vbique. *Ratio aliorum.* Alij etiam probant idem ſic, impoſſibile eſt intelligere relationem, quin intelligātur extrema: ſed Deus intelligit diſtinctionem, quæ eſt inter ipſum & res. ſcit. n. ſe eſſe ab omnibus aliis diſtinctum, igitur intelligit formaliter ſe & res, eſt enim diſtinctio relatio quædam, & ita non tantum eminenter res ipſas cognoſcit, ſed formaliter. *Solutio.* Reſpondent nōnulli ꝙ realis diſtinctio quæ eſt inter Deum & res eſt quædam entitas: & ita continetur eminenter in eſſentia diuina, & ſic Deus cognoſcit illam diſtinctionē eminenter, quatenus cognoſcit eius eſſentiam, quæ eſt eminenter oīs diſtinctio. *Repli.* Obijciunt cuculati. primo quia tunc Deus non proprie cognoſceret ſe eſſe diſtinctum ab aliis, quia qui non cognoſcit diſtinctionem: licet intelligat aliquid eminentius diſtinctione, non propterea cognoſcit proprie ſe eſſe diſtinctum: ceu qui lucem ſolis oēm calorem eminenter continentem cognoſcit, non proprie cognoſcit calorem. Secundo illa potentia quæ ſolum cognoſcit eſſe ſuum & non formaliter alia non proprie cognoſcit ſe eſſe diſtinctum ab illis, ſed ex ſolutione Deus tantum ſuum eſſe cognoſcit formaliter, & alia nō formaliter, igitur non proprie cognoſcit ſe eſſe diſtinctum ab aliis. *Solutio.* Qui poſitionem Auer. defenderet, diceret Deum cognoſcere ſe eſſe diſtinctum ab aliis eminenter, & quādo diceretur ꝙ tunc non proprie cognoſceret ſeſe diſtinctum. concederet non proprie hoc eſt formaliter, & non eſt hoc impoſſibile, quia non attinet ad diuinam perfectionem cognoſcere ſe diſtingui formaliter ab aliis, niſi eminenter, vnde laborauerūt probare Deum non proprie cognoſcere ſe eſſe diſtinctum ab aliis, quod ſic dicentes concederent, eo quia Deus nō proprie, ideſt formaliter & diſtincte cognoſcit diſtinctionem, ſed aliquid eminentius diſtīctione, & hoc attinet ad diuinam perfectionem, & propterea rationes primæ ſunt potiores. Hæc de poſitionibus.

CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*1. ſuppoſitio.* PRO dilucidatione. Primo accipiamus eſſentiam diuinam eſſe rationem producendi res ſecundum gradū ſpeciei, hoc nunc ſupponamus, quia multi peripatetici quorum eſt Themiſtius & Simplicius in libro de anima voluerunt eſſentiam intellectus agentis eſſe formarum datricem, vt etiam Auicenna & Alexander conceſſerūt. Quare accipiatur vt ſuppoſitio Deum concurrere ad rerum productionem ſecundum illarum gradum ſpecificum, quia intellectus agens apud hos Deus eſt, apud autem Platonem eſt mundi anima. *2. Suppoſitio. Quid ratio intelligendi & quotuplex.* Secūdo accipiamus ex titulo huius diſputationis rationem intelligēdi, quæ vocatur à Platonicis idea, ab aliis idolum, à Peripateticis ſpecies, eſſe duplicē, videlicet idolum cauſam, & idolum effectum. Idolum effectus eſt ſimilitudo rei repreſentatiua dependens ab ipſa re & ſecundum aliquos ab intellectu agente, ſecundum alios ab intellectu poſſibili, quia intellectus & obiectum apud hos ſunt duæ cauſæ partiales tales ſpeciei ſiue idoli, tale autem idolum eſt ſimilitudo ſiue ratio intelligendi rem non intellectu niſi reflexe, quæ quidem in phantaſia eſt phantaſma, in virtute imaginaria imago, in intellectu eſt ſpecies. Idolum vero cauſa eſt ratio producēdi rem, quęq; illam repreſentat formaliter, & verius q̄ prima, quia cognoſcere



gnoſcere per cauſam perfectius eſt qua ſiue cauſa. Hæc quidem ratio eſt cognoſcendi cognita. quia eſt formalis ratio intelligendi in ſe tamen per ſe intelligibilis recte, dicitur autem talis ratio à Platone idea in mente artificis, ſiue forma. *Dilucidatio. 1. concluſio.* Tunc dicendum ꝙ Deus ad hos ad hoc vt res ipſas cognoſcat ſecundum earum eſſe quidditatem, non oportet ponere rationes reales cognoſcendi illas diſtinctas ex natura rei īter ſe, & ab eſſentia. probatur ex ſuppoſitionibus, quia eſſentia eſt ratio producendi res ſecundum earum gradum ſpecificum, vt ſuppoſitio prima dicit: igitur eſt ratio intelligendi illas diſtincte & formaliter, vt per ſecundam licet inferre: dictum eſt enim rationem intelligendi eſſe duplicem, quarum propria eſt ratio illa quæ eſt principium productiuum formale rei, & tale (vt dictum eſt) eſt eſſentia Dei: igitur non oportet ponere rationes producendi ex natura rei diſtinctas ab eſſentia, & inter ſe. *2. concluſio.* Secundo dicendum ſolam eſſentiam eſſe rationem propriam & diſtinctam intelligendi proprie & diſtincte, quamuis quidditatem patet ex prima concluſione, & ex ſuppoſitionibus, quia illa eſt diſtincta & propria ratio producendi, igitur ratio intelligendi propria & diſtincta. *3. concluſio.* Tertio dicendum in Deo eſſe plures rationes intelligendi & diſtinctas, non quidem diſtinctione exiſtēte in Deo, vel in eius eſſentia, ſed diſtinctione exiſtente in ipſis rebus quæ intelliguntur. declaratur per quoddam ſimile, Nam vt dextrum & ſiniſtrum in columna diſtinguuntur diſtinctione exiſtente in membris animalis, & non diſtinctione exiſtente in ipſa columna, ſic rationes intelligendi poſſunt intelligi diſtingui diſtinctione exiſtente in rebus intellectis, & non in ipſo intelligente, igitur poſſunt in Deo eſſe plures rationes proprie & diſtincte rerum, quibus proprie & diſtincte res cognoſcat, quæ quidem. diſtinguuntur diſtinctione rerum quæ intelliguntur, non autem diſtinctione exiſtente in ipſo intelligente. *Conſilium poſitionum.* Ex his poteſt poſitionum conſilium colligi, quia ponentes rationes intelligendi tot in Deo, quot ſunt res intellecte & diſtinctas inter ſe & ab eſſentia. Si ponunt illas diſtinctas diſtinctione exiſtente in rebus, quę intelliguntur, recte dicunt, ponentes vero vnicam rationem intelligendi omnium quæ intelliguntur. ſi velint illam eſſe vnicam formalem, & indiſtinctam diſtinctione exiſtente in ipſo intelligente, etiam recte ſentiunt, & ſic ambæ pōnes ſunt tollerabiles, ſi aūt primi velint rōnes illas diſtingui diſtinctione exiſtēte in ipſis, errant, & ſi ſecundi etiam velint rōnem illam eſſe vnicā tā à parte ipſarum, q̄ reiū, etiam errant. Hæc de conſilio. *Excerptum.* Ex his ſequitur primo Deū oīa diſtincte & proprie intelligere vnica. rōne intelligendi. probatur, quia oīa diſtincte & proprie ītelligit per eius eſſentiam, quæ eſt vnica rō intelligendi. *Secundum.* Scđo ſequitur Deū cognoſcere diſtincte & proprie res ipſas ſcīa & cognitione, quæ eſt rerū cā. probatur quia cognoſcit res proprie & diſtincte per ſuam eſſentiam, quæ eſt rō formalis ꝓducendi res, & illarum cā. *Tertium.* Tertio ſequitur Deū oīa cognoſcere cognitione ſimplici & non cōplexa vel diſcurſoria. probatur, quia oīa cognoſcit diſtīcte & proprię per eius eſſentiā, non tanq̄ per medium, nec tanquā per principium cōponendi & diuidendi, igitur actu ſimplici. Præterea cognitio cōplexa vel diſcurſoria ꝓcedit ex īperfectione cognoſcentis at Deus eſt perfectiſſimum cognoſcens. *Quartum.* Quarto ſequitur Deum poſſe res ipſas cognoſcere intuitiue & abſtractiue vnico actu. patet, quia Deus cognoſcit res abſtractiue in eſſentia, & ītuitiue cognoſcendo res ipſas in ſe, vnico vero actu, quia vnica rōne cognoſcendi, quæ eſt omnium cognoſcibilium vtpote ipſa eſſentia. Hæc de dilucidationem.

CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis. Ad primā dico ꝙ per vnam rōnem intelligendi, quæ eſt effectus non pōt niſi vnum diſtincte & proprie intelligi, at per vnam rōnem ītelligendi, quæ eſt cauſa, poſſunt tot intelligi quot ipſa eſt propria & diſtincta rō producendi. Ad ſecundā negatur conſequentia, Deus. n. eſt intellectus infinitus non quid propter infinitas producendi rōnes, ſed propter vnicam, quæ eſt infinitorum rō, & à ſe. Ad tertiā cōceditur multas eſſe rōnes, ſed non diſtinctas diſtinctione cadente in opifice ſed in rebus ipſis producendis, rōnes etiam in contrarium nullæ ſunt, quia Ariſto. reputat impoſſibile Deū intelligere aliud à ſe per rōnem, quæ ſit alia ab eius eſſentia, quia ſic dignificaretur illa rōne, & non tm̄ eius eſſentia. Ad ſecundam patuit ſolutio, dictum eſt. n. obiectum à peripateticis eſſe dictum, vel quia agit in aliud, vel quia ponitur ab alio, vel quia intenditur vt finis, & nullo horum modorum eſſentia dici poteſt obiectum, & propterea deductum non eſt impoſſibile, cum his tn̄ ſtat eſſentiam eſſe adæquatam rōnem intelligendi ſe diſtincte, & oīa proprie & diſtincte. Hæc de lib. duodecimo, nec plura colligimus, tū quia in expoſitione multa ſuppleuimus, tum quia in lib. deſtructio deſtructionum plura de Deo & de ſubſtantiis ſeparatis conſcripſimus, in libro etiā de beatitudine pertractauimus. Hæc pauca elaborauimus, ne tedio vos afficiam.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

# LIBRI TERTIIDECIMI METAPHYSICORVM

## DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

### In Tres diſputationes diuiſi.

1 *Num res Mathematicæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus*
2 *Num Ideæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus ipſis.*
3 *Num numerus ſit genus continens ſub ſe plures ſpecies eſſentialibus differentiis diuiſas.*

PRÆFATIO.

DISPVTATIONES in 14. & 13. libris confecimus tibi paucas Comes magnanimæ Andrea Carapha, quoniam Ariſtoteles poſtquam in prioribus libris veritatem tradidit, iudicauit non inutile opiniones cæterorum & narrare, & percenſere. Tu vero & interdū audiſti finē librorū Metaphy. eſſe duodecimū ītelligas ob finē, qui in eo traditur. Nā in codicibus græcis: & īnumeratione librorū: quā græci effecerūt: īuenimus hos duos alios: imo apud arabas enumerātur vniuerſæ meta ſciæ vigintiquatuor: quos cum nō viderim: nec certos habuerim: non omnino approbo. Tu igiť diſputationes haſce legas quæſo: nam

ſo:nam licet videanẽ mathematicę, ſunt & meta. & ſucci plenæ: erit.n. mihi pgratũ ſi illas laudaueris. Vale.

*Neceſſe vero ſi ſunt matematica, aut in ſenſibilibus eſſe ipſa, quemadmodum dicunt quidam.*

## DISPVTATIO PRIMA
### De Matematicorum abſtractione.

*Num res Matematicæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD matematicæ res ſint ſeparate. Arguitur primo res matematicę ſunt diſtinctæ ſecundum eſſe ſubſtantiis & à qualitatibus, quia ſunt in alio prædicamento, igitur ſeparatæ, non.n. ſeparatum eſt aliud q̃ diſtinctum ẽm eſſe. Secundo intellectus poteſt intelligere dimenſionem & numerum ſine materia ſenſili, igitur res matematicæ, quæ ſunt dimenſio & numerus ſunt ſeparatæ in re à materia ſenſili antecedens conceditur ab omnibus, diffiniunt enim matematici numerum & dimenſionem ſine materia ſenſili & argumentum deducitur, quia quicquid intellectus poteſt intelligere eſt in re, aliter falſo intelligeret modo abſtrahentium non eſt mendacium, vt dicitur .2. phyſicæ auſcultationis. Tertio ſcientia matematica & ſcientia naturalis, differunt genere: igitur res matematicæ de quibus eſt matematica ſunt ſeparatæ à rebus naturalibus, de quibus eſt naturalis, tenet argumentum, quia ſecantur ſciæ vt res ipſe de quibus ſunt, vt dicit .3. de Anima. In contrarium eſt Ariſt. in textu. Hæc de dubita.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quæ de libris duobus additis*

ANTEQVAM ad tituli expoſitionem veniamus debes ſcire ꝙ vltra librum duodecimum inueni in codicibus græcis duos alios lib. 13. videlicet, & 14. Quos quidem cõmẽtati ſunt multi, vt de græcis, Alex. Aphro. de latinis, Albertus hos enumerant omnes græci qui diuiſionem lib. metaphyſicæ Ariſto. prępoſuerunt inter latinos etiam illorum meminit Ioã. Ganda. in ſecundo lib. phyſicæ. q. 4. & ſine dubio videntur Ariſto. tum per modum loquendi, quem ſeruant. tum quia vbique & paſsim ea quæ dicunt referunt ad alios lib. ita vt videatur omnium vnus auctor ſunt quidam arabum qui aſſerunt metaphyſicæ lib. eſſe .24. & omnes fuiſſe ab Auer. expoſitos hoc etiam hebræi confirmant, verum cum hincinde perquiſierim, non inueni plures, nec quidem in codicibus græcis: nec etiam enumeratos ab expoſitoribus grecis. Nec credo arabibus, nec hebręis: quorum patres mendaces ſunt: & blanduli laudum verum ſiue ſic, ſiue aliter nos quaſdam diſputationes & breues in eis ædemus nõ inutiles Peripateticis, nec Platonicis hæc de lib.

*Quæ res matematica.*

De titulo vero dicamus ꝙ res matematicæ de quibus intelligit diſputatio, ſunt ille de quibus primo matematica conſiderat, vt de ſubiectis, ceu continuũ, de quo pertractat geometra, & numerus quem contẽplatur arithmeticus ſub cõtinuo plura ſunt, vt linea, de qua æduntur figuræ ſuperficies & corpus de quibus oĩbus loquitur geometra ſub numero multæ ſunt ſpecies, vt cubus, rectus, & cætera id genus, de quibus eſt geometria, ſunt res etiam de quibus loquuntur ſcĩæ mediæ, vt numerus ſonorus, de quo eſt muſica, vt continuum viſile de quo eſt proſpectiua: & cętera id genus, quæ cũ ſint magis naturales quam matematicæ prætermittantur, diſputatio enim loquitur de rebus, quę pure & proprie dicuntur matematicæ, cuiuſmodi ſunt numerus vt numerus, & continuum, vt continuum.

*Dubiũ de quot quanti ſpeciebus loquatur matematicus.*

Et ſi quaritur: cum ſint plures primæ ſpecies quanti, videlicet tempus oratio & id genus, cur de duabus tantum ſpeciebus quanti conſiderauit matematica, & non de pluribus.

*Solutio.*

Dici poteſt & recte, quia ſolæ hæ duæ poſſunt intelligi abſque motu: cæterę autem cum ſint aut motus, aut nõ ſine motu intelligibiles, hac ratione de illis non fuit aliqua pars ſcientiæ matematicæ.

*Vnde mathematicum.*

Secundo debes ſcire quòd nomen matematicum venit à matheteuo verbo græco: quod latine ſonat doceo, & ideo ſcientia matematica interpretatur ſcientia doctrinalis, quod nomen licet ſit commune omnibus ſcientiis, quatenus omnis ſcientia eſt doctrina quædam per excellentiam accommodatur his: quæ conſiderant de continuo & numero, eo quia in nullis aliis poteſt ita doctrinaliter procedi, veluti in his. continuum igitur & numerus dicuntur res matematicæ, quatenus de continuo & numero, vt talia hæ artes contemplantur, quæ per excellentiam dicuntur matematicæ. Vlterius per ſeparatum in diſputatione intelligimus idem quod abſtractum.

*Quid abſtractio.*

Quot vero modis ſumatur abſtractio, & quæ ſit abſtractio, in .7. libro diſputatione prima diligenter eſt dictum. Amplius in dilucidatione dicemus, quantum propoſitio deſeruiet.

*Quid ſenſibilia.*

Senſibilia vt .2. lib. de anima dictum eſt, trifariam ſunt. alia quidem per accidens, vt ſubſtantia, videlicet Socrates Plato, cœlum emilium, & id genus. Alia per ſe, vt calidum, frigidum & quæ non contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Alia communia: quæ poſſunt pluribus ſenſibus ſentiri, vt magnitudo, numerus, figura motus & quies: & de omnibus poteſt diſputatio ampliari. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Prima poſitio Heraclitanorũ*

DE diſputatione veterum nonnulli, vt herculei, ſiue Heraclitani ſenſerunt res matematicas nullo pacto eſſe ſeparabiles à ſenſibilibus mouebantur veteres hi, quia intellectum & ſenſum crediderunt idem eſſe & cum viderunt tales res à ſenſilibus non eſſe ſenſũ ſeparabiles, crediderunt nec ratione aut intellectu ſeparari poſſe propter hæc nullam naturam præter phyſica conceſſerunt.

*Logici ꝙ.*

Hanc poſitionem videntur ſequi logici, & quia crediderunt omnem quantitatem eſſe ſubſtantiam, vel qualitatem.

*Optima ratio logicorum.*

Quod probare enituntur, ex eo quia omnis res extenſa eſt qualitas vel ſubſtantia, & omnis quantitas eſt res extenſa; igitur omnis quantitas eſt ſubſtantia vel qualitas. maiorem probare videntur, ponendo quòd aliqua res extenſa ſit A B C, tunc arguunt ſi hæc res extenſa A B C non ſit quantitas, tunc quantitas erit res diſtincta ab alia poſsit ſaltem intelligi abſque illa: intelligatur igitur res extenſa A B C abſque quantitate, & cum adhuc remaneat pars extra partem, vt A extra B: & B extra C, ſequitur quòd adhuc remanet extenſa. Syllogizetur igitur illud quod competit alicui circunſcripto ab eo omni quod diſtinguitur realiter ab illo, eſt idem realiter illi, ſed quantitas competit rei extenſe circumſcripto à re extenſa omni eo quod diſtinguitur realiter à re extenſa, igitur quantitas eſt res extẽſa. minor patet per exemplum datum, quia vbi remoueretur ab A B C omne diſtinctum realiter, adhuc A B C eſſet quantum, & haberet partem extra partem, igitur quantitas eſt res extẽſa, & vt dictum eſt cum omnis res extenſa ſit ſubſtãtia vel qualitas, igitur quãtitas eſt ſubſtantia



ſtantia vel qualitas. Ex his infertur ꝙ res matematicæ non poſſunt ſeparatæ eſſe, nec abſtrahi à ſenſilibus, non quidẽ à ſenſilibus communibus: quoniam res matematicæ ſunt ſenſibilia communia non à ſenſilibus proprijs, vel ſubſtãtijs quæ ſunt ſenſilia per accidens, quia quãtitas eſt ſubſtantia vel qualitas, & nihil poteſt abſtrahi à ſemetipſo, igitur logici videntur imitari Heraclitanos, non enim ſecundum eorum poſitionem poſſunt ponere quantitatem abſtrahi à ſenſilibus, quia non à communibus, cum res matematicæ ſint ſenſilia communia, nõ à proprijs, quæ ſunt qualitates nec a per accidens, quæ ſunt ſubſtantiæ, quia res matematicæ quæ ſunt quantitates ſunt ſubſtantiæ vel qualitates, modo nihil poteſt abſtrahi à ſemetipſo, igitur logici ſunt heraclitani.

*Obiectio Ariſto.*

Obijcit autem Ariſto. huic poſitioni vbique, quia poſſunt diffiniri ſine ſenſili materia, abſtrahunt à ſenſilibus, ſed res matematicæ poſſunt diffiniri ſine materia ſenſili, vt patet in diffinitione lineæ vel ſuperficiei vel corporis, vbi nulla ponitur ſenſibilis qualitas. Secundo quia quæ poſſunt ſine motu diffiniri abſtrahũt à ſenſilibus. motus.n. non eſt abſq; ſenſilibus intelligibilis at res matematice, vt deducit .2. phy. poſſunt ſine motu diffiniri, igit res matematicæ ſunt ſeparatæ à ſenſilibus minorem probauit illi Ariſto. ex differentia inter phyſicas, & matematicas diffinitiones. Hæc Ariſto.

*Quæ contra logicos.*

Sed vtrum quantitas differt realiter à ſubſtãtia & qualitate, nolo nunc diſputare, ſciant tamen noſtri ſcholaſtici eſſe quaſi commune omnium Peripateticorum principium ea diſtingui ſecundum rem, quæ ponũtur in diuerſis prædicamentis, quia diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ, & non quidem ſecundum rationem, ſed ſecundum rem apud Simplicium & Boetium. propterea poſitio horum omittatur tanquam ridicula. Hæc contra Heraclitanos.

*Poſitio pytagoricorum.*

Pytagorei vero in alio extremo poſiti dixerunt res matematicas eſſe pœnitus abiunctas ſeparatas, & abſtractas omnibus è ſenſilibus, non tamen vna via proficiſcuntur omnes, vt Ariſto. in textu narrat. Nam alij dixerunt res matematicas ab omnibus ſenſilibus eſſe ſeparatas, & nec in ipſis ſenſilibus poſitas. Alij dixerunt illas eſſe ſeparatas quidem ſecundum eſſe non tamen loco & ſubiecto ammotas ab ipſis ſenſilibus. Hæc Pytagorei.

*Obiectiones Ariſt.*

Obijcit autem Ariſtoteles in textu, quia ſi res matematicæ ſint ſeparatæ ſecundum eſſe tunc vel erunt loco & ſubiecto ſeparatæ, vt prima poſitio ſentit, vel eſſe quidem abiunctæ, loco vero & ſubiecto in ſenſilibus poſitæ, vt ſecunda poſitio affirmat. ſi loco & ſubiecto abiunctæ, tunc erũt ſubſtantiæ abſtractæ. deducitur quia nullum accidens eſſe poteſt ſine ſubiecto, vt ſeptimo lib. eſt determinatum, igitur ſi res matematicæ ſint è ſenſilibus loco & ſubiecto ſeparatæ, cum non poſsint eſſe accidentia, erunt ſubſtantiæ. Si autem erunt eſſe abiunctæ: loco vero & ſubiecto in ipſis corporeis ſenſilibus exiſtẽtes, tunc duo corpora erunt in eodem loco, & ſic duo corpora erunt vnum corpus, niſi eſſet penetratio. multas alias rationes facit, quæ omnes vim habent eandem, & propterea hæc vna ſufficiat.

*Poſitio Ariſt.*

Ariſt. vero paucis quæſtionem hãc abſoluens, mediam viam ſecutus eſt. vult enim res matematicas eſſe, & ſubiecto, & loco eſſe in ſenſibilibus, ratione vero ſiue diffinitione eſſe ſeparata. Quod quidem ſecũdum eſſe ſint in ſenſilibus. probat: quia non exiſtunt in diuerſis locis, non enim hic ſunt ſenſiles ipſe res, illic vero res matematicæ, igitur ſecundum eſſe & ſubiectum ſunt coniunctæ ſenſibilibus. Quod autem ſecundum rationem ſint ſeparatæ probat quia cum ipſe matematicus rem ſuam deſcribit, ſine ſenſili materia diffinit, igitur ratione è ſenſilibus ipſis ſunt ſeparatæ, & ſic inter has extremas poſitiones Ariſt. videtur medius.

*Difficultates contra Ariſt.*

Sed circa hãc ſolutionem ſunt difficultates. Prima quidem, quia nõ apparet, qua nam ſpecie abſtractionis res matematicæ è ſenſilibus ſint abſtractæ, multiplex enim cum ſit abſtractio, videtur Ariſt. proceſsiſſe per æquiuocum. Secundo non apparet è quibus ſenſilibus res ipſe matematicæ abſtrahãtur, multiplex enim eſt ſenſile, vt in titulo patuit.

*Dilucidatio. Ioan. in lib. 2. phyſi. q. 4.*

Ioannes Gandauenſis in libro ſecundo phyſicæ auſcultationis dilucidauit Ariſtot. & præmiſit diſtinctiones. Prima ꝙ bifariam eſt abſtractio. altera quidem realis. altera vero intẽtionalis. realis quidem eſt ſeparatio aliquorum duorum ſecundum locum, quæ prius fuerunt coniuncta: ceu alchimici docent abſtrahere quintam eſſentiam à vino, & aromatari ſuccum ab herbis. paſtores atque villici butyrũ è lacte. Intentionalis autem bifariam. altera quæ pertinet ad intellectum agentem: vt ſpeciei intelligibilis ab indiuiduis phantaſiatis. alia quæ pertinet ad intellectum poſsibilem & hæc eſt intellectio alicuius prioris coniuncti cum poſteriori non intellecto poſteriori, quæq; multifariam eſt: quædam ſuperioris ab inferioribus: quædam eſt ſubiecti à proprijs accidentibus, vt dum intelligitur homo non intellecto riſibili: quædam ſubiecti ab accidentibus communibus, vt dum intelligitur homo abſq; curſu. Secunda diſtinctio eſt ꝙ ſenſibilia ſunt bifariam. alia quidem propria. alia communia: communia quidem quæ ab omnibus vel pluribus ſenſibus cognoſcuntur, propria vero quæ non contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Tunc Ioannes poſitionem Ariſto. per ſex dilucidat. primo dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus abſtractione reali & hoc contra Pytagoricos, quia nunquam eſt, aut fuit, aut erit linea quæ non ſit in aliquo ſubiecto calido vel frigido, vel humido, vel ſicco: cum res matematice ſint accidentia, & accidentia non poſſunt eſſe quin ſint in ſubſtantia naturali relinquitur res matematicas non poſſe reali abſtractione eſſe abſque ſenſilibus. Secundo dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus abſtractione ſpeciei à phantaſmatibus, hoc facile patet, quia ſenſilia non ſunt phantaſmata nec indiuidua phantaſiata rerum matematicatum. Tertio dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ è ſenſilibus abſtractione naturæ à ſuppoſitis, ſiue ſuperioris ab inferioribus, hoc manifeſtum eſt, quia res matematicæ non ſunt naturæ rerum ſenſilium, nec vniuerſalia illorum. Quarto dicit quòd res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus abſtractione ſubiecti ab accidentibus proprijs, hoc nullo alio probo, niſi quia conſtat res matematicas non eſſe ſubiecta rerum ſenſilium propria. Quinto dicit quòd res matematicæ ſunt abſtractæ abſtractione ſubiecti ab accidentibus communibus. probatur quia dimenſio eſt ſubiectum ſenſilium ſecundum Auerroem in libro de Subſtantia orbis, & ſi non ſeorſum, ſaltem, cum materia ipſa, eſt enim primum eorum quæ in materia recipiuntur.

Vltimo dicit quòd res matematicæ ſunt abſtractæ à ſenſilibus, non quidem communibus ſed proprijs, communibus quidem nõ quia ipſemet res ſunt communia

ſenſilia; è proprijs vero ſic, quia coniunguntur illis accidentaliter, & ſunt illis priora. Hæc Ioannes. Sed hęc dilucidatio multifariam eſt obſcura. Primo quia prima diſtinctio eſt manca, quia intentionalis abſtractio prima ſui diuiſione diuiditur per ſenſum, & per intellectum, eſt enim alia pertinẽs ad intellectum, alia ad ſenſum, abſtrahit enim vis imaginaria à ſenſilibus proprijs, & extimaria etiam, vt illa ouis ex ſenſilibus proprijs circa lupum, vt docet Auer. in libro de Anima, & huius nihil meminit Ioannes. Præterea ea quæ pertinet ad intellectum poſsibilem, videtur multiplex, eſt enim alia ſimplex. alia compoſita, abſtrahitur enim propoſitio vniuerſalis à multis ſingularibus propoſitionibus: & tamen nulla abſtractione tacta à Ioanne, inſuper etiam ſimplex abſtractio eſt alia priuatiua alia etiam poſitiua; vt dicetur: quarum nullius Ioannes meminit. Secundo obſcura eſt: quia ſecunda diſtinctio eſt inſufficiens; ſunt enim ſenſibilia quædam, quæ nec ſunt propria, nec communia, vt ſenſibilia per accidẽs, & horum nihil Ioannes meminit. Deficit tertio quo ad concluſiones, primo quia non apparet ſi res matematicæ abſtrahunt è ſenſilibus per accidens, vel ne? Secũdo apparet ꝙ matematicus abſtrahat à ſenſilibus abſtractione ſuperioris ab inferioribus, procedit enim à magis communibus ad minus communia, vt quilibet artifex, igitur nonnulla conſiderat abſtractæ abſtractione ſuperioris ab inferioribus poteſt enim conſiderare ſenſilia communia, vt abſtrahunt à minus communibus, igitur hæc poſitio multifariam eſt obſcura. Hęc de poſitionibus.

*Reprehenſio.*

## CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Senſibile trifariam. 1. ſuppoſitio. 2. ſuppoſitio.*

PRO dilucidatione igitur præmittamus primo ꝙ ſenſibilia trifariam dicũtur. Vno modo ſenſibilia dicuntur per ſe & propria, & ſic ea ſunt, quæ non contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Alia ſunt ſenſibilia cõmunia, vt quæ ab omnibus vel pluribus ſenſibus contingit ſentiri. Alia ſunt per accidens; vt ſubſtantiæ, & relationes, vt dictum eſt in titulo, quæ ſentiuntur per accidens ratione ſenſibilium per ſe. Secũdo debes ſcire ꝙ abſtractio prima ſui diuiſione bifariam dicitur, vna realis, alia intentionalis. realis eſt duorum ſecundum locum ſeparatio, quæ fuerunt primo coniuncta. Intentionalis adhuc duplex, alia attinet ad ſenſum alia ad intellectũ: abſtrahit extimaria ouis ex ſpeciebus ſenſatis ſpeciem inimicitiæ inſenſate, & medicus ex ſignis ſenſilibus ſpeciem morbi abſtractione attinente ad ſenſum, & hæc poteſt adhuc ſubdiuidi, ſed non eſt curandum, abſtractio quę attinet ad intellectum duplex adhuc etiam eſt. Alia enim quæ ad ipſum attinet intellectum agentem vt abſtractio ſpeciei intelligibilis à phantaſmatibus. Alia ad intellectum poſsibilem, & hæc eſt cognitio alicuius prioris prima attinet ad intellectum agentem ſecundum Ioannem, tamen ſecundum veritatem attinet etiam ad intellectum poſsibilem, verum non eſt curandum. Abſtractio quæ attinet ad poſsibilem rurſus diuidi poteſt; quia alia eſt compoſita. alia ſimplex, cõpoſita eſt illa qua intellectus poſsibilis per dianęam abſtrahit vniuerſalem propoſitionem quæ eſt principium artis & ſcientiæ à ſingularibus propoſitionibus vt dicitur primo phyſicorũ ſimplex abſtractio eſt adhuc bifariam, quia alia eſt priuatiua, & hæc eſt cognitio alicuius prioris in aliquo ſigno, in quo non conſideratur ſuum poſterius & de hac habetur ſecundo Phyſicorum dum dicitur abſtrahentium non eſt mẽdacium. Alia eſt abſtractio poſitiua & hac abſtractione abſtrahit vniuerſalę intentionale ab his ſingularibus conſiderando in illis ſimilitudinem in qua conueniunt, & de hac loquitur Auer. 12. libro huius. Abſtractio priuatiua eſt rurſus duplex. alia naturæ à ſuppoſitis. alia ſubiecti ab accidentibus. abſtractio naturæ à ſuppoſitis eſt conſideratio ſuperioris non conſideratis inferioribus. abſtractio ſubiecti ab accidentibus adhuc duplex: quia vel ab accidentibus proprijs, vel ab accidentibus per accidens vt dictum eſt & ſiue ſic ſiue ſic eſt conſideratio ſubiecti prioris non conſideratis accidentibus poſterioribus, omnis enim abſtractio quæ pertinet ad cognoſcitiuam vim eſt cognitio alicuius prioris illa quæ eſt poſitiua eſt à notis, quæ eſt priuatiua eſſe poteſt ab ignotis. Tunc dicendum primo quòd res matematicæ quæ ſunt magnitudo & numerus, non ſunt abſtractę à ſenſilibus quouis modo accipiendo ſenſibile abſtractione reali, vt crediderunt veteres, & hoc recte probauit Ioannes. Secundo dicendum quòd ſi abſtractio attinet ad ſenſum res matematicæ poſſunt dici abſtractæ à ſenſilibus proprijs, non autem à ſenſilibus per accidens vel communibus: quod quidem à ſenſilibus proprijs. patet, quia extimaria matematici poteſt conſiderare magnitudinem & numerum non conſiderando ſenſilia propria, quod vero nõ à ſenſilibus per accidens & communibus. probatur quia ſenſilia per accidens ſunt priora magnitudine & numero, ſubſtantia enim quæ ſenſibilis per accidens, eſt prior magnitudine & numero modo abſtractio non eſt poſterioris à priori, ſed magis econtra, nec à ſenſilibus communibus quia nihil abſtrahitur à ſemetipſo modo magnitudo & numerus ſunt ſenſilia communia. Tertio dico quòd ſi loquimur de abſtractione quæ attinet ad intellectum agentem, res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo accipiendo ſenſilia; quoniam ſenſilia non ſunt phantaſmata rerum matematicarum, nec res matematicæ ſunt ſpecies ſenſilium. Quarto dico quòd ſi loquimur de abſtractione attinente ad intellectum poſsibilem, res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo illa ſumendo abſtractione compoſita. probatur, quia res matematicæ non deducuntur à ſenſilibus, vt ꝓpoſitiones vniuerſales ex ſingularibus. Quinto dico ꝙ res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo ſumptis abſtractione ſimplici poſitiua. probatur quia hæc non fit niſi à notis. at ſenſilia non ſunt nota matematico per rationem matematici. Sexto dico ꝙ res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus proprijs vel per accidens abſtractione naturæ à ſuppoſitis, ſed bene à ſenſilibus cõmunibus deducitur, quia res matematicæ non ſunt naturæ ſenſiliũ propriorum, nec ſenſilium per accidens: ſunt tñ naturæ ſenſilium cõmunium, quia ipſe matematicus quædam ſenſilia communia conſiderat, vt ſuperiora, quædam vt inferiora, igitur ſunt res abſtractæ abſtractione naturæ à ſuppoſitis à ſenſilibus cõmunibus. Septimo dico ꝙ res matematicæ non ſunt abſtractæ à ſenſilibus quouis modo ſumptis abſtractione ſubiecti ab accidẽtibus per ſe, hoc eſt manifeſtum, quia res ipſe matematicæ non ſunt ſubiecta ſenſilium, nec ſenſilia quouis modo accepta ſunt accidentia per ſe rerum matematicarum. Reſtat igitur octauo vt res matematicæ ſint abſtractæ

*Quid ſit abſtractio & quotuplex.*

*Commen 5.*

*Commen. 4.*

*Dilucidatio. 1. concluſio.*

*2. concluſio.*

*3. concluſio.*

*4. concluſio.*

*5. concluſio.*

*6. concluſio.*

*7. concluſio.*



abſtractæ abſtractione priuatiua, ea videlicet quæ eſt ſubiecti ab accidentibus per accidens, ab ipſis ſenſibilibus proprijs, non autem ſenſibilius communibus, vel per accidẽs dixi primo abſtractione priuatiua, quia poſitiua abſtractio eſt à notis modo mathematicus non abſtrahit ab ipſis proprijs ſenſilibus, vt à notis.

Secundo dixi ea videlicet quæ eſt ſubiecti ab accidentibus per accidens: quia magnitudo & numerus videntur quaſi ſubiecta ſenſibilium propriorum, vt dixit Ioannes auctoritate Auer. Tertio dixi non à ſenſibilibus communibus, vel per accidens, quia res mathematicæ ſunt ipſa ſenſibilia communia, vt dictum eſt. Amplius ſenſibilia per accidens ſunt ſubſtantiæ, quæ ſunt priora ſenſibilibus proprijs modo nullum poſterius abſtrahitur à priori, igitur res mathematicæ abſtrahunt à ſenſibilibus proprijs tantum, abſtractione priuatiua ſimplici, ea videlicet quæ eſt ſubiecti ab accidentibus per accidens. Ex his ſequitur ꝙ mathematicus non abſtrahit à ſubſtantia, nec abſtrahit à ſenſilibus communibus, quod quidem non abſtrahat à ſubſtantia deducitur quia non poteſt conſiderare lineam, niſi in aliqua ſubſtantia, quia aut ligno, aut in puluere, aut in cœlo, aut aliquo id genus, abſtrahit tamen à materia ſenſibili, ſiue à ſenſibilibus proprijs, quia poteſt lineam conſiderare non in miſto, nec in elemento, quia eam conſiderat in cœlo, non tamen abſtrahit à ſubſtantia, quia omne quod conſiderat in aliquo ſubiecto conſiderat, quod eſt ſubſtantia, igitur conſiderat ſubſtantiam ſaltem confuſe ſumptam. Quod vero non abſtrahat à ſenſilibus communibus, pauit, quia res ipſe mathematicæ, videlicet numerus & magnitudo ſunt ſenſibilia communia, igitur non abſtrahit à ſenſilibus communibus hac abſtractionis ſpecie. Hæc ſunt quę pro dilucidatione poſitionis Ariſtot. erant dicenda. At pro dilucidatione poſitionis Pitagoricorum debes ſcire, ꝙ res mathema. apud veteres intelligi poſſunt dupliciter, quia aut eſſentialiter, aut denominatiue, eæ dicuntur res mathemati. eſſentialiter, quæ ſunt proprie & formaliter atque prædicamentaliter magnitudines & numeri. magnitudo quidem, cuius partes copulantur ad aliquem communem terminum: numerus autem qui cauſatur ex diuiſione magnitudinis. Dicuntur vero quædam res mathemati. denominatiuæ, quæ eſſentialiter & propriæ non ſunt magnitudines vel numeri, ſed denominantur magnitudines & numeri per quãdam rationem, & ita denominatiue dicuntur mathemati. quatenus ſubeunt denominationem eorũ, de quibus agit mathema. & hoc pacto ſubſtantiæ ſeparatæ dicuntur res mathemati. quia propter quandam rationem denominantur magnæ & numeri. magnę quidem virtute, numeri vero æternitate, omne enim æternum eſt numerus apud Platonem, quia eſſe eternum eſt trinitas quia eſt principium medium & finis, quatenus quod intelligitur in æterno principium, id intelligere vt finis, & quod vt medium, id vt principium & finis: igitur ſubſtantiæ æternæ, ſunt magnitudines, & numeri, magnitudines quidem virtute, numeri vero æternitate & hac ratione, Plato ait Deum eſſe numerum ſeipſum mouentem, & animam ſimiliter, quia ſunt æterni. Sic igitur ſubſtantiæ ſeparatę ęternæ dicuntur res mathema. denominatiue quatenus ſubeunt denominationem rerum: de quibus agit mathematicus. Quibus patet dilucidatio Pithagoric. & conſilium inter Ariſtot. in ipſos, cum enim Ariſtot. vult res mathematicas ſecundum rem non eſſe ſeparatas, loquitur de rebus mathematicis prædicamentaliter & eſſentialiter at cum Pithagori. dixerunt res mathematicas eſſe ſecũdum rem & eſſe ſeparatas loquuntur de ſubſtantijs abſtractis, quæ dicuntur res mathematicæ denominatiue, quatenus ſubeunt denominationem rerum mathe. hæc Simplicius vir grauiſsimus in quã pluribus locis tetigit. Hæc de dilucidatione.

*Excerptum.*

*Dilucidatio poſitionis Pitago.*

*Conſilium.*

## CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS diſputatis. Ad primam dico quòd res mathematicæ ſunt diſtinctæ à ſenſilibus proprijs non tamen ſeparatæ ſeparatione reali ſed bene intentionali: vt patuit in dilucidatione. Ad ſecundam concedo quòd magnitudo & numerus ſunt ſine materia ſenſili in ſui ratione, & ſic ſunt abſtractæ abſtractione intentionali. Ad tertiam concedo ꝙ differunt realiter: non tamen ſeparatæ ſunt realiter, vt nunc loquimur, quia non ſeparatione loci, multa alia diximus ſecundo phyſicorum de his quæ lege, quia conferunt ad hæc, amplius & in tertio huius etiam, quæ ſi placet videas. Hæc de prima diſputatione ſufficiant.

*De ideis aut po. ipſam ſecundum idem opinionem conſiderandum, &c.*

# DISPVTATIO SECVNDA
## De Ideis.

*Num ideæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus ipſis.*

## CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod ideæ ſint ab ipſis ſenſilibus ſeparatæ, multifariam argui ſolet. Primo perpetuum eſt ſeparatum à corruptibili, vt dicitur ſecundo de anima, ſeparatur hoc ab hoc vt perpetuum à corruptibili. Ideæ ſunt perpetuæ, vt Plato & Ariſtot. ſentiunt, & ſenſibilia ſunt corruptibilia, igitur ideæ ſunt ſeparatæ à ſenſilibus. Secundo principia eſſendi ſunt ſeparata ab his quorum ſunt principia, ſed ideæ ſunt principia eſſendi ſenſibilium, eo quia eadem ſunt eſſendi & cognoſcendi principia, igitur ideæ ſunt à ſenſibilibus ſeparatæ. Tertio id equo ad ſenſibilia non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, eſt ſeparatum à ſenſibilibus. Sed ideæ ſunt è quibus ad ſenſibilia non cõuertitur ſubſiſtendi conſequentia, minor patet, quia idea & vniuerſale idẽ eſt modo vniuerſale eſt id equo ad ſenſibilia non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, igitur ideæ ſunt ſeparatę. Quarto omne prius eſt ſeparatum à poſteriori, ſed ideæ ſunt priores ſenſilibus apud omnes, igitur ſeparatæ. Quinto cauſa eſt ſeparata à cauſato, vt omnes aſſerunt, ſed ideæ ſunt rerum ſenſibilium cauſæ ſecundum Platonem, igitur ſunt ſeparatæ à ſenſibilibus. Sexto vniuerſalia ſunt ſeparata à ſingularibus & ſenſibilibus, vt Plato dicit. Sed ideæ ſunt vniuerſalia, igitur ſeparatæ erunt à ſenſibilibus. Septimo ſpecies eſt aliquid præter indiuiduum, quia ſi ſpecies eſſet præciſe indiuiduum, tũc de illa non eſſet ſcientia, ſed ideæ ſunt ſpecies, vt ſonat nomẽ, igitur ſunt præter indiuidua, & ita ſeparatæ à ſenſibilibus. In contrarium eſt Ariſt. in textu, qui reprehendit Socratem & Platonem præceptores de hac ſeparatione. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

QVID ſeparatio ſiue abſtractio ſit: quotúe modis dicatur. Amplius quid ſenſibile, quotúe modis accipiatur, dictum eſt proxima diſputatione, illud tamen addendum eſt ſenſibilia non accipi in diſputatione, niſi per ſingularibus. Præterea Idea verbum eſt græcū quod quidem fuit Platonis peculiare, & vt Proclus tradit ipſius inuentū apud latinos nō ſemper idem ſonat ſed pro ratione diuerſitatis vſus, cum enim venit in vſum cognitionis, latine ſonat diffinitionē, ſiue quidditatem cum in vſum cauſationis, latine ſonat formam, ſiue ſpeciem cum in vſum ordinis latine ſonat vniuerſale, & propterea triplex eſſe poteſt diſputationis ſenſus, cum enim quæritur ſi ideę ſint ſeparatæ à ſingularibus ſiue ſenſilibus, vnus ſenſus eſt ſi diffinitiones ſint ſeparatæ à ſingularibus. Alius vero ſi formæ ſiue ſpecies ſint ſeparatæ à ſingularibus. Tertius ſi vniuerſalia ſint ſeparata à ſingularibus & omnibus his modis eſt diſputatio digna diſceptatione tam & ſi de his aliqua ex parte ſit diſputatum. 7. huius. Hæc de titulo.

*Idea quid.*

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Herculeorum.*

INTER antiquos itaque Herculei atque omnes qui Heraclitum & Cratillum ſectati ſunt, ſola ſenſibilia ꝓfitentes, ideas eſſe ſeparatas ab illis pœnitus abnegarunt. mouebantur autem argumento ꝙ intellectus eſt ſenſus, quare intelligibile eſt ſenſibile, igitur intelligibilia erunt mere ſenſibilia, atque ſingularia. Quo fit, vt nec in re nec in mente ideas ſeparatas aſſerebant, eo quia mens erat apud eos ſenſus ſiue vis potiſsime ſenſoria, hinc demebant ſcire atque ſcientiam, aſſerentes nihil prorſus poſſe ſciri, quia nullum eſt ſcibile, nullumque vniuerſale. Poſitionē hanc videntur logici fere ſectari aſſerētes vniuerſalia nihil eſſe in re. præter ſingularia, ſolum enim vt dicunt termini ſunt de pluribus prædicabiles, in mente quidem naturaliter, in voce vero vel ſcripto ad placitum, addentes his terminis ſumptis in voce aut ſcripto nihil in re correſpondere præter ſingularia. Obijcit autem huic Ariſtot. primo, quia hac poſitione data, tolleretur ipſum ſcire, quod tam ſcientes, q̃ ignorantes profitentur. Secundo prima principia ſunt veluti locus ianuæ, quē nullus ignorat, vt dicitur ſecundo huius. modo vbi nō eſſent niſi ſingularia, tolleretur veritas primorum principiorū. Plato autem concedens ipſum ſcire, ideas conceſsit, quæ vniuerſalia ſunt: non quidem in rebus ipſis collocatas, ſed à ſingularibus ſeparatas, mouebatur autē primo quia modo intelligendi credidit correſpondere modū eſſendi. Sed nos poſſumus intelligere hominem ſiue ſingularibus eius, igitur ideæ vniuerſales ſunt in re præter ſingularia. Secundo mouebatur, quia omne tale per participationē reducitur ad aliquid tale per eſſentiā, ſed hic hō eſt hō participatione humanitatis, igitur humanitas eſt homo per eſſentiam, & ita idea ſeparata. Tertio ſcire eſt eorum, quæ nec ſunt ſingularia, nec in ſingularibus poſita, vt omnes dicūt ſed idearum vniuerſalium eſt ſcientia, igitur ideæ vniuerſales nec ſunt ſingularia, nec in ſingularibus poſitæ, & ita erunt ſeparatæ. Quarto motus eſt Plato propter generationem, videbat enim nullum ſingulare virtute propria ſufficere ad generationem ſui ſimilis, & propterea oportet eſſe ideam vniuerſalem: in cuius virtute ipſum ſingulare ſibi ſimile generaret. His rationibus Plato conceſsit ideas vniuerſales ſecundum eſſe ſeparatas à ſingularibus ipſis. Sed in poſitione Platonis emergunt difficultates non paruæ, quas Plato in parmenide de vno rerum omnium principio abſoluit. Prima quidem eſt quorum ſint ideæ, & an ſpecificæ tantum. Secunda quales ſint, quamúe vim habeant. Tertia quonam modo ab eis quorum ſunt, participētur. Reſpondēt ad primam Platonici, vt velle videtur Themiſtius in primo de anima libro capite. 23. quòd non oīum indiuiduorum ſint ponendæ ideæ, quia nō eorum, quæ alio modo quàm per ſeminis emiſsionem generari poſſunt, talium enim non ponuntur ideæ. Tū quia imperfecta & vilia, & non intenta à natura. Tum quia conſequuntur ea, quorum ſunt ideæ. Præterea ideæ nō ſunt niſi ſpecies, & non genere, quia ſeparatæ rei per eſſentiam non eſt dare ſeparatius, adhuc quare cum ſpecies apud Platonem ſint per eſſentiam ſeparate, non pōt poni illarum genus adhuc abſtractius, omne enim quod abſtrahitur, ab ente materiali abſtrahitur quare ideæ ſunt ſolum ſpecies rerum ſenſilium, non autem genera & quanto minus nec genera generum. Inſuper etiam numerorum non ſunt ideæ, quia nō ponuntur ideæ niſi reſpectu eorum, quæ accidentaliter ordinantur, modo numeri ſunt eſſentialiter ordinati. Sed pace horū dixerim hæc non correſpondent fundamentis Platonicis, primo quia potiſsima ratio Platonis qua ipſe perſuaſit ideas, vt Themiſtius & Ariſtot. dicunt, eſt generatio animalium ex putri materia, cum enim hæc fiāt, & non ab agēte materiali ſimili atque illis vniuoco. cōſequens eſt, vt ſint ideæ, quæ talia generent, ſola materia prædiſpoſita, igitur videtur talium eſſe potiſsimum idea. Præterea talia ſunt ſcibilia, & non per naturam ſingularium, igitur per naturā vniuerſalem ſeparatam: quæ eſt illorum idea, inſuper etiam modo intelligendi correſpondet modus eſſendi. Sed poteſt in talibus intelligi natura ſine ſingularibus, igitur in talibus eſt idea prę ter ſingularia, omnes enim rationes quæ cogunt ideas rerum perfectarum, videntur cogere talium ideas. Secundo videtur ꝙ ideæ non tantum ſint ſpecies, ſed genera, immo genera generū, & omnia vniuerſalia, nam licet talia non abſtrahantur à ſpeciebus, quæ per eſſentiam ſunt ſeparatæ, correſpondent abſtractionibus indiuiduorum. Socrates enim poteſt conſiderari vt homo, vt animal, vt corpus, & cætera id genus, qua ratione fit vt tot ſint ideæ quot ſunt abſtractiones Socrati correſpondentes, quia argumentum Platonis eſt cuilibet modo intelligendi correſpondere modum eſſendi, igitur quot modis poteſt abſtrahi vniuerſale ab indiuiduo tot ideæ ſunt illis abſtractionibus correſpondētes. Præterea ſi ideæ ponuntur propter ſcientiam, & de indiuiduo ſcimus non tantum rationes ſpecificas, ſed genericas, & vniuerſales omnes, videtur ꝙ tot ſunt ideæ quot ſunt rationes quidditatiue ſcibiles de indiuiduis. Tertio videtur quòd numerorum maxime ſint ideæ, Tum quia modo intelligendi reſpondet modus eſſendi, modo poteſt abſtrahi à numeris ratio quædā communis, igitur illi reſpondet propria idea. Tum ſecundo quia idea ponitur ob ſcientiam, igitur quot ſunt rationes ſcibiles de numero, tot ideæ, igitur rōnibus numerorū rñdent ideę. Quare ſi Platonis opinio reſpondet ſuis fundamētis oportet dicere oīum ſingularium generabilium eſſe ideas. Amplius ideas eſſe ſpēs, & genera, & oīa vniuerſalia. Inſuper numerorū & omnium, quę ſub ratione aliqua vniuerſali conſiderari poſſunt. Quot ſi Plato videatur dicere contrarium: non loquitur ſuis fundamentis

*Qua logici.*

*Obiectiones Ariſtot.*

*Poſitio Plato.*

*Rationes Pla.*

*Difficultates Platonicæ.*

*Quorum ſint ideæ prīa poſitio.*

*Obiectiones.*

*Propria pñ.*



fundamentis conſentaneæ, & debet reduci in bonum. Hæc de primo. De ſecundo aūt quales ſint ideæ. Plato eo in libro capite. 5. declarat, & vult ideas ſubſtantias in partes, quæque nec è rebus quarum ſunt loco diſtant, nec eodem in loco, in quo illæ ſunt collocatæ, ait enim ideam hominū non eſſe diuiduam ita vt pars eius ſit in Socrate, & altera in Platone. Sed eſt impars omnibus præſens à nullis diſtant ceu ſimilitudo quædam ab omnibus ſimilibus participata, ſic igitur ideæ ſunt ſubſtantiæ in partes indiuiduæque quæ nec loco ab his diſtant, quarum ſunt, nec in eodem ſunt loco, cum nullibi ſint, eo quia indiuiduum atq; impars nullibi eſt, dicuntur tamen ab illis indiſtantes: & præſentes ceu lux illuminatis. Hæc de ſecundo. Quo vero modo participentur quod erat tertium, ibidem Plato exponit, & vult ideas haſce non ita participari ab his, quorum ſunt, vt illarum vnam partem mutuetur vnum indiuiduum, alteram alterum, eſſet enim indiuiduum non tale ſimpliciter, ſed ſecundum quid per partem. Quare participatur tota ab vno, & tota ab omnibus, vt enim animus eſt totus in toto, & totus in ſingula totius parte, ſic idea eſt tota in his quorum eſt, & tota in quolibet illorum. Hæc eſt Platonis poſitio in eo libro. quā vbique Ariſt. illi impoſuit. Dicunt aūt hāc poſitionē eſſe Platonis Alexander Aphrodiſius & Philoponus in lib. Poſteriorum. Videntur autem hanc vel hinc ſimilem ſectari alij qui vniuerſalia realia concedunt, dicentes illa eſſe à ſingularibus ſecundum rem diſtincta, & quātum ad hoc Platonem ſectantur. Addentes hæc vniuerſalia ſuis ſingularibus eſſe cōmunicata, propter quod ipſa de ſuis ſingularibus prædicari poſſunt, & per hoc credunt differre à Platone, quia aſſerunt Platonem poſuiſſe nec ſingularibus cōmunicata, nec illis identificata, & hac ratione non poteſt dicere vniuerſalia de ſingularibus prædicari. Sed quicquid ſit, hæc poſitio eſt aut ex toto platonica, aut illi fere ex toto ſimilis, non enim credo Platonem negare vniuerſale de ſingularibus prædicari, cum hoc omnibus conſtet, ſed hoc addit vniuerſali prædicanti correſpondere naturam ſiue ideam ſeparatam. Ariſt. autem dixiſſet illi correſpondere aliquid præter ſingularia: non tamen ſecundum eſſe ſeparatum, vt dicemus. Quare poſitio horum fere platonica eſt. Hæc de platonicorum poſitione. Obijcit autem Ariſt. huic poſitioni multis rationibus, verum tres ſunt potiores quas facit hic. Prima eſt, quia datis rationibus Platonis, tūc daretur idea accidentium, ꝙ eſt impoſsibile, eo quia non poteſt dari accidens ſeparatum à ſubſtantijs, & deducit argumentum per fundamenta Platonis, nam Plato enitebatur ponere ideas principaliter propter duo primo propter ſcientiam. ſecundo propter vniuerſalē rationem modo conſtat accidentia ſciri: & non quatenus ſunt indiuidua, igitur ſciuntur propter ideas illorum. Præterea de accidentibus eſt vna vniuerſalis ratio, vt omnium colorum vnus vniuerſalis color. Sed modo intelligendi correſpondet modus eſſendi, igitur dabitur idea communis colorum quare per fundamenta Platonis oportet ponere accidens ſeparatum, quod eſt contra naturam accidentis. Secūda eſt, quia data idea, verbi gratia hominum, tunc oportet ponere ideam ideæ. Deducit argumentum, quia idea & ideata conueniunt in aliqua ratione, plus enim conuenit idea hominum cum ipſis hominibus, quàm cum ipſis equis, immo cum equis nulla ratione conuenit, cum hominibus vero ratione aliqua conuenit. Sed cuilibet rationi communi conuenit idea communis per fundamenta Platonis, igitur dabitur idea ideæ: & ita procedetur in infinitum. Tertia ratio eſt, quia Plato per poſitionem idearum non habet intentum, per poſitionem enim illarum credidit ſaluare ſcientiam contra Heraclitanos, & generationem contra naturales, qui dixerūt omnia proficiſci neceſsitate naturæ, & deducit argumentum. Primo quòd non ſaluat ſcientiam, quia vnumquodq; vere & proprie & ſimpliciter ſcitur per eius formam ſiue cauſam formalem, quæ eſt rei eſſentia, & id quod diffinitio explicat. Sed idea non eſt forma ideatorum, cum ſit ſeparata ſecundū rem ab illis, igitur ꝑ illam non ſciuntur ideata. Secundo quod non ſaluet generationem, quoniam idea non poteſt eſſe cauſa ideatorum, nec formalis, nec motrix ſiue effectrix, formalis quidem non, quia forma non eſt ſeparata ab eo, cuius eſt forma, immo intrinſeca, effectrix autem minime, quia miſtum cum materia nō proficiſcitur niſi à miſto cum materia, vt in. 7. libro eſt deductum, igitur non proſunt ad generationem, nec ad ſcientiam, & propterea concludit illas fuiſſe fruſtra. hæ ſunt tres rationes contra Platonē tetigimus alias fortiores. 7. lib. huius ſcientiæ diſputatione. 17. quas ſub ſilentio tranſimus, ne videamur ſuperflui. Ariſtót. igitur viam mediam ſecutus, cum Heraclitanis concedit ideas non eſſe ſeparatas reali ſeparatione, ab ipſis ſenſilibus, cū platonicis vero ait illas ſeparatas eſſe ratione, & propterea contra Heraclitanos concedit ipſum ſcire, eo quia ſcire eſt rerum ſingularium vniuerſaliter conceptarum, contra naturales ſaluat generationē, aſſerens miſtum cum materia non ab Ideis proficiſci, ſed à miſto cum materia, & virtute naturæ, quæ eſt communis ſecūdum rationem genito & generāti, & virtute corporū cœleſtium, quorum hæc inferiora ſunt inſtrumenta. hæc Ariſtot. Sed hæc poſitio eſt obſcura, primo quia idea multiplex eſt, vt in titulo tetigimus, & Ariſt. non diſtinxit quo in ſenſu illam ſumit. Secundo quia multiplex eſt ſeparatio ſecundum rationem, & non videtur quo pacto Ariſto. illa vtatur, quare poſitio Ariſt. eget dilucidatione. Hæc de poſitionibus.

*Quales ſint ideæ.*

*Quonam modo participentur*

*Burleo poſitio. Obiectio. Ariſ.*

*Poſitio Ariſt.*

*Difficultates.*

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

QVIA vt dictum eſt in titulo idea apud Platonem interdum venit in vſum cauſationis, & ſic idem eſt quod forma, nonnunquam venit in vſum cognitionis, & ſic accipitur pro diffinitione. Aliquando venit in vſum ordinis, & ita pro vniuerſali intelligitur. Idcirco tria videamus. primo quonam modo ideæ ſint ſeparatæ ſumendo ideas pro formis. Secundo quonam modo ſint ſeparate ſumendo ideas pro diffinitionibus. Tertio quonam modo ſint ſeparate ſumēdo ideas pro vniuerſalibus, & ſic ſermonem Ariſtot. faciemus lucidum. Quātum ad primum debes ſcire quòd ſenſibilia corpora ſunt in duplici differentia, quædam ſunt: quorum formæ conſtituunt illa in eſſe ſpecifico, & vltimato, & cum hoc ipſæ formæ ab illis dependent, & hoc pacto ſunt compoſita corpora generabilia, formæ enim horū illa quidem in eſſe ſpecifico conſtituunt. Sed à ſuis materijs dependent: eo quia educuntur de potētijs materiæ. Quædam autem ſunt, quorum formæ ſua quidē corpora conſtituunt, ſed ab illis non cōſtituuntur, hæc ſecundū latinos expoſitores ſunt humana corpora, quia ſecūdū eos formæ humanorū corporū illa quidem in

*Quonam modo ideæ formales ſint ſeparata.*

*Quæ latini de formis.*

ſpecie reponunt, non tamen ab illis dependent, & iuxta hos oportet ponere tertia corpora, quorum formæ nec illa conſtituunt, nec ab illis conſtituuntur, vt ſunt cœlica, formæ enim cœlorum quæ ſunt intellectus ſeparati, nec cœlica illa corpora in ſpecie reponunt, nec ab illis dependent. Ad ſecundum Auer. corpora quorum formæ illa in ſpecie reponunt, & ab illis non dependent, ſunt cœlica, cœlicæ enim formę tam etſi intellectus ſint, tamen cœlos reponunt in ſpecie, ipſæ tamen à cœlis non dependent vt in libr. de ſubſtantia orbis declarauit, hac igitur diſtinctione præmiſſa, patet primum. formales enim ideæ corporum primo modo ſecundum rationem quidem abſtractæ eſſe poſſunt ab earum corporibus, quatenus omnis forma, vt forma intelligi poteſt ſine eius ſubiecto, ſecundum tamen rem non ſunt abſtractæ. Præterea formæ ſunt fundamentaliter vniuerſalia eorum, quorum ſunt formæ, igitur ſecundum rationem ſunt ſeparatæ, non autem ſecundum eſſe, vt dicetur. formales autem ideæ corporum ſecundo modo: ſunt ratione & re ſeparate, ratione quidem, quia ſunt ſuorum corporum fundamentaliter vniuerſalia, re vero, quia earum corpora ab illis dependent, ipſe tamen ab illis non dependent. Hæc de primo.

*Qua Auer. de formis.*

*Quomodo diffinitiuæ ideæ ſint ſeparatæ.*

Et de ſecundo agamus, nam diffinitiue ideæ aut explicant formas corporum primo modo ſumptorum, aut formas corporum ſecundo modo acceptorum, omnis enim diffinitio explicat formam, & rei eſſentiam, vt dicitur. 7. huius. ſi quidem explicant formas corporum primo modo ſumptorum, ſic ſunt ratione ab illis ſeparatæ, eſſe vero & re coniunctæ: hoc non alio probo, niſi proxima ratione. ſin autem explicant formas corporum ſecundo modo acceptorum, ſic re & ratione ſunt ſeparatæ. Hoc ex dictis conſtat, eo quia formæ quas explicant re, & ratione ſeparatæ ſunt. Hæc de ſecundo.

*Quomodo ideæ vniuerſales ſint ſeparatæ.*

Et de tertio eodem fundamento dicamus, nam cum vniuerſalia aut ſint formæ, aut à formis ſumantur, oportet quòd ideæ vniuerſales quæ ſunt formæ corporum primo modo acceptorum, ſint ratione abiunctæ, re vero & eſſe coniunctæ. Quæ autem ſunt formæ corporum ſecundo modo ſumptorum, erunt re & ratione abiunctæ ab eis quorum ſunt. Quare recte Ariſto. dixit ideas eſſe ratione ſeparatas, non autem re, loquitur enim de vniuerſalibus materialibus: quoniam hæc vniuerſalia ſunt formæ corporum materialium, è quibus ipſa dependent, modo cum ſint tales formas eſſe ratione abſtractas, non autem re & propterea non curauit Ariſto. diſtinguere ideas, & ſolum de vniuerſalibus terminauit problema, eo quia vno fundamento patet totum.

*Quid ratione abſtractum in his tribus ſenſibus.*

Sed quid Ariſtote. per ratione abſtractum ſiue ſeparatum intelligat in his tribus ſenſibus, non patet, verum proxima diſputatione colligi poteſt, vniuerſales enim ideæ non ſunt abſtractæ ab eis, quorum ſunt abſtractione attinente ad ſenſum, quia vniuerſalia non cadunt ſub ſenſu, ſed ſub intellectu, nec abſtractione attinente ad intellectum agentem, non enim vniuerſalia ipſa ſunt ſpecies intelligibiles, ſed ea quæ ſpecies ipſæ repreſentant, erunt igitur abſtractæ abſtractione attinente ad intellectum poſsibilem, ſed non abſtractione compoſita, quia vniuerſalia, vt nunc loquimur, non ſunt propoſitiones, ſed res ipſæ vniuerſales, è quibus propoſitiones conſtant, igitur erunt abſtractæ abſtractione ſimplici, ſed quoniam ideæ vniuerſales ſiue vniuerſalia ipſa accipi poſſunt pro intentionibus, & pro rebus intentionibus ſubiectis, dico quòd ſi ſumantur pro rebus intentionibus ſubiectis, ſic non ſunt abſtractæ abſtractione poſitiua, quia non ſunt intentiones collecte ex indiuiduis: ſed naturæ communes, quæ intelliguntur ſine indiuiduis, igitur abſtracte abſtractione ſimplici negatiua. Amplius etſi abſtracte abſtractione ſimplici negatiua, non abſtractione ſubiecti ab accidentibus, quoniam vniuerſales ideæ nõ ſunt ſubiecta eorum, quorum ſunt vniuerſales ideę, igitur ſunt abſtracte abſtractione naturę ab indiuiduis, & ſuperiores ab inferioribus. Secundo dico quòd ſi ſumantur pro intentionibus ipſis, tũc ſunt abſtracte abſtractione ſimplici poſitiua, quia colliguntur ex tenui ſimilitudine reperta in indiuiduis, quod fieri non poſſunt, niſi ea, è quibus abſtrahitur, cognoſcantur. Recte igitur Ariſtote. dixit vniuerſales ipſas Ideas ſeparatas eſſe ratione, quoniam ſiue abſtractione negatiua, ſiue poſitiua intelligãtur abſtracte, ſemper ratione hoc eſt intellectu, & non re intelliguntur abſtracte. Hæc de dilucidatione poſitionis Ariſtote. Sed quid velit Plato, obſcurum eſt, & mihi dubium, non enim Plato clare locutus eſt, quemadmodum nec Ariſtote. vnde vt in poſitione Ariſtote. de vniuerſalibus diuerſæ emerſerunt poſitiones, ſic in poſitione Platonis.

*Prima Pla. dilucidatio.*

Quidam igitur platonicorum magis aſtronomiam ſecuti crediderunt Platonem per ideas voluiſſe ſtellarum virtutes, ſiue rationes ſeminarias, quibus cœlum agit in nos, Deus enim cum auctor perfectus eſſet, debeat mũdum ita conficere, vt nihil boni ſibi deeſſet. Qua ratione. 45. Imagines in ſtellifero cœlo, octauo impoſuit, quibus cœlum ſibi ſimilia ageret. Scorpium quidem, vt ſcorpios. Arietem, vt arietes. Taurum, vt tauros æderet. Vnde Hermes cœleſtium rerum ſcriptor dixit nullum eſſe granum arenarum in mari, quin proprium obtineat ſidus ſuſcitans ad incrementum ſui, & Ariſtote. in lib. de mundo inquit quoſdam antiquorum tradidiſſe hæc omnia eſſe plena dijs Imagines, igitur hæ dicuntur ideæ vniuerſales, quidditates ſiue diffinitiones, & exemplaria ſiue rationes agendi, dicuntur quidem ideæ vniuerſales, quia ſunt formæ vniuerſales vniuerſaliter effectrices ſibi ſimilium. Scorpius enim vniuerſalis forma ſiue idea eſt, quia eſt omnium ſcorpionum, & eorum quæ ſunt ſcorpij generis. Dicuntur vero quidditates, quia his cognitis, deuenire poſſumus in cognitionem eorum, quorum ſunt rationes & ideæ. Dicuntur demum formæ ſiue exemplaria, quia auctor vniuerſi per has vti per exemplaria atque rationes agendi cuncta illis ſimilia agit. Quare patet tales cœleſtes ideas conferre ad ſcientiam, & ad generationem. Ad generationem quidem, quatenus ſunt formæ, ſiue exemplaria ſiue rationes agendi, quibus auctor vniuerſi illis ſimilia generat. Ad ſcientiam vero, quia cum noſtra anima ſecundum hos creata fuerit in ſignifero, vbi ideæ iſte ſunt, has quidem nouit, & conſequenter omnia ea quorum ille ſunt aut ideæ, aut exemplaria, aut vniuerſalia, & propterea animam dicunt plenam formis eſſe, quæ poſtea petens corpora, mole corporea oppreſſa, illarum notionum oblita fuit, & hac ratione ex ſenſilibus excitata, illorum reddit ad reminiſcentiam. Hanc dilucidationem poſitionis Platonis inter noſtros tradidit Albertus in primo ſuæ metaphyſicæ, & multi Arabes aſtronomiam ſecuti. Quod ſi ita eſt Ariſtotel. non à Platonis ſenſu diſcedere voluit, ſed à verbis, quæ male intelligebantur, vt dicit Simplicius, & Ammonius.

*2. dilucidatio.*

Alij





Platonici alio modo dixerunt, voluerunt enim Platonem per ideas intellexiſſe rationes atque rerum ſimilitudines in anima mundi formatas, vt per has omnium rerum ſenſiliũ notiones teneat, & illas producere ſciat. Eſt autem mundi anima apud nonnullos Deus, apud alios vero intellectus agens. Tam & ſi apud veriores platonicos intellectus agens, Deus & anima mundi idem ſit, vt Themiſtius autumet, vbique, rationes igitur iſtæ in mente huius animæ, ſiue Dei ſiue intellectus agentis exiſtentes, ſunt vniuerſales ideæ, rationes ſiue diffinitiones, & formæ ſiue exemplaria. vniuerſales quidem ideæ, quia ab ideatis ſeparatę, & plurium Ideatorum repreſentatiuæ, rationes autem vel diffinitiones, quia mundi anima cuncta cognoſcit ideata his rationibus, cognoſcit enim homines per rationem æternam, quæ eſt in eius mente, ipſorum hominum formæ demum atque exemplaria, quia per has cunctorum formas format, & per has vt exemplares rationes cuncta edit, igitur ſunt formæ & exemplaria quatenus ſunt rationes agendi. Quibus patet Ideas haſce facere ad noſtrum ſcire, & ad generationem rerum ad generationem quidem, quatenus ſunt formæ & exempla, ſiue rationes agendi, ad ſcire vero, vt Themiſtius inquit, quia anima mundi eſt noſter intellectus, per cuius rationes eſſentiales nos cuncta cognoſcimus, quod fit per copulationem ipſius nobiſcum, vt in lib. de intellectu dictum eſt. Hæc dilucidatio videtur Ammonij, in primo de anima: & Auer. duodecimo huius, vt

*Cõm. 36.*

dictum eſt. Qua quidem, patet Ariſtotel. non ſenſum platonis confutaſſe, ſed verba male intellecta. Hæc de dilucidatione Platonis, & conſequenter de tota dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS expoſitis. Ad primam concedo argumentum ſunt enim ideæ ſeparatæ quatenus ſunt perpetuæ, ſed ſunt perpetuæ ratione, igitur ſeparatæ ratione. Ad ſecundam concedo quòd ideæ ſunt principia eſſendi, quia ſunt formæ rerum, & propterea ſunt ſeparatæ ratione, & non re. Per idem ad tertiam, cõcludit enim illas eſſe ſeparatas ratione, & nõ eſſe. Per idem ad quartam, & quintam, & ſextam, & ſeptimam, omnes enim concludunt ideas vniuerſales eſſe ratione ſeparatas, nõ autem re, vt in dilucidatione patuit. Hæc de ſecunda diſputatione ſufficiant.

*Omnium autem primum bene habet determinare quæ numeri differentia & vnitas ſi eſt, &c.*

## DISPVTATIO TERTIA

### De numerorum diſtinctione.

*Num numerus ſit genus continens ſub ſe plures ſpecies eſſentialibus differentijs diuiſas.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod numerus ſit genus plures ſub ſe continens ſpecies. Arguitur, primo quia eſt genus quanti quemadmodum eſt ipſum continuum, diuidunt enim primo quantum. Sed continuum eſt genus, igitur & numerus. Secundo ſub numero ſunt binarius trinarius, & cæteræ ſpecies, igitur numerus eſt genus, antecedens concedunt omnes. Tertio binarius & trinarius ſunt ſpecies, quia quælibet prædicatur de pluribus differentibus numero, & differunt: igitur non niſi eſſentiali differentia, nõ enim poteſt ſpecies à ſpecie differre niſi eſſentiali differentia. Quarto numeri ſunt ſicut formæ, quia formæ ſunt ſicut numeri, vt dicitur octauo huius, ſed formæ ſunt ſpecies per ſe differentes, igitur numeri. In contrarium eſt Ariſto. in litera, qui vult numerum à numero nõ differre niſi per accidens: & probat: quia differt aggregatione vnitatũ, ſed omnes vnitates ſunt eiuſdem ſpeciei, vt dicit, igitur omnes numeri. Secundo numerus non eſt per ſe vnũ, igitur non poteſt ſpecie differre ab alio. Hæc de dubtationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Quid numerus. Quot modis numerus.*

NVMERVS generatim, vt Boetius inquit, eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, multitudo autem eſt bifariam, & vnitas bifariam: nam eſt multitudo tranſcendens quæ eſt rerum ſecundum eſſentiam: differentium eſt multitudo prædicamentaria quæ cauſatur ex diuiſione continuit, ſimiliter vnitas eſt duplex, tranſcendens quidem, quæ eſt entis paſsio, & prædicamentalis, quæ cauſatur ex diuiſione continui. Nos non loquimur de numero tranſcendenti, quia ſic ratione rerum quibus applicatur, poteſt numerus à numero differre eſſentiali differentia, loquimur igitur de numero prædicamentario, qui cauſatur vt dicitur decimo huius ex diuiſione continui: differentia eſſentialis. eſt quæ ſumitur ab eſſentia, accidentalis autem, quæ ſumitur ab aliquo accidente, ſumuntur autem ab eſſentia omnia, quæ inſunt rei ſecundum eius diffinitionem: ab accidente autem ſumuntur omnia, quæ non ſunt de rei diffinitione, & propterea omnis differentia eſſentialis eſt formalis: eo quia forma eſt rei eſſentia.

*Quid differentia & quot modis dicatur.*

Quid autem ſit ſpecies, & quid genus in. 7. lib. non ſemel patuit. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio logicorum.*

LOGICI dicunt numerum non eſſe aliud quam res ipſas numeratas; & propterea aſſerunt quòd iſte terminus numerus: & iſte terminus res numeratæ idem principaliter ſignificant: ſed differunt connotato, eo quia numerus ſignificat etiam res ipſas numeratas cõnotando rationem menſurati, & hac ratione non eodem modo ſemper ſupponunt. Et tunc iuxta poſitionem horum oportet dicere numerum à numero interdum differre ſpecie, interdum autem non. iſte enim numerus qui eſt tres equi differt ſpecie ab illo numero, qui eſt tres boues aut quatuor boues. at iſte numerus qui eſt tres equi non differt ſpecie ab illo numero, qui eſt quatuor equi, cum equi ab equis nunquam ſpecie differunt.

*Quale poſitio logicorum.*

Sed re vera hæc poſitio ſupponit vnum diſputatione dignũ, & propterea prætermittẽdo illud nunc, ſupponamus numerum differre à rebus numeratis ſecundum rem prædicamenti, videlicet, differentia quæ eſt inter ſubiectum, & eius accidens per accidens, & quæramus an vnus numerus differat ſpecie ab alio, verbi cauſa, trinarius à quatrinario.

*Poſitio communis.*

Ad hanc diſputationem reſpondent fere omnes numerum eſſe per ſe genus, & continere ſub ſe veras, & proprias ſpecies, vt ternarium, quinarium, & id genus, pro poſitione perſuadenda ſupponunt omnem numerum eſſe per ſe vnum, & probant, primo quia partes cuiuſque numeri non ſunt per ſe in actu, ſed poteſtate,

*Suppoſitio quod numerus omnis ſit per ſe vnum.*

*Cōm.49.* vt Ariſto.7.huius, & Auer. igitur oportet eſſe aliquid quod ſit vt illarum acutus, & per conſequens omnis numerus eſt per ſe vnum. Secundo omne illud de quo eſt demonſtrabilis aliqua paſsio per ſe vna, eſt per ſe vnum, hoc non eget probatione, quia vnitas accidentis colligitur ex vnitate ſubiecti. Sed de quolibet numero eſt per ſe demonſtrabilis aliqua paſsio per ſe vna. verbi cauſa, de ſenario quòd ſit numerus perfectus, de ſexagenario quod ſit numerus capaciſsimus, & de cæteris id genus, igitur quilibet numerus eſt per ſe vnum. *2. ſuppoſitio & quid ſit per ſe vnum.* Secundo ſupponunt omne per ſe vnū per differentiam propriam & formalem eſſe ſpecie vnum. Hoc patet, quia vnum numero eſt tale, aut propter materiam, aut propter dimenſionem, at quod eſt vnum per ſe, eſt vnum per differentiam eſſentialem. *Poſitio Auic.* Ex his Auicenna lib. ſuæ metaphyſi. 3. capite. 5. prope principium concludit vnumquemque numerum eſſe per ſe ſpeciem, eſſeque vnum in ſe inquantum ipſe eſt ipſa ſpecies, & inquantum ipſa ſpecies habet proprietates. Hæc Auicenna. *De forma & vnitate numeri.* Et ſi quæritur vnde numerus habeat per ſe vnitatem, & differentiam ſiue formam, *Poſitio prima.* non vna ratione reſpondent. Aliqui enim volunt duplicem eſſe in numero vnitatem, formalem quidem per quam numerus eſt ſpecies, & hæc eſt formam totius, verbi gratia. in trinario trinitas, in quaternario quaternitas, & in cæteris id genus ſimiliter, materialem vero quæ cum alia facit numerum, imaginantur enim vnitates ipſas eſſe partes materiales, quibus aggregatis reſultat quædam vnitas formalis, ab hac numerus quilibet reponitur in ſpecie, ab hac eſt vnus formaliter, & hæc eſt vltima eius differentia eſſentialis, per quam differt ſpecie ab alijs numeris. *2. poſitio.* Alij dixerunt vltimam vnitatem dare numero ſpeciem & differentiam, imaginantur enim vnitates præcedentes eſſe in potentia. Vltimam autem eſſe actum illarum, & ſic numerus eſt vere & per ſe vnum ab vltima vnitate. *Confutatio. Poſitionum.* Sed hæc Auicennæ poſitio non eſt peripatetica, primo ſi numerus eſſet genus, & contineret ſpecies ſub ſe, tunc in ſpeciebus & eſſentialiter ordinatis eſſet proceſſus in infinitum, hoc conſequens eſt impoſsibile in omnibus, & etiam in numeris, in quibus aliqui dicunt non eſſe impoſsibile, quia vtamur ratione Ariſtotel. ſecundo metaphyſico, vbi eſt proceſſus in infinitum, omnia erunt media, & vbi eſt medium, erunt extrema, quare in eſſentialiter ordinatis non poteſt procedi in infinitum, eſſet enim infinitum, finitum. Hæc ratio non valet tantum in alijs à numeris, ſed in numerus, igitur numerus non eſt genus ad infinitas ſpecies. Secundo ſi iſtæ ſpecies eſſent infinite, aut in actu aut in potentia, non in actu, quia tunc daretur actu infinitum, & ita potentia ad diuidi in ipſo continuo eſſet exauſta, quod eſt contra diffinitionem continui, eſt enim continuum diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Sin autem in potentia, igitur ratione materiæ tales ſpecies ſunt plures. Sed quæ ſunt plura ratione materiæ, differunt accidentaliter, & non eſſentialiter, igitur numerus non eſt genus ad infinitas ſpecies. *Poſitio aliorū.* Alij concedentes dictas ſuppoſitiones dixerunt, numerum eſſe genus, & hoc cum prima poſitione, non tamen ad infinitas ſpecies, quoniam non licet procedere vltra denarium numerum, cæteræ enim fiunt replicatione denarij numeri. *Confutatio.* Sed contra hanc poſitionem arguo, quia quemadmodum vltra decem ſpecies procedunt replicatione denarij numeri, ſic vltra vnitatem ſpecies procedunt replicatione vnitatis, igitur quemadmodum vltra decem nullæ ſunt numeri ſpecies, ſic vltra vnum, nullæ ſunt propriæ ſpecies numeri. Præterea vt ante decem cauſantur ſpecies diuiſione continui, ſic poſt decem cauſantur ſpecies, etiam diuiſione continui, igitur ſi poſt decem numeri illi non differunt ſpecie, ſic ante decem numeri non differunt ſpecie, quare numerus non poteſt eſſe genus: quia nec ad ſpecies finitas, nec ad ſpecies infinitas. *Obiectiones contra primam poſitionem.* Vlterius arguo contra primam ſuppoſitionem, quia ſi quilibet numerus eſt per ſe vnum, vel vnitate partis, videlicet, vltima vel vnitate formali totius. non primo modo, quia ſic quaternarius eſſet multitudo ex tribus & vno, quinarius ex quatuor & vno, & id genus ſimiliter, quæ refellit Auicenna loco ſuperius allegato. Secundo eorum, quæ ſunt eiuſdem rationis, nullum poteſt eſſe alterius forma. Sed vnitates in numero omnes ſunt eiuſdem rationis, omneſque æquales imperfectione: igitur vna non poteſt eſſe forma cæterarum trahens illas ad certam ſpeciem, nec numerus poteſt eſſe per ſe vnum ab vnitate reſultante, quæ dicitur forma totius, quia omnis forma totius ſupponit materiam & formam partis, è quibus reſultat ſecundum omnes, & tunc quæritur de forma partis, vt de forma ſimpliciter, non enim poteſt eſſe vltima vnitas, nec aliqua illarum, eo quia ſunt eiuſdem rationis omnes, & neutra magis in actu quam altera, igitur non datur hæc forma totius. Secundo vt maius & minus in continuo, ſic multum & paucum in diſcretis. Sed maius & minus non variant ſpeciem in continuo, igitur multum & paucum non variant ſpeciem in diſcretis. Sed numeri non differunt niſi multo & pauco, igitur non differunt ſpecie: & per conſequens nullus eſt per ſe vna ſpecies. Tertio arguo contra ſecundam ſuppoſitionem, quia ſi numerus à numero differt differentia eſſentiali, tunc quælibet numeri ſpecies eſſet infinite perfecta, & deducitur ſupponendo vnam differentiam addere ſpeciei, cuius eſt differentia priuationem alterius ſpeciei, hoc omnibus patet, quia vna ſpecies non eſt alia per ſuam differentiam. Secundo ſuppono quòd quælibet ſpecies numeri dicit aliquā imperfectionem. Tunc arguo quælibet numeri ſpecies per ſuam differentiam differt ab infinitis ſpeciebus: quæ ſunt ipſius numeri ſecundum poſitionem, igitur includit priuationem infinitorum, & ſic infinitarum imperfectionum carentiam, igitur quælibet ſpecies eſt infinite perfecta. Secundo vnus numerus non poteſt differre ab alio niſi forma totius, ſed hæc forma totius nulla eſt: igitur vnus numerus non differt ſpecie ab alio: Hæc volo ſufficiant de poſitionibus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

*Quot modis poteſt numerus accipi.* PRO dilucidatione debes ſcire quòd numerus ipſe poteſt comparari ad eius oppoſitum, & poteſt comparari ad eius conueniens, vtpote ad continuum, è quo differt & ad partes continui, è quibus cauſatur. Siquidem conſideretur ad eius oppoſitum, è quo differt, ſic eſt ens per ſe: & vnum per ſe, cuius differentia eſt habere partes non copulatas ad vnum communem terminum, hac enim differt per ſe à continuo, vt patet in prædicamentis. Sin autem conſideretur reſpectu eius, cui competit, vtpote reſpectu partium continui, ſic eſt vnum aggregatum per accidens: & non per ſe vnum, quia ex pluribus entibus in actu non fit vnum per ſe. *Dilucidatio.* Qua ratione fit, vt numerus reſpectu numerorum ſit ſpecies ſpecialiſsima: & non genus, deducitur, quia vnum



vnum aggregatum per accidens non poteſt eſſentiali differentia differre ab alio, quia tunc eſſet per ſe vnum. *Excerptum primum.* Ex his ſequitur primo. quòd quilibet numerus eſt vnū per accidens, & vnum per ſe, probatur. quia vnitate ſuæ ſpeciei eſt vnum per ſe, & comparatione ſui oppoſiti, at vnitate propria eſt vnum per accidens, quia aggregatione partium continui. *Secundum.* Secundo ſequitur numerum non eſſe genus ad infinitas ſpecies, deducitur, quia numerus nullo modo eſt genus. *Tertium.* Tertio ſequitur nullam eſſe formam numeri, niſi ſecundum rationem ſpeciei, deducitur. quia aggregatum per accidens non habet vnam formam, quia tunc non eſſet aggregatum per accidens. *Quartum.* Vltimo ſequitur numerum à numero non differre niſi multo & pauco, deducit Ariſtotel. quia eædem vnitates ſunt vnius, & omnium, igit̄ ſolum differunt additione & diminutione vnitatum, & ſic multo & pauco. hæc ſunt peripatetico dicta. Hæc de dilucidatione.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS recte intellectis. Ad primam negatur antecedens, ipſum enim diſcretum bene eſt genus, quanti, quia continet numerum, & orationem, at numerus eſt vltima ſpecies ſub ſe non continens niſi indiuidua. Ad ſecundam concedo ſub numero eſſe binarium, & trinarium, & id genus, nego tamen hæc eſſe ſpecies, cum ſint aggregata per accidens, quorum nullum poteſt eſſe ſpecies. Ad tertiam negatur aſſumptum, nec eſt verum quod prædicentur de pluribus numero differentibus, quemadmodum nec mas & fœmina, nullum enim illorum eſt prædicatum proprie vnum & per ſe, & ideo nullum poteſt eſſe ſpecies, bene tamen ſunt termini communes, & nomina appellatiua, tamen illis non reſpondet natura vna per ſe. Ad quartam dico, quòd id quod eſt ſicut tale, non eſt tale, & propterea dico quòd numeri ſunt ſicut formæ, & ſpecies, non tamen ſunt ſpecies. Et per hæc ad rationes poſitionis primæ. Ad primam concedo numerum eſſe per ſe vnum ratione habita ad ſuum condiuiſum, attamen ratione habita ad ea, ex quibus conſtat numerus, non vnum niſi aggregatione. Tunc dico, quòd Ariſtotel. per partes numeri quæ ſunt in potentia, intelligit partes continui ante diuiſionem, quæ fiunt in actu per diuiſionem, & tunc non ſequitur numerum eſſe vnum per ſe. Ad ſecundam dico, quòd numerus eſt per ſe vnum ratione habita ad ſuum condiuiſum, ſiue oppoſitum, quia differt ab illo per vnam differentiam, quæ eſt habere partes non copulatas ad vnum communem terminum, & hoc pacto, de numero eſt demonſtrabilis vna paſsio, per hoc tamen non ſequitur, ꝙ ratione habita ad ea, ex quibus conſtat, ſit vnum ꝑ ſe. Hęc de diſputatione tertia.

LIBER DECIMVSTERTIVS FINIS.

# LIB. QVARTIDECIMI METAPHYSICORVM

## DISPVTATIONES AVGVSTINI NIPHI SVESSANI:

In Duas diſputationes diuiſi.

1 *Num bonum & malum ſint omnium rerum prima principia.*
2 *Num numeris virtutes inſint.*

*Habet autem dubitationem & bene dubitanti increpationem qualiter habent ad bonum & malum elementa & principia.*

## DISPVTATIO PRIMA

De bono & malo.

*Num bonum & malum ſint omnium rerum prima principia.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVOD bonum & malum ſint rerū principia, arguitur. bonum & malum ſunt in rebus, vt dicitur. 6. metaphyſicæ. & omne quod eſt in rebus, eſt aut principium aut principiatum. Sed non ſunt principiata, quia bonum eſt è quo totum eſſe defluit, vt dicit Plato, igitur ſunt principia. Secundo bonum & malum non fiunt ex alijs, nec fiunt ex ipſis mutuo igitur omnia quæ fiunt, fiunt ex ipſis, & ita erūt principia rerum. Quod quidem non fiant ex alijs: deducitur, quia vel fierent ex bonis, vel ex non bonis. non ex bonis, quia tunc illa bona eſſent infecta, & haberetur propoſitum. Si ex non bonis, igitur ex malis, quare malum eſſet principium. Tertio malum eſt aliquid, & incauſatum, igitur eſt cauſa antecedens. patet pro prima parte: primo quia malum eſt bono contrarium, modo ſi vnum, contrariorum eſt in natura & alterum, vt dicitur ſecundo cœli. Secundo malum eſt genus, igitur eſt aliquid, antecedens eſt Ariſto. in prædicamentis, dum dicit bonum, & malum eſſe genera contrariorum pro ſecunda vero, arguitur, quia ſi eſſet cauſatum, aut à bono, aut ab aliquo alio, non à bono, quia bonum non poteſt eſſe cauſa mali, quia vt dicitur in libro de plantis. Bona arbor non poteſt malos fructus facere nec ab aliquo alio, quia vel illud eſſet malum, vel commune quoddam malo & bono non cōmune, quia ab indifferenti non prouenit actio, nec eſſe poteſt malum, quia tunc cauſa mali non eſſet in bono, quod eſt contra omnes ſacros viros. In contrarium eſt Ariſt. in textu. Hæc de dubitationibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

*Malum & bonum quid & quot modis.* MALVM & bonum poſſunt accipi apud medicos: & apud morales, apud medicos quidem, vt Celſus, inquit omnis morbus dicitur malum; apud morales vero flagitioſum

flagitioſum omne malum dicitur, cõtra vero ſanitas bonum: & ſtudioſum etiam bonum appellatur. Verum quouis modo loquamur: malum poteſt accipi: veluti album ipſum, vt enim album vno modo dicitur id quod eſt albedini ſubiectum: & ſic concedunt logici album poſſe eſſe nigrum, quoniam ſubiectum albedinis poteſt eſſe nigrum. Alio modo album dicitur id quod eſt album inquantum album: hoc eſt ipſum antecedẽs: & hoc pacto negant logici album poſſe eſſe nigrum: non enim id quod eſt album, vt album poteſt eſſe nigrum. Ita quoque malum vno modo intelligi poteſt id quod eſt ipſius mali ſubiectum, & hoc pacto malum eſt aliquid & ens: & ſub hoc ſenſu concedunt logici malum eſſe bonum: vel malum poſſe eſſe bonum. Alio modo intelligi poteſt ipſum malum inquantum malum: & hac ratione malum non eſt aliquid: nec ens: ſed eſt ipſa priuatio particularis boni, & ſub hoc ſenſu negarent logici malum eſſe vel poſſe eſſe bonum. Sed quoniam ſubiectum mali poteſt bifariam dici, aut in actu, vtpote ſi actu eſſet ſub priuatione alicuius particularis boni: vt cæcum. aut in potentia: vt ſi actu eſſet ſub bono: tamen eſſe poſſet ſub malo. vt ſtrabus. hac ratione malum trifariam dici poteſt pro ipſa priuatione particulares boni: & hoc pacto cæcitas eſt malum: & pro ſubiecto actu priuato particulari bono: vt cæcum: & tertio, pro ſubiecto: quod poteſt particulari bono priuari, vt ſtrabus. Hæc de malo. Bonum eſſe accipi poteſt trifariam: vno modo pro ipſa rei perfectione: ſicut acumen viſus dicitur bonum oculi: & virtus dicitur hominis bonum. Secundo modo dicitur bonum res quæ actu habet ſuam perfectionem: ſicut homo ſtudioſus, & oculus acute videns. Tertio modo dicitur bonum ipſum ſubiectum quatenus eſt in potentia ad perfectionem: ſicut anima ad virtutem: & ſubſtantia oculi ad acumen viſus.

*Excerptum primum, quomodo bonum & malum ſint aliquid.*

Ex his apparet primo quòd tam bonum quam malum vno modo eſt aliquid: quoniam malum pro ipſa priuatione particularis boni non eſt aliquid: ſed pro ſubiecto illius priuationis bene eſt aliquid: at bonum quouis modo eſt aliquid: pro ſubiecto enim eſt aliquid, pro perfectione eſt etiam aliquid: igitur omnibus modis eſt aliquid.

*2. exerptum quod malum ſit in bono.*

Secundo apparet malum eſſe in bono, deducitur. quia malum ſecundum rationem mali eſt priuatio, ſed omnis priuatio eſt in ente in potentia: quia priuari dicimus quod eſt aptum habere aliquid: quod non habet: ſequitur quod malum ſit in bono quatenus ens in potentia dicitur bonum.

*3. exerptum eſt quomodo bonũ eſt cauſa mali.*

Tertio apparet bonum eſſe cauſam mali, deducitur. quia id quod eſt bonum poteſt eſſe cauſa mali inquantum eſt deficiens, & poteſt eſſe cauſa mali inquantum eſt per accidens agens, igitur bonum eſt cauſa mali.

*Poſitio Platonis de ente & bono.*

Debes ſcire platonicos dixiſſe bonum communius ente, & ad plura ſe extendere & hac ratione poſuerunt materiam ſub bono, non autem ſub ente, vt in primo auſcultationis phyſicæ eſt tactum. Quod quidem contingere poteſt pro tanto, quia nomen ens volebant ſignificare eſſe ſimpliciter, & propterea illud dixerunt eſſe ens, quod ſimpliciter eſſe habet, & quoniam materia non habet eſſe ſimpliciter, hac ratione ſub non ente illam collocarunt, bonum autem voluerunt ſe extendere tam ad id quod actu eſt bonum, quam ad id quod eſt in potentia ad aliquam perfectionem, & quia materia eſt in potentia ad perfectionem formæ, ideo materiam ſub bono & non ſub ente collocarunt. Hæc Platonici.

*Quæ Ariſt. de ente.*

Quæ peripatetici non negarent, cum apud eos ens ſit multifariam dictum & pro ente in potentia, & pro ente ſimpliciter: ſiue ente in actu, hac enim diſtinctione ſoluit Ariſtot. cauillum antiquorum, quo negarunt generationem. Hęc de bono & malo.

*Quot modis principium.*

Principium vero multifariam dicitur, vno modo pro termino, & hoc pacto formam & priuationem Ariſtotel. appellat principia, quatenus ſunt termini, forma quidem generationis ad quem, & priuatio terminus è quo. Corruptionis vero econtra, formam terminus è quo, priuatio autem terminus ad quem. Alio modo pro cauſa, & ſic eſt quadriplex vt ipſa cauſa quadrifariam dicitur, & alijs modis dici poteſt, vt quinto huius dictum eſt.

*Res quæ.*

Per res vero in diſputatione intelligimus ea quæ cadunt ſub generatione & corruptione, non enim res accipitur pro eo quòd eſt enti æquale, ſed pro re in effectu, vt ſit ſenſus vtrum bonum & malum ſint principia rerum quæ fiunt. Hæc de titulo.

## Capvt positionvm tertivm.

*Poſitio Pythag.*

De diſputatione Pythagorici crediderunt bonum & malum eſſe rerum prima principia, non tamen earundem, quia bonum eſt omnium rerum ſuæ ſeriei primũ principium. Malum vero ſuæ: poſuerũt enim rerum duas ſeries, quarum vna eſt bonorũ: & formæ altera malorũ & priuationis. Primę ſeriei bonum ipſum

Pythagoræ ſeries.

| Quæ formæ | Quæ priuationes |
|---|---|
| Impar | Par |
| Finitum | Infinitum |
| Dextrum | Siniſtrum |
| Maſculum | Fœmininum |
| Quies | Motum |
| Rectum | Curuum |
| Quadratum | Altera parte lõgius |
| Intellectus | Opinio |
| Vnum | Multa |
| Lumen | Tenebræ. |

fecerunt primum principium. Secundæ autem malum, quare bonum & malum ſunt rerum prima principia, non tamen eiuſdem ſeriei. Et iuxta hanc poſitionem duos deos poſuerunt alterum bonorum, primæ ſeriei primam cauſam alterum malorum. Secundæ ſeriei primum principium. Pythagorici igitur bonum & malum voluerunt eſſe prima rerum principia effectiua, non autem alia ratione. Hæc Pythagorici.

*Obiectiones.*

Obiicit autem Ariſtote. in textu multifariam. Sed potiores rationes ſunt tres, quarum duæ tactæ ſunt hic, & in fine duodecimi libri. Tertia vero in libro cœli prima eſt, ſi eſſent duo prima principia, quæ ſint duo dij, aut eſſent æque perfecta, aut vnum altero perfectius. Si vnum altero perfectius. Tunc vnum eſſet ſimpliciter primum. nam primum ſimpliciter tam philoſophi quam theologi illud appellat, in quo omnis perfectio continetur, & quo etiam nihil eſt perfectius, quare vnum tantum erit. Sin autem plura æque perfecta. Tunc erunt eiuſdem ſpeciei: atque plura numero. Indiuidua enim eiuſdem ſpeciei ea ipſa ſunt, quæ quidem plura ſunt, atque eiuſdem eſſentialis perfectionis, quæ vero ſunt plura numero, oportet eſſe talia aut propter materiam principaliter, aut propter materiam concomitanter & omnia talia ſunt corruptibilia, vel ſaltem continentia, vt omnes concedunt. Secundo arguit Ariſtotel. quaſi rhetorice: & inquit entia nolunt male



male diſponi, pluralitas principatuum mala, vnus ergo princeps. Quam rationem accepit ab Homero, & eius fere ad verbum hic meminit. Hæc ratio licet ſit rhetorica, tamen poteſt reduci ad demonſtrationem hoc pacto. Si eſſent plura prima principia ſimpliciter. Tunc aut vnus & idem effectus eſſet bis, vel ſimul tempore geminus deducitur argumentum, quia effectus, quem vnum eorum producit, vel poteſt ab alio produci, vel non ſi non poteſt, tunc vnum eſſet primum ſimpliciter illud videlicet quod poſſet omnia producere. Sin autem poteſt videlicet cœli primus motus. Tunc vel duo eſſent primi motus ab illis duobus primis producti vel geminus, quod non eſt intelligibile, & propterea inquit entia nolle male diſponi, & ꝙ pluralitas principum mala eſt, quia videlicet eſſet rerum confuſio, & gemina rerum replicatio, vel ſucceſſiua. Tertio perſuadetur ſic, quia vbi eſſent plura prima ſimpliciter eſſent plures primæ formæ, plures primi fines, plura prima mouentia, eo quia primum principium ſimpliciter eſt prima forma, primus finis, & primum mouẽs, quare plura prima formata, plura prima mota, pluraque ordinata in finem, & ita omnium & ſingularium rerum eſſent duo eiuſdem perfectionis atq; naturæ, vt duo Niphi, duo Socrates, duo Platones, atque duo Ariſt. hęc ratio primo cœli colligitur ab Ariſt. & Auer. Quare poſitio hæc vana eſt.

*Cõm. 90. 92. poſitio Almeonis.*

Almeon vero & Euclides non ille geometra, ſed megaricorum ſectæ inuẽtor dixerunt bonum & malum eſſe omnium rerum citra Deum prima materialia principia, quia ex his omnia citra Deum confici credebant. Mouebantur ea ratione, quia omne quod eſt citra Deũ eſt partim malum, partim bonum, ſola enim prima cauſa, & primum ens apud eos erat ipſa pura & ſincera bonitas, cui nihil mali erat admiſtum, at cætera ſunt impure mala, & ita ex bono & malo compoſita.

*Obiectio.*

Sed hæc poſitio falſa eſt, quoniam ex malo nihil confici poteſt, quoniam malum eſt non ens, ex non ente autem nihil confici poteſt. Præterea non omnia citra Deum ſunt compoſita, quamquam enim eſſent impure bona, tamen non ſunt compoſita. Reperiuntur enim quædam ſubſtantiæ ſimplices, ſiue illæ ſint ideę ſecundum Platonem, ſiue intelligentiæ ſeparatæ, omni compoſitione carent, non igitur omnia componuntur ex malo & bono inſuper etiam ſi ex malo res ipſæ conficerẽtur, tunc malum eſſet aliqua perfectio, omne enim quod ſit ex aliquibus, fit ex illis tanquam ex perfectioribus. Quare hæc poſitio non eſt vera. Hæc de poſitionibus.

## Capvt dilvcidationis qvartvm.

His diſputatis, facile poteſt fieri dilucidatio, quoniam vel per principia intelligimus terminos ſiue per ſe requiſita ad generationem, vel cauſas generationis & corruptionis rerum. Præterea bonum & malum vel accipiuntur pro ſubiectis denominatis, vel pro rationibus denominantibus vt in titulo dictum eſt. Si igitur per principia intelligimus terminos, ſiue requiſita ad generationem, tunc dico quòd bonum & malum ſubiectiue ſumpta ſunt principia generationis & corruptionis. Nam materia eſt principium ex quo & in quo quæ quidem ſubiectiue ab Ariſt. malum dicitur, quia ſemper promouet ad maleficium atque corruptionẽ, forma eſt principium in quod, quæ dicitur quoddam diuinum & optimum, & ita bonum, ſic igitur ſumendo principia pro requiſitis ad generationẽ corruptionemque rerum, & bonum & malum ſubiectiue, conceditur hæc indefinita bonum & malum ſunt rerum generabiliũ prima principia, quia materia & forma ſunt principia eiuſmodi, & tamen materia malum: forma bonum quoddam eſt, ſit autem malum & bonum ſumatur formaliter, & principia eodem modo, ſic conceditur malum eſſe principium quia priuatio eſt quoddam formaliter malum, quæ eſt principium generationis à quo, corruptionis vero terminus ad quẽ, & ſi forma dicitur formaliter bonum, etiam de bono conceditur ipſum eſſe principium, & notãter dixi ſi forma ſit formaliter bonum, quia apud nonnullos dicitur ſubiectiue bonum, non autem formaliter, ſed non eſt vis. Si autem principia hic intelligantur præ cauſis, iterum aut bonum & malum formaliter aut ſubiectiue intelliguntur, & ſi formaliter, conceditur bonum eſſe cauſam, nam Deus eſt bonum formaliter, & ipſa bonitas, qui eſt cauſa effectrix. item finis eſt formaliter bonum, & eſt cauſa item forma eſt formaliter bonum, & eſt cauſa, & adhunc ſenſum malum nec eſt principium nec cauſa, quoniam malum formaliter eſt priuatio, quæ nullius eſt cauſa nec principium, ſin autem bonum & malum ſubiectiue intelligantur, tunc dico ꝙ bonum & malum ſunt principia, & cauſæ: nam cœlum, & agentia naturalia bona ſunt, quæ ſunt principia & cauſa rerum generabilium materia eſt malum, & eſt cauſa materialis, ſimiliter agentia naturalia ſunt mala ſubiectiue, & ſunt cauſæ.

*Dilucidatio.*

Tunc venio ad dilucidationem, & dico quòd ſi bonum ſumitur ſubiectiue pro ſubiecto perfectionis, & malum ſimiliter, ſic per excellentiam cœlum dicitur bonum, & materia malum, & quoniam cœlum eſt vniuerſalis cauſa effectrix omniũ quæ hic fiunt & corrumpuntur, materia vero vniuerſale ſubiectum etiam, patet bonum & malum eſſe omnium rerum quæ fiunt vniuerſalia principia, & vniuerſales cauſas ſub quo ſenſu Pythagorei forſitan intellexerunt. At ſi bonum & malum formaliter intelligantur, bonum tantum eſt omnium rerum cauſa vniuerſalis & communis, vt Deus ipſe. Malum autem nullius cauſa, cum priuatio, quam veteres noctẽ. Theologi nihil appellant, nullius ſit cauſa. Quo in ſenſu concedere bonum eſſe mali cauſam, quoniam bonum eſt cauſa materiæ, quæ priuationi ſubijcitur, & ita quaſi bonum illud primum ſicut materiæ cauſa eſt, ita quoque priuationis cauſa eſſe poteſt. Sic igitur ad hunc ſenſum bonum & malum non ſunt omnium rerum quæ fiunt cauſæ ac principia, ſed bonum ipſum duntaxat cauſa eſt omnium & bonorum, & malorum, bonorum quidem per ſe, malorum per accidens: vt dictum eſt. Quibus omnibus facile patet Pythagoreos non omni ex parte à veritate aberraſſe. Hæc de dilucidatione hactenus.

## Capvt solvtionvm qvintvm.

His elucidatis. Ad primam patet ſolutio ex dilucidatione, & quomodo ſint in rebus, & quomodo vt ſunt in rebus ſint cauſæ & principia. Ad ſecundam ſimiliter patet ſolutio, concludit enim materiam formam & priuationem eſſe principia & conceditur totum. Ad tertiam & quartam ſolutio eſt quòd malum ſumatũ pro vitio, item conceditur malum eſſe cauſatum à bono per accidens. Hæc de prima diſputatione.

*Dubitabit autem vtique quis & quid quod bene à numeris eſſe mixturam aut in bene rationali, &c.*

# DISPVTATIO SECVNDA
## De numerorum virtutibus.

*Num numeris virtutes inſint.*

### CAPVT DVBITATIONVM PRIMVM.

QVod numeris virtutes inſint, arguitur primo teſtimonio vetularum, quæ credentes numeris virtutes ineſſe, oĩa tribuũt numeris. Secundo teſtis eſt Ariſt. primo cœli: qui concludit in trinario numero eſſe rerum naturam conſtitutam. Tertio teſtis eſt medicus: qui imparem numerum formaliorem eſſe aſſerit numero pari, propterea pillulas numero impari præbet, vt docet vſus. Quarto teſtis eſt Mathemati. vt narrat Suetonius tranquillus in vita Domiciani, cui mathematicus prædixerat ſibi infauſtum eſſe diei horam quintam, & ea hora occiditur. Quare numero illi quinario vis erat inſita magna. Quinto teſtes ſunt ſenes, qui annos ſcalares infauſtos habent, vt ſeptimum: & quartum decimum, & id genus, quod non eſſet niſi numeris vis quædam ineſſet. Sexto teſtis eſt Maro, qui pro numero dierum lunæ præcipit cultus agrorum fieri. Sexto teſtis eſt Eccleſia, quæ modo quodam ſtatuto videtur omnes DEO orationes exhibere, vt de pſalmis ſeptem de orationibus dominicis ſimiliter. Septimo teſtes ſunt Augures, quia auguria paria damnãt, imparia laudant, vt Hippocrates teſtatur: & Ariſtot. in libro de animalibus. In cõtrarium eſt Ariſt. in textu, qui nec numeris, nec figuris, nec q̈titatibus, nec deniq; mathematicis virtutes aliquas p̄bet. Hæc de dubõnibus.

### CAPVT TITVLI SECVNDVM.

PER numeros hic volumus intelligere quãtitatem, quæ contra continuum diſtinguitur, iuxta illud Ariſt. omnis quantitas aut continua aut diſcrera eſt. virtutes potentias agendi, vel patiendi, vel conſeruandi accipimus in diſputatione, iuxta quas ignis alijs elemẽtis præſtat virtutem, & cœlum agentibus ſublunaribus, itẽque & ſol cunctis planetis. Hæc de titulo.

### CAPVT POSITIONVM TERTIVM.

*Poſitio Pytha.* PYTHAGOREI non modo rebus naturalibus tribuerũt virtutes, ſed numeris, figuris, ſiue characteribus, nominibus, & vniuerſaliter omnibus mathematicis, ex quibus confecerunt magiam naturalem, quæ ars eſt efficiendi res naturales: ſine agente naturali ſimilis ſpeciei cum effectu: perſuaſit Picus opinionẽ hanc primo quia mathematici ſunt formaliora phyſicis, igitur pollẽtiora virtute, ſi quidem formam ſequatur virtus. Secundo quia quod in ſuo eſſe minus dependet, in ſuo operari quoque minus dependebit, & ita pollentius erit: conſtat aũt numeros in ſuo eſſe minus dependere, erũt igitur magis actiui. Tertio numero ſtabilita ſunt multa quæ actiua ſunt & pollentiſsima, igitur numeri pollentes erunt, antecedens patet. Nã elementa numero ſunt definita quaternario, planetæ ſeptennario, ſigna zodiaci duodenario, & de cæteris id genus. ſimiliter propterea hæc dicunt numeris virtutes ineſſe & pollẽtiſsimas, & de numeris imparibus, trinarium virtute cũctis prædare dicunt, quia ſit primus impar, & primam in vno quo genere eſt perfectiſsimum ĩ illo genere de paribus vero denariũ, quia eſt omnis numerus, ab eo enim vltra non niſi per replicationem numeramus. Albertus vero ſecũdo mineralium lib. figuris ac ſigillis mirificas perſuaſit ineſſe vires. *Qua Alber.* Primo qui cœli conſtitutio agit in artificem, qui figuras conficit, igitur in figuras, quæ efficiuntur ab artifice pro qualitate motus cœli. Secundo quia in omni genere primum agit in ſecundum, figuræ cœleſtes ſunt primæ, figuræ artis ſecundæ, igitur figuræ artis vigorantur cœlicis figuris. Tertio ars ad naturam, & principium artificiale ad naturale reſoluitur, ſed cœlum mouet totam naturam, igitur & artem. Ex his vult figuris virtutes eſſe tributas, quemadmodum & numeris. Sed Ariſt. in hoc libro poſitiones haſce vno verbo refellit, dicẽs, quãtitatibus principia actiua non ineſſe, *Confutatio.* & cum numerus ſit quãtitas, figura vero qualitas in q̈titate, iure his nullas p̱ ſe tribuit virtutes. Rationes Pici in contrarium deduci poſſunt, prima quidem, quia quę ſunt potentialiora, ſunt minus pollentiora, immo nullatenus agunt, ſed quãtitates ſunt potẽtiæ materiæ, quæ primitus illi inſunt, vt in libro de ſubſtantia orbis, ex quarũ diuiſione numerus ipſe proficiſcitur. Secũda vero, quia quod eſt ſimpliciter dependẽs, nullatenus agit. Sed mathematica omnia pœnitus ab intellectu dependent, igitur nullo modo agunt. Rationes etiam Alberti nullæ ſunt, prima quidem nulla, quia cœlum non agit in artificem vt ille agit per intellectum & voluntatem, igitur nec in eius opera, quæ ab eo proficiſcuntur per intellectum & voluntatẽ. Secunda etiam nulla, quia figuræ cœli & figuræ naturales ſunt alterius rationis, etiam figuræ cœli per ſe non ſunt actiuæ, ſed per accidẽs, vt dicetur. Tertia etiam fallit, quia ars reſoluitur ad naturam ſecũdum quid vtpote quo ad eius materiam, non autẽ ex toto, & propterea nulla eſt ratio. Hæc de poſitionibus hactenus.

### CAPVT DILVCIDATIONIS QVARTVM.

HIS diſputatis: ſic hos cõſiliarem, ſi inter eos poſſit conſilium reperiri, quòd videlicet figuris, numeris, & quãtitatibus, & nominibus virtutẽ ineſſe, poteſt bifariam intelligi, aut per ſe, quatenus numerus, figura, quãtitas, & nomẽ eſt, quomodo caliditatibus & id genus virtutes, præbemus, & hoc pacto his nullatenus vires tribuerem. Aut poteſt intelligi per accidens vtpote ratione rerum numeratarum rerum figuratarum, & rerum nominatarum, vtpote illarum, quas numeramus, figuramus, & nominamus, & ſic his omnibus vires tribuere non ambigerem. Decẽ enim homines pollẽtiores ſunt tribus, figura quoque ſaluatoris pollentior eſt ratione repreſentati, quã cæſaris, nomen Dei vaſtius noĩe regis, hinc patet eſſe numero multa definita, non quia numeris vis aliqua per ſe inſit, ſed quia rebus numeratis ineſt. Multa quoq; ſunt figuris elata ac honore recepta: non quia figuris vis inſit, ſed quia repreſentatis p̱ illas ineſt. Multa quoq; noĩbus ſunt accreta, quæ nullam rõnem nominũ vim habent, niſi pro quanto noĩbus ſignificantur res præſtantiores. Quis. n. dubitat nomẽ cęſaris erga milites præſtare magis ac magis, vt ſuo tẽpore præſtitit, non. n. rõne nominis, ſed rei per nomen ſignificatæ pollẽtia habeť. Hæc de dilucidatione hactenus.

### CAPVT SOLVTIONVM QVINTVM.

HIS elucidatis patet ſolutio omnium rationum, omnes



omnes enim ſiquid probant, probant numeris vires ineſſe ratione rerum numeratarum, non autem ratione numeri per ſe. Hæc de ſecunda diſputatione: & de decimoquarto libro deque toto Dilucidario Metaphyſicarum diſputationum, quod Salerni ſcribere cœpimus, Anno. 1507. ſub Illuſtri principe Roberto ſecundo Sanſeuerino, eiuſque iuſſu Complemus nunc. 1510. Rogatu magnanimi comitis Seueritani Andreæ Caraphæ Neapoli. Die. 27. Martij. Ad laudem Dei omnipotentis.

FINIS.

## AVTORIS EXCVSATIO.

*ACCIPE igitur mi Andrea ſtudioſorum patrone has meas quas his diebus in Metaphyſica meditatus ſum diſputationes, quas æquidem publicare minime auſus eſſem niſi tuo tanto clipeo tuaque authoritate fretus, hic enim complures citaui authores quos prioribus ſeculis noſtra Achademia ſummos arbitrata eſt, hos enim nemo condemnare poſſet, niſi qui aut bono clipeo, aut bonis rationibus valeret, ſi igitur tu me excitaſti has volo publicas fieri ſed non niſi te & patrono & fautore. Hoc vnum tamen nõ te ignorare velim illas aliquantulum horum miſerabilium temporum iactura latituras fore, imperitant enim nunc in orbe reges: qui bellorum turbulentia armis potius quàm literarum ſtudio dediti ſunt, antiquiſsimaque illa & florentiſsima Italiæ Gymnaſia, quæ non multo ante nos florentiſsima ſpectabantur, ad fecem quãdam deuenere, ac penitus euerſa iacent. Dij immortales quãtum in nobis poſſunt minaces ſtellæ, maleficorumque ſiderum diſſonantia, non tamen te iubente & fauente edere recuſaui, circulo enim omnia redeunt vt ſapientes tradunt, miteſcent ſæcula, diſſonantiaque illa in ſuauiſsimam conſonantiam ac harmoniam mutabitur, pacabuntur regum animi nec armorum ſeuitijs intenti ſed ad priſtinam illam conſuetudinem reuocati, fœliciſsimo literarum ocio incumbent, incumbentibuſque feliciſsime fauebunt, exurgent ſtudioſorum patroni, & non multo poſt hæc, non enim tam ſublimi munere mundus diu vacabit, nec deerit virtuti locus nec deerunt mæcenates. Ceſſantibus enim his turbulentijs quas ociſsime ceſſandas arbitror, adſum qui Patauij (vbi mea ſedes ſemper parata eſt, aut ſicubi boni Principes florenda ſtatuent ſtudia) bonas artes profiteri polliceor. Quanti igitur tu mi Andrea fructus cauſa eris citiſsime præſenties, non enim naturæ (vt ſolitus ſum dicere) deeſt ſemen boni, te igitur in hac turbulentia vt ſemen bonarum artium prouida natura ſeruauit, cui tota ſtudioſa iuuentus gratias ingẽtes habebit, vt nunc noſtra Niphea Achademia habet. Illud etiam in his diſputationibus teſtandum eſſe cenſui me ea ſentire quæ Romana ſentit eccleſia, quòd ſi aliquid calami inconſideratione, aut mentis occupatione minus conſulte protulerim, quod Romanæ eccleſiæ decretis minus conſonaret, ſanctionibus eiuſdem penitus ſubmitto. Vale decus ætatis noſtræ.*

## M. ANTONIVS MAGNVS
### DE ANDREA CARAPHA S. SEVERINE Comite illuſtriſs. & Auguſtino Nipho Philoſopho celeberrimo.

*FVndere larga ducum iampridem ſemina tellus*
*Deſiit, & doctos ferre benigna viros.*
*Nunc autem heroes, quibus eſt equata vetuſtas*
*Progenuit, cupiens pendere damna, duos.*
*Armiferi dux alter habet ſic robora Martis,*
*Alter Ariſtotelis callet vt arte ſophon.*
*Egregij decora alta ducis, primaſque per orbem*
*Carapha Andrea, inclytus ille tenet.*
*Philoſophi nomen debetur maxima terræ*
*Campane, imo orbis gloria Niphe tibi.*
*Nouerat hæc olim, & merito ſic Iuppiter ambos*
*Iunxit amicitia, quæ foret vna, pari.*
*Ille nihil terris vidit præſtantius, vnde*
*Notus amor gemini ſemper honoris erit.*
*Nunc datur Andreæ, monumentum, & pignus amoris,*
*Senſa qui Ariſtotelis fecit aperta liber.*
*Hoc opus ingenij dextro dat numine Niphus,*
*Vt ſimul ad laudes poſteritatis eat.*
*Scilicet inſignes ſic vos decoraſti amici,*
*Alterius nam plus emicat alter ope.*
*Ergo per æternos cui venientis honores*
*Pergite, nil poterit ledere tempus edax.*

*FINIS.*

DISPVTATIONES

# DISPVTATIONES DILVCIDARII

PRIMI LIBRI.

1 VTRVM ens ſit Metaphyſicæ primum ſubiectum. folio. 5
2 Vtrum entis ſit aliqua diuiſio. 22
3 Vtrum immediatius alicui rei cōpetat quantitas perfectionis, ſiue finitas, an unitas. 25
4 Vtrum omnes homines natura ſcire deſiderant. 26
5 Vtrum inter omnes ſenſus uiſum magis amemus. 32
6 Vtrum prudentia ſit in brutis. 34
7 Vtrum ars ex experimentis generetur. 36
8 Vtrum actus & generationes ſint circa ſingularia. 43
9 Vtrum obiectum primum ſenſus ſit ſub ratione qua uniuerſale uel qua ſingulare. 50
10 Vtrum Metaphyſicæ ſit conſiderare quidditates omnium rerum in particulari. 54
11 Vtrum magis uniuerſalia ſint cognitu difficiliora minus uniuerſalibus. 60
12 Vtrum prima philoſophia ſit practica. 69
13 Vtrum omnis ſcientia ſpeculatiua ſit omnibus practicis nobilior atque honorabilior. 72

SECVNDI LIBRI.

1 VTrum prima principia complexa ſint nobis naturaliter cognita. 73
2 Vtrum difficultas cognoſcendi res ſit ex parte intellectus an ex parte rerum. 76
3 Vtrum intellectus humanus corpori copulatus poſſit ſubſtantias ſeparatas intelligere. 78
4 Vtrum ſit ſtatus in omni genere cauſarum. 84
5 Vtrum infinitum poſſit à nobis cognoſci. 87

TERTII LIBRI.

1 VTrum mathematicus abſtrahat ab efficiente & fine. 92
2 Vtrum genus prædicetur per ſe de differentia. 93
3 Vtrum idem numero nunc ſit in uniuerſo tempore. 97

QVARTI LIBRI.

1 VTrum ens de omnibus entibus uniuoce prædicetur. 99
2 Vtrum negatio habeat diſtinctam formalitatem ab affirmatione. 105
3 Vtrum unum & ens eandem ſubeant naturam. 109
4 Vtrum propria paſſio differat à ſubiecto, & quomodo differat. 115
5 Vtrum eſſe differat ab eſſentia. 118

QVINTI LIBRI.

1 VTrum eiuſdē effectus poſſint eſſe plures cauſæ. 122
2 Vtrum finis ſit cauſa & principium. 123
3 Vtrum cauſa particularis in actu ſimul ſit cum effectu. 126
4 Vtrum neceſſariorum poſſit eſſe aliqua cā effectrix. 128
5 Vtrum materia ſit principium unitatis numeralis cuiusq; indiuidui. 131
6 Vtrum diuiſiones unius recte aſſignentur. 136
7 Vtrum ens in decem prædicamenta diuidatur ſecundum diuerſos modos prædicandi. 138
8 Vtrum plura accidentia ſolo numero differentia poſſint eſſe in eodem ſubiecto. 140
9 Vtrum formalis ratio quanti ſit diuiſibilitas. 142
10 Vtrum dentur inſtantia naturæ. 145
11 Vtrum tempus & motus ſint quātа per accidens. 146
12 Vtrum relatio ſecundum rem differat à fundamento. 148
13 Vtrum idem relatiuum poſſit ad plura referri. 151
14 Vtrum ratio formalis terminandi relationem alterius correlatiui ſit relatio. 152
15 Vtrum relationes ſortiantur formalem diſtinctionem ab earum fundamentis. 154
16 Vtrū terminus ſit de quidditatiuo conceptu relationis. 155
17 Vtrum ſex principia ſint reſpectus. 156

SEXTI LIBRI.

1 VTrum ſcientia practica ſortiatur ſuum eſſe practicum ex ordine ad finem. 158
2 Vtrum practicum & ſpeculatiuum ſint eſſentiales differentiæ ſcientiæ. 159
3 Vtrum diuiſio ſcientiarum poſita in text. ſit recte aſſignata. 160
4 Vtrum ſcientia unius generis ſit una p aggregationē. 162
5 Vtrum de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia. 164
6 Vtrum de uero conſideret metaphyſicus. 166
7 Vtrum ens rationis ſit in prædicamento. 167

SEPTIMI LIBRI.

1 VTrum inhærentia ſit de eſſentia accidentis. 170
2 Vtrum ſubſtantia ſit prior tempore accidente. 176
3 Vtrum ſubſtantia omnibus accidentibus diffinitione prior ſit. 179
4 Vtrum ſubſtantia cognitione præcedat accidentia. 180
5 Vtrum forma ſit prior materia ipſoq; compoſito, & magis ens utroque. 182
6 Vtrum materia ſit ens. 184
7 Vtrum quodquid erat eſſe ſit idem ei cuius eſt quodquid erat eſſe. 186
8 Vtrum eadem ſpecie ex ſemine & ex putri materia prodeant. 188
9 Vtrum compoſitum per ſe primo generetur. 191
10 Vtrum à forma ſeparata poſſit proficiſci hoc aliquid. 193
11 Vtrum in materia rerum generabilium præſint rationes ſeminarie. 195
12 Vtrum in cauſis agentibus præſint rationes ſeminarie rerum generandarum. 200
13 Vtrum materia ſit pars eſſentiæ ſiue quidditatis. 202
14 Vtrum ſingulare ſit per ſe à nobis intelligibile. 207
15 Vtrū conceptus generis ſit alius à cōceptibus ſpecierū. 211
16 Vtrum differentia ſpeciei formaliter includat differentias generum ſuperiorum. 213
17 Vtrum uniuerſale ſit aliquid in rebus. 215
18 Vtrum formalis differētia partium diſſimilarium eiuſdem animalis ſint propter formas ſubſtantiales. 219
19 Vtrum totum dicat formaliter aliquam entitatem realiter diſtinctam à partibus. 221

OCTAVI LIBRI.

1 VTrum in motu alterationis permanere oporteat idem ſubiectū ſimpliciter ſub utroq; termino. 226
2 Vtrū menſtrua femellæ ad generationes concurrat actiue. 226
3 Vtrum in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio omniū formarum ſubſtantialium uſque ad materiam primā. 229
4 Vtrum in corruptione ſimpliciter fiat reſolutio ex parte diſpoſitionum qualitatiuarum. 232
5 Vtrum aliquæ formæ poſſit intendi & remitti. 234
6 Vtrum gradus ſint partes intrinſece ac eſſentiales formæ intenſibilis. 238
7 Vtrum intenſio formæ ſit motus continuus. 242
8 Vtrum intēſio formæ fiat per maiorem elongationem à ſuo contrario. 247

Vtrum



9 Vtrum intenſio fiat pœnes diſtantiam à non gradu, remiſſio econtra pœnes appropinquationē ad nō gradū. 250
10 Vtrum intenſio formæ fiat per maiorem radicationē cum ſubiecto. 253
11 Vtrum intenſio formæ fiat per additionem partis gradualis ad partem gradualem utraque remanente. 255
12 Vtrum latitudo uniformiter difformis correſpondeat ſuo gradui medio. 260

NONI LIBRI.

1 VTrum aliquid poſſit à ſeipſo moueri. 263
2 Vtrum rationalis potentia ſit oppoſitorum, irrationalis autem unius tantum oppoſiti. 266
3 Vtrum ratione ſit actus potentia prior. 269
4 Vtrum actus ſit tempore prior potentia. 270
5 Vtrum actus præcedat potentiam ſubſtantia 271
6 Vtrum actio ſit in paſſo ueluti in ſubiecto. 272

DECIMI LIBRI.

1 VTrum Deus ſit menſura omnium in genere ſubſtantiæ. 275
2 Vtrum unum & multa contrariæ opponātur. 277
3 Vtrum multitudo ſit ratione unitate prior. 278
4 Vtrum de priuatione in habitum regreſſio fieri poſſit. 279
5 Vtrum ea quæ inter extrema contraria ſunt media, uera compoſitione ex extremis ipſis componantur. 281
6 Vtrum formalis repugnantia quæ eſt inter ſubſtantiarias formas ſit repugnantia contrarietatis. 286
7 Vtrum maſculus & fœmina differant ſpecie. 288
8 Vtrum idem terminus ſpecie poſſit per ſe acquiri per motus ſpecie differentes. 296
9 Vtrum corruptibile & incorruptibile genere differāt. 297

VNDECIMI LIBRI.

1 VTrum caſus ſit res humana. 299
2 Vtrum fortuna ſit res diuina. 301
3 Vtrum euentus fortuiti proficiſcantur ab aliqua cauſa per ſe & determinata. 302
4 Vtrum generatio alicuius ſubſtantiæ ſit gradualiter ſucceſſiua. 304

DVODECIMI LIBRI.

1 VTrum metaphyſicus de ſubſtantia contēpletur. 312
2 Vtrum diuiſio ſubſtantiæ in tres ſit bene aſſignata in textu. 314
3 Vtrum productio cuiuslibet formæ ſit uniuoca. 316
4 Vtrum agente exiſtente uno & materia exiſtente una effectus ex his producti poſſint eſſe plures. 317
5 Vtrum prima ſubſtantia ſit in potentia. 319
6 Vtrum ſubſtantiæ quæ mouent orbes ſint penitus immateriales. 321
7 Vtrum ſubſtantiæ quæ mouent orbes ſint mobiles. 322
8 Vtrum motores ſecundi intelligant ſeſe per eorum eſſentiam. 325
9 Vtrum unus talium motorum intelligat alium. 327
10 Vtrum una intelligentia cognoſcendo Deum & oēs alias intuitiue cognoſcat. 329
11 Vtrum intelligentiæ in mouendo moueant ut aſſimilentur primo motori. 333
12 Vtrum cum unitate diuinæ eſſentiæ ſtare poſſit trinitas aliqua. 336
13 Vtrum attributa in Deo diſtinguantur ex natura rei. 339
14 Vtrum intelligentiæ ſecundæ ad hoc quod cognoſcāt quidditates circa ipſas requirant proprias & diſtinctas rationes cognoſcendi illas. 342
15 Vtrum intelligentia prima ad hoc ut intelligat rerum omnium quidditates, ſit neceſſariū ponere rationes æternas in eius diuina mente. 346

TREDECIMI LIBRI.

1 VTrū res matematicæ ſint ſeparatæ à ſenſilib⁹. 350
2 Vtrum ideæ ſint ſeparatæ à ſenſibilibus ipſis. 353
3 Vtrum numerus ſit genus continens ſub ſe plures ſpecies eſſentialibus differentijs diuiſas. 357

QVARTIDECIMI LIBRI.

1 VTrum bonum & malum ſint omnium rerum principia. 359
2 Vtrum numeris uirtutes inſint. 362

FINIS TABVLAE.

## SERIES CHARTARVM

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Omnes ſunt quaterniones.




Venetijs apud Hieronymum Scotum.
M D L I X.